LUC. Quum igitur statuissem, Nigrinum quoque illum Platonicum philosophum, ut quem longo temporis intervallo non videram, compellare, mane surgens, ad ipsum adeo, et pulsata janua, quum puer intro de me renunciasset, arcessitus sum. Ingressus, deprehendo ipsum quidem manibus librum tenentem, circum autem undique multas veterum sapientum imagines positas. In medio autem erat etiam tabella quædam, in qua geometricæ quædam figuræ descriptæ erant, ac sphæra arundinea, ad imitationem universi, ut videbatur, composita.

3. Amantissime igitur me amplexatus ille interrogavit de rebus meis. Quibus omnibus illi expositis, ego quoque vicissim ex eo quæsivi, et quid ipse ageret, et numquid apud se statuisset in Græciam denuo navigare. Ibi vero ille, o amice, posteaquam cœpisset de hisce rebus dicere suamque sententiam explicare, tantam verborum ambrosiam mihi affudit, ut mihi plane Sirenes illas, si quæ umquam fuerunt, et Celedones et Loton illam Homeri obscurasse et obliterasse videretur: adeo divina erant quæ loquebatur.

4. Huc enim dicendo provectus est, ut philosophiam laudaret, et quæ ab ea manat, libertatem, et ista, quæ vulgo pro bonis habentur, irrideret, divitias nimirum, gloriam, regna, honores; præterea aurum quoque et purpuram, et cetera quæ admodum spectabilia plerisque, antea vero etiam mihi videbantur. Quæ ego animo intento atque aperto accipiens, continuo ita affectus fui, ut quid paterer ipse nescirem, atque in omnes partes raperer: nunc quidem dolebam, quod vanitatis coarguerentur ea quæ mihi carissima fuerant, divitiæ videlicet, argentum, et gloria: ac tantum non lacrimabar, quum de gradu dimota cernerem: eadem mox mihi videbantur vilia et ridicula esse; gaudebamque rursum tanquam ex tenebroso quodam aere prioris vitæ ad serenitatem et magnam aliquam lucem prospiciens: adeo ut, novo sane exemplo, neglecto oculo ejusque infirmitate, animo perspicaciori paulatim evaserim, quem ad id tempus cæcutientem insciens circumtuleram.

5. Tandemque in eum statum adductus sum, quem modo mihi exprobrabas: nam et elatus oratione illius, et tanquam in sublime evectus sum, et omnino humile nihil jam cogito. Videor enim mihi a philosophia non aliter affectus, quam Indi a vino feruntur, quando primum bibere eis contigit: natura enim calidiores quum jam essent, accedente potu adeo vehementi, continuo bacchari cœperunt, ac duplo magis ex mero insanire. Ita et ego oratione ejus quasi furore captus atque ebrius obambulo.

6. AM. Atqui hoc quidem non est ebrium, sed sobrium atque temperantem esse. Ego vero optarim, si fieri possit, ipsam illam audire orationem. Neque enim contemnere eam, opinor, fas est; præsertim si qui audire cupit, et amicus est, et eodem tenetur studio.

LUC. Bono animo esto, o bone! nam juxta Homericum

ρου, σπεύδοντα καὶ αὐτὸν παρακαλεῖς, καὶ εἴ γε μὴ ἔφθης, αὐτὸς ἂν ἐδεήθην ἀκοῦσαί μου διηγουμένου· μάρτυρα γάρ σε παραστήσασθαι πρὸς τοὺς πολλοὺς ἐθέλω ὅτι οὐκ ἀλόγως μαίνομαι· ἄλλως τε καὶ ἡδύ μοι τὸ μεμνῆσθαι αὐτῶν πολλάκις, καὶ ταύτην ἤδη μελέτην ἐποιησάμην· ἐπεὶ κἄν τις μὴ παρὼν τύχῃ, καὶ οὕτω δὶς ἢ τρὶς τῆς ἡμέρας ἀνακυκλῶ πρὸς ἐμαυτὸν τὰ εἰρημένα.

7. Καὶ ὥσπερ οἱ ἐρασταὶ τῶν παιδικῶν οὐ παρόντων ἔργ' ἄττα καὶ λόγους εἰρημένους αὐτοῖς διαμνημονεύουσι καὶ τούτοις ἐνδιατρίβοντες ἐξαπατῶσι τὴν νόσον, ὡς παρόντων σφίσι τῶν ἀγαπωμένων· ἔνιοι γοῦν αὐτοῖς καὶ προσλαλεῖν οἴονται καὶ ὡς ἄρτι λεγομένων πρὸς αὐτοὺς ὧν τότε ἤκουσαν, ἥδονται καὶ προσάψαντες τὴν ψυχὴν τῇ μνήμῃ τῶν παρεληλυθότων σχολὴν οὐκ ἄγουσι τοῖς ἐν ποσὶν ἀνιᾶσθαι· οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας οὐ παρούσης τοὺς λόγους, οὓς τότε ἤκουσα, συναγείρων καὶ πρὸς ἐμαυτὸν ἀνατυλίττων οὐ μικρὰν ἔχω παραμυθίαν· καὶ ὅλως, καθάπερ ἐν πελάγει καὶ νυκτὶ πολλῇ φερόμενος ἐς πυρσόν τινα τοῦτον ἀποβλέπω πᾶσι μὲν παρεῖναι τοῖς ὑπ' ἐμοῦ πραττομένοις ἄνδρα ἐκεῖνον οἰόμενος, ἀεὶ δὲ ὥσπερ ἀκούων αὐτοῦ τὰ αὐτὰ πρός με λέγοντος· ἐνίοτε δέ, καὶ μάλιστα ὅταν ἐνερείσω τὴν ψυχήν, καὶ τὸ πρόσωπον αὐτοῦ μοι φαίνεται καὶ τῆς φωνῆς ὁ ἦχος ἐν ταῖς ἀκοαῖς παραμένει· καὶ γάρ τοι κατὰ τὸν κωμικὸν ὡς ἀληθῶς ἐγκατέλιπέ τι κέντρον τοῖς ἀκούουσι.

8. **ΕΤΑΙ.** Παῦε, ὦ θαυμάσιε, μικρὸν ἀνακρουόμενος καὶ λέγε ἐξ ἀρχῆς ἀναλαβὼν ἤδη τὰ εἰρημένα· ὡς οὐ μετρίως με ἀποκναίεις περιάγων.

ΛΟΥΚ. Εὖ λέγεις, καὶ οὕτω χρὴ ποιεῖν. Ἀλλ' ἐκεῖνο, ὦ ἑταῖρε, ἤδη τραγικοὺς ἢ καὶ νὴ Δία κωμικοὺς φαύλους ἑόρακας ὑποκριτάς, τῶν συριττομένων λέγω τούτων καὶ διαφθειρόντων τὰ ποιήματα καὶ τὸ τελευταῖον ἐκβαλλομένων, καίτοι τῶν δραμάτων πολλάκις εὖ ἐχόντων τε καὶ νενικηκότων;

ΕΤΑΙ. Πολλοὺς οἶδα τοιούτους. Ἀλλὰ τί τοῦτο;

ΛΟΥΚ. Δέδοικα μή σοι μεταξὺ δόξω γελοίως αὐτὰ μιμεῖσθαι, τὰ μὲν ἀτάκτως συνείρων, ἐνίοτε δὲ καὶ αὐτὸν ὑπ' ἀσθενείας τὸν νοῦν διαφθείρων, κᾆτα προαχθῇς ἠρέμα καὶ αὐτοῦ καταγνῶναι τοῦ δράματος. Καὶ τὸ μὲν ἐμόν, οὐ πάνυ ἄχθομαι, ἡ δὲ ὑπόθεσις οὐ μετρίως με λυπήσειν ἔοικε συνεκπίπτουσα καὶ τὸ ἐμὸν μέρος ἀσχημονοῦσα.

9. Τοῦτ' οὖν παρ' ὅλον μέμνησό μοι τὸν λόγον, ὡς ὁ μὲν ποιητὴς ἡμῖν τῶν τοιούτων ἁμαρτημάτων ἀνεύθυνος καὶ τῆς σκηνῆς πόρρω που κάθηται, οὐδὲν αὐτῷ μέλον τῶν ἐν θεάτρῳ πραγμάτων. Ἐγὼ δ' ἐμαυτοῦ σοι πεῖραν παρέχω, ὁποῖός τίς εἰμι τὴν μνήμην ὑποκριτής, οὐδὲν ἀγγέλου τὰ ἄλλα τραγικοῦ διαφέρων. Ὥστε κἂν ἐνδεέστερόν τι δοκῶ λέγειν, ἐκεῖνο μὲν ἔστω πρόχειρον, ὡς ἄμεινον ἦν καὶ ἄλλως ὁ ποιητὴς ἴσως διεξῄει· ἐμὲ δὲ κἂν ἐκσυρίττῃς, οὐ πάνυ τι λυπήσομαι.

10. **ΕΤΑΙ.** Ὡς εὖ γε νὴ τὸν Ἑρμῆν καὶ κατὰ τὸν τῶν ῥητόρων νόμον πεπροοιμίασταί σοι· ἔοικας γοῦν

illud, ultro festinantem hortaris; ac nisi prævorti ipse rogassem, me narrantem audires. Testem adhibere apud homines volo, me non sine ratione Quin et crebro meminisse volupe mihi est; et ha tando familiarem jam exercitationem feci : nan nemo mihi adsit, tamen sic quoque bis terve de illa mecum ipse revolvo.

7. Et quemadmodum amatores, absentibus am cta eorum et facta memoria repetunt, iisque im morbum fallunt, perinde ac si illi ipsi amati adsint vero etiam colloqui secum illos putant, atque iis, sibi audire visi sunt, quasi paulo ante revera di dent, animumque memoriæ præteritorum ap macerandi sese præsentibus otium non habent : si ipse, philosophia non præsente, verba, quæ tun recolligens, et mecum crebro revolvens, non exigu solatium. In summa, perinde ac si in pelago e ctem atram ferar, ad hanc quasi quandam facem omnibus illis rebus, quæ a me geruntur, virum illu adesse existimans, semperque velut audiens ipsu illa sua ad me dicentem : interdum etiam, et quando mente in id defixa constiti, vultum ips videre mihi videor, et vocis sonus in auribus mihi etenim juxta Comicum, revera aculeum quendan torum mente reliquit.

8. **AM.** Subsiste, o admirande, paullumque r et ab initio repetens jam tandem dicta illa enar niam non mediocriter me his ambagibus excrucias

LUC. Recte dicis, atque ita facto opus est : quæso, vidistine aliquando sive tragicos, sive et Jovem, comicos histriones, malos istos dico, c excipiuntur, quique poemata agendo corrumpunt stremo theatris ejiciuntur, tametsi ipsæ fabulæ sæp bene se habeant ac palmam etiam reportarint?

AM. Multos novi tales. Sed quorsum hoc?

LUC. Vereor ne et ipse subinde inepte imitar alia quidem inordinate conserens, interdum aut ipsam sententiam præ imbecillitate ingenii corrump ut cogaris sensim ipsam damnare fabulam. Nam a niam meam quod attinet, non admodum æg ceterum argumentum ipsum non mediocri cturum esse videtur, si mecum una cad corum appareat.

9. Proinde hoc per totam mem quod poeta quidem ipse talium procul a scena sejunctus eorum curat, quæ in the periculum tibi exhibeo, qualis que memoria valeam, quod tragico distans. Quare si rei dicere visus fuero, illud tibi in , quo melius hoc fuerat; et quod ipse forta dixerat : me vero si exsibilaveris, on admodum feram.

10. **AM.** Ut bene sane, ita me Mercurius amet rhetorum leges exordium hoc tibi peractum est.

κἀκεῖνα προσθήσειν, ὡς δι' ὀλίγου τε ὑμῖν ἡ συνουσία ἐγένετο καὶ ὡς οὐδ' αὐτὸς ἥκεις πρὸς τὸν λόγον παρεσκευασμένος καὶ ὡς ἄμεινον εἶχεν αὐτοῦ ταῦτα λέγοντος ἀκούειν· σὺ γὰρ ὀλίγα καὶ ὅσα οἷόν τε ἦν, τυγχάνεις τῇ μνήμῃ συγκεκομισμένος. Οὐ ταῦτ' ἐρεῖν ἔμελλες; Οὐδὲν οὖν αὐτῶν ἔτι σοι δεῖ πρὸς ἐμέ· νόμισον δὲ τούτου γε ἕνεκα πάντα σοι προειρῆσθαι· ὡς ἐγὼ καὶ βοᾶν καὶ κροτεῖν ἕτοιμος. Ἢν δὲ διαμέλλῃς, μνησικακήσω γε παρὰ τὸν ἀγῶνα καὶ ὀξύτατα συρίξομαι.

11. ΛΟΥΚ. Καὶ ταῦτα μὲν, ἃ σὺ διῆλθες, ἐβουλόμην ἂν εἰρῆσθαί μοι, κἀκεῖνα δὲ, ὅτι οὐχ ἑξῆς οὐδὲ ὡς ἐκεῖνος ἔλεγε, ῥῆσίν τινα περὶ πάντων ἐρῶ· πάνυ γὰρ τοῦθ' ἡμῖν ἀδύνατον· οὐδ' αὖ ἐκείνῳ περιθεὶς τοὺς λόγους, μὴ καὶ κατ' ἄλλο τι γένωμαι τοῖς ὑποκριταῖς ἐκείνοις ὅμοιος, οἳ πολλάκις ἢ Ἀγαμέμνονος ἢ Κρέοντος ἢ καὶ Ἡρακλέους αὐτοῦ πρόσωπον ἀνειληφότες, χρυσίδας ἠμφιεσμένοι καὶ δεινὸν βλέποντες καὶ μέγα κεχηνότες μικρὸν φθέγγονται καὶ ἰσχνὸν καὶ γυναικῶδες καὶ τῆς Ἑκάβης ἢ Πολυξένης πολὺ ταπεινότερον. Ἵν' οὖν μὴ καὶ αὐτὸς ἐλέγχωμαι πάνυ μεῖζον τῆς ἐμαυτοῦ κεφαλῆς προσωπεῖον περικείμενος καὶ τὴν σκευὴν καταισχύνων, ἀπὸ γυμνοῦ σοι βούλομαι τοὐμοῦ προσώπου προσλαλεῖν, ἵνα μὴ συγκατασπάσω που πεσὼν τὸν ἥρωα ὃν ὑποκρίνομαι.

12. ΕΤΑΙ. Οὗτος ἀνὴρ οὐ παύσεται τήμερον πρός με πολλῇ τῇ σκηνῇ καὶ τῇ τραγῳδίᾳ χρώμενος.

ΛΟΥΚ. Καὶ μὴν παύσομαί γε· πρὸς ἐκεῖνα δὲ ἤδη τρέψομαι. Ἡ μὲν ἀρχὴ τῶν λόγων ἔπαινος ἦν Ἑλλάδος καὶ τῶν Ἀθήνησιν ἀνθρώπων, ὅτι φιλοσοφίᾳ καὶ πενίᾳ σύντροφοί εἰσι καὶ οὔτε τῶν ἀστῶν οὔτε τῶν ξένων οὐδένα τέρπονται ὁρῶντες, ὃς ἂν τρυφὴν εἰσάγειν εἰς αὐτοὺς βιάζηται, ἀλλ' ἤν καί τις ἀφίκηται παρ' αὐτοὺς οὕτω διακείμενος, ἠρέμα τε μεθαρμόττουσι καὶ παραπαιδαγωγοῦσι καὶ πρὸς τὸ καθαρὸν τῆς διαίτης μεθιστᾶσιν.

13. Ἐμέμνητο γοῦν τινος τῶν πολυχρύσων, ὃς ἐλθὼν Ἀθήναζε μάλ' ἐπίσημος καὶ φορτικὸς ἀκολούθων ὄχλῳ καὶ ποικίλῃ ἐσθῆτι καὶ χρυσῷ αὐτὸς μὲν ᾤετο ζηλωτὸς εἶναι πᾶσι τοῖς Ἀθηναίοις καὶ ὡς ἂν εὐδαίμων ἀποβλέπεσθαι· τοῖς δ' ἄρα δυστυχεῖν ἐδόκει τὸ ἀνθρώπιον, καὶ παιδεύειν ἐπεχείρουν αὐτὸν οὐ πικρῶς οὐδ' ἄντικρυς ἀπαγορεύοντες ἐν ἐλευθέρᾳ τῇ πόλει καθ' ὅντινα τρόπον βούλεται βιοῦν· ἀλλ' ἐπεὶ κἀν τοῖς γυμνασίοις καὶ λουτροῖς ὀχληρὸς ἦν θλίβων τοῖς οἰκέταις καὶ στενοχωρῶν τοὺς ἀπαντῶντας, ἡσυχῇ τις ἂν ὑπεφθέγξατο προσποιούμενος λανθάνειν, ὥσπερ οὐ πρὸς αὐτὸν ἐκεῖνον ἀποτείνων, Δέδοικε μὴ παραπόληται μεταξὺ λούμενος· καὶ μὴν εἰρήνη γε μακρὰ κατέχει τὸ βαλανεῖον· οὐδὲν οὖν δεῖ στρατοπέδου. Ὁ δὲ ἀκούων ἃ ἦν μεταξὺ ἐπαιδεύετο. Τὴν δὲ ἐσθῆτα τὴν ποικίλην καὶ τὰς πορφυρίδας ἐκείνας ἀπέδυσαν αὐτὸν ἀστείως πάνυ τὸ ἀνθηρὸν ἐπισκώπτοντες τῶν χρωμάτων, Ἔαρ ἤδη, λέγοντες, καὶ, Πόθεν ὁ ταὼς οὗτος; καὶ, Τάχα τῆς μητρός ἐστιν αὐτοῦ· καὶ τὰ τοιαῦτα. Καὶ τὰ ἄλλα δὲ

igitur etiam hæc additurus, sermonem inter vos non fuisse longum, teque ad dicendum non venire paratum, et melius futurum fuisse, si ipsum dicentem audissem; te enim pauca quædam et quantum licuit memoriæ mandata depromere. An non hæc quoque dicturus eras? Nihil igitur illis apud me tibi opus est: existimes autem, quantum ad hoc attinet, omnia jam tibi prædicta esse: habes enim et acclamare et plaudere paratum. Sin vero moras nectis, quum in rem ipsam ventum erit, alieniore me usurum te scias et acutissime sibilaturo.

11. LUC. Equidem et hæc, quæ tu commemorasti, dicta volui, et illa quoque, me neque ordine, neque, ut ille, justa quadam et continua oratione de omnibus dicturum esse; meæ enim facultatis hoc minime est: nec rursum illius personæ attribuendo sermonem, ne alia etiam in parte histrionibus illis similis fiam, qui sæpenumero aut Agamemnonis, aut Creontis, aut etiam ipsius Herculis persona assumta, ac vestibus auro contextis induti, et horrendum tuentes, ore in immensum diducto, exiguum et gracile, adeoque muliebre quiddam loquuntur, ipsa etiam Hecuba Polyxenave multo demissius. Ne igitur et ipse deprehendar majorem omnino, quam pro capite meo, personam induisse, ipsumque ornatum dehonestare, ex nuda tecum volo meaque propria persona colloqui, ne cadens alicubi, quem ago heroem, mecum una convulsum terræ affligam.

12. AM. Homo hic non desinet hodie apud me crebra illa scena atque tragœdia uti.

LUC. Imo desinam, et ad incepta me nunc convertam. Principium igitur orationis illius commendatio fuit Græciæ et eorum hominum, qui Athenis commorantur, quod cum philosophia et paupertate degant, et neque civium neque peregrinorum quemquam intueri gaudeant, qui luxum ad sese invehere conetur: sed si quis etiam veniat ad illos ita affectus, et paulatim transforment ipsum, et veteres mores dedoceant,* atque ad puritatem vitæ transferant.

13. Memorabat itaque quendam ex istis multo auro fulgentibus, qui quum Athenas venisset admodum insignis et turba comitum gravis, varia veste auroque ornatus, Atheniensibus omnibus sese admirationi esse existimabat, et tanquam beatum suspici; quum iis contra infelix esse homuncio videretur: quin et erudiendum eum sibi sumserunt, non acerbe neque aperte vetantes, ne in libera civitate pro lubitu viveret: sed quum in gymnasiis et balneis molestus esset, suis servis premens et in angustum cogens obvios, submissa voce quidam, quasi latere vellet, neque illum perstringeret: Metuit, inquit, ne inter lavandum pereat: atqui pax certe maxima balneum tenet: proinde nihil opus est exercitu. Ille autem verum audiens, interea erudiebatur. Præterea varia illa veste atque purpurea eundem exuerunt, urbane admodum floridum colorum nitorem irridentes: Jam ver adest, dicebant: et, Unde nobis pavo hic? et, Fortassis materna est: et similia. Atque eodem pacto

οὕτως ἀπέσκωπτον, ἢ τῶν δακτυλίων τὸ πλῆθος ἢ τῆς κόμης τὸ περίεργον ἢ τῆς διαίτης τὸ ἀκόλαστον. Ὥστε κατὰ μικρὸν ἐσωφρονίσθη καὶ παρὰ πολὺ βελτίων ἀπῆλθε δημοσίᾳ πεπαιδευμένος.

14. Ὅτι δ' οὐκ αἰσχύνονται πενίαν ὁμολογοῦντες, ἐμέμνητο πρός με φωνῆς τινος, ἣν ἀκοῦσαι πάντων ἔφη κοινῇ προεμένων ἐν τῷ ἀγῶνι τῶν Παναθηναίων· ληφθέντα μὲν γάρ τινα τῶν πολιτῶν ἄγεσθαι παρὰ τὸν ἀγωνοθέτην, ὅτι βαπτὸν ἔχων ἱμάτιον ἐθεώρει, τοὺς δὲ ἰδόντας ἐλεῆσαί τε καὶ παραιτεῖσθαι καὶ τοῦ κήρυκος ἀνειπόντος ὅτι παρὰ τὸν νόμον ἐποίησεν ἐν τοιαύτῃ ἐσθῆτι θεώμενος, ἀναβοῆσαι μιᾷ φωνῇ πάντας ὥσπερ ἐσκεμμένους, συγγνώμην ἀπονέμειν αὐτῷ τοιαῦτά γε ἀμπεχομένῳ· μὴ γὰρ ἔχειν αὐτὸν ἕτερα. Ταῦτά τε οὖν ἐπῄνει καὶ προσέτι τὴν ἐλευθερίαν τὴν ἐκεῖ καὶ τῆς διαίτης τὸ ἀνεπίφθονον, ἡσυχίαν τε καὶ ἀπραγμοσύνην, ἃ δὴ ἄφθονα παρ' αὐτοῖς ἐστιν, ἀπεφαίνετό τε φιλοσοφίᾳ συνῳδὸν τὴν παρὰ τοῖς τοιούτοις διατριβὴν καὶ καθαρὸν ἦθος φυλάξαι δυναμένην σπουδαίῳ τε ἀνδρὶ καὶ πλούτου καταφρονεῖν πεπαιδευμένῳ καὶ τῷ πρὸς τὰ φύσει καλὰ ζῆν προαιρουμένῳ τὸν ἐκεῖ βίον μάλιστα ἡρμοσμένον.

15. Ὅστις δὲ πλούτου ἐρᾷ καὶ χρυσῷ κεκήληται καὶ πορφύρᾳ καὶ δυναστείᾳ μετρεῖ τὸ εὔδαιμον, ἄγευστος μὲν ἐλευθερίας, ἀπείρατος δὲ παῤῥησίας, ἀθέατος δὲ ἀληθείας, κολακείᾳ τὰ πάντα καὶ δουλείᾳ σύντροφος, ἢ ὅστις ἡδονῇ πᾶσαν τὴν ψυχὴν ἐπιτρέψας ταύτῃ μόνῃ λατρεύειν διέγνωκε, φίλος μὲν περιέργων τραπεζῶν, φίλος δὲ πότων καὶ ἀφροδισίων, ἀνάπλεως γοητείας καὶ ἀπάτης καὶ ψευδολογίας, ἢ ὅστις ἀκούων τέρπεται κρουμάτων τε καὶ τερετισμάτων καὶ διεφθορότων ᾀσμάτων, τοῖς δὴ τοιούτοις πρέπειν τὴν ἐνταῦθα διατριβήν.

16. Μεσταὶ γὰρ αὐτοῖς τῶν φιλτάτων πᾶσαι μὲν ἀγυιαί, πᾶσαι δὲ ἀγοραί· πάρεστι δὲ πάσαις πύλαις τὴν ἡδονὴν καταδέχεσθαι, τοῦτο μὲν δι' ὀφθαλμῶν, τοῦτο δὲ δι' ὤτων τε καὶ ῥινῶν, τοῦτο δὲ καὶ διὰ λαιμοῦ καὶ δι' ἀφροδισίων· ὑφ' ἧς δὴ ῥεούσης ἀενάῳ τε καὶ θολερῷ ῥεύματι πᾶσαι μὲν ἀνευρύνονται ὁδοί· συνεισέρχεται γὰρ μοιχεία καὶ φιλαργυρία καὶ ἐπιορκία καὶ τὸ τοιοῦτο φῦλον τῶν ἡδονῶν· παρασύρεται δὲ τῆς ψυχῆς ὑποκλυζομένης πάντοθεν αἰδὼς καὶ ἀρετὴ καὶ δικαιοσύνη· τῶν δὲ ἔρημος ὁ χῶρος γενόμενος δίψης ἀεὶ πιμπλάμενος ἀνθεῖ πολλαῖς τε καὶ ἀγρίαις ἐπιθυμίαις. Τοιαύτην ἀπέφαινε τὴν πόλιν καὶ τοσούτων διδάσκαλον ἀγαθῶν.

17. Ἔγωγ' οὖν, ἔφη, ὅτε τὸ πρῶτον ἐπανῄειν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος, πλησίον που γενόμενος ἐπιστήσας ἐμαυτὸν λόγον ἀπῄτουν τῆς δεῦρο ἀφίξεως, ἐκεῖνα δὴ τὰ τοῦ Ὁμήρου λέγων·

Τίπτ' αὖτ', ὦ δύστηνε, λιπὼν φάος ἠελίοιο,

τὴν Ἑλλάδα καὶ τὴν εὐτυχίαν ἐκείνην καὶ τὴν ἐλευθερίαν

ἤλυθες, ὄφρα ἴδῃς

cetera illius cum risu carpebant, nunc annulorum dinem, nunc comam justo curatiorem, nunc victus sam intemperantiam notantes. Ita paulatim ad m est revocatus, et longe melior, sic publice emendat

14. Quod autem non pudeat eos paupertatem con ferebat mihi vocem quandam, quam aiebat publice bus emissam audisse sese in ludis Panathenaici prehensum enim quendam ex civibus fuisse et ad p ludorum adductum, quod veste tincta amictus sp interesset : quo viso misertos illius ac veniam esse, præcone autem proclamante contra leges quod tali cum veste ludos spectaret, omnes una vo antea super hoc deliberassent, exclamare cœpisse, ei daretur tali veste induto : neque enim aliam habe Hæc igitur ille laudabat, et præterea libertatem, est, ac victus frugalitatem, et tranquillitatem, et quæ apud illos sunt cumulatissima. Ostendebat conversationem eorum hominum philosophiæ c esse, moresque puros conservare posse; viroque qui divitias contemnere didicisset, et qui secund quæ natura honesta sunt, vivere statuisset, vita illic vivitur, quam maxime aptam atque accomn esse.

15. At qui divitias amat, aurumque stupet, pur et potentia felicitatem metitur, qui libertatem in ctisque nunquam gustavit, qui veritatem nunqua et cum assentatione et servitute enutritus est, au tam animam voluptati addixit, eique uni inservire amans opiparæ mensæ, indulgens vino ac rebus v plenus præstigiarum, fraudis atque mendacii; aut darum pulsationes instrumentorumque lascivos cantilenasque perditas audire volupe est : talibus hominibus convenire hujus urbis consuetudinem.

16. Hic enim rerum carissimarum ipsis omnes omniaque fora referta esse : ac licere ipsis omnib portis voluptatem recipere, partim per oculos, pa aures et nasum, partim per gulam, et per venere fluente perenni turbulentoque flumine, omnes viæ di una enim irruunt et adulterium, et avaritia, et per et reliqua id genus voluptatum cognatarum natio : exundantibus animo undique submerso, verecu virtus, et justitia abripiuntur : quibus carens jan semper siticulosum multis ac feris cupiditatibus sup Talem esse urbem, taliumque magistram bonorun debat.

17. Ego itaque, inquit, quando primum ex Gr versus jam propius accessissem, constiti, a meq rationem poposci mei huc adventus, Homerica illa mecum ipse dictitans :

Cur autem, infelix, deserto lumine Phœbi

(Græciæ nempe et felicitate illa atque libertate)

venisti, ut videas

τὸν ἐνταῦθα θόρυβον, συκοφάντας καὶ προσαγορεύσεις ὑπερηφάνους καὶ δεῖπνα καὶ κόλακας καὶ μιαιφονίας καὶ διαθηκῶν προσδοκίας καὶ φιλίας ἐπιπλάστους; ἢ τί καὶ πράξειν διέγνωκας μήτ' ἀπαλλάττεσθαι μήτε χρῆσθαι τοῖς καθεστῶσι δυνάμενος;

18. Οὕτω δὴ βουλευσάμενος καὶ καθάπερ ὁ Ζεὺς τὸν Ἕκτορα ὑπεξαγαγὼν ἐμαυτὸν ἐκ βελέων, φησὶν,

ἔκ τ' ἀνδροκτασίης ἔκ θ' αἵματος ἔκ τε κυδοιμοῦ,

τὸ λοιπὸν οἰκουρεῖν εἱλόμην καὶ βίον τινὰ τοῦτον γυναικώδη καὶ ἄτολμον τοῖς πολλοῖς δοκοῦντα προτιθέμενος αὐτῇ φιλοσοφίᾳ καὶ Πλάτωνι καὶ ἀληθείᾳ προσλαλῶ, καὶ καθίσας ἐμαυτὸν ὥσπερ ἐν θεάτρῳ μυριάνδρῳ σφόδρα που μετέωρος ἐπισκοπῶ τὰ γιγνόμενα, τοῦτο μὲν πολλὴν ψυχαγωγίαν καὶ γέλωτα παρέχειν δυνάμενα, τοῦτο δὲ καὶ πεῖραν ἀνδρὸς ὡς ἀληθῶς βεβαίου λαβεῖν.

19. Εἰ γὰρ χρὴ καὶ κακῶν ἔπαινον εἰπεῖν, μὴ ὑπολάβῃς μεῖζόν τι γυμνάσιον ἀρετῆς ἢ τῆς ψυχῆς δοκιμασίαν ἀληθεστέραν τῆσδε τῆς πόλεως καὶ τῆς ἐνταῦθα διατριβῆς· οὐ γὰρ μικρὸν ἀντισχεῖν τοσαύταις μὲν ἐπιθυμίαις, τοσούτοις δὲ θεάμασί τε καὶ ἀκούσμασι πάντοθεν ἕλκουσι καὶ ἀντιλαμβανομένοις, ἀλλ' ἀτεχνῶς δεῖ τὸν Ὀδυσσέα μιμησάμενον παραπλεῖν αὐτὰ μὴ δεδεμένον τὼ χεῖρε, δειλὸν γὰρ, μηδὲ τὰ ὦτα κηρῷ φραξάμενον, ἀλλ' ἀκούοντα καὶ λελυμένον καὶ ἀληθῶς ὑπερήφανον.

20. Ἔνεστι δὲ καὶ φιλοσοφίαν θαυμάσαι παραθεωροῦντα τὴν τοσαύτην ἄνοιαν, καὶ τῶν τῆς τύχης ἀγαθῶν καταφρονεῖν ὁρῶντα ὥσπερ ἐν σκηνῇ καὶ πολυπροσώπῳ δράματι τὸν μὲν ἐξ οἰκέτου δεσπότην προϊόντα, τὸν δ' ἀντὶ πλουσίου πένητα, τὸν δὲ σατράπην ἐκ πένητος ἢ βασιλέα, τὸν δὲ φίλον τούτου, τὸν δὲ ἐχθρὸν, τὸν δὲ φυγάδα· τοῦτο γάρ τοι καὶ τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὅτι καίτοι μαρτυρομένης τῆς Τύχης παίζειν τὰ τῶν ἀνθρώπων πράγματα καὶ ὁμολογούσης μηδὲν αὐτῶν εἶναι βέβαιον, ὅμως ταῦθ' ὁσημέραι βλέποντες ὀρέγονται καὶ πλούτου καὶ δυναστείας καὶ μεστοὶ περιίασι πάντες οὐ γιγνομένων ἐλπίδων.

21. Ὃ δὲ δὴ ἔφην, ὅτι καὶ γελᾶν ἐν τοῖς γιγνομένοις ἔνεστι καὶ ψυχαγωγεῖσθαι, τοῦτο ἤδη σοι φράσω. Πῶς γὰρ οὐ γελοῖοι μὲν πλουτοῦντες αὐτοὶ καὶ τὰς πορφυρίδας προφαίνοντες καὶ τοὺς δακτύλους προτείνοντες καὶ πολλὴν κατηγοροῦντες ἀπειροκαλίαν; τὸ δὲ καινότατον, τοὺς ἐντυγχάνοντας ἀλλοτρίᾳ φωνῇ προσαγορεύοντες, ἀγαπᾶν ἀξιοῦντες, ὅτι μόνον αὐτοὺς προσέβλεψαν; οἱ δὲ σεμνότεροι καὶ προσκυνεῖσθαι περιμένοντες, οὐ πόρρωθεν οὐδ' ὡς Πέρσαις νόμος, ἀλλὰ δεῖ προσελθόντα καὶ ὑποκύψαντα καὶ τὴν ψυχὴν ταπεινώσαντα καὶ τὸ πάθος αὐτῆς ἐμφανίσαντα τῇ τοῦ σώματος ὁμοιότητι τὸ στῆθος ἢ τὴν δεξιὰν καταφιλεῖν, ζηλωτὸν καὶ περίβλεπτον τοῖς μηδὲ τούτου τυγχάνουσιν· ὁ δ' ἕστηκε παρέχων ἑαυτὸν εἰς πλείω χρόνον ἐξαπατώμενον. Ἐπαινῶ δέ γε ταύτης αὐτοὺς τῆς ἀπανθρωπίας, ὅτι μηδὲ τοῖς στόμασιν ἡμᾶς προσίενται.

loci hujus tumultum, sycophantas, salutationes superbas, epulas, adulatores, cædes, testamentorum exspectationes, et amicitias simulatas? aut quid tandem facere decrevisti, quum neque discedere hinc, neque institutis hisce uti possis?

18. Quum ita mecum consultassem, et quemadmodum Jupiter Hectorem, ita me ipsum e telis, ut ait ille, subducens,

eque hominum cæde, atque tumultibus, eque cruore,

de cetero domi me continere statui, et vitam hanc muliebrem et timidam plerisque visam anteponens, cum ipsa philosophia et Platone et veritate colloquor: ac me ipsum quasi in frequentissimo theatro collocans, ex sublimi admodum contemplor ea quæ geruntur; quæ partim ejusmodi sunt, ut multum delectationis ac risus exhibere possint; partim talia, in quibus vir vere constans periculum de se ipso faciat.

19. Nam si malorum quoque encomium aliquod dicere convenit, ne credas majorem ullam virtutis palæstram esse, aut veriora usquam animorum experimenta fieri, quam in hac urbe et in ea, qua hic vivitur, consuetudine. Neque enim parum est resistere tot cupiditatibus, tot spectaculis atque aurium illecebris undique attrahentibus ac detinentibus: sed oportet omnino Ulyssis exemplo prælernavigare illa, non quidem ligatis manibus, ut ille (nam hoc formidolosum foret), neque etiam auribus cera obturatis, sed audientem et solutum, et vere animum supra hæc elatum habentem.

20. Licet autem et philosophiam mirari, conferendo cum illa tantam hominum amentiam; bonaque ista fortunæ contemnere, ubi aspexeris, velut in scena ac multiplicium personarum fabula, alium quidem ex servo dominum prodire, alium autem ex divite pauperem; contra alium ex paupere satrapam, aut regem; rursus alium amicum hujus, alium inimicum, alium etiam exulem esse. Nam hoc certe vel gravissimum est, quod licet Fortuna ipsa testetur sese in humanis rebus ludere, fateaturque nihil illarum certum ac stabile esse, nihilo minus tamen qui quotidie ista aspiciunt, et divitias expetunt et potentiam, ac pleni obambulant omnes earum rerum spe, quæ non contingunt.

21. Quod autem dixi, licere in iis, quæ geruntur, etiam ridere animumque oblectare, illud tibi jam exponam. Quomodo enim non ridiculi sint divites ipsi, qui et purpuram suam spectandam exhibent, et digitorum annulos ostentant, et multas produnt ineptias? Quod autem omnium absurdissimum est, etiam obvios aliena voce salutant, et hoc quasi magno aliquo contentos esse volunt, si solum ipsos aspexerint. Quidam vero fastuosiores adorari etiam se patiuntur, non e longinquo, neque ut Persis mos est, sed necesse est propius accedentem, et sese incurvantem, animo diu jam ante demisso, illiusque affectu etiam per corporis similitudinem declarato, pectus aut dextram deosculari; quod beatum atque spectabile videtur iis, qui ne hunc quidem honorem assequuntur: ille vero diu stat se ipsum præbens decipiendum. Illorum autem laudo inhumanitatem, quod ad ora osculanda nos non admittant.

22. Πολὺ δὲ τούτων οἱ προσιόντες αὐτοὶ καὶ θεραπεύοντες γελοιότεροι, νυκτὸς μὲν ἐξανιστάμενοι μέσης, περιθέοντες δὲ ἐν κύκλῳ τὴν πόλιν καὶ πρὸς τῶν οἰκετῶν ἀποκλειόμενοι, κύνες καὶ κόλακες καὶ τὰ τοιαῦτα ἀκούειν ὑπομένοντες. Γέρας δὲ τῆς πικρᾶς ταύτης αὐτοῖς περιόδου τὸ φορτικὸν ἐκεῖνο δεῖπνον καὶ πολλῶν αἴτιον συμφορῶν, ἐν ᾧ πόσα μὲν ἐμφαγόντες, πόσα δὲ παρὰ γνώμην ἐμπιόντες, πόσα δὲ ὧν οὐκ ἐχρῆν ἀπολαλήσαντες ἢ μεμφόμενοι τὸ τελευταῖον ἢ δυσφοροῦντες ἀπίασιν ἢ διαβάλλοντες τὸ δεῖπνον ἢ ὕβριν καὶ μακρολογίαν ἐγκαλοῦντες. Πλήρεις δὲ αὐτῶν ἐμούντων οἱ στενωποὶ καὶ πρὸς τοῖς χαμαιτυπείοις μαχομένων· καὶ μεθ' ἡμέραν οἱ πλείονες αὐτῶν κατακλιθέντες ἰατροῖς παρέχουσιν ἀφορμὰς περιόδων· ἔνιοι μὲν γάρ, τὸ καινότατον, οὐδὲ νοσεῖν σχολάζουσιν.

23. Ἐγὼ μέντοι γε πολὺ τῶν κολακευομένων ἐξωλεστέρους τοὺς κόλακας ὑπείληφα, καὶ σχεδὸν αὐτοὺς ἐκείνοις καθίστασθαι τῆς ὑπερηφανίας αἰτίους· ὅταν γὰρ αὐτῶν τὴν περιουσίαν θαυμάσωσι καὶ τὸν χρυσὸν ἐπαινέσωσι καὶ τοὺς πυλῶνας ἕωθεν ἐμπλήσωσι καὶ προσελθόντες ὥσπερ δεσπότας προσείπωσι, τί καὶ φρονήσειν ἐκείνους εἰκός ἐστιν; Εἰ δέ γε κοινῷ δόγματι κἂν πρὸς ὀλίγον ἀπέσχοντο τῆσδε τῆς ἐθελοδουλείας, οὐκ ἂν οἴει τοὐναντίον αὐτοὺς ἐλθεῖν ἐπὶ τὰς θύρας τῶν πτωχῶν δεομένους τοὺς πλουσίους, μὴ ἀθέατον αὐτῶν μηδ' ἀμάρτυρον τὴν εὐδαιμονίαν καταλιπεῖν μηδ' ἀνόνητόν τε καὶ ἄχρηστον τῶν τραπεζῶν τὸ κάλλος καὶ τῶν οἴκων τὸ μέγεθος; οὐ γὰρ οὕτω τοῦ πλουτεῖν ἐρῶσιν ὡς τοῦ διὰ τὸ πλουτεῖν εὐδαιμονίζεσθαι. Καὶ οὕτω δὴ ἔχει, μηδὲν ὄφελος εἶναι περικαλλοῦς οἰκίας τῷ οἰκοῦντι μηδὲ χρυσοῦ καὶ ἐλέφαντος, εἰ μή τις αὐτὰ θαυμάζοι. Ἐχρῆν οὖν ταύτῃ καθαιρεῖν αὐτῶν καὶ ἐπευωνίζειν τὴν δυναστείαν ἐπιτειχίσαντας τῷ πλούτῳ τὴν ὑπεροψίαν· νῦν δὲ λατρεύοντες εἰς ἀπόνοιαν ἄγουσι.

24. Καὶ τὸ μὲν ἄνδρας ἰδιώτας καὶ ἀναφανδὸν τὴν ἀπαιδευσίαν ὁμολογοῦντας τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, μετριώτερον ἂν εἰκότως νομισθείη· τὸ δὲ καὶ τῶν τινας φιλοσοφεῖν προσποιουμένων πολλῷ ἔτι τούτων γελοιότερα δρᾶν, τοῦτ' ἤδη τὸ δεινότατόν ἐστι. Πῶς γὰρ οἴει τὴν ψυχὴν διατεθεῖσθαί μοι, ὅταν ἴδω τούτων τινά, μάλιστα τῶν προβεβηκότων, ἀναμεμιγμένον κολάκων ὄχλῳ καὶ τῶν ἐπ' ἀξίας τινὰ δορυφοροῦντα καὶ τοῖς ἐπὶ τὰ δεῖπνα παραγγέλλουσι κοινολογούμενον, ἐπισημότερον δὲ τῶν ἄλλων ἀπὸ τοῦ σχήματος ὄντα καὶ φανερώτερον; καὶ ὃ μάλιστα ἀγανακτῶ, ὅτι μὴ καὶ τὴν σκευὴν μεταλαμβάνουσι, τὰ ἄλλα γε ὁμοίως ὑποκρινόμενοι τοῦ δράματος.

25. Ἃ μὲν γὰρ ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάζονται, τίνι τῶν καλῶν εἰκάσομεν; οὐκ ἐμφοροῦνται μὲν ἀπειροκαλώτερον, μεθύσκονται δὲ φανερώτερον, ἐξανίστανται δὲ πάντων ὕστατοι, πλείω δὲ ἀποφέρειν τῶν ἄλλων ἀξιοῦσιν; οἱ δὲ ἀστειότεροι πολλάκις αὐτῶν καὶ ᾖσαι προήχθησαν. Καὶ ταῦτα μὲν οὖν γελοῖα ἡγεῖτο· μάλιστα δὲ ἐμέμνητο τῶν ἐπὶ μισθῷ φιλοσοφούντων καὶ

22. Ceterum his multo ridiculi magis sunt, qui eos sectantur atque observant, de media nocte surgentes, et totam urbem circumcursitantes, et a servis foribus exclusi, canes, et adulatores, et id genus alia audire sustinentes. Præmium vero acerbæ illius circuitionis, onerosa illa, atque multorum malorum causa, cœna est : in qua illi, quam multis comesis epotisque præter animi sententiam, quam multa non dicenda prolocuti! postremo reprehendentes, aut ægre ferentes discedunt : et vel ipsam criminantur cœnam, vel contumeliam et sordes accusant! Pleni autem et angiportus sunt vomentibus istis, et circa vilissima quæque prostibula depugnantibus. Et plerique eorum in multum diem decumbentes, circumeundi causam medicis praebent : quibusdam enim, novo sane exemplo, ægrotandi adeo otium non est.

23. Ego vero adulatores longe iis, quibus adulantur, nequiores existimo, et propemodum auctores illis exsistere superbiæ ac fastus istius. Nam quum illorum opulentiam admirantur, aurum laudibus extollunt, vestibula mane complent, et adeuntes ipsos quasi dominos appellant, quid quæso illos cogitare consentaneum est? Quodsi vero communi decreto vel tantisper abstinerent ab hac voluntaria servitute, an non putas vice versa ipsos divites ad fores pauperum venturos esse, ultro rogantes, ne ignobilem et absque teste latentem suam felicitatem relinquerent, neve inutilem et ab omni usu remotam mensarum pulchritudinem et domorum magnitudinem esse paterentur? Neque enim tantopere divitias amant, quam propter divitias beatos atque felices sese existimari. Atque ita sane res habet, ut neque pulchrarum ædium, neque auri, neque eboris ulla domino sit utilitas, nisi sit qui illa admiretur. Oportebat igitur tali aliqua via diruere ipsorum et vilem reddere potentiam, contemtum hunc quasi munimentum divitiis opponendo : nunc vero colendo ad amentiam perducunt.

24. Ac certe homines indoctos et ignorantiam aperte confitentes talia factitare, tolerabilius merito existimetur : verum aliquos quoque, qui se philosophari simulant, multo etiam ineptiora his, magisque ridicula facere, illud tandem omnium maxime dolendum est. Quomodo enim me putas animo affectum esse, quoties video istorum aliquem, maxime eorum qui ætate provecti sunt, adulatorum turbis immixtum; et illorum aliquem, qui honores gerunt, satellitum modo sectantem; et cum iis, qui ad cœnam vocant, sermones conferentem : ceteris insigniorem et magis conspicuum ob habitum? et quod vel maxime indignari soleo, quando non itidem habitum mutant, quum utique, quod ad cetera attinet, easdem partes agant.

25. Nam quæ in conviviis designantur, cui quæso honestæ rei comparabimus? an non magis rustice replentur cibo, an non inebriantur magis, quam alii, manifeste? a convivio autem surgunt omnium ultimi; deinde et plura aliis auferre secum volunt : si qui vero ipsorum urbaniores paulo sunt, sæpenumero etiam cantare non erubescunt. Atque hæc quidem ille ridicula censebat. Præcipue vero eorum mentionem faciebat, qui pacta mercede philosophan-

τὴν ἀρετὴν ὤνιον ὥσπερ ἐξ ἀγορᾶς προτιθέντων· ἐργαστήρια γοῦν ἐκάλει καὶ καπηλεῖα τὰς τούτων διατριβάς· ἠξίου γὰρ τὸν πλούτου καταφρονεῖν διδάξοντα πρῶτον αὑτὸν παρέχειν ὑψηλότερον λημμάτων.

26. Ἀμέλει καὶ πράττων ταῦτα διετέλει, οὐ μόνον προῖκα τοῖς ἀξιοῦσι συνδιατρίβων, ἀλλὰ καὶ τοῖς δεομένοις ἐπαρκῶν καὶ πάσης περιουσίας καταφρονῶν, τοσούτου δέων ὀρέγεσθαι τῶν οὐδὲν προσηκόντων, ὥστε μηδὲ τῶν ἑαυτοῦ φθειρομένων ποιεῖσθαι πρόνοιαν, ὅς γε καὶ ἀγρὸν οὐ πόρρω τῆς πόλεως κεκτημένος οὐδὲ ἐπιβῆναι αὐτοῦ πολλῶν ἐτῶν ἠξίωσεν, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν αὐτοῦ εἶναι διωμολόγει, ταῦτ' οἶμαι διειληφώς, ὅτι τούτων μὲν φύσει οὐδενός ἐσμεν κύριοι, νόμῳ δὲ καὶ διαδοχῇ τὴν χρῆσιν αὐτῶν εἰς ἀόριστον παραλαμβάνοντες ὀλιγοχρόνιοι δεσπόται νομιζόμεθα, κἀπειδὰν ἡ προθεσμία παρέλθῃ, τηνικαῦτα παραλαβὼν ἄλλος ἀπολαύει τοῦ ὀνόματος. Οὐ μικρὰ δὲ οὐδὲ ἐκεῖνα παρέχει τοῖς ζηλοῦν ἐθέλουσι παραδείγματα, τῆς τροφῆς τὸ ἀπέριττον καὶ τῶν γυμνασίων τὸ σύμμετρον καὶ τοῦ προσώπου τὸ αἰδέσιμον καὶ τῆς ἐσθῆτος τὸ μέτριον, ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις τῆς διανοίας τὸ ἡρμοσμένον καὶ τὸ ἥμερον τοῦ τρόπου.

27. Παρῄνει δὲ τοῖς συνοῦσι μηδ' ἀναβάλλεσθαι τὸ ἀγαθὸν, ὅπερ τοὺς πολλοὺς ποιεῖν προθεσμίας ὁριζομένους ἑορτὰς ἢ πανηγύρεις, ὡς ἀπ' ἐκείνων ἀρξομένους τοῦ μὴ ψεύσασθαι καὶ τοῦ τὰ δέοντα ποιῆσαι· ἠξίου γὰρ ἀμέλλητον εἶναι τὴν πρὸς τὸ καλὸν ὁρμήν. Δῆλος δὲ ἦν καὶ τῶν τοιούτων κατεγνωκὼς φιλοσόφων, οἳ ταύτην ἄσκησιν ἀρετῆς ὑπελάμβανον, ἢν πολλαῖς ἀνάγκαις καὶ πόνοις τοὺς νέους ἀντέχειν καταγυμνάσωσι, τοῦτο μὲν δεῖν οἱ πολλοὶ κελεύοντες, ἄλλοι δὲ μαστιγοῦντες, οἱ δὲ χαριέστεροι καὶ σιδήρῳ τὰς ἐπιφανείας αὐτῶν καταξύοντες.

28. Ἡγεῖτο γὰρ χρῆναι πολὺ πρότερον ἐν ταῖς ψυχαῖς τὸ στερρὸν τοῦτο καὶ ἀπαθὲς κατασκευάσαι, καὶ τὸν ἄριστα παιδεύειν ἀνθρώπους προαιρούμενον τοῦτο μὲν ψυχῆς, τοῦτο δὲ σώματος, τοῦτο δὲ ἡλικίας τε καὶ τῆς πρότερον ἀγωγῆς ἐστοχάσθαι, ἵνα μὴ τὰ παρὰ δύναμιν ἐπιτάττων ἐλέγχηται· πολλοὺς γοῦν καὶ τελευτᾶν ἔφασκεν οὕτως ἀλόγως ἐπιταθέντας· ἕνα δὲ καὶ αὐτὸς εἶδον, ὃς καὶ γευσάμενος τῶν παρ' ἐκείνοις κακῶν, ἐπειδὴ τάχιστα λόγων ἀληθῶν ἐπήκουσεν, ἀμεταστρεπτὶ φεύγων ὡς αὐτὸν ἀφίκετο καὶ δῆλος ἦν ῥᾷον διακείμενος.

29. Ἤδη δὲ τούτων ἀποστὰς τῶν ἄλλων αὖθις ἀνθρώπων ἐμέμνητο καὶ τὰς ἐν τῇ πόλει ταραχὰς διεξῄει καὶ τὸν ὠθισμὸν αὐτῶν καὶ τὰ θέατρα καὶ τὸν ἱππόδρομον καὶ τὰς τῶν ἡνιόχων εἰκόνας καὶ τὰ τῶν ἵππων ὀνόματα καὶ τοὺς ἐν τοῖς στενωποῖς περὶ τούτων διαλόγους· πολλὴ γὰρ ὡς ἀληθῶς ἡ ἱππομανία καὶ πολλῶν ἤδη σπουδαίων εἶναι δοκούντων ἐπείληπται.

30. Μετὰ δὲ ταῦτα ἑτέρου δράματος ἥπτετο τῶν ἀμφὶ τὴν νεκυίαν τε καὶ διαθήκας καλινδουμένων, προστιθεὶς ὅτι μίαν φωνὴν οἱ Ῥωμαίων παῖδες ἀληθῆ

tur, virtutemque ipsam venalem tanquam de foro proponunt. Hinc et officinas cauponasque illorum scholas vocabat. Censebat enim eum, qui divitias contemnere alios docere vellet, primum se ipsum quæstu superiorem gerere debere.

26. Quod et præstabat ipse, non solum gratis conversando ac disserendo cum volentibus, sed et indigentibus necessaria subministrando, omnemque omnino opulentiam contemnendo. Ac tantum aberat ut aliena expeteret, ut ne suarum quidem rerum, quæ corrumpebantur, curam gereret; ut qui agrum, quem non procul ab urbe situm habebat, jam tot annis ne invisere quidem dignatus fuerit: immo ne suum quidem prorsus esse affirmabat; illud, opinor, reputans, quod natura istarum rerum nullius domini sumus, lege autem et per successionem usum earum in tempus incertum accipientes, temporarii possessores habemur: quo exacto tempore, alius easdem a nobis accipiens, nomine eodem fruitur. Idem non parva præbet imitari volentibus exempla, victus scilicet frugalitatem, exercitiorum justum modum, vultus modestiam, et vestitus mediocritatem, et super omnia hæc compositam mentem morumque mansuetudinem.

27. Monebat secum versantes, ne bene agendi tempus prorogarent, ut multis solemne est, certum sibi tempus præfinientibus, aut festos dies, aut solemnes conventus, quibus auspicentur non mentiri et recte agere. Moræ enim expertem esse illum ad honesta impetum debere volebat. Ostendebat etiam se philosophos illos damnare, qui ad virtutem formare se adolescentes putant, si multis tormentorum necessitatibus atque laboribus sustinendis exerceant; vincire plerique jubentes, alii flagris cædentes, et si qui elegantiores, etiam ferro cutim perradentes.

28. Putabat enim ille multo prius in animis duritiem istam et firmitatem contra dolores ac perturbationes parandam esse; eumque, qui homines optime instituere velit, partim animi, partim corporis, partim etiam ætatis et prioris educationis rationem habere debere, ne, ea quæ vires excederent imponendo, reprehensionem incurrat. Multos certe et mortuos ex eo esse dicebat, dum præter rationem ita supra vires intenderentur. Unum autem etiam ipse vidi, qui quum jam ea apud illos mala degustasset, audita statim vera doctrina, irrevocabili cursu aufugiens inde, ad ipsum venit, quem mox ab eo refectum cernere erat.

29. Jam vero ab istis ad alios digressus, urbis tumultus, et turbæ conflictus persecutus est, et theatra, et circum, et aurigarum statuas, et equorum nomina, deque iis ipsis in angiportis colloquia : frequentissimum enim revera equorum insanum studium, quod jam et multos summæ existimationis viros invasit.

30. Post hæc quasi alteram fabulam orsus est, notando ea quæ circa funera et testamenta agitantur, hoc addens, unam hanc vocem Romanos per omnem ætatem veram

παρ' ὅλον τὸν βίον προίενται, τὴν ἐν ταῖς διαθήκαις λέγων, ἵνα μὴ ἀπολαύσωσι τῆς σφετέρας ἀληθείας. Ἃ δὲ καὶ μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ γελᾶν προήχθην, ὅτι καὶ συγκατορύττειν ἑαυτοῖς ἀξιοῦσι τὰς ἀμαθίας καὶ τὴν ἀναλγησίαν ἔγγραφον ὁμολογοῦσιν, οἱ μὲν ἐσθῆτας ἑαυτοῖς κελεύοντες συγκαταφλέγεσθαι, οἱ δ' ἄλλο τι τῶν παρὰ τὸν βίον τιμίων, οἱ δὲ καὶ παραμένειν τινὰς οἰκέτας τοῖς τάφοις, ἔνιοι δὲ καὶ στέφειν τὰς στήλας ἄνθεσιν, εὐήθεις ἔτι καὶ παρὰ τὴν τελευτὴν διαμένοντες.

31. Εἰκάζειν οὖν ἠξίου τί πέπρακται τούτοις παρὰ τὸν βίον, εἰ τοιαῦτα περὶ τῶν μετὰ τὸν βίον ἐπισκήπτουσι· τούτους γὰρ εἶναι τοὺς τὸ πολυτελὲς ὄψον ὠνουμένους καὶ τὸν οἶνον ἐν τοῖς συμποσίοις μετὰ κρόκων τε καὶ ἀρωμάτων ἐκχέοντας, τοὺς μέσου χειμῶνος ἐμπιπλαμένους ῥόδων καὶ τὸ σπάνιον αὐτῶν καὶ παρὰ καιρὸν ἀγαπῶντας, τὸ δ' ἐν καιρῷ καὶ κατὰ φύσιν ὡς εὐτελὲς ὑπερηφανοῦντας· τούτους εἶναι τοὺς καὶ τὰ μύρα πίνοντας, ὃ καὶ μάλιστα διέσυρεν αὐτῶν, ὅτι μηδὲ χρῆσθαι ἴσασι ταῖς ἐπιθυμίαις, ἀλλὰ κἀν ταύταις παρανομοῦσι καὶ τοὺς ὅρους συγχέουσι πάντοθεν τῇ τρυφῇ παραδόντες αὐτῶν τὰς ψυχὰς πατεῖν, καὶ τοῦτο δὴ τὸ ἐν ταῖς τραγῳδίαις τε καὶ κωμῳδίαις λεγόμενον, ἤδη καὶ παρὰ θύραν εἰσβιαζόμενοι. Σολοικισμὸν οὖν ἐκάλει τὸ τοιοῦτον τῶν ἡδονῶν.

32. Ἀπὸ δὲ τῆς αὐτῆς γνώμης κἀκεῖνο ἔλεγεν ἀτεχνῶς τοῦ Μώμου τὸν λόγον μιμησάμενος· ὡς γὰρ ἐκεῖνος ἐμέμφετο τοῦ ταύρου τὸν δημιουργὸν θεὸν οὐ προθέντα τῶν ὀφθαλμῶν τὰ κέρατα, οὕτω δὴ καὶ αὐτὸς ᾐτιᾶτο τῶν στεφανουμένων, ὅτι μὴ ἴσασι τοῦ στεφάνου τὸν τόπον· εἰ γάρ τοι, ἔφη, τῇ πνοῇ τῶν ἴων τε καὶ ῥόδων χαίρουσιν, ὑπὸ τῇ ῥινὶ μάλιστα ἐχρῆν αὐτοὺς στέφεσθαι παρ' αὐτὴν ὡς οἷόν τε τὴν ἀναπνοήν, ἵν' ὡς πλεῖστον ἀνέσπων τῆς ἡδονῆς.

33. Καὶ μὴν κἀκείνους διεγέλα τοὺς θαυμάσιόν τινα τὴν σπουδὴν περὶ τὰ δεῖπνα ποιουμένους χυμῶν τε ποικιλίαις καὶ πεμμάτων περιεργίαις· καὶ γὰρ αὖ καὶ τούτους ἔφασκεν ὀλιγοχρονίου τε καὶ βραχείας ἡδονῆς ἔρωτι πολλὰς πραγματείας ὑπομένειν· ἀπέφαινε γοῦν τεσσάρων δακτύλων αὐτοῖς ἕνεκα πάντα πονεῖσθαι τὸν πόνον, ἐφ' ὅσους ὁ μήκιστος ἀνθρώπου λαιμός ἐστιν· οὔτε γὰρ πρὶν ἐμφαγεῖν, ἀπολαύειν τι τῶν ἐωνημένων, οὔτε βρωθέντων ἥδιω γενέσθαι τὴν ἀπὸ τῶν πολυτελεστέρων πλησμονήν· λοιπὸν οὖν εἶναι τὴν ἐν τῇ παρόδῳ γιγνομένην ἡδονὴν τοσούτων ὠνεῖσθαι χρημάτων. Εἰκότα δὲ πάσχειν ἔλεγεν αὐτοὺς ὑπ' ἀπαιδευσίας τὰς ἀληθεστέρας ἡδονὰς ἀγνοοῦντας, ὧν ἁπασῶν φιλοσοφία χορηγός ἐστι τοῖς πονεῖν προαιρουμένοις.

34. Περὶ δὲ τῶν ἐν τοῖς βαλανείοις δρωμένων πολλὰ μὲν διεξῄει, τὸ πλῆθος τῶν ἑπομένων, τὰς ὕβρεις, τοὺς ἐπικειμένους τοῖς οἰκέταις καὶ μικροῦ δεῖν ἐκφερομένους. Ἓν δέ τι καὶ μάλιστα μισεῖν ἐῴκει, πολὺ δ' ἐν τῇ πόλει τοῦτο καὶ τοῖς βαλανείοις ἐπιχωριάζον· προϊόν-

emittere, ea intelligens quæ in testamentis scribuntur, videlicet ne, dum in vivis sint, fruantur sua veritate. Quæ vero dum ab eo dicebantur, risum tenere non potui, hæc nimirum sunt, quod et secum sepeliri ignorantiam suam velle eos aiebat, et stoliditatem suam aperte scripto etiam testari, dum hi vestes, alii aliud quid eorum, quæ pe[r] vitam fuerant carissima, comburere eodem rogo secum mandant : alii et servos certos ad sepulcra astare, ali[i] etiam cippos sertis coronari præcipiunt, stolidi videlice[t] etiam in ipsa morte manentes.

31. Conjecturam igitur inde fieri volebat, quid in vit[a] ab illis actum sit, quando talia de iis, quæ post morte[m] secutura sint, testamentis mandant. Hos enim illos esse qui cara obsonia emunt, vinumque in conviviis cum croc[o] et odoribus effundunt; qui media hieme rosis opplentur quas, dum raræ sunt et intempestivæ, amant; tempestiva et a natura (nullo cogente) datas tanquam viles fastidiunt Hos illos esse, qui etiam unguenta bibunt; et, quo no mine vel maxime eos carpebat, qui ne uti quidem cupidi tatibus scirent, sed et in hisce peccarent, finesque earun confunderent, animum suum voluptatibus undique con culcandum permittentes, et quod in tragœdiis atque co mœdiis dicitur, alia quavis parte potius, quam per patente[m] januam, irruentes. Solœcismum igitur vocabat tale volu ptatum genus.

32. Ceterum et hoc ex eadem sententia dicebat, prorsu[s] Momi dictum imitatus. Ut enim ille reprehendebat tau[ri] artificem deum, quod cornua ante oculos non posuisset : it[a] et ipse inscitiæ arguebat eos, qui corollas in capite gest[a]bant. Nam si odore, inquiebat, violarum rosarumqu[e] delectantur, sub naribus potissimum eas collocari oportebat juxta ipsum, quam proxime fieri potest, spiraculum, ut quamplurimum attraherent voluptatis.

33. Eos quoque irridebat, qui miram quandam diliger[en]tiam in apparandis cœnis adhibent, dum condimentoru[m] varietatem et cuppediarum bellariorumque curiosam com positionem sectantur. Nam et hos brevis ac momentane[æ] voluptatis amore multa negotia sustinere aiebat. Indicab[at] autem, quatuor illos digitorum causa totum hunc susciper[e] laborem solere, quorum mensuram vix longissimum hom[i]nis guttur æquet : neque enim antequam edant, ullam e emtis tanto pretio cibis voluptatem eos capere; nec devo[]ratis, suaviorem, quam quæ ex ceteris vilioribus sit repletionem reddi : restare igitur, ut illam, quæ velut i[n] transcursu percipitur, voluptatem tam grandi pecuni[a] mercentur. In hæc autem absurda delabi eos minime m[i]rum esse dicebat, utpote imperitos veriorumque ignaro[s] voluptatum quas omnes philosophia suppeditat laborare v[o]lentibus.

34. De iis autem, quæ in balneis aguntur, multa comm[e]morabat : multitudinem prosequentium, contumelias, eo[s] qui servis impositi gestantur ac propemodum efferuntu[r]. Unum autem maxime ac præter cetera odisse visus est, quo[d] in urbe frequens, et in balneis valde familiare. Præeunte

τας γάρ τινας τῶν οἰκετῶν δεῖ βοᾶν καὶ παραγγέλλειν προορᾶσθαι τοῖν ποδοῖν, ἤν ὑψηλόν τι ἢ κοῖλον μέλλωσιν ὑπερβαίνειν, καὶ ὑπομιμνήσκειν αὐτούς, τὸ καινότατον, ὅτι βαδίζουσι. Δεινὸν οὖν ἐποιεῖτο, εἰ στόματος μὲν ἀλλοτρίου δειπνοῦντες μὴ δέονται μηδὲ χειρῶν, μηδὲ τῶν ὤτων ἀκούοντες, ὀφθαλμῶν δὲ ὑγιαίνοντες ἀλλοτρίων δέονται προοψομένων καὶ ἀνέχονται φωνὰς ἀκούοντες δυστυχέσιν ἀνθρώποις πρεπούσας καὶ πεπηρωμένοις· ταῦτα γὰρ αὐτὰ πάσχουσιν ἐν ταῖς ἀγοραῖς ἡμέρας μέσης καὶ οἱ τὰς πόλεις ἐπιτετραμμένοι.

35. Ταῦτά τε καὶ πολλὰ ἕτερα τοιαῦτα διελθὼν κατέπαυσε τὸν λόγον. Ἐγὼ δὲ τέως μὲν ἤκουον αὐτοῦ τεθηπὼς μὴ σιωπήσῃ καὶ πεφοβημένος· ἐπειδὴ δὲ ἐπαύσατο, τοῦτο δὴ τὸ τῶν Φαιάκων πάθος ἐπεπόνθειν· πολὺν γὰρ δὴ χρόνον ἐς αὐτὸν ἀπέβλεπον κεχηλημένος· εἶτα πολλῇ συγχύσει καὶ ἰλίγγῳ κατειλημμένος τοῦτο μὲν ἱδρῶτι κατερρεόμην, τοῦτο δὲ φθέγξασθαι βουλόμενος ἐξέπιπτόν τε καὶ ἀνεκοπτόμην, καὶ ἥ τε φωνὴ ἐξέλειπε καὶ ἡ γλῶττα διημάρτανε, καὶ τέλος ἐδάκρυον ἀπορούμενος· οὐ γὰρ ἐξ ἐπιπολῆς οὐδ' ὡς ἔτυχεν ἡμῶν ὁ λόγος καθίκετο, βαθεῖα δὲ καὶ καίριος ἡ πληγὴ ἐγένετο, καὶ μάλα εὐστόχως ἐνεχθεὶς ὁ λόγος αὐτήν, εἰ οἷόν τε εἰπεῖν, διέκοψε τὴν ψυχήν· εἰ γάρ τι δεῖ κἀμὲ ἤδη φιλοσόφων προσάψασθαι λόγων, ὧδε περὶ τούτων ὑπείληφα.

36. Δοκεῖ μοι ἀνδρὸς εὐφυοῦς ψυχὴ μάλα σκοπῷ τινι ἁπαλῷ προσεοικέναι. Τοξόται δὲ πολλοὶ μὲν ἀνὰ τὸν βίον καὶ μεστοὶ τὰς φαρέτρας ποικίλων τε καὶ παντοδαπῶν λόγων, οὐ μὴν πάντες εὔστοχα τοξεύουσιν, ἀλλ' οἱ μὲν αὐτῶν σφόδρα τὰς νευρὰς ἐπιτείναντες εὐτονώτερον τοῦ δέοντος ἀφιᾶσι· καὶ ἅπτονται μὲν καὶ οὗτοι τῆς ὁδοῦ, τὰ δὲ βέλη αὐτῶν οὐ μένει ἐν τῷ σκοπῷ, ἀλλ' ὑπὸ τῆς σφοδρότητος διελθόντα καὶ παροδεύσαντα κεχηνυῖαν μόνον τῷ τραύματι τὴν ψυχὴν ἀπέλειπεν. Ἄλλοι δὲ πάλιν τούτοις ὑπεναντίως· ὑπὸ γὰρ ἀσθενείας τε καὶ ἀτονίας οὐδὲ ἐφικνεῖται τὰ βέλη αὐτοῖς ἄχρι πρὸς τὸν σκοπόν, ἀλλ' ἐκλυθέντα καταπίπτει πολλάκις ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ· ἢν δέ ποτε καὶ ἐφίκηται, ἄκρον μὲν ἐπιλίγδην ἅπτεται, βαθεῖαν δὲ οὐκ ἐργάζεται πληγήν· οὐ γὰρ ἀπ' ἰσχυρᾶς ἐντολῆς ἀπεστέλλετο.

37. Ὅστις δὲ ἀγαθὸς τοξότης καὶ Τεύκρῳ ὅμοιος, πρῶτον μὲν ἀκριβῶς ὄψεται τὸν σκοπόν, εἰ μὴ σφόδρα μαλακός, εἰ μὴ στερρότερος τοῦ βέλους· γίγνονται γὰρ δὴ καὶ ἄτρωτοι σκοποί. Ἐπειδὰν δὲ ταῦτα ἴδῃ, τηνικαῦτα χρίσας τὸ βέλος οὔτε ἰῷ, καθάπερ τὰ Σκυθῶν χρίεται, οὔτε ὀπῷ, καθάπερ τὰ Κουρήτων, ἀλλ' ἠρέμα δηκτικῷ τε καὶ γλυκεῖ φαρμάκῳ τοῦτο χρίσας ἀτεχνῶς ἐτόξευσε· τὸ δὲ ἐνεχθὲν εὖ μάλα ἐντόνως καὶ διακόψαν ἄχρι τοῦ διελθεῖν μένει τε καὶ πολὺ τοῦ φαρμάκου ἀφίησιν, ὃ δὴ σκιδνάμενον ὅλην ἐν κύκλῳ τὴν ψυχὴν περιέρχεται. Τοῦτό τοι καὶ ἥδονται καὶ δακρύουσι μεταξὺ ἀκούοντες, ὅπερ καὶ αὐτὸς ἔπασχον, ἡσυχῇ ἄρα τοῦ φαρμάκου τὴν ψυχὴν περιθέοντος. Ἐπῄει δ' οὖν μοι πρὸς αὐτὸν τὸ ἔπος ἐκεῖνο λέγειν·

enim quosdam ex servis clamare oportet et admonere, ut ante pedes prospiciant, si quid exstantius paullo, aut cavum prætergrediendum sit, atque commonefacere eos (id quod absurdissimum est) quo scilicet sese incedere meminerint. Indignabatur itaque, si, quum ederent, alieno ore non indigerent, aut manibus; neque quum audirent, aliorum auribus uterentur: oculis autem aliorum, valentes ac sani, ad prospiciendum opus haberent, ac sustinerent voces audire, quæ miseris hominibus et excæcatis convenirent: audiunt enim has ipsas in foro, et medio die etiam ii viri, quibus demandata est urbium cura.

35. Hæc atque hujusmodi alia multa oratione persecutus, dicendi finem fecit. Ego vero interim, dum loquebatur, stupens auscultabam, metuens ne conticesceret. Ubi vero loqui desiit, illud nimirum, quod Phæacibus olim accidit, ego quoque passus sum. Diu enim defixis in eum oculis permulsus constiti; deinde multa confusione atque vertigine correptus, et sudore manabam, et loqui volentem oratio deficiebat ac retro inhibebar; ipsaque vox intercidebat, et lingua titubabat: postremo animi pendens lacrimabar. Neque enim summam duntaxat cutem perstrinxerat, aut leviter me ejus oratio tetigerat, sed altius et letale vulnus erat: scite enim admodum librata oratio ipsum, si ita dici fas est, animum trajecit. Quodsi jam decet nonnihil et me philosophicos attingere sermones, ita de hisce existimo.

36. Videtur mihi animus hominis bona indole præditi admodum similis esse scopo alicui tenero. Sagittarii autem in hac vita multi, qui plenas quidem pharetras variis atque omnis generis orationibus habent: ceterum non omnes certo jaculantur ac destinata feriunt; sed alii nervo nimium intento vehementiori quam par est impetu telum emittunt: et hi ab recta quidem via non aberrant, sagittæ autem ipsorum non manent in scopo, sed præ vehementia ictus penetrantes ac permeantes hiantem modo vulnere animum relinquunt. Aliorum contra sagittæ præ imbecillitate virium, et quod laxiore nervo emittuntur, ad scopum usque non perveniunt, sed languente impetu, sæpenumero in medio cursu deficiunt: quodsi vero interdum scopum contingant, summum illum quidem leviter perstringunt, altius autem vulnus nequaquam infligunt: neque enim valido missu conjiciebantur.

37. At qui bonus jaculator est ac Teucro illi similis, principio quidem diligenter scopum perspiciet, num valde mollis, num rursus nimis solidus et telo impenetrabilis: sunt enim scopi quidam invulnerabiles. Ubi autem hæc omnia perspecta habet, tum demum tincta sagitta, non veneno, quemadmodum Scytharum sagittæ tinguntur, neque succo, ut Curetum, sed sensim mordicante pariter et dulci pharmaco infecta, certo jam jaculatur. Telum autem, valide quantum satis est impulsum, eo usque penetrans ut inhæreat, intus manet et multum medicamenti emittit, quod videlicet dispersum, totum circumquaque animum ambit. Hinc est quod et oblectantur et lacrimas inter audiendum emittunt: quod et mihi accidit, sensim medicamento illo animum mihi pervagante. Succurrebat igitur mihi Homericum illud ipsi dicere:

Βάλλ' οὕτως, αἴ κέν τι φόως ἄνδρεσσι γένηαι.

Ὥσπερ γὰρ οἱ τοῦ Φρυγίου αὐλοῦ ἀκούοντες οὐ πάντες μαίνονται, ἀλλ' ὁπόσοι αὐτῶν τῇ Ῥέᾳ λαμβάνονται, οὗτοι δὲ πρὸς τὸ μέλος ὑπομιμνήσκονται τοῦ πάθους, οὕτω καὶ οἱ φιλοσόφων ἀκούοντες οὐ πάντες ἔνθεοι καὶ τραυματίαι ἀπίασιν, ἀλλ' οἷς ὑπῆν τι ἐν τῇ φύσει φιλοσοφίας συγγενές.

38. ΕΤΑΙ. Ὡς σεμνὰ καὶ θαυμάσια καὶ θεῖά γε, ὦ ἑταῖρε, διελήλυθας, ἐλελήθεις τέ με πολλῆς ὡς ἀληθῶς τῆς ἀμβροσίας καὶ τοῦ λωτοῦ κεχορεσμένος· ὥστε καὶ μεταξὺ σοῦ λέγοντος ἔπασχόν τι ἐν τῇ ψυχῇ, καὶ παυσαμένου ἄχθομαι καὶ ἵνα δὴ καὶ κατὰ σὲ εἴπω, τέτρωμαι· καὶ μὴ θαυμάσῃς· οἶσθα γὰρ ὅτι καὶ οἱ πρὸς τῶν κυνῶν τῶν λυττώντων δηχθέντες οὐκ αὐτοὶ μόνοι λυττῶσιν, ἀλλὰ κἄν τινας ἑτέρους καὶ αὐτοὶ ἐν τῇ μανίᾳ τὸ αὐτὸ τοῦτο διαθῶσι, καὶ οὗτοι ἔκφρονες γίγνονται· συμμεταβαίνει γάρ τι τοῦ πάθους ἅμα τῷ δήγματι καὶ πολυγονεῖται ἡ νόσος καὶ πολλὴ γίγνεται τῆς μανίας διαδοχή.

ΛΟΥΚ. Οὐκοῦν καὶ αὐτὸς ἡμῖν ἐρᾶν ὁμολογεῖς;

ΕΤΑΙ. Πάνυ μὲν οὖν, καὶ προσέτι δέομαί γέ σου κοινήν τινα τὴν θεραπείαν ἐπινοεῖν.

ΛΟΥΚ. Τὸ τοῦ ἄρα Τηλέφου ἀνάγκη ποιεῖν.

ΕΤΑΙ. Ποῖον αὖ λέγεις;

ΛΟΥΚ. Ἐπὶ τὸν τρώσαντα ἐλθόντας ἰᾶσθαι παρακαλεῖν.

IV.

ΔΙΚΗ ΦΩΝΗΕΝΤΩΝ.

1. Ἐπὶ ἄρχοντος Ἀριστάρχου Φαληρέως, Πυανεψιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου, γραφὴν ἔθετο τὸ Σῖγμα πρὸς τὸ Ταῦ ἐπὶ τῶν ἑπτὰ Φωνηέντων βίας ὑπαρχόντων καὶ ἁρπαγῆς, ἀφῃρῆσθαι λέγον πάντων τῶν ἐν διπλῷ ταῦ ἐκφερομένων.

2. Μέχρι μέν, ὦ Φωνήεντα δικασταί, ὀλίγα ἠδικούμην ὑπὸ τουτουὶ τοῦ ταῦ καταχρωμένου τοῖς ἐμοῖς καὶ καταίροντος ἔνθα μὴ δεῖ, οὐ βαρέως ἔφερον τὴν βλάβην καὶ παρήκουον ἔνια τῶν λεγομένων ὑπὸ τῆς μετριότητος, ἣν ἴστε με φυλάσσοντα πρός τε ὑμᾶς καὶ τὰς ἄλλας συλλαβάς· ἐπεὶ δὲ ἐς τοσοῦτον ἥκει πλεονεξίας τε καὶ ἀνοίας, ὥστε ἐφ' οἷς ἡσύχασα πολλάκις, οὐκ ἀγαπῶν, ἀλλ' ἤδη καὶ πλείω προσβιάζεται, ἀναγκαίως αὐτὸ εὐθύνω νῦν παρὰ τοῖς ἀμφότερα εἰδόσιν ὑμῖν. Δέος δὲ οὐ μικρόν μοι ἐπὶ τῆς ἀποθλίψεως ἐπέρχεται τῆς ἐμαυτοῦ· τοῖς γὰρ προπεπραγμένοις ἀεί τι μεῖζον προστιθὲν ἄρδην με τῆς οἰκείας ἀποθλίψει χώρας, ὡς ὀλίγου δεῖν ἡσυχίαν ἀγαγόντα μηδὲ ἐν γράμμασιν ἀριθμεῖσθαι, ἐν ἴσῳ δὲ κεῖσθαι τοῦ ψόφου.

3. Δίκαιον οὖν οὐχ ὑμᾶς, οἳ δικάζετε νῦν, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ γράμματα τῆς πείρας ἔχειν τινὰ φυλακήν· εἰ γὰρ ἐξέσται τοῖς βουλομένοις ἀπὸ τῆς καθ' αὑτὰ τάξεως ἐς ἀλλοτρίαν βιάζεσθαι καὶ τοῦτο ἐπιτρέψετε ὑμεῖς,

Sic jace, si qua viris per te nova lux oriatur.

Quemadmodum enim qui Phrygiam tibiam audiunt, non omnes in furorem vertuntur, sed quotquot ipsorum a Rhea corripiuntur, ii vero audito carmine, prioris affectus reminiscuntur : ita et qui philosophos audiunt, non omnes a deo inspirati ac saucii abeunt; sed illi solum, quorum ingenio quiddam philosophiæ cognatum subest.

38. AM. Quam gravia et admiratione digna et divina, o amice, commemorasti! quantaque revera ambrosia, quanto loto saturatus, me inscio, fuisti! Quare et te dicente, animo commovebar, et nunc desinente, mœrore afficior, et, ut tuis verbis utar, saucius sum. Neque vero mireris : nosti enim eos, qui a canibus rabiosis mordentur, non solos rabie corripi, sed et si quos alios ipsi in ea insania momorderint, etiam illos mente dejici atque in furorem verti solere. Nam simul cum morsu etiam morbi istius quiddam in alium transfertur et propagatur, fitque insaniæ istius multiplex successio.

LUC. Itaque etiam ipse nobis jam amare te confiteris?

AM. Maxime : oroque insuper, ut communem aliquam medicinam nobis excogites atque invenias.

LUC. Ergo Telephi illud necesse erit facere.

AM. Quodnam illud dicis?

LUC. Ad eum, a quo vulnerati sumus, eundum esse, et ab illo medicinam petendam.

IV.

JUDICIUM VOCALIUM.

1. Archonte Aristarcho Phalereo, septima Pyanepsionis, actionem instituit Σῖγμα adversus Ταῦ apud judices septem Vocales, de vi et rapina bonorum; spoliari se dicens omnibus illis vocibus, quæ duplici ταῦ proferri solent.

ΣΩ. Οὐκουν δὴ θεωροῦμεν καὶ ἀνθρώπων πρὸς ἀλλήλους συμβαλλομένων μεγάλας τινὰς ὑπεροχὰς ἐν ταῖς δυνάμεσι καὶ ἐν ταῖς ἀδυναμίαις ὑπαρχούσας; ἡ γὰρ τῶν ἀνδρῶν ἡλικία πρὸς τὰ νήπια παντελῶς βρέφη, τὰ πεμπταῖα ἐκ γενετῆς ἢ δεκαταῖα, θαυμαστὴν ὅσην ἔχει τὴν διαφορὰν δυνάμεώς τε καὶ ἀδυναμίας ἐν πάσαις σχεδὸν ταῖς κατὰ τὸν βίον πράξεσι, καὶ ὅσα διὰ τῶν τεχνῶν τούτων οὕτω πολυμηχάνων καὶ ὅσα διὰ τοῦ σώματος καὶ τῆς ψυχῆς ἐργάζονται· ταῦτα γὰρ τοῖς νέοις, ὥσπερ εἶπον, παιδίοις οὐδ' εἰς νοῦν ἐλθεῖν δυνατὰ φαίνεται.

6. Καὶ τῆς ἰσχύος δὲ τῆς ἑνὸς ἀνδρὸς τελείου τὸ μέγεθος ἀμέτρητον ὅσην ἔχει τὴν ὑπεροχὴν πρὸς ἐκεῖνα· μυριάδας γὰρ τῶν τοιούτων εἷς ἀνὴρ πάνυ πολλὰς χειρώσαιτ' ἂν ῥᾳδίως· ἡ γὰρ ἡλικία παντελῶς ἄπορος δήπου πάντων καὶ ἀμήχανος ἐξ ἀρχῆς παρακολουθεῖ τοῖς ἀνθρώποις κατὰ φύσιν. Ὁπηνίκα οὖν ἄνθρωπος, ὡς ἔοικεν, ἀνθρώπου τοσούτῳ διαφέρει, τί νομίσωμεν τὸν σύμπαντα οὐρανὸν πρὸς τὰς ἡμετέρας δυνάμεις φανῆναι ἂν τοῖς τὰ τοιαῦτα θεωρεῖν ἐφικνουμένοις; Πιθανὸν οὖν ἴσως δόξει πολλοῖς, ὅσην ἔχει τὸ μέγεθος τοῦ κόσμου τὴν ὑπεροχὴν πρὸς τὸ Σωκράτους ἢ Χαιρεφῶντος εἶδος, τηλικοῦτον καὶ τὴν δύναμιν αὐτοῦ καὶ τὴν φρόνησιν καὶ διάνοιαν ἀνάλογον διαφέρειν τῆς περὶ ἡμᾶς διαθέσεως.

7. Σοὶ μὲν οὖν καὶ ἐμοὶ καὶ ἄλλοις πολλοῖς τοιούτοις οὖσι πόλλ' ἅττ' ἀδύνατα τῶν ἑτέροις πάνυ ῥᾳδίων· ἐπεὶ καὶ αὐλῆσαι τοῖς ἀναύλοις καὶ ἀναγνῶναι ἢ γράψαι τοῖς ἀγραμμάτοις γραμματικὸν τρόπον ἀδυνατώτερόν ἐστι τέως, ἕως ἂν ὦσιν ἀνεπιστήμονες, τοῦ ποιῆσαι γυναῖκας ἐξ ὀρνίθων ἢ ὄρνιθας ἐκ γυναικῶν. Ἡ δὲ φύσις ἐν κηρίῳ σχεδὸν παραλαβοῦσα ζῷον ἄπουν καὶ ἄπτερον πόδας ὑποθεῖσα καὶ πτερώσασα ποικιλίᾳ τε φαιδρύνασα πολλῇ καὶ καλῇ καὶ παντοδαπῇ χρωμάτων μέλιτταν ἀπέδειξε σοφὴν θείου μέλιτος ἐργάτιν, ἔκ τε ᾠῶν ἀφώνων καὶ ἀψύχων πολλὰ γένη πλάττει πτηνῶν τε καὶ πεζῶν καὶ ἐνύδρων ζῴων, τέχναις, ὥς λόγος τινῶν, ἱεραῖς αἰθέρος μεγάλου προσχρωμένη.

8. Τὰς οὖν ἀθανάτων δυνάμεις μεγάλας οὔσας θνητοὶ καὶ σμικροὶ παντελῶς ὄντες καὶ οὔτε τὰ μεγάλα δυνάμενοι καθορᾶν οὔτ' αὖ τὰ σμικρά, τὰ πλείω δ' ἀποροῦντες καὶ τῶν περὶ ἡμᾶς συμβαινόντων παθῶν, οὐκ ἂν ἔχοιμεν εἰπεῖν βεβαίως οὔτ' ἀλκυόνων πέρι οὔτ' ἀηδόνων· κλέος δὲ μύθων, οἷον παρέδοσαν πατέρες, τοιοῦτον καὶ παισὶν ἐμοῖς, ὦ ὄρνι θρήνων μελῳδέ, παραδώσω τῶν σῶν ὕμνων πέρι, καί σου τὸν εὐσεβῆ καὶ

mole fingunt refinguntque multas formarum naturas. Deo enimvero magnam habenti virtutis præstantiam neque omnino comparandam ad nostras agendi vires, ad manum esse credere par est omnia istiusmodi atque in facili posita: quandoquidem totum cælum quanto tandem temet ipso putas esse majus? an indicare possis?

5. CHÆR. Quis autem hominum, o Socrates, intelligere queat aut dicendo efferre tale quicquam? neque enim verbis illa consequi licet.

SOCR. Nonne vero animadvertimus hominum, inter sese si conferantur, magnum aliquod esse discrimen, quo alius alium superet, virium imbecillitatisque? nam virorum ætas ad pueros prorsus infantes, quinque, si lubet, a partu aut decem diebus, comparata admirabilem plane habet differentiam roboris et infirmitatis in omnibus propemodum per vitam actionibus, et iis quæcumque artibus istis tam solertibus, et iis quæ corpore et animo perficiunt : ista enim novellis, ut dixi, puerulis ne in mentem quidem venire videntur posse.

6. Roboris autem unius viri adulti magnitudo immensum quantum illos supergreditur; adeo ut millia talium unus vir valde multa devicerit facillime : ætas enimvero penitus omnium indiga, quæque nullis sibi machinis ipsa sufficiat, ab initio hominibus adest comes naturæ lege. Quandoquidem ergo homo, ut patet, homini tantum interest, quid existimabimus omne simul cælum ad nostras vires illis visum iri, qui talia contemplari valent? Probabile scilicet videbitur multis, quantum magnitudo mundi superat Socratis aut Chærephontis speciem, tantum quoque potentiam ejus ac sapientiam atque intellectum pro ratione antecedere facultatum nostrarum dotes.

7. Proinde tibi mihique ac multis aliis nostri similibus multa quidem impossibilia sunt eorum, quæ aliis valde facilia : nam et tibias inflare artis expertibus, et legere aut scribere illiteratis multo magis arduum est, usque eo dum sint imperiti, quam facere mulieres ex avibus, aut aves ex mulieribus. Natura vero acceptum in favo fere sine pedibus ac pennis animal, pedibus appositis atque alis, et varietate multa expoliens pulchraque et omnimoda colorum, apem sapientem produxit, divini mellis opificem : tum porro ex ovis mutis et inanimatis multa genera fingit alitum et terrestrium aquaticorumque animalium, artibus quibusdam, ut produnt aliqui, sacris ætheris magni ad tanti operis curam insuper usa.

8. Quum ergo vires immortalium sint ingentes, nos mortales et pusilli plane, qui neque magna possumus perspicere, et ne parva quidem, in plerisque etiam, quæ circa nos accidunt, hæsitantes, non valemus utique explorate quicquam statuere neque de halcyonibus, nec de lusciniis : famam autem fabulæ, qualem tradiderunt parentes, talem et liberis meis, o ales lamentorum modulatrix, tradam de tuis hymnis; tuumque pium et marito devinctum amorem

φίλανδρον ἔρωτα πολλάκις γυναιξὶ ταῖς ἐμαῖς Ξανθίππῃ τε καὶ Μυρτοῖ λέγων τά τε ἄλλα, πρὸς δὲ καὶ τιμῆς οἵας ἔτυχες παρὰ θεῶν. Ἆρά γε καὶ σὺ ποιήσεις τι τοιοῦτον, ὦ Χαιρεφῶν;

ΧΑΙΡ. Πρέπει γοῦν, ὦ Σώκρατες, καὶ τὰ ὑπὸ σοῦ ῥηθέντα διπλασίαν ἔχειν τὴν παράκλησιν πρὸς γυναικῶν τε καὶ ἀνδρῶν ὁμιλίαν.

ΣΩ. Οὐκοῦν ἀσπασαμένοις τὴν Ἀλκυόνα προάγειν ἤδη πρὸς ἄστυ καιρὸς ἐκ τοῦ Φαληρικοῦ.

ΧΑΙΡ. Πάνυ μὲν οὖν· ποιῶμεν οὕτως.

—

VII.

ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ Η ΚΑΥΚΑΣΟΣ.

ΕΡΜΗΣ, ΗΦΑΙΣΤΟΣ, ΠΡΟΜΗΘΕΥΣ.

1. **ΕΡΜ.** Ὁ μὲν Καύκασος, ὦ Ἥφαιστε, οὗτος, ᾧ τὸν ἄθλιον τουτονὶ Τιτᾶνα προσηλῶσθαι δεήσει· περισκοπῶμεν δὲ ἤδη κρημνόν τινα ἐπιτήδειον, εἴ που τῆς χιόνος τι γυμνόν ἐστιν, ὡς βεβαιότερον καταπαγῇ τὰ δεσμὰ καὶ οὗτος ἅπασι περιφανὴς ᾖ κρεμάμενος.

ΗΦ. Περισκοπῶμεν, ὦ Ἑρμῆ· οὔτε γὰρ ταπεινὸν καὶ πρόσγειον ἀνεσταυρῶσθαι χρή, ὡς μὴ ἐπαμύνοιεν αὐτῷ τὰ πλάσματα αὐτοῦ οἱ ἄνθρωποι, οὔτε μὴν κατὰ τὸ ἄκρον — ἀφανὴς γὰρ ἂν εἴη τοῖς κάτω — ἀλλ' εἰ δοκεῖ κατὰ μέσον ἐνταῦθά που ὑπὲρ τῆς φάραγγος ἀνεσταυρώσθω ἐκπετασθεὶς τὼ χεῖρε ἀπὸ τουτουὶ τοῦ κρημνοῦ πρὸς τὸν ἐναντίον.

ΕΡΜ. Εὖ λέγεις· ἀπόξυροί τε γὰρ αἱ πέτραι καὶ ἀπρόσβατοι πανταχόθεν, ἠρέμα ἐπινενευκυῖαι, καὶ τῷ ποδὶ στενὴν ταύτην ὁ κρημνὸς ἔχει τὴν ἐπίβασιν, ὡς ἀκροποδητὶ μόγις ἑστάναι, καὶ ὅλως ἐπικαιρότατος ἂν ὁ σταυρὸς γένοιτο. Μὴ μέλλε οὖν, ὦ Προμηθεῦ, ἀλλ' ἀνάβαινε καὶ πάρεχε σεαυτὸν καταπαγησόμενον πρὸς τὸ ὄρος.

2. **ΠΡΟΜ.** Ἀλλὰ κἂν ὑμεῖς γε, ὦ Ἥφαιστε καὶ Ἑρμῆ, κατελεήσατέ με παρὰ τὴν ἀξίαν δυστυχοῦντα.

ΕΡΜ. Τοῦτο φῄς, ὦ Προμηθεῦ, ἀντὶ σοῦ ἀνασκολοπισθῆναι αὐτίκα μάλα παρακούσαντας τοῦ ἐπιτάγματος; ἢ οὐχ ἱκανὸς εἶναί σοι δοκεῖ ὁ Καύκασος καὶ ἄλλους ἂν χωρῆσαι δύο προσπατταλευθέντας; Ἀλλ' ὄρεγε τὴν δεξιάν· σὺ δέ, ὦ Ἥφαιστε, κατάκλειε καὶ προσήλου καὶ τὴν σφῦραν ἐρρωμένως κατάφερε. Δὸς καὶ τὴν ἑτέραν· κατειλήφθω εὖ μάλα καὶ αὐτή. Εὖ ἔχει. Καταπτήσεται δὲ ἤδη καὶ ὁ ἀετὸς ἀποκερῶν τὸ ἧπαρ, ὡς πάντα ἔχοις ἀντὶ τῆς καλῆς καὶ εὐμηχάνου πλαστικῆς.

3. **ΠΡΟΜ.** Ὦ Κρόνε καὶ Ἰαπετὲ καὶ σύ, ὦ μῆτερ, οἷα πέπονθα ὁ κακοδαίμων οὐδὲν δεινὸν ἐργασάμενος.

ΕΡΜ. Οὐδέν, ὦ Προμηθεῦ, δεινὸν εἰργάσω, ὃς πρῶτα μὲν τὴν νομὴν τῶν κρεῶν ἐγχειρισθεὶς οὕτως ἄδικον ἐποιήσω καὶ ἀπατηλὴν ὡς σαυτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ὑπεξελέσθαι, τὸν Δία δὲ παραλογίσασθαι ὀστᾶ « καλύψας ἀργέτι δημῷ »; μέμνημαι γὰρ Ἡσιόδου νὴ Δί' οὕτως

sæpe celebrabo, uxoribus meis Xanthippæ et Myrto enarrans tum alia, tum præterea, qualem honorem nacta fueris a diis. An tu quoque, Chærephon, simile quiddam facies?

CHÆR. Decet sane, o Socrates, dicta a te duplicem habere adhortationem, quæ mutuæ uxorum virorumque consuetudini conducat.

SOCR. Ergo, salutata Halcyone, progredi jam ad urbem tempus est e Phalerico.

CHÆR. Est : atque hoc faciamus.

—

VII.

PROMETHEUS, SIVE CAUCASUS.

MERCURIUS, VULCANUS, PROMETHEUS.

1. MERC. Caucasus quidem, o Vulcane, hicce, cui miserum Titanem istum clavis affigi oportebit : nos jam nunc circumspiciamus rupem aliquam opportunam, sicubi qua sint a nive nuda, ut firmius defigantur vincula, et hic omnibus conspicuus sit pendens.

VULC. Circumspiciamus, Mercuri : neque enim in humili et terræ proximo loco cruci affigendus est, ne auxiliari ipsi possint quos finxit, homines; neque etiam ad montis verticem; fugiat enim visum eorum, qui infra sunt : sed, si videtur, in medio istic propemodum supra præcipitium suffixus hæreat, dispansis manibus ab hac parte in adversam.

MERC. Recte dicis : nam exesæ sunt hæ cautes et inaccessæ undiquaque, leniter inclinatæ; et pedi hunc angustum oppido præcipitium habet ponendo vestigio locum, ut summis digitis vix alicubi consistere liceat : commodissima denique fuerit istâ crux. Quin tu ergo sine mora, Prometheu, ascende, teque præbe defigendum ad montem.

2. PROM. At vos tamen, o Vulcane et Mercuri, miseremini mei, qui præter meritum hoc infortunium habeo.

MERC. Hocne ais, o Prometheu, ut tua vice jam nos statim in crucem agamur dicto non audientes? an non idoneus esse tibi videtur Caucasus, qui alios etiam duos capiat sibi clavis affixos? At tu porrige dextram : tu autem, Vulcane, include eam, appositisque clavis malleum valide quantum potes adige. Et alteram præbe : hæc etiam omnino bene revincta esto. Recte habet : devolabit jam mox aquila quoque detonsura jecur, ut nihil non habeas pro bella tua et solertissima fingendi arte.

3. PROM. Saturne, Iapete, tuque, o mater, qualia perpetior miser, qui nihil mali admisi!

MERC. Nihil tu mali admisisti, Prometheu, qui primum distributione carnium tibi concredita, tam injustam feceris et fraudulentam, ut tibi quidem subdole partes optimas eximeres, Jovem autem circumvenires obtectis ossibus adipe candida? memini sane Hesiodi sic dicentis. Deinde homi-

εἰπόντος· ἔπειτα δὲ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, πανουργότατα ζῷα, καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ τιμιώτατον κτῆμα τῶν θεῶν τὸ πῦρ κλέψας καὶ τοῦτο ἔδωκας τοῖς ἀνθρώποις. Τοσαῦτα δεινὰ εἰργασμένος φὴς μηδὲν ἀδικήσας δεδέσθαι;

4. ΠΡΟΜ. Ἔοικας, ὦ Ἑρμῆ, καὶ σὺ κατὰ τὸν Ὅμηρον « ἀναίτιον αἰτιάασθαι, » ὃς τὰ τοιαῦτά μοι προφέρεις, ἐφ' οἷς ἔγωγε τῆς ἐν πρυτανείῳ σιτήσεως, εἰ τὰ δίκαια ἐγίγνετο, ἐτιμησάμην ἂν ἐμαυτῷ. Εἰ γοῦν σχολή σοι, ἡδέως ἂν καὶ δικαιολογησαίμην ὑπὲρ τῶν ἐγκλημάτων ὡς δείξαιμι ἄδικα ἐγνωκότα περὶ ἡμῶν τὸν Δία· σὺ δὲ — στωμύλος γὰρ εἶ καὶ δικανικός — ἀπολόγησαι ὑπὲρ αὐτοῦ ὡς δικαίαν τὴν ψῆφον ἔθετο, ἀνεσταυρῶσθαί με πλησίον τῶν Κασπίων τούτων πυλῶν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου οἴκτιστον θέαμα πᾶσι Σκύθαις.

ΕΡΜ. Ἐκπρόθεσμον μέν, ὦ Προμηθεῦ, τὴν ἔφεσιν ἀγωνιῇ καὶ ἐς οὐδὲν δέον· ὅμως δ' οὖν λέγε· καὶ γὰρ ἄλλως περιμένειν ἀναγκαῖον, ἔστ' ἂν ὁ ἀετὸς καταπτῇ ἐπιμελησόμενός σου τοῦ ἥπατος. Τὴν ἐν τῷ μέσῳ δὴ ταύτην σχολὴν καλῶς ἂν εἴη ἔχον ἐς ἀκρόασιν καταχρήσασθαι σοφιστικήν, οἷος εἶ σὺ πανουργότατος ἐν τοῖς λόγοις.

5. ΠΡΟΜ. Πρότερος οὖν, ὦ Ἑρμῆ, λέγε καὶ ὅπως μου ὡς δεινότατα κατηγορήσῃς μηδὲ καθυφῇς τι τῶν δικαίων τοῦ πατρός. Σὲ δέ, ὦ Ἥφαιστε, δικαστὴν ποιοῦμαι ἔγωγε.

ΗΦ. Μὰ Δί', ἀλλὰ κατήγορον ἀντὶ δικαστοῦ ἴσθι με ἕξων, ὃς τὸ πῦρ ὑφελόμενος ψυχράν μοι τὴν κάμινον ἀπολέλοιπας.

ΠΡΟΜ. Οὐκοῦν διελόμενοι τὴν κατηγορίαν, σὺ μὲν περὶ τῆς κλοπῆς ἤδη σύνειρε, ὁ Ἑρμῆς δὲ καὶ τὴν ἀνθρωποποιίαν καὶ τὴν κρεανομίαν αἰτιάσεται· ἄμφω δὲ τεχνῖται καὶ εἰπεῖν δεινοὶ ἐοίκατε εἶναι.

ΗΦ. Ὁ Ἑρμῆς καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ ἐρεῖ· ἐγὼ γὰρ οὐ πρὸς λόγοις τοῖς δικανικοῖς εἰμι, ἀλλ' ἀμφὶ τὴν κάμινον ἔχω τὰ πολλά· ὁ δὲ ῥήτωρ τέ ἐστι καὶ τῶν τοιούτων οὐ παρέργως μεμέληκεν αὐτῷ.

ΠΡΟΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ᾤμην καὶ περὶ τῆς κλοπῆς τὸν Ἑρμῆν ἐθελῆσαι ἂν εἰπεῖν οὐδὲ ὀνειδιεῖν μοι τὸ τοιοῦτον ὁμοτέχνῳ ὄντι. Πλὴν ἀλλ' εἰ καὶ τοῦτο, ὦ Μαίας παῖ, ὑφίστασαι, καιρὸς ἤδη περαίνειν τὴν κατηγορίαν.

6. ΕΡΜ. Πάνυ γοῦν, ὦ Προμηθεῦ, μακρῶν δεῖ λόγων καὶ ἱκανῆς τινος παρασκευῆς ἐπὶ τὰ σοὶ πεπραγμένα, οὐχὶ δὲ ἀπόχρη τὰ κεφάλαια εἰπεῖν τῶν ἀδικημάτων, ὅτι ἐπιτραπέν σοι μοιρᾶσαι τὰ κρέα σαυτῷ μὲν τὰ κάλλιστα ἐφύλαττες, ἐξηπάτησας δὲ τὸν βασιλέα, καὶ τοὺς ἀνθρώπους ἀνέπλασας, οὐδὲν δέον, καὶ τὸ πῦρ κλέψας παρ' ἡμῶν ἐκόμισας ἐς αὐτούς· καί μοι δοκεῖς, ὦ βέλτιστε, μὴ συνεῖναι ἐπὶ τοῖς τηλικούτοις πάνυ φιλανθρώπου τοῦ Διὸς πεπειραμένος. Εἰ μὲν οὖν ἔξαρνος εἶ μὴ εἰργάσθαι αὐτά, δεήσει καὶ διελέγχειν καὶ ῥῆσίν τινα μακρὰν ἀποτείνειν καὶ πειρᾶσθαι ὡς ἔνι μάλιστα ἐμφανίζειν τὴν ἀλήθειαν· εἰ δὲ φὴς τοιαύτην πεποιῆ-

nes effinxisti, animalia vaferrima; atque inprimis mulieres. Super omnia denique, pretiosissimam deorum possessionem, ignem subreptum et illum ipsum dedisti hominibus. Tot mala quum perfeceris, vinctum te esse dicis nulla re patrata?

4. PROM. Et tu mihi videris, Mercuri, secundum Poetam, inculpatum culpare, qui talia adversum me proferas, quorum ego causa victus in Prytaneo capiendi honore, siquidem ex merito jus redderetur, me dignum æstimassem. Quodsi vacuum tibi tempus, libenter equidem apud te causam meam agam, ostendamque injustam de me sententiam pronunciasse Jovem : tu vero (loquaculus enim es et forensi calliditate præstans) partes ejus tuere, et proba juste calculum eum tulisse, quo damnatus sum ad crucem prope Caspias istas portas, in Caucaso, miserabilissimum spectaculum omnibus Scythis.

MERC. Inani quidem, o Prometheu, provocatione certabis, nullamque in rem : attamen dic : etenim tantisper manere necesse est, dum aquila devolet jecur tuum curatura. Quod autem interea vacui est temporis, optime fuerit factum, eo si ad declamationem audiendam abutamur sophistæ, qualis tu es astutissimus orationum artifex.

5. PROM. Prior ergo dic, Mercuri : utque me quam vehementissime accuses, nec quicquam tibi perire sinas eorum, quæ pro jure patris dici possint. Te vero, Vulcane, judicem mihi lego.

VULC. Minime vero; sed probe scias me pro judice accusatorem tibi fore, qui igne subducto frigidum mihi fornacem reliquisti.

PROM. Quin ergo divisa inter vos actione tu de furto jam dissere; Mercurius autem et hominum creationem et carnium distributionem incusabit : ambo enim artifices et dicendi peritissimi videmini esse.

VULC. Pro me quoque dicet Mercurius : nam ego a judicialium orationum studio longe absum, quippe circa caminum plerumque occupatus : hic vero rhetor est, ac talia non leviter ipsi sunt meditata.

PROM. Nunquam putaveram fore, ut de furto etiam Mercurius vellet dicere, mihique exprobraret tale quicquam in arte simili versato : attamen si vel hoc ipsum, o Maiæ fili, aggredi sustines, tempus jam est peragere accusationem.

6. MERC. Valde quidem, o Prometheu, longa opus est oratione et instructo quodam apparatu adversus ea, quæ tu perpetrasti; ac minime satis est sola capita exponere tuorum criminum : quod, quum præficereris dividendis carnibus, tibimet ipsi pulcherrimas servares, deciperesque regem; quod homines effinxeris, quo nihil minus fieri debuerat; quod ignem suffuratus a nobis detuleris ad istos. Et mihi quidem videris, o optime, minime intelligere, in tanta criminum gravitate quam clementem et benignum Jovem fueris expertus. Quodsi neges ista te fecisse, arguendus eris, et longa quædam oratio extendenda, annitendumque mihi, ut quam possum maxime declarem veritatem :

σθαι τὴν νομὴν τῶν κρεῶν καὶ τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους καινουργῆσαι καὶ τὸ πῦρ κεκλοφέναι, ἱκανῶς κατηγόρηταί μοι, καὶ μακρότερα οὐκ ἂν εἴποιμι· λῆρος γὰρ ἄλλως τὸ τοιοῦτον.

7. ΠΡΟΜ. Εἰ μὲν καὶ ταῦτα λῆρός ἐστιν, ἃ εἴρηκας, εἰσόμεθα μικρὸν ὕστερον· ἐγὼ δὲ, ἐπείπερ ἱκανὰ φὴς εἶναι τὰ κατηγορημένα, πειράσομαι ὡς ἂν οἷός τε ὦ, διαλύσασθαι τὰ ἐγκλήματα. Καὶ πρῶτόν γε ἄκουε τὰ περὶ τῶν κρεῶν. Καίτοι, νὴ τὸν Οὐρανὸν, καὶ νῦν λέγων αὐτὰ αἰσχύνομαι ὑπὲρ τοῦ Διὸς, εἰ οὕτω μικρολόγος καὶ μεμψίμοιρός ἐστιν, ὡς διότι μικρὸν ὀστοῦν ἐν τῇ μερίδι εὗρε, καταπέμψαι ἀνασκολοπισθησόμενον παλαιὸν οὕτω θεὸν, μήτε τῆς συμμαχίας μνημονεύσαντα μήτε αὐτὸ τῆς ὀργῆς τὸ κεφάλαιον ἡλίκον ἐστὶν ἐννοήσαντα καὶ ὡς μειρακίου τὸ τοιοῦτον ὀργίζεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν, εἰ μὴ τὸ μεῖζον αὐτὸς λήψεται.

8. Καίτοι τάς γε ἀπάτας, ὦ Ἑρμῆ, τὰς τοιαύτας συμποτικὰς οὔσας οὐ χρὴ, οἶμαι, ἀπομνημονεύειν, ἀλλ' εἰ καί τι ἡμάρτηται μεταξὺ εὐωχουμένων, παιδιὰν ἡγεῖσθαι καὶ αὐτοῦ ἐν τῷ συμποσίῳ καταλείπειν τὴν ὀργήν· ἐς δὲ τὴν αὔριον ταμιεύεσθαι τὸ μῖσος καὶ μνησικακεῖν καὶ ἑωλόν τινα μῆνιν διαφυλάττειν, ἄπαγε, οὔτε θεοῖς πρέπον οὔτε ἄλλως βασιλικόν· ἢν γοῦν ἀφέλῃ τις τῶν συμποσίων τὰς κομψείας ταύτας, ἀπάτην καὶ σκώμματα καὶ τὸ διασιλλαίνειν καὶ ἐπιγελᾶν, τὸ καταλειπόμενόν ἐστι μέθη καὶ κόρος καὶ σιωπὴ, σκυθρωπὰ καὶ ἀτερπῆ πράγματα καὶ ἥκιστα συμποσίῳ πρέποντα. Ὥστε ἔγωγε οὐδὲ μνημονεύσειν εἰς τὴν ὑστεραίαν ἔτι ᾤμην τούτων τὸν Δία, οὐχ ὅπως καὶ τηλικαῦτα ἐπ' αὐτοῖς ἀγανακτήσειν καὶ πάνδεινα ἡγήσεσθαι πεπονθέναι, εἰ διανέμων τις κρέα παιδιάν τινα ἔπαιζε πειρώμενος, εἰ διαγνώσεται τὸ βέλτιον ὁ αἱρούμενος.

9. Τίθει δ' ὅμως, ὦ Ἑρμῆ, τὸ χαλεπώτερον, μὴ τὴν ἐλάττω μοῖραν ἀπονενεμηκέναι τῷ Διὶ, τὴν ὅλην δὲ ὑφῃρῆσθαι· τί οὖν; διὰ τοῦτο ἐχρῆν, τὸ τοῦ λόγου, τῇ γῇ τὸν οὐρανὸν ἀναμεμίχθαι καὶ δεσμὰ καὶ σταυροὺς καὶ Καύκασον ὅλον ἐπινοεῖν καὶ ἀετοὺς καταπέμπειν καὶ τὸ ἧπαρ ἐκκολάπτειν; ὅρα γὰρ μὴ πολλήν τινα ταῦτα κατηγορῇ τοῦ ἀγανακτοῦντος αὐτοῦ μικροψυχίαν καὶ εὐτέλειαν τῆς γνώμης καὶ πρὸς ὀργὴν εὐχέρειαν. Ἢ τί γὰρ ἂν ἐποίησεν οὗτος ὅλον βοῦν ἀπολέσας, εἰ κρεῶν ὀλίγων ἕνεκα τηλικαῦτα ὀργίζεται;

10. Καίτοι πόσῳ οἱ ἄνθρωποι εὐγνωμονέστερον διάκεινται πρὸς τὰ τοιαῦτα, οὓς εἰκὸς ἦν καὶ τὰ ἐς τὴν ὀργὴν ὀξυτέρους εἶναι τῶν θεῶν; ἀλλ' ὅμως ἐκείνων οὐκ ἔστιν ὅστις τῷ μαγείρῳ σταυροῦ ἂν τιμήσαιτο, εἰ τὰ κρέα ἕψων καθεὶς τὸν δάκτυλον τοῦ ζωμοῦ τι περιελιχμήσατο ἢ ὀπτωμένων ἀποσπάσας τι κατεβρόχθισεν, ἀλλὰ συγγνώμην ἀπονέμουσιν αὐτοῖς· εἰ δὲ καὶ πάνυ ὀργισθεῖεν, ἢ κονδύλους ἐνετρίψαντο ἢ κατὰ κόρρης ἐπάταξαν, ἀνεσκολοπίσθη δὲ οὐδεὶς παρ' αὐτοῖς τῶν τηλικούτων ἕνεκα. Καὶ περὶ μὲν τῶν κρεῶν τοσαῦτα, αἰσχρὰ μὲν κἀμοὶ ἀπολογεῖσθαι, πολὺ δὲ αἰσχίω κατηγορεῖν ἐκεῖνον.

sin concedis talem te fecisse divisionem carnium, condendorum hominum inventum novasse, et ignem subduxisse, satis est mihi accusatum, nec cur plura dicam, causa est: plane enim videar nugari.

7. PROM. Ista sintne nugæ, quæ dixisti, videbimus paulo post. Ego vero, quandoquidem sufficere ais quæ accusatorie sunt a te prolata, conabor, quantum potero dissolvere crimina. Primumque audi de carnibus. Atque equidem, ita me juvet Cœlus, nunc etiam ista referens pudore suffundor Jovis vicem, qui tam sordidi sit contractique animi, ac suspiciose querulus, ut, quia parvulum os in sua portione reperit, in crucem tollendum mittat vetustum adeo deum, nihil amplius auxilii lati memor, neque adeo iræ causa quantilla sit cogitans, et plane pueri esse illud, succensere atque indignari, nisi partem ipse majorem accipiat.

8. Atqui versutias ejusmodi, Mercuri, conviviales non decet, opinor, memori mente reponere; sed, si quid etiam peccatum fuerit inter epulas, ludum putare, atque ibi in convivio depositam iram relinquere: verum ut in crastinum sub pectore recondas odium, et injuriæ recorderis, atque hesternæ diei iram quandam conserves, apage, neque deos hoc decet, nec præterea regium est. Quodsi quis abstulerit a conviviis has festivitates, astum et jocos et subsannationes et irrisiones, nihil scilicet aliud erit reliquum, nisi ebrietas, satietasque et silentium, res tetricæ et injucundæ, quæque minime compotationi conveniant. Quare nihil minus putaram, quam horum recordaturum esse Jovem postridie; nedum ut tanto opere propterea indignaretur, seque gravem injuriam existimaret esse passum, si distribuens aliquis carnes ludum quendam luserit tentando, num, qui deligit, meliorem partem dignoscat.

9. Pone vero, Mercuri, quod gravius est, non minorem me partem attribuisse Jovi, sed totam subripuisse: quid igitur? ideone oportebat, quod proverbio dicitur, terræ cœlum misceri, vincula, cruces, totumque Caucasum advenire, et aquilas demittere, et jecur extundere? Ista vide ne magnam patefaciant indignantis humilitatem animi ignobilem, et in ira concipienda levitatem: quid enim hic designet, si totum bovem perdiderit, qui frustulorum carnis paucorum causa tanto opere stomachetur?

10. Contra homines quanto se præbent æquiores in istiusmodi rebus, quos credi poterat ad iram esse promtiores diis! et tamen eorum nemo est qui coquum cruce multarit, si carnes elixans immisso digito de jusculo degustarit, aut assatarum carnium quiddam avulsum deglutiverit: sed veniam dant ipsis: sin est ut etiam valde irascantur, aut pugnos incutere solent, aut alapas in malam ingerere; nemoque hactenus apud eos in patibulum ire jussus est ob tanta scilicet crimina. De carnibus ista sunt satis, quorum ut turpis est mihi defensio, sic multo turpior isti accusatio.

11. Περὶ δὲ τῆς πλαστικῆς καὶ ὅτι τοὺς ἀνθρώπους ἐποίησα, καιρὸς ἤδη λέγειν. Τοῦτο δὲ, ὦ Ἑρμῆ, διττὴν ἔχον τὴν κατηγορίαν, οὐκ οἶδα καθ' ὁπότερον αἰτιᾶσθέ μου, πότερα ὡς οὐδὲ ὅλως ἐχρῆν τοὺς ἀνθρώπους γεγονέναι, ἀλλ' ἄμεινον ἦν ἀτρεμεῖν αὐτοὺς γῆν ἄλλως ὄντας, ἢ ὡς πεπλάσθαι μὲν ἐχρῆν, ἄλλον δέ τινα καὶ μὴ τοῦτον ἐσχηματίσθαι τὸν τρόπον; ἐγὼ δὲ ὅμως ὑπὲρ ἀμφοῖν ἐρῶ· καὶ πρῶτόν γε, ὡς οὐδεμία τοῖς θεοῖς ἀπὸ τούτου βλάβη γεγένηται, τῶν ἀνθρώπων ἐς τὸν βίον παραχθέντων, πειράσομαι δεικνύειν· ἔπειτα δὲ, ὡς καὶ συμφέροντα καὶ ἀμείνω αὐτοῖς αὐτὰ παρὰ πολὺ ἢ εἰ ἐρήμην καὶ ἀπάνθρωπον συνέβαινε τὴν γῆν μένειν.

12. Ἦν τοίνυν πάλαι — ῥᾷον γὰρ οὕτω καὶ δῆλον ἂν γένοιτο, εἴ τι ἠδίκηκα ἐγὼ μετακοσμήσας τὰ περὶ τοὺς ἀνθρώπους — ἦν οὖν τὸ θεῖον μόνον καὶ τὸ ἐπουράνιον γένος, ἡ γῆ δὲ ἄγριόν τι χρῆμα καὶ ἄμορφον, ὕλαις ἅπασα καὶ ταύταις ἀνημέροις λάσιος, οὔτε δὲ βωμοὶ θεῶν ἢ νεὼς, — πόθεν δέ; — ἢ ἄγαλμα ἢ ξόανον ἤ τι ἄλλο τοιοῦτον, οἷα πολλὰ νῦν ἁπανταχόθι φαίνεται μετὰ πάσης ἐπιμελείας τιμώμενα· ἐγὼ δὲ — ἀεὶ γάρ τι προβουλεύω ἐς τὸ κοινὸν καὶ σκοπῶ ὅπως αὐξηθήσεται μὲν τὰ τῶν θεῶν, ἐπιδώσει δὲ καὶ τἄλλα πάντα ἐς κόσμον καὶ κάλλος — ἐνενόησα ὡς ἄμεινον εἴη ὀλίγον ὅσον τοῦ πηλοῦ λαβόντα ζῷά τινα συστήσασθαι καὶ ἀναπλάσαι τὰς μορφὰς μὲν ἡμῖν αὐτοῖς προσεοικότα· καὶ γὰρ ἐνδεῖν τι ᾤμην τῷ θείῳ, μὴ ὄντος τοῦ ἐναντίου αὐτῷ καὶ πρὸς ὃ ἔμελλεν ἡ ἐξέτασις γιγνομένη εὐδαιμονέστερον ἀποφαίνειν αὐτό· θνητὸν μέντοι εἶναι τοῦτο, εὐμηχανώτατον δ' ἄλλως καὶ συνετώτατον καὶ τοῦ βελτίονος αἰσθανόμενον.

13. Καὶ δὴ κατὰ τὸν ποιητικὸν λόγον « γαῖαν ὕδει φύρας » καὶ διαμαλάξας ἀνέπλασα τοὺς ἀνθρώπους ἔτι καὶ τὴν Ἀθηνᾶν παρακαλέσας συνεπιλαβέσθαι μοι τοῦ ἔργου. Ταῦτά ἐστιν ἃ μεγάλα ἐγὼ τοὺς θεοὺς ἠδίκηκα. Καὶ τὸ ζημίωμα ὁρᾷς ἡλίκον, εἰ ἐκ πηλοῦ ζῷα ἐποίησα καὶ τὸ τέως ἀκίνητον ἐς κίνησιν ἤγαγον· καὶ, ὡς ἔοικε, τὸ ἀπ' ἐκείνου ἧττον θεοὶ εἰσιν οἱ θεοὶ, διότι καὶ ἐπὶ γῆς τινα θνητὰ ζῷα γεγένηται· οὕτω γὰρ δὴ καὶ ἀγανακτεῖ νῦν ὁ Ζεὺς ὥσπερ ἐλαττουμένων τῶν θεῶν ἐκ τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως, εἰ μὴ ἄρα τοῦτο δέδιε, μὴ καὶ οὗτοι ἀπόστασιν ἐπ' αὐτὸν βουλεύσωσι καὶ πόλεμον ἐξενέγκωσι πρὸς τοὺς θεοὺς ὥσπερ οἱ Γίγαντες. Ἀλλ' ὅτι μὲν δὴ οὐδὲν ἠδίκησθε, ὦ Ἑρμῆ, πρὸς ἐμοῦ καὶ τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν, δῆλον· ἢ σὺ δεῖξον κἂν ἕν τι μικρότατον, κἀγὼ σιωπήσομαι καὶ δίκαια ἔσομαι πεπονθὼς πρὸς ὑμῶν.

14. Ὅτι δὲ καὶ χρήσιμα ταῦτα γεγένηται τοῖς θεοῖς, οὕτως ἂν μάθοις, εἰ ἐπιβλέψειας ἅπασαν τὴν γῆν οὐκέτ' αὐχμηρὰν καὶ ἀκαμῆ οὖσαν, ἀλλὰ πόλεσι καὶ γεωργίαις καὶ φυτοῖς ἡμέροις διακεκοσμημένην καὶ τὴν θάλατταν πλεομένην καὶ τὰς νήσους κατοικουμένας, ἁπανταχοῦ δὲ βωμοὺς καὶ θυσίας καὶ ναοὺς καὶ πανηγύρεις· μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ, πᾶσαι

11. De arte fingendi autem deque eo, quod homines fecerim, tempus jam dicere : illud autem, Mercuri, quum duplicem habeat insimulationem, nescio equidem, quam in partem maxime me criminemini : utrum, in totum non oportuisse homines fieri, meliusque fuisse, si conquievissent ac mansissent terra rudis; an, eos quidem fingi debuisse, sed alium quendam, non hunc in modum, efformatos. At ego tamen de utroque dicam : et primum quidem, nullum omnino diis ex eo damnum accidisse, quod homines in vitam sint producti, conabor ostendere; deinde, multum interesse, ut utilius hoc ipsis et melius sit, quam si terram desertam hominumque vacuam contigisset restare.

12. Ergo erat olim (facilius enim sic palam fiat, an quid ego peccaverim alio ornatu inducto rebus humanis) divinum solum ac cœleste genus; tellus vero inculta quædam res et informis, silvis tota iisque agrestibus horrida : neque erant aræ deorum nec templum (qui poterat enim?) nec statua, nec simulacrum, neque aliud quicquam ejusmodi, qualia multa jam ubique apparent summa cum cura in honore habita. Ego vero (semper enim aliquid consulo in commune, mecumque agito quomodo amplificentur res deorum, ceteraque omnia incrementum capiant ornatus ac pulchritudinis) in animum induxi optimum fore factum, si, parvula quadam luti parte accepta, animalia componerem atque effingerem specie nobismet ipsis assimilia : etenim ita statuebam, deficere quiddam naturam divinam, dum nihil exstat ipsi contrarium, ad quod instituta comparatione, illam esse beatiorem dilucide pateat : igitur mortale illud esse volebam; artificiosissimum alioquin et prudentissimum, quodque melioris haberet sensum.

13. Itaque, secundum poetæ dictum, aqua terræ mixta et permollita effinxi homines, Minervamque etiam advocavi, ut una mecum operi manum accommodaret. Istæc sunt scilicet, quæ gravia in deos admisi : tum detrimentum viden' quantum sit, si e luto animalia confecerim, quodque hactenus erat immobile, in motum deduxerim : ex eo, ut videtur, tempore minus dii sunt dii, quia in terra quoque animantia quædam mortalia exstiterint : quippe ita etiam Jupiter indignatur, quasi deteriore dii essent conditione ab hominum ortu; nisi forte hoc veretur, ne et illi defectionis consilia adversum se ineant, bellumque inferant diis perinde ac Gigantes. At nihil vobis accidisse mali a me, Mercuri, meisque operibus, est manifestum : sin, ostende tu unum aliquod vel minimum, et conticescam, ac justa me perpessum a vobis fatebor.

14. Quin contra hæc in rem esse deorum, ita maxime discas, si consideres terram non amplius horridam, non amplius incultam, sed urbibus, cultis agris, plantisque mitibus ornate distinctam, mare navigatum, insulas habitatas, ubique aras, sacrificia, templa festorumque celebritates : Jovis autem plenæ omnes viæ, cuncta hominum fora.

δ' ἀνθρώπων ἀγοραί. Καὶ γὰρ εἰ μὲν ἐμαυτῷ μόνῳ κτῆμα τοῦτο ἐπλασάμην, ἐπλεονέκτουν ἂν τῆς χρήσεως, νῦν δ' εἰς τὸ κοινὸν φέρων κατέθηκα ὑμῖν αὐτοῖς· μᾶλλον δὲ Διὸς μὲν καὶ Ἀπόλλωνος καὶ Ἥρας καὶ σοῦ δέ, ὦ Ἑρμῆ, νεὼς ἰδεῖν ἁπανταχοῦ ἐστι, Προμηθέως δὲ οὐδαμοῦ. Ὁρᾷς ὅπως τἀμαυτοῦ μόνα σκοπῶ, τὰ κοινὰ δὲ καταπροδίδωμι καὶ ἐλάττω ποιῶ;

15. Ἔτι δέ μοι, ὦ Ἑρμῆ, καὶ τόδε ἐννόησον, εἴ τί σοι δοκεῖ ἀγαθὸν ἀμάρτυρον, οἷον κτῆμα ἢ ποίημα, ὃ μηδεὶς ὄψεται μηδὲ ἐπαινέσεται, ὁμοίως ἡδὺ καὶ τερπνὸν ἔσεσθαι τῷ ἔχοντι. Πρὸς δὴ τί τοῦτ' ἔφην; ὅτι μὴ γενομένων τῶν ἀνθρώπων ἀμάρτυρον συνέβαινε τὸ κάλλος εἶναι τῶν ὅλων, καὶ πλοῦτόν τινα πλουτήσειν ἐμέλλομεν οὔτε ὑπ' ἄλλου τινὸς θαυμασθησόμενον οὔτε ἡμῖν αὐτοῖς ὁμοίως τίμιον· οὐδὲ γὰρ ἂν εἴχομεν πρὸς ὅτι ἔλαττον παραθεωρῶμεν αὐτόν, οὐδ' ἂν συνίεμεν ἡλίκα εὐδαιμονοῦμεν οὐχ ὁρῶντες ἀμοίρους τῶν ἡμετέρων τινάς· οὕτω γὰρ δὴ καὶ τὸ μέγα δόξειεν ἂν μέγα, εἰ τῷ μικρῷ παραμετροῖτο. Ὑμεῖς δέ, τιμᾶν ἐπὶ τῷ πολιτεύματι τούτῳ δέον, ἀνεσταυρώκατέ με καὶ ταύτην μοι τὴν ἀμοιβὴν ἀποδεδώκατε τοῦ βουλεύματος.

16. Ἀλλὰ κακοῦργοί τινες, φῄς, ἐν αὐτοῖς καὶ μοιχεύουσι καὶ πολεμοῦσι καὶ ἀδελφὰς γαμοῦσι καὶ πατράσιν ἐπιβουλεύουσι. Παρ' ἡμῖν γὰρ οὐχὶ πολλὴ τούτων ἀφθονία; οὐ δήπου διὰ τοῦτ' αἰτιάσαιτ' ἄν τις τὸν Οὐρανὸν καὶ τὴν Γῆν, ὅτι ἡμᾶς συνεστήσαντο. Ἔτι καὶ τοῦτο ἴσως φαίης ἄν, ὅτι ἀνάγκη πολλὰ ἡμᾶς ἔχειν πράγματα ἐπιμελουμένους αὐτῶν. Οὐκοῦν διά γε τοῦτο καὶ ὁ νομεὺς ἀχθέσθω ἐπὶ τῷ ἔχειν τὴν ἀγέλην, διότι ἀναγκαῖον αὐτῷ ἐπιμελεῖσθαι αὐτῆς. Καίτοι τό γε ἐργῶδες τοῦτο καὶ ἡδύ· ἄλλως καὶ ἡ φροντὶς οὐκ ἀτερπὴς ἔχουσά τινα διατριβήν. Ἢ τί γὰρ ἂν ἐπράττομεν οὐκ ἔχοντες ὧν προνοοῦμεν τούτων; ἠργοῦμεν ἂν καὶ τὸ νέκταρ ἐπίνομεν καὶ τῆς ἀμβροσίας ἐνεφορούμεθα οὐδὲν ποιοῦντες.

17. Ὃ δὲ μάλιστά με ἀποπνίγει, τοῦτ' ἐστίν, ὅτι μεμφόμενοι τὴν ἀνθρωποποιίαν καὶ μάλιστά γε τὰς γυναῖκας ὅμως ἐρᾶτε αὐτῶν καὶ οὐ διαλείπετε κατιόντες, ἄρτι μὲν ταῦροι, ἄρτι δὲ σάτυροι καὶ κύκνοι γενόμενοι, καὶ θεοὺς ἐξ αὐτῶν ποιεῖσθαι ἀξιοῦτε. Ἀλλ' ἐχρῆν μέν, ἴσως φήσεις, ἀναπεπλάσθαι τοὺς ἀνθρώπους, ἄλλον δέ τινα τρόπον, ἀλλὰ μὴ ἡμῖν ἐοικότας· καὶ τί ἂν ἄλλο παράδειγμα τούτου ἄμεινον προεστησάμην, ὃ πάντως καλὸν ἠπιστάμην; ἢ ἀσύνετον καὶ θηριῶδες ἔδει καὶ ἄγριον ἀπεργάσασθαι τὸ ζῷον; καὶ πῶς ἂν ἢ θεοῖς ἔθυσαν ἢ τὰς ἄλλας ὑμῖν τιμὰς ἀπένειμαν οὐχὶ τοιοῦτοι γενόμενοι; ἀλλ' ὑμεῖς, ὅταν μὲν ὑμῖν τὰς ἑκατόμβας προσάγωσιν, οὐκ ὀκνεῖτε, κἂν ἐπὶ τὸν Ὠκεανὸν ἐλθεῖν δέῃ « μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας· » τὸν δὲ τῶν τιμῶν ὑμῖν καὶ τῶν θυσιῶν αἴτιον ἀνεσταυρώκατε. Περὶ μὲν οὖν τῶν ἀνθρώπων καὶ ταῦτα ἱκανά.

18. Ἤδη δὲ καὶ ἐπὶ τὸ πῦρ, εἰ δοκεῖ, μετελεύσομαι καὶ τὴν ἐπονείδιστον ταύτην κλοπήν. Καὶ πρὸς θεῶν τοῦτό μοι ἀπόκριναι μηδὲν ὀκνήσας· ἔσθ' ὅ τι

Quodsi mihimet soli homines velut legitimam possessionem effinxissem, privatis usibus studere potuissem videri : nunc vobiscum communicatam in medium attuli; imo, quod magis est, Jovis, Apollinis, Junonis et tua, Mercuri, templa videre datur ubique; Promethei nusquam. Viden' ut meis solius commodis invigilem, publica prodam et imminuam?

15. Hanc porro rationem mihi pone, Mercuri : expende tecum, tibine videatur bonum aliquod teste carens, seu possessum, sive arte laboratum sit, quod nemo videat, laudet nemo, similiter suave jucundumque fore habenti? Quorsum autem illud dixi? quia non factis hominibus testem habitura non erat pulchritudo universi : nimirum divitiis abundaremus, quæ neque alii cuiquam essent in admiratione, nec nobismet ipsis perinde caræ; nihil enim exstaret omnino, ad quod tanquam imperfectius eas exigeremus; neque intelligeremus, quanta versemur in felicitate, nisi quosdam intueri daretur bonorum nostrorum expertes : sic enim demum magnum videatur esse magnum, si ad parvi mensuram comparetur. Vos vero, quem decebat ob solers inventum honoribus afficere, in crucem sustulistis me, easque mihi vices reddidistis consilii.

16. At maleficos esse quosdam ais in iis : adulteria committunt, bella gerunt, sorores ducunt, patribus insidiantur. Quasi vero apud nos non magna sit vitiorum illorum copia : nec tamen propterea quis culpaverit Cœlum et Terram, quod nos condiderint. Hoc insuper fieri potest, ut dicas, necessum esse multis nos negotiis implicari, dum curamus illos. Eandem igitur ob causam pastor etiam indignetur, quod gregem habeat, utpote cujus sibi cura sit gerenda. Fuerit hoc ipsi laboriosum, at jucundum itidem : atque sollicitudo non ingrata est, præbens aliquam occupationem. Nos enim quid ageremus non habentes quibus prospiciamus? cessaremus scilicet, bibereturque nobis nectar, et ambrosia nos ingurgitaremus otiosi.

17. Quod vero me maxime urit, hoc est : qui incusatis hominum fabricationem, et potissimum mulieres, ipsi tamen amatis eas, neque intermittitis in terram descendere, nunc in tauros, alias in satyros et cycnos versi, deosque ex illis procreare non dedignamini. At nihil oberat, forte dices, quominus homines effingerentur, sed alium quendam in modum, nec nobis similes : at quod aliud exemplar isto melius mihi proposuissem, quod omnino pulchrum sciebam? num rationis expers et ferum conveniebat atque agreste elaborari animal? quomodo tum diis sacrificassent, ceterosque vobis honores tribuissent, alio modo comparati? Et vos tamen, quando hecatombas offerunt, nullam moram facitis, etsi vel Oceanus longo itinere sit petendus, ut visatis probissimos Æthiopas : me vero, honorum vobis et victimarum causam, in patibulum egistis. De hominibus quidem ista sufficiunt.

18. Jam, si videtur, ad ignem transeo, exprobratumque tanto opere furtum. Per deos ergo hoc mihi responde nihil moratus : estne quicquam istius ignis quod amiserimus,

ἡμεῖς τοῦ πυρὸς ἀπολωλέκαμεν, ἐξ οὗ καὶ παρ' ἀνθρώποις ἐστίν; οὐκ ἂν εἴποις. Αὕτη γὰρ, οἶμαι, φύσις τουτουὶ τοῦ κτήματος, οὐδέν τι ἔλαττον γίγνεται, εἴ τις καὶ ἄλλος αὐτοῦ μεταλάβοι· οὐ γὰρ ἀποσβέννυται ἐναυσαμένου τινός· φθόνος δὲ δὴ ἄντικρυς τὸ τοιοῦτο, ἀφ' ὧν μηδὲν ὑμεῖς ἠδίκησθε, τούτων κωλύειν μεταδιδόναι τοῖς δεομένοις. Καίτοι θεούς γε ὄντας ἀγαθοὺς χρὴ εἶναι καὶ « δωτῆρας ἐάων » καὶ ἔξω φθόνου παντὸς ἑστάναι· ὅπου γε καὶ εἰ τὸ πᾶν τοῦτο πῦρ ὑφελόμενος κατεκόμισα ἐς τὴν γῆν μηδ' ὅλως τι αὐτοῦ καταλιπὼν, οὐ μεγάλα ὑμᾶς ἠδίκουν· οὐδὲ γὰρ ὑμεῖς δεῖσθε αὐτοῦ μήτε ῥιγοῦντες μήτε ἕψοντες τὴν ἀμβροσίαν μήτε φωτὸς ἐπιτεχνητοῦ δεόμενοι.

19. Οἱ δὲ ἄνθρωποι καὶ ἐς τὰ ἄλλα μὲν ἀναγκαίῳ χρῶνται τῷ πυρὶ, μάλιστα δὲ ἐς τὰς θυσίας, ὅπως ἔχοιεν κνισᾶν τὰς ἀγυιὰς καὶ τοῦ λιβανωτοῦ θυμιᾶν καὶ τὰ μηρία κάειν ἐπὶ τῶν βωμῶν. Ὁρῶ δέ γε ὑμᾶς μάλιστα χαίροντας τῷ καπνῷ καὶ τὴν εὐωχίαν ταύτην ἡδίστην οἰομένους, ὁπόταν ἐς τὸν οὐρανὸν ἡ κνῖσα παραγίγνηται « ἑλισσομένη περὶ καπνῷ. » Ἐναντιωτάτη τοίνυν ἡ μέμψις αὕτη ἂν γένοιτο τῇ ὑμετέρᾳ ἐπιθυμίᾳ. Θαυμάζω δὲ ὅπως οὐχὶ καὶ τὸν ἥλιον κελεύετε μὴ καταλάμπειν αὐτούς· καίτοι πῦρ καὶ οὗτός ἐστι πολὺ θειότερόν τε καὶ πυρωδέστερον. Ἢ κἀκεῖνον αἰτιᾶσθε ὡς σπαθῶντα ὑμῶν τὸ κτῆμα; Εἴρηκα· σφὼ δὲ, ὦ Ἑρμῆ καὶ Ἥφαιστε, εἴ τι μὴ καλῶς εἰρῆσθαι δοκεῖ, διευθύνετε καὶ διεξελέγχετε, κἀγὼ αὖθις ἀπολογήσομαι.

20. ΕΡΜ. Οὐ ῥᾴδιον, ὦ Προμηθεῦ, πρὸς οὕτω γενναῖον σοφιστὴν ἁμιλλᾶσθαι· πλὴν ἀλλὰ ὤνησο, διότι μὴ καὶ ὁ Ζεὺς ταῦτα ἐπήκουσέ σου· εὖ γὰρ οἶδα, ἑκκαίδεκα γῦπας ἂν ἐπέστησέ σοι τὰ ἔγκατα ἐξαιρήσοντας· οὕτω δεινῶς αὐτοῦ κατηγόρηκας ἀπολογεῖσθαι δοκῶν. Ἐκεῖνο δέ γε θαυμάζω, ὅπως μάντις ὢν οὐ προεγίγνωσκες ἐπὶ τούτοις κολασθησόμενος.

ΠΡΟΜ. Ἠπιστάμην, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ταῦτα μὲν καὶ διότι δὲ ἀπολυθήσομαι αὖθις οἶδα, καὶ ἤδη γέ τις ἐκ Θηβῶν ἀφίξεται σὸς ἀδελφὸς οὐκ ἐς μακρὰν κατατοξεύσων ὃν φὴς ἐπιπετήσεσθαί μοι τὸν ἀετόν.

ΕΡΜ. Εἰ γὰρ γένοιτο, ὦ Προμηθεῦ, ταῦτα καὶ ἐπίδοιμί σε λελυμένον, ἐν ἡμῖν εὐωχούμενον, οὐ μέντοι καὶ κρεανομοῦντά γε.

21. ΠΡΟΜ. Θάρρει· καὶ συνευωχήσομαι ὑμῖν καὶ ὁ Ζεὺς λύσει με οὐκ ἀντὶ μικρᾶς εὐεργεσίας.

ΕΡΜ. Τίνος ταύτης; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς εἰπεῖν.

ΠΡΟΜ. Οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ, τὴν Θέτιν; ἀλλ' οὐ χρὴ λέγειν· φυλάττειν γὰρ ἄμεινον τὸ ἀπόρρητον, ὡς μισθὸς εἴη καὶ λύτρα μοι ἀντὶ τῆς καταδίκης.

ΕΡΜ. Ἀλλὰ φύλαττε, ὦ Τιτὰν, εἰ τοῦτ' ἄμεινον. Ἡμεῖς δὲ ἀπίωμεν, ὦ Ἥφαιστε· καὶ γὰρ ἤδη πλησίον οὑτοσὶ ὁ ἀετός. Ὑπόμενε οὖν καρτερῶς· εἴη δὲ ἤδη σοι τὸν Θηβαῖον ὃν φὴς τοξότην ἐπιφανῆναι, ὡς παύσειεν ἀνατεμνόμενον ὑπὸ τοῦ ὀρνέου.

ex quo apud homines est? non dixeris: hæc, opinor, natura est ejus rei, nihil ut decrescat, etsi vel alius inde partem capiat: non enim exstinguitur, si quis ex eo lumen accenderit: invidia vero planissime est, ex quibus nullum ad vos damnum redeat, eorum prohibere ne usus impertiatur indigentibus. Atqui dii quum sitis, beneficos esse oportet commodorumque largitores, procul ab invidia remotos: atque adeo, si vel omnem hunc ignem subreptum detulissem in terram, nihilque omnino ex eo reliquissem, haud magna a me vobis injuria foret facta: neque enim vos eo indigetis, ut qui non frigeatis, nec ambrosiam coquatis, neque opus habeatis arte facta luce.

19. Hominibus vero ignis usus est et ad alia pernecessarius, et plurimum ad sacrificia, ut possint nidore vaporare vias, thus adolere, et lumbos hostiarum in aris comburere. Video sane vos summo opere delectari isto fumo, easque epulas putare suavissimas, quando nidor in cœlum penetrat multo fumi volumine subvectus. Adversetur ergo hæc criminatio quam maxime vestro desiderio. Miror autem, quomodo nec solem vetueritis eos illustrare: atqui ignis hic est multo divinior et flagrantior. Aut illumne etiam accusatis, quasi dissipantem propriam vobis possessionem? Dixi: vos autem uterque, Mercuri et Vulcane, si quid minus recte dictum videatur, emendate et arguite; tumque ego iterum partes meas tuebor.

20. MERC. Facile non est, Prometheu, cum tam valido sophista contendere. Ceterum gratulare tibi, quod Jupiter istam orationem tuam non inaudiverit: sedecim enim, quod probe scio, vultures apposuisset tibi ad intestina eruenda; tam graviter ipsum objurgasti, dum causam tuam agere videris. Illud equidem miror, quo pacto, quum sis vates, non præsciveris hoc te supplicio punitum iri.

PROM. Noveram illud, Mercuri; et me solvi debere in posterum, novi: et jam quis Thebis adveniet tuus frater non longo temporis intervallo, sagittis confixurus eam, quam in me involaturam esse dicis, aquilam.

MERC. Ea, Prometheu, utinam eveniant, teque intuear solutum, et nobiscum epulantem; sic tamen, ut carnes non distribuas.

21. PROM. Bono esto animo: et simul vobiscum epulabor, et Jupiter me vinculis solvet pro non exiguo beneficio.

MERC. Quonam isto? eloqui ne graveris.

PROM. Nostin', o Mercuri, Thetin? sed non expedit dicere: custodire præstat hoc arcanum, ut merces sit et pretium, quo me a pœna redimam.

MERC. Quin tu tecum serva, o Titan, siquidem hoc melius est. Nos autem abeamus, Vulcane; jam enim ecce, quæ prope adest, aquilam. Tu vero sustine fortiter: atque utinam tibi jam Thebanus ille, quem dicis, sagittarius exoriatur, ut te liberet laceratum ab ista alite.

VIII.

ΘΕΩΝ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

1.

ΠΡΟΜΗΘΕΩΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

1. ΠΡΟΜ. Λῦσόν με, ὦ Ζεῦ· δεινὰ γὰρ ἤδη πέπονθα.

ΖΕΥΣ. Λύσω σε, φής, ὃν ἐχρῆν βαρυτέρας πέδας ἔχοντα καὶ τὸν Καύκασον ὅλον ὑπὲρ κεφαλῆς ἐπικείμενον ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν μὴ μόνον κείρεσθαι τὸ ἧπαρ, ἀλλὰ καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐξορύττεσθαι, ἀνθ' ὧν τοιαῦθ' ἡμῖν ζῷα τοὺς ἀνθρώπους ἔπλασας καὶ τὸ πῦρ ἔκλεψας καὶ γυναῖκας ἐδημιούργησας; ἃ μὲν γὰρ ἐμὲ ἐξηπάτησας ἐν τῇ νομῇ τῶν κρεῶν ὀστᾶ πιμελῇ κεκαλυμμένα παραθεὶς καὶ τὴν ἀμείνω τῶν μοιρῶν σεαυτῷ φυλάττων, τί χρὴ λέγειν;

ΠΡΟΜ. Οὐκοῦν ἱκανὴν ἤδη τὴν δίκην ἐκτέτικα τοσοῦτον χρόνον τῷ Καυκάσῳ προσηλωμένος τὸν κάκιστα ὀρνέων ἀπολούμενον ἀετὸν τρέφων τῷ ἥπατι.

ΖΕΥΣ. Οὐδὲ πολλοστημόριον τοῦτο ὧν σε δεῖ παθεῖν.

ΠΡΟΜ. Καὶ μὴν οὐκ ἀμισθί με λύσεις, ἀλλά σοι μηνύσω τι, ὦ Ζεῦ, πάνυ ἀναγκαῖον.

2. ΖΕΥΣ. Κατασοφίζῃ με, ὦ Προμηθεῦ.

ΠΡΟΜ. Καὶ τί πλέον ἕξω; οὐ γὰρ ἀγνοήσεις αὖθις ἔνθα ὁ Καύκασός ἐστιν, οὐδὲ ἀπορήσεις δεσμῶν, ἤν τι τεχνάζων ἁλίσκωμαι.

ΖΕΥΣ. Εἰπὲ πρότερον, ὅντινα μισθὸν ἀποτίσεις ἀναγκαῖον ἡμῖν ὄντα.

ΠΡΟΜ. Ἢν εἴπω ἐφ' ὅ τι βαδίζεις νῦν, ἀξιόπιστος ἔσομαί σοι καὶ περὶ τῶν ὑπολοίπων μαντευόμενος;

ΖΕΥΣ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΠΡΟΜ. Παρὰ τὴν Θέτιν, συνεσόμενος αὐτῇ.

ΖΕΥΣ. Τουτὶ μὲν ἔγνως· τί δ' οὖν τὸ ἐπὶ τούτῳ; δοκεῖς γὰρ ἀληθές τι ἐρεῖν.

ΠΡΟΜ. Μηδέν, ὦ Ζεῦ, κοινωνήσῃς τῇ Νηρηΐδι· ἢν γὰρ αὕτη κυοφορήσῃ ἐκ σοῦ, τὸ τεχθὲν ἴσα ἐργάσεταί σε οἷα καὶ σὺ ἔδρασας —

ΖΕΥΣ. Τοῦτο φής, ἐκπεσεῖσθαί με τῆς ἀρχῆς;

ΠΡΟΜ. Μὴ γένοιτο, ὦ Ζεῦ. Πλὴν τοιοῦτό γε ἡ μῖξις αὐτῆς ἀπειλεῖ.

ΖΕΥΣ. Χαιρέτω τοιγαροῦν ἡ Θέτις· σὲ δὲ ὁ Ἥφαιστος ἐπὶ τούτοις λυσάτω.

2.

ΕΡΩΤΟΣ ΚΑΙ ΔΙΟΣ.

1. ΕΡΩΣ. Ἀλλ' εἰ καί τι ἥμαρτον, ὦ Ζεῦ, σύγγνωθί μοι· παιδίον γάρ εἰμι καὶ ἔτι ἄφρων.

VIII.

DEORUM DIALOGI.

1.

PROMETHEI ET JOVIS.

1. PROM. Solve me, o Jupiter : nam gravia jam passus sum.

JUP. Ten' ut solvam, ais, cujus oportebat graviores habentis compedes, Caucaso toto super caput injecto, a sedecim vulturibus non solum detonderi jecur, sed et oculos effodi pro eo quod talia nobis animantia homines finxeris, ignem surripueris, et mulieres sis fabricatus? nam me quidem quod deceperis in distributione carnium, dum ossa adipe obtecta mihi apponis, et præstantiorem partem tibimet servas, quid attinet dicere?

PROM. Nimirum sat jam pœnarum exsolvi tantum temporis Caucaso affixus, quæ avium cunctarum pessime perire meretur, aquilam alens jecore.

JUP. Hoc ne multesimum quidem eorum, quæ te decet pati.

PROM. At non sine mercede quidem me solves, Jupiter : sed tibi indicabo quiddam valde magni momenti.

2. JUP. Tu me dolis circumvenire studes, Prometheu.

PROM. Ecquid ex eo lucri capiam? non enim ignoraturus es postea, ubi Caucasus sit, neque carebis vinculis, si quas technas struere deprehendar.

JUP. Ede prius, quam mercedem sis soluturus ita nobis necessariam.

PROM. Si dixero quo nunc vadas, num tibi fide dignus habebor in iis, quæ de reliquis prædicam?

JUP. Quidni?

PROM. Ad Thetidem properas, cum ea congressurus.

JUP. Id quidem pervidisti : quid tum porro? videris enim aliquid veri dicturus.

PROM. Tu ne, Jupiter, rem habueris cum Nereide : etenim, si uterum ferat ex te, quod erit natum pari te modo tractabit, quo tu tractavisti —

JUP. Hoc significas, ejectum me iri imperio?

PROM. Absit omen, o Jupiter : neque tamen non tale quid concubitus ejus minatur.

JUP. Valeat ergo Thetis : te autem Vulcanus hujus moniti gratia solvat.

2.

CUPIDINIS ET JOVIS.

1. CUP. At si quid etiam peccavi, Jupiter, ignosce mihi; puerulus enim sum, atque adhuc insipiens.

ΖΕΥΣ. Σὺ παιδίον ὁ Ἔρως, ὃς ἀρχαιότερος εἶ πολὺ Ἰαπετοῦ; ἢ διότι μὴ πώγωνα μηδὲ πολιὰς ἔφυσας, διὰ ταῦτα καὶ βρέφος ἀξιοῖς νομίζεσθαι γέρων καὶ πανοῦργος ὤν;

ΕΡΩΣ. Τί δαί σε μέγα ἠδίκηκα ὁ γέρων ὡς φὴς ἐγώ, διότι με καὶ πεδῆσαι διανοῇ;

ΖΕΥΣ. Σκόπει, ὦ κατάρατε, εἰ μικρά, ὃς ἐμοὶ μὲν οὕτως ἐντρυφᾷς, ὥστε οὐδέν ἐστιν ὃ μὴ πεποίηκάς με, σάτυρον, ταῦρον, χρυσόν, κύκνον, ἀετόν· ἐμοῦ δὲ ὅλως οὐδεμίαν ἥντινα ἐρασθῆναι πεποίηκας, οὐδὲ συνῆκα ἡδὺς γυναικὶ διὰ σὲ γεγενημένος, ἀλλά με δεῖ μαγγανεύειν ἐπ' αὐτὰς καὶ κρύπτειν ἐμαυτόν· αἱ δὲ τὸν μὲν ταῦρον ἢ κύκνον φιλοῦσιν, ἐμὲ δὲ ἢν ἴδωσι, τεθνᾶσιν ὑπὸ τοῦ δέους.

2. **ΕΡΩΣ.** Εἰκότως· οὐ γὰρ φέρουσιν, ὦ Ζεῦ, θνηταὶ οὖσαι τὴν σὴν πρόσοψιν.

ΖΕΥΣ. Πῶς οὖν τὸν Ἀπόλλω ὁ Βράγχος καὶ ὁ Ὑάκινθος φιλοῦσιν;

ΕΡΩΣ. Ἀλλ' ἡ Δάφνη κἀκεῖνον ἔφευγε καίτοι κομήτην καὶ ἀγένειον ὄντα. Εἰ δ' ἐθέλεις ἐπέραστος εἶναι, μὴ ἐπίσειε τὴν αἰγίδα μηδὲ τὸν κεραυνὸν φέρε, ἀλλ' ὡς ἥδιστον ποίει σεαυτὸν ἑκατέρωθεν καθειμένος βοστρύχους, τῇ μίτρᾳ τούτους ἀνειλημμένος, πορφυρίδα ἔχε, ὑποδέου χρυσίδας, ὑπ' αὐλῷ καὶ τυμπάνοις εὔρυθμα βαῖνε, καὶ ὄψει ὅτι πλείους ἀκολουθήσουσί σοι τῶν Διονύσου Μαινάδων.

ΖΕΥΣ. Ἄπαγε· οὐκ ἂν δεξαίμην ἐπέραστος εἶναι τοιοῦτος γενόμενος.

ΕΡΩΣ. Οὐκοῦν, ὦ Ζεῦ, μηδὲ ἐρᾶν θέλε· ῥᾴδιον γὰρ τοῦτό γε.

ΖΕΥΣ. Οὔκ, ἀλλ' ἐρᾶν μέν, ἀπραγμονέστερον δὲ αὐτῶν ἐπιτυγχάνειν· ἐπὶ τούτοις αὖθις ἀφίημί σε.

3.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΕΡΜΟΥ.

ΖΕΥΣ. Τὴν τοῦ Ἰνάχου παῖδα τὴν καλὴν οἶσθα, ὦ Ἑρμῆ;

ΕΡΜ. Ναί· τὴν Ἰὼ λέγεις.

ΖΕΥΣ. Οὐκέτι παῖς ἐκείνη ἐστίν, ἀλλὰ δάμαλις.

ΕΡΜ. Τεράστιον τοῦτο· τῷ τρόπῳ δ' ἐνηλλάγη;

ΖΕΥΣ. Ζηλοτυπήσασα ἡ Ἥρα μετέβαλεν αὐτήν. Ἀλλὰ καὶ καινὸν ἄλλο τι δεινὸν ἐπιμεμηχάνηται τῇ κακοδαίμονι· βουκόλον τινὰ πολυόμματον Ἄργον τοὔνομα ἐπέστησεν, ὃς νέμει τὴν δάμαλιν ἄυπνος ὤν.

ΕΡΜ. Τί οὖν ἡμᾶς χρὴ ποιεῖν;

ΖΕΥΣ. Καταπτάμενος ἐς τὴν Νεμέαν — ἐκεῖ δέ που ὁ Ἄργος βουκολεῖ — ἐκεῖνον ἀπόκτεινον, τὴν δὲ Ἰὼ διὰ τοῦ πελάγους ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀγαγὼν Ἶσιν ποίησον· καὶ τὸ λοιπὸν ἔστω θεὸς τῶν ἐκεῖ καὶ τὸν Νεῖλον ἀναγέτω καὶ τοὺς ἀνέμους ἐπιπεμπέτω καὶ σωζέτω τοὺς πλέοντας.

JUP. Tune puerulus, o Cupido, qui vetustior Iapeto? an, quia nec barbam nec canos protulisti, ea infans haberi vis, quum vetulus sis et vafer?

CUP. Quid autem in te tam magnum commisi ve ais, ego, cur me vincire quoque mediteris?

JUP. Vide, exsecrande, an parva; qui mihi qui in modum insultas, ut nihil sit, quod non feceris rum, taurum, aurum, cycnum, aquilam : me ipsu omnino nullam quæ amaret effecisti, neque intel bilem mulieri opera tua me factum : quin neces præstigiis adversum illas uti, et celare memet : tau cycnumve amant; me si videant, moriuntur præ t

2. **CUP.** Merito sane : neque enim ferre possunt, mortales ipsæ tuum conspectum.

JUP. Qui fit ergo, ut Apollinem Branchus et Hy ament?

CUP. At Daphne illum quoque fugit, tametsi et imberbem. Quodsi amabilis esse velis, ne quate, neu fer fulmen, sed quam jucundissimum utrimque demissam cæsariem mitra subnectens, p habe vestem, indue calceos auratos, ad tibiam et concinne ingredere : tum tu videbis plures te secut quam Bacchi Mænades.

JUP. Apage : multum absum ut amabilis esse ornatu.

CUP. Quin ergo, Jupiter, amare noli : facile ho

JUP. Nequaquam : equidem amare velim, se via potiri : eaque ipsa te conditione rursus dimitto

---

3.

JOVIS ET MERCURII.

1. **JUP.** Inachi filiam, formosam illam, nosti, o

MERC. Utique : nimirum Io.

JUP. Non amplius puella est ea, sed juvenca.

MERC. Prodigiosum hoc; at quo tandem mod est?

JUP. Æmulata Juno mutavit eam : quin etia aliquod malum machinata est adversus miseram i bulcum aliquem multis oculis, Argum nomine, qui pascit juvencam insomnis.

MERC. Quid igitur nos oportet facere?

JUP. Quum devolaris in Nemeam (illic uspi pascit), eum interfice; atque Io per pelagus in abductam fac Isin. In posterum sit dea ibi inc Nilum exundare faciat, ventos immittat, et servet tes.

4.

ΔΙΟΣ ΚΑΙ ΓΑΝΥΜΗΔΟΥΣ.

1. ΖΕΥΣ. Ἄγε, ὦ Γανύμηδες — ἥκομεν γὰρ ἔνθα ἐχρῆν — φίλησόν με ἤδη, ὅπως εἰδῇς οὐκέτι ῥάμφος ἀγκύλον ἔχοντα οὐδ' ὄνυχας ὀξεῖς οὐδὲ πτερά, οἷος ἐφαινόμην σοι πτηνὸς εἶναι δοκῶν.

ΓΑΝ. Ἄνθρωπε, οὐκ ἀετὸς ἄρτι ἦσθα καὶ καταπτάμενος ἥρπασάς με ἀπὸ μέσου τοῦ ποιμνίου; πῶς οὖν τὰ μὲν πτερά σοι ἐκεῖνα ἐξερρύηκε, σὺ δὲ ἄλλος ἤδη ἀναπέφηνας;

ΖΕΥΣ. Ἀλλ' οὔτε ἄνθρωπον ὁρᾷς, ὦ μειράκιον, οὔτε ἀετόν, ὁ δὲ πάντων βασιλεὺς τῶν θεῶν οὗτός εἰμι πρὸς τὸν καιρὸν ἀλλάξας ἐμαυτόν.

ΓΑΝ. Τί φής; σὺ γὰρ εἶ ὁ Πὰν ἐκεῖνος; εἶτα πῶς σύριγγα οὐκ ἔχεις οὐδὲ κέρατα οὐδὲ λάσιος εἶ τὰ σκέλη;

ΖΕΥΣ. Μόνον γὰρ ἐκεῖνον ἡγῇ θεόν;

ΓΑΝ. Ναί· καὶ θύομέν γε αὐτῷ ἔνορχιν τράγον ἐπὶ τὸ σπήλαιον ἄγοντες ἔνθα ἕστηκε· σὺ δὲ ἀνδραποδιστής τις εἶναί μοι δοκεῖς.

2. ΖΕΥΣ. Εἰπέ μοι, Διὸς δὲ οὐκ ἤκουσας ὄνομα οὐδὲ βωμὸν εἶδες ἐν τῷ Γαργάρῳ τοῦ ὕοντος καὶ βροντῶντος καὶ ἀστραπὰς ποιοῦντος;

ΓΑΝ. Σύ, ὦ βέλτιστε, φὴς εἶναι, ὃς πρώην κατέχεας ἡμῖν τὴν πολλὴν χάλαζαν, ὁ οἰκεῖν ὑπεράνω λεγόμενος, ὁ ποιῶν τὸν ψόφον, ᾧ τὸν κριὸν ὁ πατὴρ ἔθυσεν; εἶτα τί ἀδικήσαντά με ἀνήρπασας, ὦ βασιλεῦ τῶν θεῶν; τὰ δὲ πρόβατα ἴσως οἱ λύκοι διαρπάσονται ἤδη ἐρήμοις ἐπιπεσόντες.

ΖΕΥΣ. Ἔτι γὰρ μέλει σοι τῶν προβάτων ἀθανάτῳ γεγενημένῳ καὶ ἐνταῦθα συνεσομένῳ μεθ' ἡμῶν;

ΓΑΝ. Τί λέγεις; οὐ γὰρ κατάξεις με ἤδη ἐς τὴν Ἴδην τήμερον;

ΖΕΥΣ. Οὐδαμῶς· ἐπεὶ μάτην ἀετὸς ἂν εἴην ἀντὶ θεοῦ γεγενημένος.

ΓΑΝ. Οὐκοῦν ἐπιζητήσει με ὁ πατὴρ καὶ ἀγανακτήσει μὴ εὑρίσκων, καὶ πληγὰς ὕστερον λήψομαι καταλιπὼν τὸ ποίμνιον.

ΖΕΥΣ. Ποῦ γὰρ ἐκεῖνος ὄψεταί σε;

ΓΑΝ. Μηδαμῶς· ποθῶ γὰρ ἤδη αὐτόν. Εἰ δὲ ἀπάξεις με, ὑπισχνοῦμαί σοι καὶ ἄλλον παρ' αὐτοῦ κριὸν τυθήσεσθαι λύτρα ὑπὲρ ἐμοῦ. Ἔχομεν δὲ τὸν τριετῆ, τὸν μέγαν, ὃς ἡγεῖται πρὸς τὴν νομήν.

3. ΖΕΥΣ. Ὡς ἀφελὴς ὁ παῖς ἐστι καὶ ἁπλοϊκὸς καὶ αὐτὸ δὴ τοῦτο παῖς ἔτι. — Ἀλλ', ὦ Γανύμηδες, ἐκεῖνα μὲν πάντα χαίρειν ἔα καὶ ἐπιλαθοῦ αὐτῶν, τοῦ ποιμνίου καὶ τῆς Ἴδης· σὺ δὲ — ἤδη γὰρ ἐπουράνιος εἶ — πολλὰ εὖ ποιήσεις ἐντεῦθεν καὶ τὸν πατέρα καὶ τὴν πατρίδα, καὶ ἀντὶ μὲν τυροῦ καὶ γάλακτος ἀμβροσίαν ἔδῃ καὶ νέκταρ πίῃ· τοῦτο μέντοι καὶ τοῖς ἄλλοις ἡμῖν αὐτὸς παρέξεις ἐγχέων· τὸ δὲ μέγιστον, οὐκέτι ἄνθρωπος, ἀλλ' ἀθάνατος γενήσῃ, καὶ ἀστέρα σου φαίνεσθαι ποιήσω κάλλιστον, καὶ ὅλως εὐδαίμων ἔσῃ.

4.

JOVIS ET GANYMEDIS.

1. JUP. Age, Ganymedes, venimus enim, quo oportebat, osculare me jam, ut scias non amplius rostrum aduncum habere me, neque ungues acutos, neque alas, qualis videbar tibi volucris specie.

GAN. Tu, homo, non aquila modo eras, quumque devolasses, rapuisti me a medio grege? quomodo igitur alæ istæ tibi defluxerunt, tuque jam alius evasisti?

JUP. At neque homo sum ego, quem vides, adolescentule, neque aquila; sed omnium rex deorum hicce sum, commode mutata forma.

GAN. Quid ais? tu enim es Pan iste? at quomodo fistulam non habes, nec cornua, neque hirta crura?

JUP. Illumne tu solum putas deum?

GAN. Sane: atque adeo sacrificamus ipsi integrum hircum ad speluncam adductum, ubi stat dedicatus: tu autem plagiarius aliquis esse mihi videris.

2. JUP. Dic mihi, Jovis non audivisti nomen, neque aram vidisti in Gargaro pluentis, tonantis, et fulgura mittentis?

GAN. Eum, o optime, te ais esse, qui nuper defudisti in nos multam grandinem, qui habitare superne diceris, qui excitas sonitum, cui arietem pater mactavit? Et cujus admissi reum me subripuisti, rex deorum? oves quidem lupi fortasse jam discerpent, in desertas impetu facto.

JUP. Etiamne tibi cura est ovium, qui immortalis factus hic nobiscum futurus es?

GAN. Quid ais? tu non devehes me jam in Idam hodie?

JUP. Neutiquam: alioqui frustra formam aquilæ pro deo subiissem.

GAN. At requiret me pater, et indignabitur non invento, plagasque postmodum accipiam, qui gregem reliquerim.

JUP. Ubi autem ille te videbit?

GAN. Nequaquam (hic manere velim), desidero enim jam patrem. Quodsi deduxeris me, polliceor tibi et alium ab eo hircum iri immolatum, pretium scilicet mei recepti: habemus autem trimum istum grandem, qui dux est gregi ad pastionem.

3. JUP. Quam apertus puer est et simplex, ipsumque illud plane, puer adhuc! At, Ganymedes, ista quidem omnia valere jube, atque obliviscere gregis et Idæ: tu quippe (etenim jam cœlestis es) multum hinc bene facies patri patriæque: pro caseo et lacte ambrosiam edes et nectar bibes; hoc quidem adeo reliquis nobis tu præbebis infusum: quodque maximum, non homo amplius, sed immortalis eris, sidusque tuum apparere faciam pulcherrimum; denique beatus eris.

ΓΑΝ. Ἢν δὲ παίζειν ἐπιθυμήσω, τίς συμπαίξεταί μοι; ἐν γὰρ τῇ Ἴδῃ πολλοὶ ἡλικιῶται ἦμεν.

ΖΕΥΣ. Ἕξεις κἀνταῦθα τὸν συμπαιξόμενόν σοι τουτονὶ τὸν Ἔρωτα καὶ ἀστραγάλους μάλα πολλούς. Θάρρει μόνον καὶ φαιδρὸς ἴσθι καὶ μηδὲν ἐπιπόθει τῶν κάτω.

4. ΓΑΝ. Τί δαὶ ὑμῖν χρήσιμος ἂν γενοίμην; ἢ ποιμαίνειν δεήσει κἀνταῦθα;

ΖΕΥΣ. Οὐχ, ἀλλ' οἰνοχοήσεις καὶ ἐπὶ τοῦ νέκταρος τετάξῃ καὶ ἐπιμελήσῃ τοῦ συμποσίου.

ΓΑΝ. Τοῦτο μὲν οὐ χαλεπόν· οἶδα γὰρ ὡς χρὴ ἐγχέαι τὸ γάλα καὶ ἀναδοῦναι τὸ κισσύβιον.

ΖΕΥΣ. Ἰδού, πάλιν οὗτος γάλακτος μνημονεύει καὶ ἀνθρώποις διακονήσεσθαι οἴεται· ταυτὶ δ' ὁ οὐρανός ἐστι, καὶ πίνομεν, ὥσπερ ἔφην, τὸ νέκταρ.

ΓΑΝ. Ἥδιον, ὦ Ζεῦ, τοῦ γάλακτος;

ΖΕΥΣ. Εἴσῃ μετ' ὀλίγον καὶ γευσάμενος οὐκέτι ποθήσεις τὸ γάλα.

ΓΑΝ. Κοιμήσομαι δὲ ποῦ τῆς νυκτός; ἢ μετὰ τοῦ ἡλικιώτου Ἔρωτος;

ΖΕΥΣ. Οὐχ, ἀλλὰ διὰ τοῦτό σε ἀνήρπασα, ὡς ἅμα καθεύδοιμεν.

ΓΑΝ. Μόνος γὰρ οὐκ ἂν δύναιο, ἀλλ' ἥδιόν σοι καθεύδειν μετ' ἐμοῦ;

ΖΕΥΣ. Ναί, μετά γε τοιούτου οἷος εἶ σύ, Γανύμηδες, οὕτω καλός.

5. ΓΑΝ. Τί γάρ σε πρὸς τὸν ὕπνον ὀνήσει τὸ κάλλος;

ΖΕΥΣ. Ἔχει τι θέλγητρον ἡδὺ καὶ μαλακώτερον ἐπάγει αὐτόν.

ΓΑΝ. Καὶ μὴν ὅ γε πατὴρ ἤχθετό μοι συγκαθεύδοντι καὶ διηγεῖτο ἕωθεν ὡς ἀφεῖλον αὐτοῦ τὸν ὕπνον στρεφόμενος καὶ λακτίζων καί τι φθεγγόμενος μεταξὺ ὁπότε καθεύδοιμι· ὥστε παρὰ τὴν μητέρα ἔπεμπέ με κοιμησόμενον τὰ πολλά. Ὥρα δή σοι, εἰ διὰ τοῦτο, ὡς φής, ἀνήρπασάς με, καταθεῖναι αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἢ πράγματα ἕξεις ἀγρυπνῶν· ἐνοχλήσω γάρ σε συνεχῶς στρεφόμενος.

ΖΕΥΣ. Τοῦτ' αὐτό μοι τὸ ἥδιστον ποιήσεις, εἰ ἀγρυπνήσαιμι μετὰ σοῦ φιλῶν πολλάκις καὶ περιπτύσσων.

ΓΑΝ. Αὐτὸς ἂν εἰδείης· ἐγὼ δὲ κοιμήσομαι σοῦ καταφιλοῦντος.

ΖΕΥΣ. Εἰσόμεθα τότε ὃ πρακτέον. Νῦν δὲ ἄπαγε αὐτόν, ὦ Ἑρμῆ, καὶ πιόντα τῆς ἀθανασίας ἄγε οἰνοχοήσοντα ἡμῖν διδάξας πρότερον ὡς χρὴ ὀρέγειν τὸν σκύφον.

GAN. Sed si ludere cupiam, quis mecum ludet enim multi æquales eramus.

7. MERC. Ne te moveas: equidem et huic malo remedium tibi afferam, teque visu acutissimum brevi reddam ab Homero quadam ad hunc quoque usum incantatione sumta: tu vero, simul ac pronunciavero versus, sic tibi persuade, te non amplius esse hebeti oculorum acie, sed plane cuncta perspicere.

CHAR. Dic modo.

MERC. Ecce tibi nebulam velantem lumina demsi,
divos mortalesque ut jam dignoscere possis.

Quid est? jamne liquide vides?

CHAR. Mirum in modum, ut nihil supra: cæcus fuerit Lynceus ille præ me. Itaque tu nunc porro doce me, ac responde roganti. Sed vin' ex Homero et ego te rogem, ut discas in Homeri carminibus me quoque non esse non versatum?

MERC. Unde vero tibi fit, eorum quicquam ut scias, qui nauta semper remoque affixus fueris?

CHAR. Ecce autem, quam hoc probrose dicitur in artem! Neque tamen eo minus, quando illum trajiciebam fato functum, quum multa canentem audiverim, quorundam adhuc memini; quanquam tempestas nos non mediocris tunc deprehendebat. Postquam enim occepit cantando recitare nescio quam non valde navigantibus auspicatam cantilenam, scilicet Neptunum conduxisse nubes, turbasse pontum, velut rudicula quadam injecto tridente, omnesque procellas concitasse, atque alia multa, dum mare miscet versibus, tanta tempestas subito caligoque ingruit, ut parum abesset quin navim nobis everteret; dum ille nausea correptus evomuit rhapsodiarum plerasque cum ipsa Scylla, Charybdi et Cyclope. Haud arduum igitur erat ex tanto vomitu paucula certe conservare.

8. At dic mihi, quæso,

Quisnam hic eximie crassus vir, strenuus, amplus,
qui capite et latis humeris supereminet omnes?

MERC. Milon Crotone oriundus, athleta: plausus ipsi dant Græci, quod taurum sublatum ferat per stadium medium.

CHAR. Et quanto justius me, Mercuri, laudent, qui ipsum tibi Milonem haud multo post comprehensum imponam in cymbulam, quum veniet ad nos a Morte adversariorum invictissimo dejectus, ne intelligens quidem, quo pacto ipsum supplantatum prosternat? deinde nobis gemitus edet scilicet, recordatus coronarum istarum et plausus: nunc vero magnum spirat, dum omnes eum admirantur ob taurum gestatum. Quid ergo? illumne existimabimus sperare se aliquando moriturum esse?

9.

ΕΡΜ. Πόθεν ἐκεῖνος θανάτου νῦν μνημονεύσειεν ἂν ἐν ἀκμῇ τοσαύτῃ;

ΧΑΡ. Ἔα τοῦτον οὐκ εἰς μακρὰν γέλωτα ἡμῖν παρέξοντα, ὁπόταν πλέῃ μηδ' ἐμπίδα ἡμῖν οὐχ ὅπως ταῦρον ἔτι ἄρασθαι δυνάμενος.

9. Σὺ δέ μοι ἐκεῖνο εἰπὲ,

τίς τ' ἄρ' ὅδ' ἄλλος ὁ σεμνὸς ἀνήρ;

οὐχ Ἕλλην, ὡς ἔοικεν ἀπὸ γοῦν τῆς στολῆς.

ΕΡΜ. Κῦρος, ὦ Χάρων, ὁ Καμβύσου, ὃς τὴν ἀρχὴν πάλαι Μήδων ἐχόντων νῦν Περσῶν ἤδη ἐποίησεν εἶναι· καὶ Ἀσσυρίων δ' ἔναγχος οὗτος ἐκράτησε καὶ Βαβυλῶνα παρεστήσατο καὶ νῦν ἐλασείοντι ἐπὶ Λυδίαν ἔοικεν, ὡς καθελὼν τὸν Κροῖσον ἄρχειν ἁπάντων.

ΧΑΡ. Ὁ Κροῖσος δὲ ποῦ ποτε κἀκεῖνός ἐστιν;

ΕΡΜ. Ἐκεῖσε ἀπόϐλεψον ἐς τὴν μεγάλην ἀκρόπολιν τὴν τὸ τριπλοῦν τεῖχος· Σάρδεις ἐκεῖναι, καὶ τὸν Κροῖσον αὐτὸν ὁρᾷς ἤδη ἐπὶ κλίνης χρυσῆς καθήμενον Σόλωνι τῷ Ἀθηναίῳ διαλεγόμενον. Βούλει ἀκούσωμεν αὐτῶν ὅ τι καὶ λέγουσι;

ΧΑΡ. Πάνυ μὲν οὖν.

10. ΚΡ. Ὦ ξένε Ἀθηναῖε, εἶδες γάρ μου τὸν πλοῦτον καὶ τοὺς θησαυροὺς καὶ ὅσος ἄσημος χρυσός ἐστιν ἡμῖν καὶ τὴν ἄλλην πολυτέλειαν, εἰπέ μοι τίνα ἡγῇ τῶν ἁπάντων ἀνθρώπων εὐδαιμονέστατον εἶναι.

ΧΑΡ. Τί ἄρα ὁ Σόλων ἐρεῖ;

ΕΡΜ. Θάρρει· οὐδὲν ἀγεννὲς, ὦ Χάρων.

ΣΟΛ. Ὦ Κροῖσε, ὀλίγοι μὲν οἱ εὐδαίμονες· ἐγὼ δὲ ὧν οἶδα Κλέοϐιν καὶ Βίτωνα ἡγοῦμαι εὐδαιμονεστάτους γενέσθαι, τοὺς τῆς ἱερείας παῖδας τῆς Ἀργόθεν.

ΧΑΡ. Φησὶν οὗτος τοὺς ἅμα πρῴην ἀποθανόντας, ἐπεὶ τὴν μητέρα ὑποδύντες εἵλκυσαν ἐπὶ τῆς ἀπήνης ἄχρι πρὸς τὸ ἱερόν.

ΚΡΟΙΣ. Ἔστω· ἐχέτωσαν ἐκεῖνοι τὰ πρῶτα τῆς εὐδαιμονίας. Ὁ δεύτερος δὲ τίς ἂν εἴη;

ΣΟΛ. Τέλλος ὁ Ἀθηναῖος, ὃς εὖ τε ἐϐίω καὶ ἀπέθανεν ὑπὲρ τῆς πατρίδος.

ΚΡΟΙΣ. Ἐγὼ δὲ, ὦ κάθαρμα, οὔ σοι δοκῶ εὐδαίμων εἶναι;

ΣΟΛ. Οὐδέπω οἶδα, ὦ Κροῖσε, ἢν μὴ πρὸς τὸ τέλος ἀφίκῃ τοῦ βίου· ὁ γὰρ θάνατος ἀκριϐὴς ἔλεγχος τῶν τοιούτων καὶ τὸ ἄχρι πρὸς τὸ τέρμα εὐδαιμόνως διαϐιῶναι.

ΧΑΡ. Κάλλιστα, ὦ Σόλων, ὅτι ἡμῶν οὐκ ἐπιλέλησαι, ἀλλὰ παρὰ τὸ πορθμεῖον αὐτὸς ἀξιοῖς γίγνεσθαι τὴν περὶ τῶν τοιούτων κρίσιν.

11. Ἀλλὰ τίνας ἐκείνους ὁ Κροῖσος ἐκπέμπει ἢ τί ἐπὶ τῶν ὤμων φέρουσι;

ΕΡΜ. Πλίνθους τῷ Πυθίῳ χρυσᾶς ἀνατίθησι μισθὸν τῶν χρησμῶν, ὑφ' ὧν καὶ ἀπολεῖται μικρὸν ὕστερον· φιλόμαντις δὲ ἀνὴρ ἐκτόπως.

ΧΑΡ. Ἐκεῖνο γάρ ἐστιν ὁ χρυσὸς, τὸ λαμπρὸν ὃ ἀποστίλϐει, τὸ ὕπωχρον μετ' ἐρυθήματος; νῦν γὰρ πρῶτον εἶδον ἀκούων ἀεί.

MERC. Qui fieri potest, mortis ut ille memi[...] roboris vigore?

CHAR. Mitte istum, qui non longe post præbiturus est, quando navigio meo vectabit[...] culicem quidem nobis, nedum taurum, sustir[...]

9. Tu porro id mihi dic, quis hic alius sit ve[...] vir præstans? non Græcus, ut videtur, quant[...] quidem apparet.

MERC. Cyrus, Charon, Cambysæ filius, q[...] quod Medi dudum tenebant, nunc ad Persa[...] Assyrios idem hicce nuper devicit, suamque i[...] Babylonem redegit; et nunc expeditionem vid[...] et jamjam suscipere in Lydiam, ut, Crœso sub[...] omnium.

CHAR. Crœsus autem ubi tandem et ille e[...]

MERC. Eo respice ad magnam illam arcem, munitam: Sardes istæ sunt: ipsumque jam Cr[...] cis in aureo lecto sedentem, cumque Solon[...] confabulantem. Vin' auscultemus quidnam d[...]

CHAR. Lubentissime quidem.

10. CRŒS. Hospes Atheniensis (nam vi[...] meas, et thesauros, quantumque nobis sit rud[...] rarumque rerum lautissimum apparatum), di[...] ducas omnium hominum felicissimum esse.

CHAR. Quid ergo Solon respondebit?

MERC. Hac de re securus esto: nihil, C[...] animum magnum dedeceat.

SOL. Crœse, pauci felices: eorum auten[...] novi, Cleobin et Bitonem statuo felicissimos ex[...] inquam sacerdotis Argivæ filios.

CHAR. Illos hic dicit, qui una nuper ad[...] mortui, postquam matrem jugo succedentes carpento usque ad templum.

CRŒS. Sit ita: primas illi ferant felicitati[...] das quis obtineat?

SOL. Tellus Atheniensis, qui et bene vixit, mortem oppetiit.

CRŒS. Ego vero, purgamentum hominis, deor esse felix?

SOL. Necdum mihi liquet, Crœse, nisi ad veneris vitæ: mors enim exactissimus index rum et vita ad metam usque feliciter peracta.

CHAR. Pulcherrime, Solon, quod nostri no[...] sed in cymbula nostra esse censeas de talibu[...] candi normam.

11. Sed quosnam istos Crœsus ablegat? au[...] quod in humeris ferunt?

MERC. Lateres Apollini Pythio aureos con[...] cedem oraculorum, per quæ etiam pessumibi[...] tempore: est autem vatibus vir deditus supra [...]

CHAR. Illud igitur est aurum, splendidum fulget, subpallidum rubore tinctum? nunc e[...] vidi de quo semper audio.

ΕΡΜ. Ἐκεῖνο, ὦ Χάρων, τὸ ἀοίδιμον ὄνομα καὶ περιμάχητον.

ΧΑΡ. Καὶ μὴν οὐχ ὁρῶ ὅ τι ἀγαθὸν αὐτῷ πρόσεστιν, εἰ μὴ ἄρα ἕν τι μόνον, ὅτι βαρύνονται οἱ φέροντες αὐτό.

ΕΡΜ. Οὐ γὰρ οἶσθα ὅσοι πόλεμοι διὰ τοῦτο καὶ ἐπιβουλαὶ καὶ λῃστήρια καὶ ἐπιορκίαι καὶ φόνοι καὶ δεσμὰ καὶ πλοῦς μακρὸς καὶ ἐμπορίαι καὶ δουλεῖαι;

ΧΑΡ. Διὰ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, τὸ μὴ πολὺ τοῦ χαλκοῦ διαφέρον; οἶδα γὰρ τὸν χαλκόν, ὀβολόν, ὡς οἶσθα, παρὰ τῶν καταπλεόντων ἑκάστου ἐκλέγων.

ΕΡΜ. Ναί· ἀλλ' ὁ χαλκὸς μὲν πολύς, ὥστε οὐ πάνυ σπουδάζεται ὑπ' αὐτῶν· τοῦτον δὲ ὀλίγον ἐκ πολλοῦ τοῦ βάθους οἱ μεταλλεύοντες ἀνορύττουσιν· πλὴν ἀλλ' ἐκ γῆς καὶ οὗτος ὥσπερ ὁ μόλυβδος καὶ τὰ ἄλλα.

ΧΑΡ. Δεινήν τινα λέγεις τῶν ἀνθρώπων τὴν ἀβελτερίαν, οἳ τοσοῦτον ἔρωτα ἐρῶσιν ὠχροῦ καὶ βαρέος κτήματος.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὐ Σόλων γε ἐκεῖνος, ὦ Χάρων, ἐρᾶν αὐτοῦ φαίνεται· ὡς ὁρᾷς, καταγελᾷ γὰρ τοῦ Κροίσου καὶ τῆς μεγαλαυχίας τοῦ βαρβάρου, καί μοι δοκεῖν ἐρέσθαι τι βούλεται αὐτόν· ἐπακούσωμεν οὖν.

12. ΣΟΛ. Εἰπέ μοι, ὦ Κροῖσε, οἴει γάρ τι δεῖσθαι τῶν πλίνθων τούτων τὸν Πύθιον;

ΚΡΟΙΣ. Νὴ Δί'· οὐ γάρ ἐστιν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀνάθημα οὐδὲν τοιοῦτον.

ΣΟΛ. Οὐκοῦν μακάριον οἴει τὸν θεὸν ἀποφαίνειν, εἰ κτήσαιτο σὺν τοῖς ἄλλοις καὶ πλίνθους χρυσᾶς;

ΚΡΟΙΣ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΣΟΛ. Πολλήν μοι λέγεις, ὦ Κροῖσε, πενίαν ἐν τῷ οὐρανῷ, εἰ ἐκ Λυδίας μεταστέλλεσθαι τὸ χρυσίον δεήσει αὐτούς, ἢν ἐπιθυμήσωσι.

ΚΡΟΙΣ. Ποῦ γὰρ τοσοῦτος ἂν γένοιτο χρυσὸς ὅσος παρ' ἡμῖν;

ΣΟΛ. Εἰπέ μοι, σίδηρος δὲ φύεται ἐν Λυδίᾳ;

ΚΡΟΙΣ. Οὐ πάνυ τι.

ΣΟΛ. Τοῦ βελτίονος ἄρα ἐνδεεῖς ἐστε.

ΚΡΟΙΣ. Πῶς ἀμείνων ὁ σίδηρος χρυσίου;

ΣΟΛ. Ἢν ἀποκρίνῃ μηδὲν ἀγανακτῶν, μάθοις ἄν.

ΚΡΟΙΣ. Ἐρώτα, ὦ Σόλων.

ΣΟΛ. Πότεροι ἀμείνους, οἱ σώζοντές τινας ἢ οἱ σωζόμενοι πρὸς αὐτῶν;

ΚΡΟΙΣ. Οἱ σώζοντες δηλαδή.

ΣΟΛ. Ἆρ' οὖν, ἢν Κῦρος, ὡς λογοποιοῦσί τινες, ἐπίῃ Λυδοῖς, χρυσᾶς μαχαίρας σὺ ποιήσῃ τῷ στρατῷ, ἢ ὁ σίδηρος ἀναγκαῖος τότε;

ΚΡΟΙΣ. Ὁ σίδηρος δῆλον ὅτι.

ΣΟΛ. Καὶ εἴ γε τοῦτον μὴ παρασκευάσαιο, οἴχοιτο ἄν σοι ὁ χρυσὸς ἐς Πέρσας αἰχμάλωτος.

ΚΡΟΙΣ. Εὐφήμει, ὦ ἄνθρωπε.

ΣΟΛ. Μὴ γένοιτο μὲν οὕτω ταῦτα· φαίνῃ δ' οὖν ἀμείνω τοῦ χρυσοῦ τὸν σίδηρον ὁμολογῶν.

ΚΡΟΙΣ. Οὐκοῦν καὶ τῷ θεῷ σιδηρᾶς πλίνθους θέλεις ἀνατιθέναι με, τὸν δὲ χρυσὸν ὀπίσω αὖθις ἀνακαλεῖν·

MERC. Hoc illud est, Charon, decantatissimum nomen et magnis omnium contentionibus expetitum.

CHAR. At equidem nullus video quid boni ipsi adsit, nisi forte hoc unum, quod qui ferant eo graventur.

MERC. An nescis, quot propterea bella exsistant, et insidiæ, latrocinia, perjuria, cædes, vincula, navigatio longinqua, mercaturæ, servitutes denique?

CHAR. Ob istudne Mercuri, quod non multum ab ære differt? æs enim novi, ut qui obolum, ut scis, a vectorum unoquoque exigam.

MERC. Sane : sed æs quidem abundat; eamque ob rem non valde magno studio expetitur ab ipsis : verum illud paucum ex profundissimis terræ visceribus metalli fossores eruunt : perinde tamen hoc etiam ex terra oritur, itidem ut plumbum ceteraque metalla.

CHAR. Incredibilem quandam narras hominum dementiam, qui tanto amore capiantur rei pallidæ ac ponderosæ.

MERC. At Solon quidem ille, Charon, ejus amore duci non videtur : deridet enim, uti vides, Crœsum et jactabundam barbari gloriationem. Verum, ni fallor, ex illo quærere quidpiam vult : auscultemus ergo.

12. SOL. Dic mihi, Crœse, numnam putas opus habere lateribus istis Pythium?

CRŒS. Ita per Jovem : non enim est illi Delphis donarium tale ullum dedicatum.

SOL. Ergo beatum arbitrare te Apollinem esse redditurum, si possideat in ceteris etiam lateres aureos?

CRŒS. Quidni putem?

SOL. Magnam mihi narras, Crœse, paupertatem in cœlo, quando dii eo redacti sunt, ut aurum ipsis e Lydia sit petendum, si desiderarint.

CRŒS. Ubinam tanta fuerit auri copia, quanta apud nos?

SOL. Quæso te, ferrumne etiam nascitur in Lydia?

CRŒS. Non sane multum.

SOL. Potioris ergo metalli indigetis.

CRŒS. At quomodo præstet ferrum auro?

SOL. Si respondeas nihil indignatus, discere licebit.

CRŒS. Roga modo, Solon.

SOL. Utrum, qui servant aliquos, meliores, an qui ab iis servantur?

CRŒS. Qui servant videlicet.

SOL. Num igitur, si Cyrus, quos rumores nonnulli spargunt, adoriatur Lydos, aureos enses tu confici curabis exercitui, an ferrum tunc videbitur necessarium?

CRŒS. Ferrum utique.

SOL. Hoc sane metallum nisi compararis, abeat tibi aurum in Persidem captivum.

CRŒS. Di meliora, mi homo.

SOL. Absit, hæc ut ita contingant : videre tamen nunc auro melius esse ferrum fateri.

CRŒS. Num igitur Apollini quoque me jubes ferreos lateres dedicare, aurum vero rursus repetere?

ΣΟΛ. Οὐδὲ σιδήρου ἐκεῖνός γε δεήσεται, ἀλλ' ἤν τε χαλκὸν ἤν τε χρυσὸν ἀναθῇς, ἄλλοις μέν ποτε κτῆμα καὶ ἕρμαιον ἔσῃ ἀνατεθεικὼς ἢ Φωκεῦσιν ἢ Βοιωτοῖς ἢ Δελφοῖς αὐτοῖς ἢ τινι τυράννῳ ἢ λῃστῇ, τῷ δὲ θεῷ ὀλίγον μέλει τῶν σῶν χρυσοποιῶν.

ΚΡΟΙΣ. Ἀεὶ σύ μου τῷ πλούτῳ προσπολεμεῖς καὶ φθονεῖς.

13. ΕΡΜ. Οὐ φέρει ὁ Λυδός, ὦ Χάρων, τὴν παρρησίαν καὶ τὴν ἀλήθειαν τῶν λόγων, ἀλλὰ ξένον αὐτῷ δοκεῖ τὸ πρᾶγμα, πένης ἄνθρωπος οὐχ ὑποπτήσσων, τὸ δὲ παριστάμενον ἐλευθέρως λέγων. Μεμνήσεται δ' οὖν μικρὸν ὕστερον τοῦ Σόλωνος, ὅταν αὐτὸν δέῃ ἁλόντα ἐπὶ τὴν πυρὰν ὑπὸ τοῦ Κύρου ἀναχθῆναι· ἤκουσα γὰρ τῆς Κλωθοῦς πρῴην ἀναγιγνωσκούσης τὰ ἑκάστῳ ἐπικεκλωσμένα, ἐν οἷς καὶ ταῦτ' ἐγέγραπτο, Κροῖσον μὲν ἁλῶναι ὑπὸ Κύρου, Κῦρον δὲ αὐτὸν ὑπ' ἐκεινησὶ τῆς Μασσαγέτιδος ἀποθανεῖν. Ὁρᾷς τὴν Σκυθίδα, τὴν ἐπὶ τοῦ ἵππου τούτου τοῦ λευκοῦ ἐξελαύνουσαν;

ΧΑΡ. Νὴ Δία.

ΕΡΜ. Τόμυρις ἐκείνη ἐστί, καὶ τὴν κεφαλήν γε ἀποτεμοῦσα τοῦ Κύρου αὕτη ἐς ἀσκὸν ἐμβαλεῖ πλήρη αἵματος. Ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ τὸν νεανίσκον; Καμβύσης ἐκεῖνός ἐστιν· οὗτος βασιλεύσει μετὰ τὸν πατέρα καὶ μυρία σφαλεὶς ἔν τε τῇ Λιβύῃ καὶ Αἰθιοπίᾳ τὸ τελευταῖον μανεὶς ἀποθανεῖται ἀποκτείνας τὸν Ἆπιν.

ΧΑΡ. Ὢ πολλοῦ γέλωτος. Ἀλλὰ νῦν τίς ἂν αὐτοὺς προσβλέψειεν οὕτως ὑπερφρονοῦντας τῶν ἄλλων; ἢ τίς ἂν πιστεύσειεν ὡς μετ' ὀλίγον οὗτος μὲν αἰχμάλωτος ἔσται, οὗτος δὲ τὴν κεφαλὴν ἕξει ἐν ἀσκῷ αἵματος;

14. Ἐκεῖνος δὲ τίς ἐστιν, ὦ Ἑρμῆ, ὁ τὴν πορφυρᾶν ἐφεστρίδα ἐμπεπορπημένος, ὁ τὸ διάδημα, ᾧ τὸν δακτύλιον ὁ μάγειρος ἀναδίδωσι τὸν ἰχθὺν ἀνατεμών,

νήσῳ ἐν ἀμφιρύτῃ; βασιλεὺς δέ τις εὔχεται εἶναι.

ΕΡΜ. Εὖ γε παρῳδεῖς ἤδη, ὦ Χάρων. Ἀλλὰ Πολυκράτην ὁρᾷς τὸν Σαμίων τύραννον πανευδαίμονα ἡγούμενον εἶναι· ἀτὰρ καὶ οὗτος αὐτὸς ὑπὸ τοῦ παρεστῶτος οἰκέτου Μαιανδρίου προδοθεὶς Ὀροίτῃ τῷ σατράπῃ ἀνασκολοπισθήσεται ἄθλιος ἐκπεσὼν τῆς εὐδαιμονίας ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου· καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Κλωθοῦς ἐπήκουσα.

ΧΑΡ. Ἄγαμαι Κλωθοῦς γεννικῆς· καὶ αὐτούς, ὦ βελτίστη, καὶ τὰς κεφαλὰς ἀπότεμνε καὶ ἀνασκολόπιζε, ὡς εἰδῶσιν ἄνθρωποι ὄντες· ἐν τοσούτῳ δὲ ἐπαιρέσθων ὡς ἂν ἀφ' ὑψηλοτέρου ἀλγεινότερον καταπεσούμενοι. Ἐγὼ δὲ γελάσομαι τότε γνωρίσας αὐτῶν ἕκαστον γυμνὸν ἐν τῷ σκαφιδίῳ μήτε τὴν πορφυρίδα μήτε τιάραν ἢ κλίνην χρυσῆν κομίζοντας.

15. ΕΡΜ. Καὶ τὰ μὲν τούτων ὧδε ἕξει. Τὴν δὲ πληθὺν ὁρᾷς, ὦ Χάρων, τοὺς πλέοντας αὐτῶν, τοὺς πολεμοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς γεωργοῦντας, τοὺς δανείζοντας, τοὺς προσαιτοῦντας;

ΧΑΡ. Ὁρῶ ποικίλην τινὰ τὴν τύρβην καὶ μεστὸν

SOL. Is ne ferro quidem opus habebit; at tu sive æs sive aurum consecres, aliis quod in possessionem aliquando ac prædam facilem cedat dedicaveris, Phocensibus, inquam, aut Bœotis, aut ipsis Delphis, aut cuidam tyranno, aut latroni : Pythius certe parum curat tuos aurifices.

CRŒS. Semper tu meis divitiis bellum indicis et invides.

13. MERC. Non fert Lydus, o Charon, loquendi istam libertatem verosque sermones : quin res ipsi videtur plane inusitata, pauper homo qui nullo metu se submittat, animique cogitata libere proferat. Verum in memoriam non diu post redibit Solonis, quum tempus aderit ut captus in rogum Cyri jussu imponatur. Etenim audivi ex Clothone nuper prælegente quæ cuique forent fato decreta : in quibus et hæc erant consignata, Crœsum captum iri a Cyro, Cyrum autem ipsum ab ista Massagetide occidendum esse. Viden' illam mulierem Scythicam, illam equo hoc albo invehentem?

CHAR. Ita sane.

MERC. Illa Tomyris est, quæ caput Cyri præcisum in utrem injiciet plenum sanguinis. Viden' etiam filium Cyri juvenem? iste Cambyses est, regnabitque post patrem : is rebus omnibus male gestis et in Libya et in Æthiopia, tandem mente captus interibit, postquam occiderit Apin.

CHAR. O multam ridendi materiem! At nunc quis eos adspicere sustineat tanto fastu elatos? aut quis in animum inducat, paullo post hunc fore captivum, illum caput habiturum in utre sanguinis?

14. Verum quis ille est, Mercuri, qui purpureum amiculum fibula substrictum gerit, diademate revinctus, cui annulum coquus porrigit pisce dissecto,

insula in ambita ponto? rex esse videtur.

MERC. Belle versum Homeri hunc inflectis, Charon. At enim Polycratem intueris Samiorum tyrannum, qui se omni ex parte felicem esse putat : verum hic ipse ab adstante familiari servo Mæandrio proditus Orœtæ satrapæ in crucem agetur miser, ejectus fortunis omnibus in puncto temporis : etenim hæc quoque ex Clotho percepi.

CHAR. Laudo Clothonem strenuissimam : atque ipsis, optima, et capita præcide, atque palo suffige, ut se sciant homines esse : interea in altum tollantur, quippe ab excelsiore fastigio acerbius casuri. Tum ego ridebo singulos agnoscens nudos in cymbula, nec purpuream vestem neque tiaram neque lectum aureum secum ferentes.

15. MERC. Et illorum quidem, quos dixi, talis erit sors : multitudinem vero, Charon, istam vides, navigantes, bellantes, in judiciis versantes, agros colentes, fœnus exercentes, stipem petentes?

CHAR. Equidem video variam quandam turbam, ple-

ταραχῆς τὸν βίον καὶ τὰς πόλεις γε αὐτῶν ἐοικυίας τοῖς σμήνεσιν, ἐν οἷς ἅπας μὲν ἴδιόν τι κέντρον ἔχει καὶ τὸν πλησίον κεντεῖ, ὀλίγοι δέ τινες ὥσπερ σφῆκες ἄγουσι καὶ φέρουσι τὸ ὑποδεέστερον. Ὁ δὲ περιπετόμενος αὐτοὺς ἐκ τἀφανοῦς οὗτος ὄχλος τίνες εἰσίν;

ΕΡΜ. Ἐλπίδες, ὦ Χάρων, καὶ δείματα καὶ ἄνοιαι καὶ ἡδοναὶ καὶ φιλαργυρίαι καὶ ὀργαὶ καὶ μίση καὶ τὰ τοιαῦτα. Τούτων δὲ ἡ ἄνοια μὲν κάτω ξυναναμέμικται αὐτοῖς καὶ ξυμπολιτεύεταί γε νὴ Δία καὶ τὸ μῖσος καὶ ἡ ὀργὴ καὶ ζηλοτυπία καὶ ἀμαθία καὶ ἀπορία καὶ φιλαργυρία, ὁ φόβος δὲ καὶ αἱ ἐλπίδες ὑπεράνω πετόμενοι ὁ μὲν ἐμπίπτων ἐκπλήττει, ἐνίοτε καὶ ὑποπτήσσειν ποιεῖ, αἱ δ' ἐλπίδες ὑπὲρ κεφαλῆς αἰωρούμεναι, ὁπόταν μάλιστα οἴηταί τις ἐπιλήψεσθαι αὐτῶν, ἀναπτάμεναι οἴχονται κεχηνότας αὐτοὺς ἀπολιποῦσαι, ὅπερ καὶ τὸν Τάνταλον κάτω πάσχοντα ὁρᾷς ὑπὸ τοῦ ὕδατος.

16. Ἢν δὲ ἀτενίσῃς, κατόψει καὶ τὰς Μοίρας ἄνω ἐπικλωθούσας ἑκάστῳ τὸν ἄτρακτον, ἀφ' οὗ ἠρτῆσθαι ξυμβέβηκεν ἅπαντας ἐκ λεπτῶν νημάτων. Ὁρᾷς καθάπερ ἀράχνιά τινα καταβαίνοντα ἐφ' ἕκαστον ἀπὸ τῶν ἀτράκτων;

ΧΑΡ. Ὁρῶ πάνυ λεπτὸν ἑκάστῳ νῆμα ἐπιπεπλεγμένον γε τὰ πολλὰ, τοῦτο μὲν ἐκείνῳ, ἐκεῖνο δὲ ἄλλῳ.

ΕΡΜ. Εἰκότως, ὦ πορθμεῦ· εἵμαρται γὰρ ἐκεῖνον μὲν ὑπὸ τούτου φονευθῆναι, τοῦτον δὲ ὑπ' ἄλλου, καὶ κληρονομῆσαί γε τοῦτον μὲν ἐκείνου, ὅτου ἂν ᾖ μικρότερον τὸ νῆμα, ἐκεῖνον δὲ αὖ τούτου· τοιόνδε γάρ τι ἡ ἐπιπλοκὴ δηλοῖ. Ὁρᾷς δ' οὖν ἀπὸ λεπτοῦ κρεμαμένους ἅπαντας; καὶ οὗτος μὲν ἀνασπασθεὶς ἄνω μετέωρός ἐστι καὶ μετὰ μικρὸν καταπεσὼν, ἀπορραγέντος τοῦ λίνου, ἐπειδὰν μηκέτι ἀντέχῃ πρὸς τὸ βάρος, μέγαν τὸν ψόφον ἐργάσεται, οὗτος δὲ ὀλίγον ἀπὸ γῆς αἰωρούμενος, ἢν καὶ πέσῃ, ἀψοφητὶ κείσεται, μόλις καὶ τοῖς γείτοσιν ἐξακουσθέντος τοῦ πτώματος.

ΧΑΡ. Παγγέλοια ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ.

17. ΕΡΜ. Καὶ μὴν οὐδ' εἰπεῖν ἔχοις ἂν κατὰ τὴν ἀξίαν, ὅπως ἐστὶ καταγέλαστα, ὦ Χάρων, καὶ μάλιστα αἱ ἄγαν σπουδαὶ αὐτῶν καὶ τὸ μεταξὺ τῶν ἐλπίδων οἴχεσθαι ἀναρπάστους γιγνομένους ὑπὸ τοῦ βελτίστου Θανάτου. Ἄγγελοι δὲ καὶ ὑπηρέται αὐτοῦ μάλα πολλοὶ, ὡς ὁρᾷς, ἠπίαλοι καὶ πυρετοὶ καὶ φθόαι καὶ περιπνευμονίαι καὶ ξίφη καὶ λῃστήρια καὶ κώνεια καὶ δικασταὶ καὶ τύραννοι· καὶ τούτων οὐδὲν ὅλως αὐτοὺς εἰσέρχεται, ἔστ' ἂν εὖ πράττωσιν, ὅταν δὲ σφαλῶσι, πολὺ τὸ ὀτοτοῖ καὶ αἰαῖ καὶ οἴμοι. Εἰ δ' εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἐνενόουν ὅτι θνητοί τέ εἰσιν αὐτοὶ καὶ ὀλίγον τοῦτον χρόνον ἐπιδημήσαντες τῷ βίῳ ἀπίασιν ὥσπερ ἐξ ὀνείρατος πάντα ὑπὲρ γῆς ἀφέντες, ἔζων τε ἂν σωφρονέστερον καὶ ἧττον ἠνιῶντο ἀποθανόντες· νῦν δὲ ἐς ἀεὶ ἐλπίσαντες χρήσεσθαι τοῖς παροῦσιν, ἐπειδὰν ἐπιστὰς ὁ ὑπηρέτης καλῇ καὶ ἀπάγῃ πεδήσας τῷ πυρετῷ ἢ τῇ φθόῃ, ἀγανακτοῦσι πρὸς τὴν ἀγωγὴν οὔποτε προσδοκήσαντες ἀποσπασθήσεσθαι αὐτῶν. Ἢ τί γὰρ οὐκ ἂν

namque trepidi tumultus vitam; quin et urbes eorum persimiles alvearibus, in quibus unusquisque proprium quendam aculeum habet, proximumque pungit; at pauci nonnulli, tanquam vespæ, agunt feruntque imbecilliores. Quod autem circumvolat eos ex occulto agmen illud, quinam sunt?

MERC. Spes, Charon, et metus, et amentia, voluptates, avaritia, iræ, odia, atque ejusmodi plura: ex eo numero amentia quidem infra ipsis adest immixta, et in eadem hercle velut civitate degit, itemque odium, ira, æmulatio, inscitia, perplexa hæsitatio, et avaritia: sed metus et spes superne volitantes, ille quidem incidens mentem excutit, nonnunquam et paventem demittere se facit; hæ vero capitibus imminentes, ubi maxime quis putat se prehensurum eas, avolant repente hiantesque destituunt; quod ipsum et Tantalo vides accidere apud inferos ab aqua fugiente.

16. Quodsi aciem intenderis, conspicies etiam Parcas stamina singulis versato deducentes fuso, unde nexos pendere contingat omnes ex tenuibus filis. Videsne quasi aranearum fila quædam in singulos a fusis demissa?

CHAR. Cerno tenuissimum unicuique licium additum implexumque ut plurimum, hoc illi, illud alii.

MERC. Et jure quidem, portitor: nam illi fatale est, ab isto ut occidatur; isti, ut ab alio: huic vero, ut hæreditatem adeat ejus, cujus brevius sit filum; isti contra, ut illius: tale enim quiddam mutuus implexus significat. Jam perspicis a tenui filo suspensos omnes? hic quidem sursum attractus sublimis apparet; ac paullo post præcipitatus abrupto lino, quando non amplius oneri sustinendo sufficiet, magnum edet sonitum: ille autem paululum modo a terra levatus, etiamsi ceciderit, nullo jacebit excitato sonitu, sic ut a vicinis vix casus ejus exaudiatur.

CHAR. Sunt illa, Mercuri, omnino ridicula.

17. MERC. Imo vero ne verbis quidem consequi possis, prout dignum est, quanto sint risu excipienda, Charon: maxime si spectes eorum contentissima studia, et quod inter medias spes intereant correpti ab optima Morte. Ejus autem sunt nuncii ministrique valde multi, ut vides, frigora febrium et ardores, tabes, pulmonum affectus, gladii, latrocinia, cicutæ potiones, judices, tyranni: horum ipsis nihil in mentem plane subit, dum felices agunt; simulatque offenderint, mox crebrum in ore ototœ, ah, ah, hei mihi. Quodsi statim ab initio secum cogitarent tum se esse mortales, tum, pauxillum istud temporis in vitam quasi peregrinatione instituta, abituros tanquam ex somnio, omnibus super terram relictis, viverent sane sapientius, minusque doloris morientes caperent: nunc autem perpetuo quum se sperent usuros esse rebus præsentibus, ubi præsto fuerit minister, citaveritque et duxerit vinculis impeditos febris tabisve, indignantur se abduci, ut qui nunquam exspectaverant fore ut inde avellerentur. Quid enim

ποιήσειεν ἐκεῖνος ὁ τὴν οἰκίαν σπουδῇ οἰκοδομούμενος καὶ τοὺς ἐργάτας ἐπισπέρχων, εἰ μάθοι ὅτι ἡ μὲν ἕξει τέλος αὐτῷ, ὁ δὲ ἄρτι ἐπιθεὶς τὸν ὄροφον ἄπεισι τῷ κληρονόμῳ καταλιπὼν ἀπολαύειν αὐτῆς, αὐτὸς μηδὲ δειπνήσας ὁ ἄθλιος ἐν αὐτῇ; Ἐκεῖνος μὲν γὰρ ὁ χαίρων ὅτι ἄρρενα παῖδα τέτοκεν αὐτῷ ἡ γυνή, καὶ τοὺς φίλους διὰ τοῦτο ἑστιῶν καὶ τοὔνομα τοῦ πατρὸς τιθέμενος, εἰ ἠπίστατο ὡς ἑπτέτης γενόμενος ὁ παῖς τεθνήξεται, ἆρα ἄν σοι δοκεῖ χαίρειν ἐπ' αὐτῷ γεννωμένῳ; ἀλλὰ τὸ αἴτιον, ὅτι τὸν μὲν εὐτυχοῦντα ἐπὶ τῷ παιδὶ ἐκεῖνον ὁρᾷ τὸν τοῦ ἀθλητοῦ πατέρα τοῦ Ὀλύμπια νενικηκότος, τὸν γείτονα δὲ τὸν ἐκκομίζοντα τὸ παιδίον οὐχ ὁρᾷ οὐδὲ οἶδεν ἀφ' οἵας αὐτῷ κρόκης ἐκρέματο. Τοὺς μὲν γὰρ περὶ τῶν ὅρων διαφερομένους ὁρᾷς, ὅσοι εἰσί, καὶ τοὺς ξυναγείροντας τὰ χρήματα, εἶτα, πρὶν ἀπολαῦσαι αὐτῶν, καλουμένους ὑφ' ὧν εἶπον τῶν ἀγγέλων τε καὶ τῶν ὑπηρετῶν.

18. ΧΑΡ. Ὁρῶ ταῦτα πάντα καὶ πρὸς ἐμαυτόν γε ἐννοῶ ὅ τι τὸ ἡδὺ αὐτοῖς παρὰ τὸν βίον ἢ τί ἐκεῖνό ἐστιν, οὗ στερόμενοι ἀγανακτοῦσιν. Ἢν γοῦν τοὺς βασιλέας ἴδῃ τις αὐτῶν, οἵπερ εὐδαιμονέστατοι εἶναι δοκοῦσιν, ἔξω τοῦ ἀβεβαίου καὶ ὡς φὴς ἀμφιβόλου τῆς τύχης, πλείω τῶν ἡδέων τὰ ἀνιαρὰ εὑρήσει προσόντα αὐτοῖς, φόβους καὶ ταραχὰς καὶ μίση καὶ ἐπιβουλὰς καὶ ὀργὰς καὶ κολακείας· τούτοις γὰρ ἅπαντες ξύνεισιν. Ἐῶ πένθη καὶ νόσους καὶ πάθη ἐξ ἰσοτιμίας δηλαδὴ ἄρχοντα αὐτῶν· ὅπου δὲ τὰ τούτων πονηρά, λογίζεσθαι καιρὸς οἷα τὰ τῶν ἰδιωτῶν ἂν εἴη.

19. Ἐθέλω δ' οὖν σοι, ὦ Ἑρμῆ, εἰπεῖν, ᾧτινι ἐοικέναι μοι ἔδοξαν οἱ ἄνθρωποι καὶ ὁ βίος ἅπας αὐτῶν. Ἤδη ποτὲ πομφόλυγας ἐν ὕδατι ἐθεάσω ὑπὸ κρουνῷ τινι καταράττοντι ἀνισταμένας; τὰς φυσαλλίδας λέγω, ἀφ' ὧν ξυναγείρεται ὁ ἀφρός· ἐκείνων τοίνυν τινὲς μὲν μικραί εἰσι καὶ αὐτίκα ἐκραγεῖσαι ἀπέσβησαν, αἱ δ' ἐπὶ πλέον διαρκοῦσι καὶ προσχωρουσῶν αὐταῖς τῶν ἄλλων αὗται ὑπερφυσώμεναι ἐς μέγιστον ὄγκον αἴρονται, εἶτα μέντοι κἀκεῖναι πάντως ἐξερράγησάν ποτε· οὐ γὰρ οἷόν τε ἄλλως γενέσθαι. Τοῦτό ἐστιν ὁ ἀνθρώπου βίος· ἅπαντες ὑπὸ πνεύματος ἐμπεφυσημένοι οἱ μὲν μείζους, οἱ δ' ἐλάττους· καὶ οἱ μὲν ὀλιγοχρόνιον ἔχουσι καὶ ὠκύμορον τὸ φύσημα, οἱ δὲ ἅμα τῷ ξυστῆναι ἐπαύσαντο· πᾶσι δ' οὖν ἀπορραγῆναι ἀναγκαῖον.

ΕΡΜ. Οὐδὲν χεῖρον σὺ τοῦ Ὁμήρου εἴκασας, ὦ Χάρων, ὃς φύλλοις τὸ γένος αὐτῶν ὁμοιοῖ.

20. ΧΑΡ. Καὶ τοιοῦτοι ὄντες, ὦ Ἑρμῆ, ὁρᾷς οἷα ποιοῦσι καὶ ὡς φιλοτιμοῦνται πρὸς ἀλλήλους ἀρχῶν πέρι καὶ τιμῶν καὶ κτήσεων ἁμιλλώμενοι, ἅπερ ἅπαντα καταλιπόντας αὐτοὺς δεήσει ἕνα ὀβολὸν ἔχοντας ἥκειν παρ' ἡμᾶς. Βούλει οὖν, ἐπείπερ ἐφ' ὑψηλοῦ ἐσμέν, ἀναβοήσας παμμέγεθες παραινέσω αὐτοῖς ἀπέχεσθαι μὲν τῶν ματαίων πόνων, ζῆν δὲ ἀεὶ τὸν θάνατον πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντας, λέγων, Ὦ μάταιοι, τί ἐσπουδάκατε περὶ ταῦτα; παύσασθε κάμνοντες· οὐ γὰρ ἐς ἀεὶ βιώσεσθε· οὐδὲν τῶν ἐνταῦθα σεμνῶν ἀΐδιόν ἐστιν, οὐδ' ἂν

vero non faciat iste, qui domum gnaviter ædificat, operariosque urget, si didicerit, hanc quidem sibi finitum iri, at se, vixdum imposito tecto, decessurum, hæredique relicturum ut ea domo fruatur, in qua ne semel quidem ipse miser cœnaverit. Ille porro, qui gaudet quod masculum infantem uxor sibi pepererit, ideoque amicos prolixe accipit et patris nomen ei imponit, si sciret septennem puerum esse obiturum, num tibi videtur lætaturus eo nato? sed hoc nimirum in causa est, quod illum felicem filii sorte contempletur, athletæ patrem Olympico certamine victoris; sed vicinum, qui exsequias it infanti, non cernit, neque novit a quo stamine ipsi pendeat. Jam de finibus litigantium vides quantus sit numerus; item eorum, qui coacervant pecunias, tum, antequam frui liceat, citantur ab iis, quos modo dixi imminentibus nunciis et ministris.

18. CHAR. Hæc omnia video, et apud animum meum cogito, quid ipsis dulce sit in cursu vitæ, quidve sit illud quo privati indignantur. Vel reges eorum si quis intueatur, qui esse felicissimi censentur, præter instabilem et ut ais ancipitem fortunam, multo plura jucundis ingrata inveniet ipsis adesse, timores, perturbationes, odia, insidias, iras, adulationes : in his enim malis omnes versantur. Mitto luctus, morbos, affectiones, quæ scilicet in eos æquo jure atque in alios quosvis imperium exercent. Nunc ut regum istorum conditio misera est, exputare commodum qualis privatorum sit hominum.

19. At enim exponere tibi volo, Mercuri, cuinam rei similes mihi visi sint homines eorumque universa vita. Tu jam sane bullas aliquando in aqua spectasti sub scatebra violenter præcipitante exsistentes? bullas istas inquam inflatas, unde cogitur spuma : earum igitur quædam parvæ sunt, quæ statim diruptæ solent exstingui; aliæ diutius perdurant, accedentibusque aliis hæ mirifice inflatæ maximum in tumorem excrescunt; nec tamen et ipsæ non tandem ruptæ dilabuntur; haud enim aliter fieri potest. Id ipsum est hominis vita : cuncti a spiritu quodam intumuerunt, hi majores, illi minores; et nonnulli quidem brevissimi temporis habent et cito pereuntem inflationem, alii simul atque coaluerint deficiunt : veruntamen omnes bullæ modo ruptos interire necesse est.

MERC. Nulla quidem parte deteriorem, Charon, comparationem instituisti, quam Homerus, qui cum foliis genus eorum confert.

20. CHAR. Ejusmodi quum sint, Mercuri, vides qualia aggrediantur, quamque ambitiosa contentione inter se de magistratibus, honoribus et possessionibus decertent; quibus tamen omnibus relictis, non effugient quin haud plus uno obolo habentes veniant ad nos. Vin' ergo, quoniam in alto sumus, quanta potero maxima voce exclamem adhorterque eos, ut abstineant se a vanis laboribus, eoque modo vivant, ut semper mortem sibi ante oculos habeant positam, sic eos compellans : Inepti, quid studio istis in rebus abutimini? desinite fatigari, non enim in perpetuum vivetis : nihil eorum, quæ in terris maximi fiunt, sempiter-

ἀπάγοι τις αὐτῶν τι ξὺν αὐτῷ ἀποθανὼν, ἀλλ' ἀνάγκη τὸν μὲν γυμνὸν οἴχεσθαι, τὴν οἰκίαν δὲ καὶ τὸν ἀγρὸν καὶ τὸ χρυσίον ἀεὶ ἄλλων εἶναι καὶ μεταβάλλειν τοὺς δεσπότας. Εἰ ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἐξ ἐπηκόου ἐμβοήσαιμι αὐτοῖς, οὐκ ἂν οἴει μεγάλα ὠφεληθῆναι τὸν βίον καὶ σωφρονεστέρους ἂν γενέσθαι παρὰ πολύ;

21. ΕΡΜ. Ὦ μακάριε, οὐκ οἶσθα, ὅπως αὐτοὺς ἡ ἄγνοια καὶ ἡ ἀπάτη διατεθείκασιν, ὡς μηδ' ἂν τρυπάνῳ ἔτι διανοιχθῆναι αὐτοῖς τὰ ὦτα· τοσούτῳ κηρῷ ἔδυσαν αὐτὰ, οἷόν περ ὁ Ὀδυσσεὺς τοὺς ἑταίρους ἔδρασε δέει τῆς Σειρήνων ἀκροάσεως. Πόθεν οὖν ἂν ἐκεῖνοι ἀκοῦσαι δυνηθεῖεν, ἢν καὶ σὺ κεκραγὼς διαρραγῇς; ὅπερ γὰρ παρ' ὑμῖν ἡ Λήθη δύναται, τοῦτο ἐνταῦθα ἡ ἄγνοια ἐργάζεται. Πλὴν ἀλλ' εἰσὶν αὐτῶν ὀλίγοι οὐ παραδεδεγμένοι τὸν κηρὸν ἐς τὰ ὦτα πρὸς τὴν ἀλήθειαν ἀποκλίνοντες, ὀξὺ δεδορκότες ἐς τὰ πράγματα καὶ κατεγνωκότες οἷά ἐστιν.

ΧΑΡ. Οὐκοῦν ἐκείνοις γοῦν ἐμβοήσωμεν;

ΕΡΜ. Περιττὸν καὶ τοῦτο, λέγειν πρὸς αὐτοὺς ἃ ἴσασιν. Ὁρᾷς ὅπως ἀποσπάσαντες τῶν πολλῶν καταγελῶσι τῶν γιγνομένων καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς ἀρέσκονται αὐτοῖς, ἀλλὰ δῆλοί εἰσι δρασμὸν ἤδη βουλεύοντες παρ' ὑμᾶς ἀπὸ τοῦ βίου; καὶ γὰρ καὶ μισοῦνται ἐλέγχοντες αὐτῶν τὰς ἀμαθίας.

ΧΑΡ. Εὖ γε, ὦ γεννάδαι· πλὴν πάνυ ὀλίγοι εἰσὶν, ὦ Ἑρμῆ.

ΕΡΜ. Ἱκανοὶ καὶ οὗτοι. Ἀλλὰ κατίωμεν ἤδη.

22. ΧΑΡ. Ἓν ἔτι ἐπόθουν, ὦ Ἑρμῆ, εἰδέναι, καί μοι δείξας αὐτὸ ἐντελῆ ἔσῃ τὴν περιήγησιν πεποιημένος, τὰς ἀποθήκας τῶν σωμάτων, ἵνα κατορύττουσι, θεάσασθαι.

ΕΡΜ. Ἠρία, ὦ Χάρων, καὶ τύμβους καὶ τάφους καλοῦσι τὰ τοιαῦτα. Πλὴν τὰ πρὸ τῶν πόλεων ἐκεῖνα τὰ χώματα ὁρᾷς καὶ τὰς στήλας καὶ πυραμίδας; ἐκεῖνα πάντα νεκροδοχεῖα καὶ σωματοφυλάκιά εἰσι.

ΧΑΡ. Τί οὖν ἐκεῖνοι στεφανοῦσι τοὺς λίθους καὶ χρίουσι μύρῳ; οἱ δὲ καὶ πυρὰν νήσαντες πρὸ τῶν χωμάτων καὶ βόθρον τινὰ ὀρύξαντες κάουσί τε ταυτὶ τὰ πολυτελῆ δεῖπνα καὶ εἰς τὰ ὀρύγματα οἶνον καὶ μελίκρατον, ὡς γοῦν εἰκάσαι, ἐκχέουσιν;

ΕΡΜ. Οὐκ οἶδα, ὦ πορθμεῦ, τί ταῦτα πρὸς τοὺς ἐν Ἅδου· πεπιστεύκασι γοῦν τὰς ψυχὰς ἀναπεμπομένας κάτωθεν δειπνεῖν μὲν ὡς οἷόν τε περιπετομένας τὴν κνῖσαν καὶ τὸν καπνὸν, πίνειν δὲ ἀπὸ τοῦ βόθρου τὸ μελίκρατον.

ΧΑΡ. Ἐκείνους ἔτι πίνειν ἢ ἐσθίειν, ὧν τὰ κρανία ξηρότατα; καίτοι γελοῖός εἰμι σοὶ λέγων ταῦτα ὁσημέραι κατάγοντι αὐτούς. Οἶσθ' οὖν, εἰ δύναιντ' ἂν ἔτι ἀνελθεῖν ἅπαξ ὑποχθόνιοι γενόμενοι; ἐπεί τοι καὶ παγγέλοι' ἂν, ὦ Ἑρμῆ, ἔπασχες, οὐκ ὀλίγα πράγματα ἔχων, εἰ ἔδει μὴ κατάγειν μόνον αὐτοὺς, ἀλλὰ καὶ αὖθις ἀνάγειν πιομένους. Ὦ μάταιοι, τῆς ἀνοίας, οὐκ εἰδότες ἡλίκοις ὅροις διακέκριται τὰ νεκρῶν καὶ τὰ ζώντων πράγματα καὶ οἷα τὰ παρ' ἡμῖν ἐστι καὶ ὅτι

num est; nec quicquam inde secum abstulerit qui vita fungitur; quandoquidem necesse est ipsum abire nudum, domum vero, agrum, aurum aliorum ex aliis esse et mutare dominos. Hæc atque ejusmodi si sic, ut exaudiri possim, ipsis inclamem, non tu censes magnos inde redundaturos ad vitam fructus, ipsosque multo fore prudentiores?

21. MERC. Mi Charon, nescis quam eos ignorantia et fraudulentus error teneant occupatos, ut ne terebra quidem ipsis perforari queant aures: tanta ceræ copia eas obstruxerunt, quemadmodum Ulysses fecit sociis metuens ne Sirenas auscultarent. Quæ ergo spes est, illi ut audire possint, etiamsi tu clamando dirumparis? Quod enim apud vos Lethe potest, idem hic ignorantia perficit. Attamen sunt eorum pauci, qui ceram in aures receperunt, veritatis partes sequentes, acie mentis ad pervidendas cognoscendasque res humanas plane singulari.

CHAR. Quin illis certe inclamamus?

MERC. Supervacuum et hoc fuerit, si dicas iis quæ noverunt. Viden' ut semoti a vulgo hominum derideant quicquid agitur, nullaque ex parte probant unquam? imo vero non obscure patefaciunt, se aufugere jam conari ad vos ex vita; eo magis quod odio sint, dum redarguunt istorum inscitias.

CHAR. Euge, generosa pectora! verum valde sunt pauci, Mercuri.

MERC. Etiam hi sufficiunt. Sed jam descendamus.

22. CHAR. Unum est adhuc quod desiderem scire, Mercuri: id si mihi ostenderis, plene res mihi humanas demonstrandi beneficium absolveris; scilicet conditoria cadaverum, ubi ea sepeliunt, ut spectem.

MERC. Monumenta, Charon, tumulos et sepulcra vocant istiusmodi conditoria. Ceterum, qui ante urbes sunt, aggestæ terræ cumulos illos vides, cipposque et pyramidas? ista omnia loci sunt mortuis recipiendis servandisque corporibus.

CHAR. Quid igitur illi coronant lapides et perungunt unguento? quidam vero etiam rogo præ tumulis exstructo et scrobe quadam effossa comburunt sumtuosas istas cœnas, atque in foveas vinum mulsumque, quantum conjectare licet, invergunt?

MERC. Equidem, o portitor, quid ista faciant ad eos qui sunt in Orco, ignoro: hoc tamen illis esse persuasum scio, animas sursum emissas ab inferis cœnare, qua licet, circumvolitantes nidorem et fumum, atque haurire de scrobe mulsum.

CHAR. Illi ut adhuc bibant edantve, quorum crania sunt aridissima? ridiculus enimvero sim, hæc tibi si dicam, qui quotidie deducis eos. Scin' quid, si possint remeare, ubi semel terram subierunt? nimirum tibi plane risu digna acciderent, Mercuri, qui jam satis quod agas habes negotii, si te oporteret non deducere solum ad inferos, sed insuper eos iterum reducere potaturos. Vah dementiam! inanissimi mortales, qui nesciatis quam longinquo finium intervallo discreta sint mortuorum viventiumque negotia, qualisque rerum sit nostrarum ratio; nec illud sciatis:

κάτθαν' ὁμῶς ὅ τ' ἄτυμβος ἀνὴρ ὅς τ' ἔλλαχε τύμβου,
ἐν δὲ ἰῇ τιμῇ Ἶρος κρείων τ' Ἀγαμέμνων·
Θερσίτῃ δ' ἶσος Θέτιδος παῖς ἠϋκόμοιο.
Πάντες δ' εἰσὶν ὁμῶς νεκύων ἀμενηνὰ κάρηνα,
γυμνοί τε ξηροί τε κατ' ἀσφοδελὸν λειμῶνα.

23. ΕΡΜ. Ἡράκλεις, ὡς πολὺν τὸν Ὅμηρον ἐπαντλεῖς. Ἀλλ' ἐπείπερ ἀνέμνησάς με, ἐθέλω σοι δεῖξαι τὸν τοῦ Ἀχιλλέως τάφον. Ὁρᾷς τὸν ἐπὶ τῇ θαλάττῃ; Σίγειον μὲν ἐκεῖνό ἐστι τὸ Τρωϊκόν· ἀντικρὺ δὲ ὁ Αἴας τέθαπται ἐν τῷ Ῥοιτείῳ.

ΧΑΡ. Οὐ μεγάλοι, ὦ Ἑρμῆ, οἱ τάφοι. Τὰς πόλεις δὲ τὰς ἐπισήμους δεῖξόν μοι ἤδη, ἃς κάτω ἀκούομεν, τὴν Νίνον τὴν Σαρδαναπάλλου καὶ Βαβυλῶνα καὶ Μυκήνας καὶ Κλεωνὰς καὶ τὴν Ἴλιον αὐτήν· πολλοὺς γοῦν μέμνημαι διαπορθμεύσας ἐκεῖθεν, ὡς δέκα ὅλων ἐτῶν μὴ νεωλκῆσαι μηδὲ διαψῦξαι τὸ σκαφίδιον.

ΕΡΜ. Ἡ Νίνος μέν, ὦ πορθμεῦ, ἀπόλωλεν ἤδη καὶ οὐδὲ ἴχνος ἔτι λοιπὸν αὐτῆς, οὐδ' ἂν εἴποις ὅπου ποτ' ἦν· ἡ Βαβυλὼν δέ σοι ἐκείνη ἐστὶν ἡ εὔπυργος, ἡ τὸν μέγαν περίβολον, οὐ μετὰ πολὺ καὶ αὐτὴ ζητηθησομένη ὥσπερ ἡ Νίνος· Μυκήνας δὲ καὶ Κλεωνὰς αἰσχύνομαι δεῖξαί σοι, καὶ μάλιστα τὸ Ἴλιον. Ἀποπνίξεις γάρ εὖ οἶδ' ὅτι τὸν Ὅμηρον κατελθὼν ἐπὶ τῇ μεγαληγορίᾳ τῶν ἐπῶν. Πλὴν ἀλλὰ πάλαι μὲν ἦσαν εὐδαίμονες, νῦν δὲ τεθνᾶσι καὶ αὗται· ἀποθνήσκουσι γάρ, ὦ πορθμεῦ, καὶ πόλεις ὥσπερ ἄνθρωποι, καὶ τὸ παραδοξότατον, καὶ ποταμοὶ ὅλοι· Ἰνάχου γοῦν οὐδὲ τάφρος ἔτι ἐν Ἄργει καταλείπεται.

ΧΑΡ. Παπαῖ τῶν ἐπαίνων, Ὅμηρε, καὶ τῶν ὀνομάτων, Ἴλιος ἱρὴ καὶ εὐρυάγυια καὶ ἐϋκτίμεναι Κλεωναί.

24. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων τίνες ἐκεῖνοί εἰσιν οἱ πολεμοῦντες ἢ ὑπὲρ τίνος ἀλλήλους φονεύουσιν;

ΕΡΜ. Ἀργείους ὁρᾷς, ὦ Χάρων, καὶ Λακεδαιμονίους καὶ τὸν ἡμιθνῆτα ἐκεῖνον στρατηγὸν Ὀθρυάδαν τὸν ἐπιγράφοντα τὸ τρόπαιον τῷ αὑτοῦ αἵματι.

ΧΑΡ. Ὑπὲρ τίνος δ' αὐτοῖς, ὦ Ἑρμῆ, ὁ πόλεμος;

ΕΡΜ. Ὑπὲρ τοῦ πεδίου αὐτοῦ, ἐν ᾧ μάχονται.

ΧΑΡ. Ὢ τῆς ἀνοίας, οἵ γε οὐκ ἴσασιν ὅτι, κἂν ὅλην τὴν Πελοπόννησον ἕκαστος αὐτῶν κτήσωνται, μόγις ἂν ποδιαῖον λάβοιεν τόπον παρὰ τοῦ Αἰακοῦ· τὸ δὲ πεδίον τοῦτο ἄλλοτε ἄλλοι γεωργήσουσι πολλάκις ἐκ βάθρων τὸ τρόπαιον ἀνασπάσαντες τῷ ἀρότρῳ.

ΕΡΜ. Οὕτω μὲν ταῦτα ἔσται· ἡμεῖς δὲ καταβάντες ἤδη καὶ κατὰ χώραν εὐθετήσαντες αὖθις τὰ ὄρη ἀπαλλαττώμεθα, ἐγὼ μὲν καθ' ἃ ἐστάλην, σὺ δὲ ἐπὶ τὸ πορθμεῖον· ἥξω δέ σοι καὶ αὐτὸς μετ' ὀλίγον νεκροστολῶν.

ΧΑΡ. Εὖ γε ἐποίησας, ὦ Ἑρμῆ· εὐεργέτης ἐς ἀεὶ ἀναγεγράψῃ. Ὠνάμην δέ τι διὰ σὲ τῆς ἀποδημίας. — Οἷά ἐστι τὰ τῶν κακοδαιμόνων ἀνθρώπων πράγματα. Χάρωνος δὲ οὐδεὶς λόγος.

Æque obiit nactus tumulum quique intumulatus :
hinc simili est in honore Irusque et rex Agamemno,
et par Thersitæ pulchra Nereide natus.
Debilia umbrarum capita omnes sunt simul atque
per pratum asphodeli nudi sicciique vagantur.

23. MERC. Hercules, quam large nobis Homeri versus ingeris? Sed quandoquidem me commonefecisti, volo tibi monstrare Achillis sepulcrum. Viden' mari prope adjacens? Sigeum est illud Troicum; e regione autem situs est Ajax in Rhœteo.

CHAR. Non magna sunt, Mercuri, monumenta. Nunc urbes insignes monstra mihi, quas infra celebrari audimus, Ninum illam Sardanapali, Babylonem, Mycenas, Cleonas, ipsamque Ilion : multos equidem inde memini me trajecisse, adeo ut decem integris annis nec subducere neque ventis exponere licuerit scapham.

MERC. Ninus jam, portitor, interiit, neque ullum vestigium amplius est ejus reliquum; sic ut dicere nequeas ubi olim fuerit. Ecce tibi Babylonem turribus ornatam, quæ magno mœnium ambitu est cincta : illa ipsa quoque non diu post quæretur, haud secus ac Ninus. Mycenas vero Cleonasque pudet me monstrare tibi, ac præcipue Ilion : offocabis enim, sat scio, Homerum ad Orcum reversus ob magniloquentiam carminum. Attamen olim erant felices; nunc vero hæ quoque totæ sunt mortuæ : moriuntur enim, quemadmodum homines, sic et urbes; quodque maxime mirabile, fluvii etiam integri : Inachi certe ne alveus quidem Argis amplius superest.

CHAR. Papæ, quæ laudes, Homere! qui nominum splendor! Ilios sacra latisque viis insignis; Cleonæ nitide conditæ.

24. Sed, dum hæc loquimur, quinam isti sunt belligerantes, aut cujus rei causa sese invicem obtruncant?

MERC. Argivos cernis, Charon, et Lacedæmonios, illumque semianimem imperatorem Othryaden, qui inscribit tropæum suo sanguine.

CHAR. Pro qua re, Mercuri, bellum inter eos est?

MERC. Pro illo ipso campo, in quo pugna conseritur.

CHAR. O insignem dementiam! scilicet ignorant se, licet vel totam Peloponnesum eorum quisque possederit, vix tamen unius pedis spatium ab Æaco accepturos esse : campum autem illum alii atque alii usque colent, ac sæpe funditus illud tropæum eruent aratro.

MERC. Hæc quidem ita fient : nos vero, ubi jam descenderimus, suisque montes sedibus reposuerimus, discedamus, ego ad ea peragenda quorum gratia iter ingressus sum, tu ad cymbulam tuam : neque diu erit quum adventabo tibi mortuos deducens.

CHAR. Bene de me meritus es, Mercuri : in omne tempus beneficii auctor penes me eris scriptus. Haud mediocris autem per te fructus ex istac peregrinatione ad me redundavit. — Qualia sunt hominum infortunatorum negotia! Charontis vero nulla habetur ratio.

XIII.

ΠΕΡΙ ΘΥΣΙΩΝ.

1. Ἃ μὲν ἐν ταῖς θυσίαις οἱ μάταιοι πράττουσι καὶ ταῖς ἑορταῖς καὶ προσόδοις τῶν θεῶν καὶ ἃ αἰτοῦσι καὶ ἃ εὔχονται καὶ ἃ γιγνώσκουσι περὶ αὐτῶν, οὐκ οἶδ' εἴ τις οὕτω κατηφής ἐστι καὶ λελυπημένος ὅστις οὐ γελάσεται τὴν ἀβελτερίαν ἐπιβλέψας τῶν δρωμένων· καὶ πολύ γε, οἶμαι, πρότερον τοῦ γελᾶν πρὸς ἑαυτὸν ἐξετάσει πότερον εὐσεβεῖς αὐτοὺς χρὴ καλεῖν ἢ τοὐναντίον θεοῖς ἐχθροὺς καὶ κακοδαίμονας, οἵ γε οὕτω ταπεινὸν καὶ ἀγεννὲς τὸ θεῖον ὑπειλήφασιν ὥστε εἶναι ἀνθρώπων ἐνδεὲς καὶ κολακευόμενον ἥδεσθαι καὶ ἀγανακτεῖν ἀμελούμενον· τὰ γοῦν Αἰτωλικὰ πάθη καὶ τὰς τῶν Καλυδωνίων συμφορὰς καὶ τοὺς τοσούτους φόνους καὶ τὴν Μελεάγρου διάλυσιν, πάντα ταῦτα ἔργα φασὶν εἶναι τῆς Ἀρτέμιδος μεμψιμοιρούσης, ὅτι μὴ παρελήφθη πρὸς τὴν θυσίαν ὑπὸ τοῦ Οἰνέως· οὕτως ἄρα βαθέως καθίκετο αὐτῆς ἡ τῶν ἱερείων διαμαρτία. Καί μοι δοκῶ ὁρᾶν αὐτὴν ἐν τῷ οὐρανῷ τότε μόνην τῶν ἄλλων θεῶν ἐς Οἰνέως πεπορευμένων, δεινὰ ποιοῦσαν καὶ σχετλιάζουσαν οἵας ἑορτῆς ἀπολειφθήσεται.

2. Τοὺς δ' αὖ Αἰθίοπας καὶ μακαρίους καὶ τρισευδαίμονας εἴποι τις ἂν, εἴ γε ἀπομνημονεύει τὴν χάριν αὐτοῖς ὁ Ζεὺς, ἣν [ἐν ἀρχῇ τῆς Ὁμήρου ποιήσεως] πρὸς αὐτὸν ἐπεδείξαντο δώδεκα ἑξῆς ἡμέρας ἑστιάσαντες, καὶ ταῦτα ἐπαγόμενον καὶ τοὺς ἄλλους θεούς. Οὕτως οὐδὲν, ὡς ἔοικεν, ἀμισθὶ ποιοῦσιν ὧν ποιοῦσιν, ἀλλὰ πωλοῦσι τοῖς ἀνθρώποις τἀγαθὰ, καὶ ἔνεστι πρίασθαι παρ' αὐτῶν τὸ μὲν ὑγιαίνειν, εἰ τύχοι, βοιδίου, τὸ δὲ πλουτεῖν βοῶν τεττάρων, τὸ δὲ βασιλεύειν ἑκατόμβης, τὸ δὲ σῶν ἐπανελθεῖν ἐξ Ἰλίου ἐς Πύλον ταύρων ἐννέα, καὶ τὸ ἐκ τῆς Αὐλίδος ἐς Ἴλιον διαπλεῦσαι παρθένου βασιλικῆς· ἡ μὲν γὰρ Ἑκάβη τὸ μὴ ἁλῶναι τὴν πόλιν τότε ἐπρίατο παρὰ τῆς Ἀθηνᾶς βοῶν δώδεκα καὶ πέπλου. Εἰκάζειν δὲ χρὴ πολλὰ εἶναι καὶ ἀλεκτρυόνος καὶ στεφάνου καὶ λιβανωτοῦ μόνου παρ' αὐτοῖς ὤνια.

3. Ταῦτα δὲ, οἶμαι, καὶ ὁ Χρύσης ἐπιστάμενος ἅτε ἱερεὺς καὶ γέρων καὶ τὰ θεῖα σοφὸς, ἐπειδὴ ἄπρακτος ἀπῄει παρὰ τοῦ Ἀγαμέμνονος, ὡς ἂν καὶ προδανείσας τῷ Ἀπόλλωνι τὴν χάριν δικαιολογεῖται καὶ ἀπαιτεῖ τὴν ἀμοιβὴν καὶ μόνον οὐκ ὀνειδίζει λέγων, Ὦ βέλτιστε Ἄπολλον, ἐγὼ μέν σου τὸν νεὼν τέως ἀστεφάνωτον ὄντα πολλάκις ἐστεφάνωσα καὶ τοσαῦτά σοι μηρία ταύρων τε καὶ αἰγῶν ἔκαυσα ἐπὶ τῶν βωμῶν, σὺ δὲ ἀμελεῖς μου τοιαῦτα πεπονθότος καὶ παρ' οὐδὲν τίθεσαι τὸν εὐεργέτην. Τοιγαροῦν οὕτω κατεδυσώπησεν αὐτὸν ἐκ τῶν λόγων, ὥστε ἁρπασάμενος τὰ τόξα καὶ ὑπὲρ τοῦ ναυστάθμου καθίσας ἑαυτὸν κατετόξευε τῷ λοιμῷ τοὺς Ἀχαιοὺς αὐταῖς ἡμιόνοις καὶ κυσίν.

4. Ἐπεὶ δ' ἅπαξ τοῦ Ἀπόλλωνος ἐμνήσθην, βούλομαι καὶ τὰ ἄλλα εἰπεῖν, ἃ περὶ αὐτοῦ οἱ σοφοὶ τῶν ἀν-

XIII.

DE SACRIFICIIS.

1. In sacrificiis quæ perpetrant inepti homines, in diebus festis, in salutationibus deorum; quæ porro petunt, quæ optant, quæ de illis sentiunt; nescio an ita demissus quisquam aut tristis sit, quin rideat, eorum quæ fiunt stoliditatem inspiciens. Verum multo, opinor, antequam rideat, cum animo suo exquiret, piosne prædicare illos fas sit, an contra ea hostes deorum et scelestos; qui quidem ita humilem illiberalemque esse divinam naturam opinentur, ut hominibus indigeat, ut gaudeat adulantibus, negligi se indignetur. Etenim Ætolicos illos casus, et calamitates Calydoniorum, et tot cædes, et illam Meleagri tabem, universa hæc opera aiunt esse Dianæ ægre ferentis ad sacrificium se non adhibitam ab Œneo: tam profunde in animum illius descendit, quod sacrificialibus epulis excidit! Ac videor mihi illam videre in cœlo solam tunc relictam, reliquis diis ad Œneum profectis, affligentem se, et conquerentem quali sacro sibi sit carendum.

2. Ab altera parte Æthiopes beatos ac ter felices aliquis dixerit, si gratiam iis habeat Jupiter, quam [in ipso Homeri poeseos principio] ab illo inierunt, duodecim deinceps dierum epulis illum excipientes, idque quum reliquos etiam deos tanquam umbras secum adduceret. Adeo eorum quæ faciunt, absque mercede, ut videtur, faciunt nihil, sed vendunt bona hominibus, estque ut emat ab illis hic quidem valetudinem forte bucula, divitias alius bobus quattuor; alius regnum hecatomba; alius ut salvus ab Ilio Pylum redeat, tauris novem; uti vero Aulide Ilion liceat trajicere, virgine regia. Nam Hecuba quidem, ne tum urbs caperetur, bobus duodecim atque peplo a Minerva redimebat. Conjicere autem fas est, multa etiam gallo, aut corona, aut solo thure adeo apud ipsos esse venalia.

3. Horum puto, etiam Chryses gnarus, qui sacerdos esset, et senex et divinarum rerum consultus, quum infectis rebus rediret ab Agamemnone, expostulat cum Apolline, tanquam apud quem in fœnore collocasset gratiam, et vicem reposcit, et tantum non conviciatur, dicens : Equidem, optime Apollo, ædem tuam, coronarum honore ad eum diem carentem, sæpe coronavi, totque tibi taurorum caprarumque femora in altaribus tuis adolevi : tu vero me talia negligis passum, nulloque numero habes optime de te meritum. Itaque tantum oratione illa pudorem ei objecit, ut sagittis correptis insessoque editiore prope navium stationem loco, pestilentiæ telis Achivos ipsis cum mulis canibusque configeret.

4. Quum vero semel in Apollinis incidi mentionem, volo etiam reliqua dicere, quæ docti de illo homines commemo-

θρώπων λέγουσιν, οὐχ ὅσα περὶ τοὺς ἔρωτας ἐδυστύχησεν οὐδὲ τοῦ Ὑακίνθου τὸν φόνον οὐδὲ τῆς Δάφνης τὴν ὑπεροψίαν, ἀλλ' ὅτι καὶ καταγνωσθεὶς ἐπὶ τῷ τῶν Κυκλώπων θανάτῳ κἀξοστρακισθεὶς διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ οὐρανοῦ κατεπέμφθη ἐς τὴν γῆν ἀνθρωπίνῃ χρησόμενος τῇ τύχῃ· ὅτε δὴ καὶ ἐθήτευσεν ἐν Θετταλίᾳ παρ' Ἀδμήτῳ καὶ ἐν Φρυγίᾳ παρὰ Λαομέδοντι, παρὰ τούτῳ μέν γε οὐ μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ Ποσειδῶνος ἀμφότεροι πλινθεύοντες ὑπ' ἀπορίας καὶ ἐργαζόμενοι τὸ τεῖχος, καὶ οὐδὲ ἐντελῆ τὸν μισθὸν ἐκομίσαντο παρὰ τοῦ Φρυγός, ἀλλὰ προσώφειλεν αὐτοῖς πλέον ἢ τριάκοντα, φασί, δραχμὰς Τρωϊκάς.

5. Ἦ γὰρ οὐ ταῦτα σεμνολογοῦσιν οἱ ποιηταὶ περὶ τῶν θεῶν καὶ πολὺ τούτων ἱερώτερα περί τε Ἡφαίστου καὶ Προμηθέως καὶ Κρόνου καὶ Ῥέας καὶ σχεδὸν ὅλης τῆς τοῦ Διὸς οἰκίας; καὶ ταῦτα παρακαλέσαντες τὰς Μούσας συνῳδοὺς ἐν ἀρχῇ τῶν ἐπῶν, ὑφ' ὧν δὴ ἔνθεοι γενόμενοι ὡς τὸ εἰκὸς ᾄδουσιν, ὡς ὁ μὲν Κρόνος ἐπειδὴ τάχιστα ἐξέτεμε τὸν πατέρα τὸν Οὐρανὸν, ἐβασίλευέ τε ἐν αὐτῷ καὶ τὰ τέκνα κατήσθιεν ὥσπερ ὁ Ἀργεῖος Θυέστης· ὕστερον δὲ ὁ Ζεὺς κλαπεὶς ὑπὸ τῆς Ῥέας ὑποβαλλομένης τὸν λίθον ἐς τὴν Κρήτην ἐκτεθεὶς ὑπ' αἰγὸς ἀνετράφη καθάπερ ὁ Τήλεφος ὑπ' ἐλάφου καὶ ὁ Πέρσης Κῦρος ὁ πρότερον ὑπὸ τῆς κυνὸς, εἶτ' ἐξελάσας τὸν πατέρα καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον καταβαλὼν ἔσχε τὴν ἀρχὴν αὐτός· ἔγημε δὲ πολλὰς μὲν καὶ ἄλλας, ὑστάτην δὲ τὴν Ἥραν τὴν ἀδελφὴν κατὰ τοὺς Περσῶν τοῦτο καὶ Ἀσσυρίων νόμους· ἐρωτικὸς δὲ ὢν καὶ ἐς τὰ ἀφροδίσια κεχυμένος ῥᾳδίως ἐνέπλησε παίδων τὸν οὐρανὸν, τοὺς μὲν ἐξ ὁμοτίμων ποιησάμενος, ἐνίους δὲ καὶ νόθους ἐκ τοῦ θνητοῦ καὶ ἐπιγείου γένους, ἄρτι μὲν ὁ γεννάδας γιγνόμενος χρυσίον, ἄρτι δὲ ταῦρος ἢ κύκνος ἢ ἀετὸς, καὶ ὅλως ποικιλώτερος αὐτοῦ Πρωτέως· μόνην δὲ τὴν Ἀθηνᾶν ἔφυσεν ἐκ τῆς ἑαυτοῦ κεφαλῆς ὑπ' αὐτὸν ἀτεχνῶς τὸν ἐγκέφαλον συλλαβών· τὸν μὲν γὰρ Διόνυσον ἡμιτελῆ, φασιν, ἐκ τῆς μητρὸς ἔτι καομένης ἁρπάσας ἐν τῷ μηρῷ φέρων κατώρυξε κᾆτα ἐξέτεμε τῆς ὠδῖνος ἐνστάσης.

6. Ὅμοια δὲ τούτοις καὶ περὶ τῆς Ἥρας ᾄδουσιν, ἄνευ τῆς πρὸς τὸν ἄνδρα ὁμιλίας ὑπηνέμιον αὐτὴν παῖδα γεννῆσαι τὸν Ἥφαιστον, οὐ μάλα εὐτυχῆ τοῦτον, ἀλλὰ βάναυσον καὶ χαλκέα καὶ πυρίτην ἐν καπνῷ τὸ πᾶν βιοῦντα καὶ σπινθήρων ἀνάπλεων οἷα δὴ καμινευτὴν καὶ οὐδὲ ἄρτιον τὼ πόδε· χωλευθῆναι γὰρ αὐτὸν ἀπὸ τοῦ πτώματος, ὁπότε ἐρρίφη ὑπὸ τοῦ Διὸς ἐξ οὐρανοῦ, καὶ εἴ γε μὴ οἱ Λήμνιοι καλῶς ποιοῦντες ἔτι φερόμενον αὐτὸν ὑπεδέξαντο, κἂν ἐτεθνήκει ἂν ἡμῖν ὁ Ἥφαιστος ὥσπερ ὁ Ἀστυάναξ ἀπὸ τοῦ πύργου καταπεσών. Καίτοι τὰ μὲν Ἡφαίστου μέτρια· τὸν δὲ Προμηθέα τίς οὐκ οἶδεν οἷα ἔπαθε, διότι καθ' ὑπερβολὴν φιλάνθρωπος ἦν; καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦτον ἐς τὴν Σκυθίαν ἀγαγὼν ὁ Ζεὺς ἀνεσταύρωσεν ἐπὶ τοῦ Καυκάσου καὶ τὸν ἀετὸν αὐτῷ παρακαταστήσας τὸ ἧπαρ ὁσημέραι κολάψοντα.

rant, non quam invenustus amator fuerit, nec Hyacinthi cædem, neque ut Daphne aspernata sit illum; sed quod et judicio damnatus ob Cyclopas interfectos et testarum suffragio de cœlo in terram sit ejectus, humana conditione atque sorte usurus: illo igitur tempore etiam servili ministerio, in Thessalia apud Admetum, et apud Laomedontem in Phrygia, functus est; apud hunc quidem non ipse solus, sed cum Neptuno, lateribus ducendis ambo et muro struendo operam locantes ob inopiam, ne integram quidem a Phryge mercedem tulerunt, sed debuit hic de ea illis, aiunt, amplius triginta drachmas Troicas.

5. Numquid enim non talia magnifice narrant de diis poetæ, et multum hisce diviniora, de Vulcano, et Prometheo, et Saturno et Rhea, totaque pæne Jovis familia? et hæc faciunt invocatis in principio versuum Musis cantus adjutricibus, quarum afflatu deo, ut consentaneum est, pleni canunt, ut Saturnus exsecto statim Cœlo patre in illo imperaverit, suosque natos devorarit, ut Argivus Thyestes; ut deinde Jupiter, furto subjicientis lapidem Rheæ, in Creta expositus et a capra nutritus sit, quemadmodum Telephus a cerva et a cane Persa Cyrus superior; ut deinde expulso patre et in carcerem conjecto, imperium ipse tenuerit; ut uxores duxerit ille quidem complures alias, ultimam vero Junonem germanam suam, ex Persarum hoc quidem Assyriorumque legibus: amator vero maximus quum esset et effusus solutusque in venerem, facile cœlum liberis ut compleverit; quorum alios ex suæ dignitatis matribus, alios vero etiam nothos ex mortali ac terrestri genere creaverit, quum nunc aurum generosus ille, nunc taurus, aut olor, aut aquila fieret, denique ipso Proteo mutabilior; solam autem ex suo ipse capite Minervam ut genuerit, intra ipsum plane cerebrum conceptam: Bacchum enim, semiformem, aiunt, ex matre cummaxime flagrante ereptum, in suo ipse femore ocius defodit, ac deinde instante partus dolore exsecuit.

6. Similia vero hisce etiam de Junone canunt, sine viri consuetudine eam peperisse filium Vulcanum, quasi aura conceptum, non nimis illum beatum, sed sordidum opificem, fabrum ærarium, igne adustum, in fumo viventem semper, favilla oppletum, ut qui camino astet tota vita; et ne recte quidem pedibus valentem: claudum nempe redditum ex casu, quum de cœlo projectus a Jove esset; et nisi (bonum factum!) Lemnii, quum ita præceps ferretur, illum excepissent, perierat adeo nobis Vulcanus, ut ille præcipitatus de turri Astyanax. Quanquam Vulcani ista tolerabilia: Prometheo vero quis ignorat quæ acciderint ea causa, quod supra modum homines amaret? abductum enim hunc in Scythiam Jupiter Caucaso monti tanquam cruci affixit, aquila etiam apposita, quæ jecur viri quotidie rostro tunderet.

7. Οὗτος μὲν οὖν ἐξετέλεσε τὴν καταδίκην. Ἡ Ῥέα δὲ — χρὴ γὰρ ἴσως καὶ ταῦτα εἰπεῖν — πῶς οὐκ ἀσχημονεῖ καὶ δεινὰ ποιεῖ, γραῦς μὲν ἤδη καὶ ἔξωρος οὖσα καὶ τοσούτων μήτηρ θεῶν, παιδεραστοῦσα δ' ἔτι καὶ ζηλοτυποῦσα καὶ τὸν Ἄττιν ἐπὶ τῶν λεόντων περιφέρουσα, καὶ ταῦτα χρήσιμον μηκέτι εἶναι δυνάμενον; ὥστε πῶς ἂν ἔτι μέμφοιτό τις ἢ τῇ Ἀφροδίτῃ, ὅτι μοιχεύεται, ἢ τῇ Σελήνῃ πρὸς τὸν Ἐνδυμίωνα κατιούσῃ πολλάκις ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ;

8. Φέρε δὲ ἤδη τούτων ἀφέμενοι τῶν λόγων ἐς αὐτὸν ἀνέλθωμεν τὸν οὐρανὸν ποιητικῶς ἀναπτάμενοι κατὰ τὴν αὐτὴν Ὁμήρῳ καὶ Ἡσιόδῳ ὁδὸν καὶ θεασώμεθα ὅπως ἕκαστον διακεκόσμηται τῶν ἄνω· καὶ ὅτι μὲν χαλκοῦς ἐστι τὰ ἔξω, καὶ πρὸ ἡμῶν τοῦ Ὁμήρου λέγοντος ἠκούσαμεν· ὑπερβάντι δὲ καὶ ἀνακύψαντι μικρὸν ἐς τὸ ἄνω καὶ ἀτεχνῶς ἐπὶ τοῦ νώτου γενομένῳ φῶς τε λαμπρότερον φαίνεται καὶ ἥλιος καθαρώτερος καὶ ἄστρα διαυγέστερα καὶ τὸ πᾶν ἡμέρα καὶ χρυσοῦν τὸ δάπεδον· ἐσιόντων δὲ πρῶτα μὲν οἰκοῦσιν αἱ Ὧραι· πυλωροῦσι γάρ· ἔπειτα δ' ἡ Ἶρις καὶ ὁ Ἑρμῆς ὄντες ὑπηρέται καὶ ἀγγελιαφόροι τοῦ Διός· ἑξῆς δὲ τοῦ Ἡφαίστου τὸ χαλκεῖον ἀνάμεστον ἁπάσης τέχνης, μετὰ δὲ αἱ τῶν θεῶν οἰκίαι καὶ τοῦ Διὸς τὰ βασίλεια, ταῦτα πάντα περικαλλῆ τοῦ Ἡφαίστου κατασκευάσαντος.

9. « Οἱ δὲ θεοὶ πὰρ Ζηνὶ καθήμενοι » — πρέπει γάρ, οἶμαι, ἄνω ὄντα μεγαληγορεῖν — ἀποσκοποῦσιν ἐς τὴν γῆν καὶ πάντῃ περιβλέπουσιν ἐπικύπτοντες, εἴ ποθεν ὄψονται πῦρ ἀναπτόμενον ἢ ἀναφερομένην « κνῖσαν ἑλισσομένην περὶ καπνῷ. » Κἂν μὲν θύῃ τις, εὐωχοῦνται πάντες ἐπικεχηνότες τῷ καπνῷ καὶ τὸ αἷμα πίνοντες τοῖς βωμοῖς προσχεόμενον ὥσπερ αἱ μυῖαι· ἢν δὲ οἰκόσιτοι ὦσι, νέκταρ καὶ ἀμβροσία τὸ δεῖπνον. Πάλαι μὲν οὖν καὶ ἄνθρωποι συνειστιῶντο καὶ συνέπινον αὐτοῖς, ὁ Ἰξίων καὶ ὁ Τάνταλος· ἐπεὶ δὲ ἦσαν ὑβρισταὶ καὶ λάλοι, ἐκεῖνοι μὲν ἔτι καὶ νῦν κολάζονται, ἄβατος δὲ τῷ θνητῷ γένει καὶ ἀπόρρητος ὁ οὐρανός.

10. Τοιοῦτος ὁ βίος τῶν θεῶν. Τοιγαροῦν καὶ οἱ ἄνθρωποι συνῳδὰ τούτοις καὶ ἀκόλουθα περὶ τὰς θρησκείας ἐπιτηδεύουσι· καὶ πρῶτον μὲν ὕλας ἀπετέμοντο καὶ ὄρη ἀνέθεσαν καὶ ὄρνεα καθιέρωσαν καὶ φυτὰ ἐπεφήμισαν ἑκάστῳ θεῷ· μετὰ δὲ νειμάμενοι κατὰ ἔθνη σέβουσι καὶ πολίτας αὐτῶν ἀποφαίνουσιν, ὁ μὲν Δελφὸς τὸν Ἀπόλλω καὶ ὁ Δήλιος, ὁ δ' Ἀθηναῖος τὴν Ἀθηνᾶν — μαρτυρεῖται γοῦν τὴν οἰκειότητα τῷ ὀνόματι — καὶ τὴν Ἥραν ὁ Ἀργεῖος καὶ ὁ Μυγδόνιος τὴν Ῥέαν καὶ τὴν Ἀφροδίτην ὁ Πάφιος, οἱ δ' αὖ Κρῆτες οὐ γενέσθαι παρ' αὐτοῖς οὐδὲ τραφῆναι μόνον τὸν Δία λέγουσιν, ἀλλὰ καὶ τάφον αὐτοῦ δεικνύουσι· καὶ ἡμεῖς ἄρα τοσοῦτον ἠπατήμεθα χρόνον οἰόμενοι τὸν Δία βροντᾶν τε καὶ ὕειν καὶ τἄλλα πάντα ἐπιτελεῖν, ὁ δὲ ἐλελήθει πάλαι τεθνεὼς παρὰ Κρησὶ τεθαμμένος.

11. Ἔπειτα δὲ ναοὺς ἐγείραντες, ἵν' αὐτοῖς μὴ ἄοικοι μηδὲ ἀνέστιοι δῆθεν ὦσιν, εἰκόνας αὐτοῖς ἀπεικά-

31. Ὁρῶν δὲ πολλοὺς οὐκ ἔρωτι φιλοσοφίας ἐχομένους, ἀλλὰ δόξης μόνον τῆς ἀπὸ τοῦ πράγματος, τὰ μὲν πρόχειρα ταῦτα καὶ δημόσια καὶ ὁπόσα παντὶ μιμεῖσθαι ῥᾴδιον εὖ μάλα ἐοικότας ἀγαθοῖς ἀνδράσι, τὸ γένειον λέγω καὶ τὸ βάδισμα καὶ τὴν ἀναβολὴν, ἐπὶ δὲ τοῦ βίου καὶ τῶν πραγμάτων ἀντιφθεγγομένους τῷ σχήματι καὶ τἀναντία ὑμῖν ἐπιτηδεύοντας καὶ διαφθείροντας τὸ ἀξίωμα τῆς ὑποσχέσεως, ἠγανάκτουν· καὶ τὸ πρᾶγμα ὅμοιον ἐδόκει μοι καθάπερ ἂν εἴ τις ὑποκριτὴς τραγῳδίας μαλθακὸς αὐτὸς ὢν καὶ γυναικεῖος Ἀχιλλέα ἢ Θησέα ἢ καὶ τὸν Ἡρακλέα ὑποκρίνοιτο αὐτὸν μήτε βαδίζων μήτε βοῶν ἡρωϊκὸν, ἀλλὰ θρυπτόμενος ὑπὸ τηλικούτῳ προσωπείῳ, ὃν οὐδ' ἂν ἡ Ἑλένη ποτὲ ἢ Πολυξένη ἀνάσχοιντο πέρα τοῦ μετρίου αὐταῖς προσεοικότα, οὐχ ὅπως ὁ Ἡρακλῆς ὁ καλλίνικος, ἀλλά μοι δοκεῖ τάχιστ' ἂν ἐπιτρῖψαι τῷ ῥοπάλῳ παίων τὸν τοιοῦτον, αὐτόν τε καὶ τὸ προσωπεῖον, οὕτως ἀτίμως κατατεθηλυμμένος πρὸς αὐτοῦ.

32. Τοιαῦτα καὶ ὑμᾶς πάσχοντας ὑπ' ἐκείνων ὁρῶν οὐκ ἤνεγκα τὴν αἰσχύνην τῆς ὑποκρίσεως, εἰ πίθηκοι ὄντες ἐτόλμησαν ἡρώων προσωπεῖα περιθέσθαι ἢ τὸν ἐν Κύμῃ ὄνον μιμήσασθαι, ὃς λεοντῆν περιβαλόμενος ἠξίου λέων αὐτὸς εἶναι πρὸς ἀγνοοῦντας τοὺς Κυμαίους ὀγκώμενος μάλα τραχὺ καὶ καταπληκτικὸν, ἄχρι δή τις αὐτὸν ξένος καὶ λέοντα ἰδὼν καὶ ὄνον πολλάκις

29. PARRH. Non omnia contra me dixit, o Philosophia, Diogenes : sed pleraque, et difficiliora quidem, nescio qua re motus, prætermisit. Ego vero tantum abest ut ea negem me dixisse, aut meditatus defensionem aliquam huc venerim, ut statuerim, si quid aut iste ipse reticuit, aut ego dicere nondum occupavi, nunc jam adjicere : ita enim intelligas quos ego homines præconio vendiderim, quibus male, ventosos et impostores appellando, dixerim. Et ad hoc mihi unum attendite, si vera de omnibus dicam. Si quid vero maledicum aut asperum habere videatur oratio, non me, qui arguo, sed illos accusare æquius arbitror, qui talia faciunt. Equidem quum primum perspexissem; quæ dura necessario inesse debeant causidicis, deceptionem, mendacium, audaciam, clamorem, conflictationes, et sexcenta alia; ab his, ut decebat, refugiens, animum ad ea quæ tu pulchra habes, o Philosophia, appuli, optavique, quicquid reliquum mihi vitæ esset, tanquam ex procella et æstu in serenum quendam portum invectus, sub tua tutela transigere.

30. Deinde quum vix inspexissem res vestras, te quidem, quod necesse erat, et hosce omnes admirabar, vitæ beatæ legislatores, et manum festinantibus ad eam porrigentes, honestissimis præceptis proponendis utilissimisque, si quis ab iis non discedat neque vestigio fallente labatur, sed intentis in regulas a vobis propositas oculis, ad illas componat vitam suam ac dirigat, quod mehercules nostra ætate pauci faciunt.

31. Quum vero viderem multos non amore philosophiæ captos, sed sola, quæ ab illo negotio sperari potest, gloria ductos, promtis istis et palam gestis, quæque imitari unicuique facile est, satis bene referre viros bonos, barbam dico, incessum et amictum; vita vero et actionibus contradicere habitui, et contraria vestris studia habere, dignitatemque professionis corrumpere, indignabar equidem : videbaturque mihi negotium illi simile, si quis actor tragicus, mollis ipse atque effeminatus, Achillem, aut Thesea, aut ipsum Herculem agens, neque incessu utatur neque voce heroica, sed sub tanta persona fractas delicias faciat : quem neque Helena quondam, neque Polyxena ferret ultra modum sibi similem; nedum ille decorus victoriis Hercules, qui videtur mihi mox cum ipsa persona actorem talem sua clava elisurus a quo ignominiose adeo in feminam fractus esset.

32. Huic similem injuriam ab illis quum fieri vobis cernerem, non tuli illam histrioniæ turpitudinem, simios hosce heroum personas induere ausos, et Cumanum illum asinum imitari; qui leoninam indutus postulabat ipse leo esse, quum apud ignaros ejus rei Cumanos asperos terribilesque ruditus ederet, donec illum peregrinus, qui et leonem sæpe et asinum vidisset, redargueret, et fustibus

ἤλεγξε παίων τοῖς ξύλοις. Ὃ δὲ μάλιστά μοι δεινὸν, ὦ Φιλοσοφία, κατεφαίνετο, τοῦτο ἦν· οἱ γὰρ ἄνθρωποι εἴ τινα τούτων ἑώρων πονηρὸν ἢ ἄσχημον ἢ ἀσελγές τι ἐπιτηδεύοντα, οὐκ ἔστιν ὅστις οὐ φιλοσοφίαν αὐτὴν ᾐτιᾶτο καὶ τὸν Χρύσιππον εὐθὺς ἢ Πλάτωνα ἢ Πυθαγόραν ἢ ὅτου αὐτὸν ἐπώνυμον ὁ διαμαρτάνων ἐκεῖνος ἐποιεῖτο καὶ οὗ τοὺς λόγους ἐμιμεῖτο, καὶ ἀπὸ τοῦ κακῶς βιοῦντος πονηρὰ περὶ ὑμῶν εἴκαζον τῶν πρὸ πολλοῦ τεθνηκότων — οὐ γὰρ παρὰ ζῶντας ὑμᾶς ἡ ἐξέτασις αὐτοῦ ἐγίγνετο, ἀλλ' ὑμεῖς μὲν ἐκποδών — ἐκεῖνον δὲ ἑώρων σαφῶς ἅπαντες δεινὰ καὶ ἄσεμνα ἐπιτηδεύοντα, ὥστε ἐρήμην ἡλίσκεσθε μετ' αὐτοῦ καὶ ἐπὶ τὴν ὁμοίαν διαβολὴν συγκατεσπᾶσθε.

33. Ταῦτα οὐκ ἤνεγκα ὁρῶν ἔγωγε, ἀλλ' ἤλεγχον αὐτοὺς καὶ διέκρινον ἀφ' ὑμῶν· ὑμεῖς δὲ, τιμᾶν ἐπὶ τούτοις δέον, ἐς δικαστήριον ἄγετε. Οὐκοῦν ἤν τινα καὶ τῶν μεμυημένων ἰδὼν ἐξαγορεύοντα ταῖν θεαῖν τἀπόρρητα καὶ ἐξορχούμενον ἀγανακτήσω καὶ διελέγξω, ἐμὲ τὸν ἀδικοῦντα ἡγήσεσθε εἶναι; ἀλλ' οὐ δίκαιον· ἐπεὶ καὶ οἱ ἀθλοθέται μαστιγοῦν εἰώθασιν, ἤν τις ὑποκριτὴς Ἀθηνᾶν ἢ Ποσειδῶνα ἢ τὸν Δία ὑποδεδυκὼς μὴ καλῶς ὑποκρίνοιτο μηδὲ κατ' ἀξίαν τῶν θεῶν, καὶ οὐ δή που ὀργίζονται αὐτοῖς ἐκεῖνοι, ὅτι τὸν περικείμενον αὐτῶν τὰ προσωπεῖα καὶ τὸ σχῆμα ἐνδεδυκότα ἐπέτρεψαν παίειν τοῖς μαστιγοφόροις, ἀλλὰ καὶ ἥδοιντ' ἂν, οἶμαι, μαστιγουμένων· οἰκέτην μὲν γὰρ ἢ ἄγγελόν τινα μὴ δεξιῶς ὑποκρίνασθαι μικρὸν τὸ πταῖσμα, τὸν Δία δὲ ἢ τὸν Ἡρακλέα μὴ κατ' ἀξίαν ἐπιδείξασθαι τοῖς θεαταῖς ἀποτρόπαιον ὄντως καὶ αἰσχρόν.

34. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε πάντων ἀτοπώτατόν ἐστιν, ὅτι τοὺς μὲν λόγους ὑμῶν πάνυ ἀκριβοῦσιν οἱ πολλοὶ αὐτῶν, καθάπερ δὲ ἐπὶ τούτῳ μόνον ἀναγιγνώσκοντες αὐτοὺς καὶ μελετῶντες, ὡς τἀναντία ἐπιτηδεύοιεν, οὕτω βιοῦσι· πάντα μὲν γὰρ ὅσα φασὶν, οἷον χρημάτων καταφρονεῖν καὶ δόξης καὶ μόνον τὸ καλὸν οἴεσθαι ἀγαθὸν, καὶ ἀόργητον εἶναι καὶ τῶν λαμπρῶν τούτων ὑπερορᾶν καὶ ἐξ ἰσοτιμίας αὐτοῖς διαλέγεσθαι, καλὰ, ὦ θεοὶ, καὶ σοφὰ καὶ θαυμάσια λίαν ὡς ἀληθῶς. Οἱ δὲ καὶ αὐτὰ ταῦτα ἐπὶ μισθῷ διδάσκουσι καὶ τοὺς πλουσίους τεθήπασι καὶ πρὸς τὸ ἀργύριον κεχήνασιν, ὀργιλώτεροι μὲν τῶν κυνιδίων ὄντες, δειλότεροι δὲ τῶν λαγῶν, κολακευτικώτεροι δὲ τῶν πιθήκων, ἀσελγέστεροι δὲ τῶν ὄνων, ἁρπακτικώτεροι δὲ τῶν γαλῶν, φιλονεικότεροι δὲ τῶν ἀλεκτρυόνων. Τοιγαροῦν γέλωτα ὀφλισκάνουσιν ὠθιζόμενοι ἐπὶ ταῦτα καὶ περὶ τὰς τῶν πλουσίων θύρας ἀλλήλους παραγκωνιζόμενοι, δεῖπνα πολυάνθρωπα δειπνοῦντες καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις ἐπαινοῦντες φορτικῶς· καὶ πέρα τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐμφορούμενοι καὶ μεμψίμοιροι φαινόμενοι καὶ ἐπὶ τῆς κύλικος ἀτερπῆ καὶ ἀπῳδὰ φιλοσοφοῦντες καὶ τὸν ἄκρατον οὐ φέροντες· οἱ ἰδιῶται δὲ ὁπόσοι ξυμπίνουσι, γελῶσι δηλαδὴ καὶ καταπτύουσι φιλοσοφίας, εἰ τοιαῦτα καθάρματα ἐκτρέφει.

35. Τὸ δὲ πάντων αἴσχιστον, ὅτι μηδενὸς δεῖσθαι λέγων ἕκαστος αὐτῶν, ἀλλὰ μόνον πλούσιον εἶναι τὸν

dolatum abigeret. Præter cetera vero indignum hoc mihi, Philosophia, videbatur, quod nemo non hominum, si quem horum prave aut indecore aut libidinose quicquam facere videret, ipsam statim philosophiam accusaret, et Chrysippum, aut Platonem, aut Pythagoram, aut cujuscumque se cognominem peccator ille ferret disputationesque imitaretur. Itaque ab male illo vivente, male de vobis conjectabant, olim mortuis : neque enim ad vos viventes exigebatur, sed vos discesseratis e medio : illum vero aperte videbant omnes indigne et inhoneste se gerentem. Ita quasi deserto vos vadimonio cum illo damnati, et in simile cum illo crimen pertracti estis.

33. Hæc ego videns non tuli, sed redargui illos et a vobis discrevi. At vos, qui honorem mihi ea de causa debebatis habere, in jus me trahitis. Igitur si quem ego initiatorum observans, dearum mysteria effutientem et indignis omnibus impie monstrantem, indignatus fuero, eumque redarguero; mene impium esse putabitis? injuste illud quidem : quum etiam sacrorum certaminum præsides flagris objurgare soleant, si quis histrio Minervæ aut Neptuni aut Jovis personam qui suscepit, non bene neque ex dignitate deorum perferat : neque ideo illis irascantur dii, quod personas suas gerentem et habitu suo indutum flagellis cædendum virgatoribus tradiderint : sed gaudeant, puto, vapulantibus. Nam servum aut nuntium parum dextre agere, parvus fuerit error. : Jovem vero aut Herculem non pro dignitate demonstrare spectatoribus, piaculi sane instar et turpe nimis fuerit!

34. Rursus illud omnium est absurdissimum; quod dogmata quidem vestra studiose vulgus illorum exquirit; ceterum perinde vivunt, ac si ad hoc solum ea legerent et meditarentur, ut contraria omnia sequantur. Quæ enim dicunt omnia, exempli causa, divitias gloriamque contemnere, et sola quæ bona sunt honesta putare, et iræ expertem esse, et splendidos hosce despicere, et tanquam cum æqualibus agere, pulchra, dii boni! sunt et sapientia, et vere sane admiranda. Verum enim vero isti mercede hæc ipsa docent, et divites admirantur, et argento inhiant, et caniculis iracundiores sunt, et leporibus timidiores, magis adulatores quam simii, libidinosiores asinis, felibusque rapaciores, et in contentionibus quam gallinacei galli pertinaciores. Itaque ludibrium debent, quum circa ista confligtantur, et circa divitum januas alii alios cubitis detrudunt, et celebriores cœnas frequentant, et in illis ipsis sine more modoque laudant, et ultra decus se ingurgitant, et attributa sibi parte non contentos se produnt, et in vino insuavia quædam atque absurda philosophantur, et merum non continent. Idiotæ autem quotquot convivæ adsunt, rident scilicet, et despuunt philosophiam, talia quæ purgamenta educat.

35. Quod vero turpissimum omnium est, nulla se re indigere unusquisque eorum quum dicat, sed solum divitem

σοφὸν κεκραγὼς μικρὸν ὕστερον αἰτεῖ προσελθὼν καὶ ἀγανακτεῖ μὴ λαβών, ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐν βασιλικῷ σχήματι ὀρθὴν τιάραν ἔχων καὶ διάδημα καὶ τἄλλα ὅσα βασιλείας γνωρίσματα προσαιτοίη τῶν ὑποδεεστέρων δεόμενος. Ὅταν μὲν οὖν αὐτούς τι δέῃ λαμβάνειν, πολὺς ὁ περὶ τοῦ κοινωνικὸν εἶναι δεῖν λόγος καὶ ὡς ἀδιάφορον ὁ πλοῦτος καί, τί γὰρ τὸ χρυσίον ἢ ἀργύριον οὐδὲν τῶν ἐν τοῖς αἰγιαλοῖς ψηφίδων διαφέρον; ὅταν δέ τις ἐπικουρίας δεόμενος ἑταῖρος ἐκ παλαιοῦ καὶ φίλος ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα αἰτῇ προσελθών, σιωπὴ καὶ ἀπορία καὶ ἀμαθία καὶ παλινῳδία τῶν λόγων πρὸς τὸ ἐναντίον· οἱ δὲ πολλοὶ περὶ φιλίας ἐκεῖνοι λόγοι καὶ ἡ ἀρετὴ καὶ τὸ καλὸν οὐκ οἶδ' ὅποι ποτὲ οἴχεται πάντα ταῦτα ἀποπτάμενα, πτερόεντα ὡς ἀληθῶς ἔπη, μάτην ὁσημέραι πρὸς αὐτῶν ἐν ταῖς διατριβαῖς σκιαμαχούμενα.

36. Μέχρι γὰρ τούτου φίλος ἕκαστος αὐτῶν, ἐς ὅσον ἂν μὴ ἀργύριον ἢ χρυσίον ᾖ προκείμενον ἐν τῷ μέσῳ· ἢν δέ τις ὀβολὸν ἐπιδείξῃ μόνον, λέλυται μὲν ἡ εἰρήνη, ἄσπονδα δὲ καὶ ἀκήρυκτα πάντα, καὶ τὰ βιβλία ἐξαλήλιπται καὶ ἡ ἀρετὴ πέφευγεν, οἷόν τι καὶ οἱ κύνες πάσχουσιν· ἐπειδάν τις ὀστοῦν ἐς μέσους αὐτοὺς ἐμβάλῃ, ἀναπηδήσαντες δάκνουσιν ἀλλήλους καὶ τὸν προαρπάσαντα τὸ ὀστοῦν ὑλακτοῦσι. Λέγεται δὲ καὶ βασιλεύς τις Αἰγύπτιος πιθήκους ποτὲ πυρριχίζειν διδάξαι καὶ τὰ θηρία — μιμηλότατα δέ ἐστι τῶν ἀνθρωπίνων — ἐκμαθεῖν τάχιστα καὶ ὀρχεῖσθαι ἁλουργίδας ἀμπεχόμενα καὶ προσωπεῖα περικείμενα, καὶ μέχρι γε πολλοῦ εὐδοκιμεῖν τὴν θέαν, ἄχρι δή τις θεατὴς ἀστεῖος κάρυα ὑπὸ κόλπον ἔχων ἀφῆκεν ἐς τὸ μέσον· οἱ δὲ πίθηκοι ἰδόντες καὶ ἐκλαθόμενοι τῆς ὀρχήσεως, τοῦθ' ὅπερ ἦσαν, πίθηκοι ἐγένοντο ἀντὶ πυρριχιστῶν καὶ ξυνέτριβον τὰ προσωπεῖα καὶ τὴν ἐσθῆτα κατερρήγνυον καὶ ἐμάχοντο περὶ τῆς ὀπώρας πρὸς ἀλλήλους, τὸ δὲ σύνταγμα τῆς πυρρίχης διελέλυτο καὶ κατεγελᾶτο ὑπὸ τοῦ θεάτρου.

37. Τοιαῦτα καὶ οὗτοι ποιοῦσι, καὶ ἔγωγε τοὺς τοιούτους κακῶς ἠγόρευον καὶ οὔποτε παύσομαι διελέγχων καὶ κωμῳδῶν, περὶ ὑμῶν δὲ ἢ τῶν ὑμῖν παραπλησίων — εἰσὶ γάρ, εἰσί τινες ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίαν ζηλοῦντες καὶ τοῖς ὑμετέροις νόμοις ἐμμένοντες — μὴ οὕτω μανείην ἐγὼ ὡς βλάσφημον εἰπεῖν τι ἢ σκαιόν. Ἢ τί γὰρ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι; τί γὰρ ὑμῖν τοιοῦτο βεβίωται; τοὺς δὲ ἀλαζόνας ἐκείνους καὶ θεοῖς ἐχθροὺς ἄξιον οἶμαι μισεῖν. Ἢ σὺ γάρ, ὦ Πυθαγόρα καὶ Πλάτων καὶ Χρύσιππε καὶ Ἀριστότελες, τί φατε προσήκειν ὑμῖν τοὺς τοιούτους ἢ οἰκεῖόν τι καὶ ξυγγενὲς ἐπιδείκνυσθαι τῷ βίῳ; νὴ Δία Ἡρακλῆς, φασί, καὶ πίθηκος. Ἢ διότι πώγωνας ἔχουσι καὶ φιλοσοφεῖν φάσκουσι καὶ σκυθρωποί εἰσι, διὰ τοῦτο χρὴ ὑμῖν εἰκάζειν αὐτούς; ἀλλ' ἤνεγκα ἄν, εἰ πιθανοὶ γοῦν ἦσαν καὶ ἐπὶ τῆς ὑποκρίσεως αὐτῆς· νῦν δὲ θᾶττον ἂν γὺψ ἀηδόνα μιμήσαιτο ἢ οὗτοι φιλοσόφους. Εἴρηκα ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ὁπόσα εἶχον. Σὺ δέ, ὦ Ἀλήθεια, μαρτύρει πρὸς αὐτοὺς εἰ ἀληθῆ ἐστι.

esse sapientem clamet, paullo post rogandi causa accedit, et nisi acceperit, indignatur : non aliter quam si quis in regio habitu tiaram rectam gerens ac diadema, et reliqua quotquot sunt insignia regni, mendicet, rogans a tenuioribus. Quum igitur sperant aliquid accipere, multa de bonorum inter sapientes communione disputatio, et quam res sit indifferens divitiæ! Quid enim, inquit, aurum est vel argentum, nihil calculis in litore distans? Si vero opis indigus sodalis vetus et amicus accedens ex multis paullum quiddam roget, silentium, æstus, inscitia et verborum illorum in contrariam sententiam retractatio : multæ autem illæ de amicitia disputationes, et virtus, et honestum, nescio quo repente abiere; omnia quidem avolarunt, volucria vere verba, quibus temere quotidie in scholis suis umbratiles pugnas ludunt.

36. Eo enim usque unusquisque eorum amicus est, quoad argentum vel aurum in medio positum non fuerit : si quis vero obolum unum ostenderit, ilicet rupta pax, ut nec jam fœderi locus, nec præconi sit securitas : libri deleti, fugit virtus : cujus rei simile quiddam usu venit canibus : si quis os in medios illos projecerit, exsiliunt, mordent invicem; eumque qui os præripuit allatrant. Dicitur autem rex etiam aliquis Ægyptius simios quondam docuisse saltare pyrrhicham, easque bestias (facillime autem humanas imitantur actiones) didicisse celeriter, et saltasse in vestibus purpureis, et personatas, diuque probatum spectaculum; donec spectator aliquis festivus, qui nuces sinu gereret, projiceret eas in medium : tum vero simii, visa re, obliti saltationis, repente pro pyrrhichistis simii, quod erant scilicet, facti, larvas contrivere, laceratisque vestibus de fructibus invicem depugnarunt : illa autem pyrrhiches institutio dissoluta risui fuit spectatoribus.

37. Talia igitur hi quoque faciunt. Talibus ego maledixi, neque unquam desinam convincere illorum fraudes, ipsosque ridendos præbere : de vobis vero vestrumque similibus (sunt enim, sunt quidam vere sectantes philosophiam, legumque vestrarum observantes) absit a me insania illa ut contumeliosum quicquam aut sinistrum dicam. Aut quid habeam dicere? quid enim horum simile est in vita vestra? At insolentes illos et diis invisos odio persequi, puto, fas est. Nisi forte tu, Pythagora, et Plato, et Chrysippe, et Aristoteles, ad vos pertinere quicquam dicetis tales, aut proprium quicquam vestrûm et cognatum vita sua demonstrare : quanta scilicet Herculi cum simia necessitudo est. An forte quod barbas submittunt et philosophari se prædicant et truci vultu sunt, propter hæc vobis assimilare illos oportet? Atqui equidem ferrem illos, si in ipsa illa histrionia probabiles essent : jam vero facilius lusciniam vultur imitetur, quam isti philosophos. Dixi pro me quæ habebam. Jam tu, Veritas, testimonium apud hosce perhibe, si vera sint.

38. **ΦΙΛ.** Μετάστηθι, ὦ Παρρησιάδη, ἔτι πορρωτέρω. Τί ποιῶμεν ἡμεῖς; πῶς ὑμῖν εἰρηκέναι ἀνὴρ ἔδοξεν;

ΑΛΗΘ. Ἐγὼ μὲν, ὦ Φιλοσοφία, μεταξὺ λέγοντος αὐτοῦ κατὰ τῆς γῆς δῦναι ηὐχόμην· οὕτως ἀληθῆ πάντα εἶπεν. Ἐγνώριζον γοῦν ἀκούουσα ἕκαστον τῶν ποιούντων αὐτὰ κἀφήρμοζον μεταξὺ τοῖς λεγομένοις τοῦτο μὲν ἐς τόνδε, τοῦτο δὲ ὁ δεῖνα ποιεῖ· καὶ ὅλως ἔδειξε τοὺς ἄνδρας ἐναργῶς καθάπερ ἐπί τινος γραφῆς τὰ πάντα ἐοικότας, οὐ τὰ σώματα μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰς ψυχὰς αὐτὰς ἐς τὸ ἀκριβέστατον ἀπεικάσας.

ΣΩΦΡ. Κἀγὼ πάνυ ἠρυθρίασα, ὦ Ἀλήθεια.

ΦΙΛ. Ὑμεῖς δὲ τί φατέ;

ΑΝΑΒ. Τί δαὶ ἄλλο ἢ ἀφεῖσθαι αὐτὸν τοῦ ἐγκλήματος καὶ φίλον ἡμῖν καὶ εὐεργέτην ἀναγεγράφθαι; τὸ γοῦν τῶν Ἰλιέων ἀτεχνῶς πεπόνθαμεν, τραγῳδόν τινα τοῦτον ἐφ' ἡμᾶς κεκινήκαμεν ᾀσόμενον τὰς Φρυγῶν ξυμφοράς. Ἀδέτω δ' οὖν καὶ τοὺς θεοῖς ἐχθροὺς ἐκτραγῳδείτω.

ΔΙΟΓ. Καὶ αὐτὸς, ὦ Φιλοσοφία, πάνυ ἐπαινῶ τὸν ἄνδρα καὶ ἀνατίθεμαι τὰ κατηγορούμενα καὶ φίλον ποιοῦμαι αὐτὸν γενναῖον ὄντα.

39. **ΦΙΛ.** Εὖ γε, ὦ Παρρησιάδη· ἀφίεμέν σε τῆς αἰτίας, καὶ ταῖς πάσαις κρατεῖς καὶ τὸ λοιπὸν ἴσθι ἡμέτερος ὤν.

ΠΑΡΡ. Προσεκύνησα τήν γε πρώτην· μᾶλλον δὲ τραγικώτερον αὐτὸ ποιήσειν μοι δοκῶ· σεμνότερον γάρ·

ὦ μέγα σεμνὴ Νίκη, τὸν ἐμὸν
βίοτον κατέχοις
καὶ μὴ λήγοις στεφανοῦσα.

ΑΡΕΤ. Οὐκοῦν δευτέρου κρατῆρος ἤδη καταρχώμεθα, προσκαλῶμεν κἀκείνους, ὡς δίκην ὑπόσχωσιν ἀνθ' ὧν ἐς ὑμᾶς ὑβρίζουσι· κατηγορήσει δὲ Παρρησιάδης ἑκάστου.

ΠΑΡΡ. Ὀρθῶς, ὦ Ἀρετὴ, ἔλεξας· ὥστε σὺ, παῖ Συλλογισμὲ, κατακύψας ἐς τὸ ἄστυ προσκήρυττε τοὺς φιλοσόφους.

40. **ΣΥΛΛ.** Ἄκουε, σίγα· τοὺς φιλοσόφους ἥκειν ἐς ἀκρόπολιν ἀπολογησομένους ἐπὶ τῆς Ἀρετῆς καὶ Φιλοσοφίας καὶ Δίκης.

ΠΑΡΡ. Ὁρᾷς; ὀλίγοι συνέρχονται γνωρίσαντες τὸ κήρυγμα· ἄλλως γὰρ δεδίασι τὴν Δίκην. Οἱ πολλοὶ δὲ αὐτῶν οὐδὲ σχολὴν ἄγουσιν ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἔχοντες. Εἰ δὲ βούλει πάντας ἥκειν, κατὰ τάδε, ὦ Συλλογισμὲ, κήρυττε.

ΦΙΛ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ σὺ, ὦ Παρρησιάδη, προσκάλει καθ' ὅ τι σοι δοκεῖ.

41. **ΠΑΡΡ.** Οὐδὲν τόδε χαλεπόν. Ἄκουε, σίγα. Ὅσοι φιλόσοφοι εἶναι λέγουσι καὶ ὅσοι προσήκειν αὐτοῖς οἴονται τοῦ ὀνόματος, ἥκειν ἐς ἀκρόπολιν ἐπὶ τὴν διανομήν. Δύο μναῖ ἑκάστῳ δοθήσονται καὶ σησαμαῖος πλακοῦς· ὃς δ' ἂν πώγωνα βαθὺν ἐπιδείξηται, καὶ παλάθην ἰσχάδων οὗτός γε προσεπιλήψεται. Κομίζειν δ' ἕκαστον σωφροσύνην μὲν ἢ δικαιοσύνην ἢ ἐγκράτειαν

38. **PHIL.** Longius hinc, Parrhesiade, recede interim. Nos quid faciamus? quomodo dixisse vobis videtur?

VER. Equidem, Philosophia, illo dicente terram mihi hiscere optabam præ pudore : adeo vera dicebat omnia. Agnoscebam enim inter audiendum unumquemque qui ista faceret; et referebam, dum dicerentur, illud quidem ad huncce; hoc vero ille, inquiebam, facit. Et omnino ostendit homines dilucide, ut in pictura quadam similes per omnia, quum non corpora modo, sed ipsas quoque animas exquisitissima similitudine exprimeret.

MODESTIA. Et ego plane erubescam, o Veritas.

PHIL. Vos autem quid dicitis?

REV. Quid aliud nisi absolvi illum a crimine oportere, et amicum nobis ac bene meritum in publico monumento scribi? Iliensium enim exemplo tragœdum hunc in nos commovimus, qui Phrygum canat calamitates. Canito igitur, et illos diis invisos tragœdiis suis infamato.

DIOG. Ipse quoque ego, Philosophia, laudo virum magnopere et retracto crimina, eumque, ut virum fortem, amicum mihi ascisco.

39. **PHIL.** Bonum factum, Parrhesiade; solvimus te accusatione; vincis suffragiis omnibus, et quod reliquum est, scito te nostrum esse.

PARRH. Equidem initio jam adoravi : jam vero tragico magis orationis genere faciendum videtur : augustius enim fuerit.

Splendida quæso Victoria, me
comitare tuum,
viridi neu parce coronæ.

VIRT. Igitur de altero jam cratere libemus, et vocemus etiam istos, ut pœnas suarum in vos contumeliarum nobis persolvant. Accusabit unumquemque Parrhesiades.

PARRH. Bene istud, Virtus. Itaque tu, Syllogisme puer, despiciens in urbem, præconio huc evoca philosophos.

40. **SYLL.** Audi, tace. Veniunto philosophi in arcem, causam dicturi ad tribunal Virtuti, Philosophiæ, Justitiæ.

PARRH. Viden'? pauci conveniunt agnito præconio : nam alioqui Justitiam metuunt. Ceterum vulgus illorum otium non habet, occupati circa divites. Si vero venire omnes volueris, hunc fere in modum edic, Syllogisme.

PHIL. Nequaquam : sed tu, Parrhesiade, prout videbitur, eos advoca.

41. **PARRH.** Nihil res habet difficultatis. Audi, tace. Quotquot philosophos se esse dicunt, quotquot nominis causa ad illos pertinere se judicant, veniunto in arcem ad congiarium. Binæ unicuique minæ dabuntur, et de sesamo placenta. Quicumque vero prolixam barbam exhibuerit, ille corollarium ficuum massam accipiet. Afferat autem quisque temperantiam aut justitiam aut continentiam mi-

ηδαμῶς· οὐκ ἀναγκαῖα γὰρ ταῦτά γε, ἢν μὴ παρῇ· τέντε δὲ συλλογισμοὺς ἐξ ἅπαντος· οὐ γὰρ θέμις ἄνευ τούτων εἶναι σοφόν.

Κεῖται δ' ἐν μέσσοισι δύο χρυσοῖο τάλαντα,
τῷ δόμεν, ὃς μετὰ πᾶσιν ἐριζέμεν ἔξοχος εἴη.

42. Βαβαί, ὡς πλήρης μὲν ἡ ἄνοδος ὠθιζομένων, πεὶ τὰς δύο μνᾶς ἤκουσαν μόνον. Παρὰ δὲ τὸ Πελαγικὸν ἄλλοι καὶ κατὰ τὸ Ἀσκληπιεῖον ἕτεροι καὶ παρὰ ὸν Ἄρειον πάγον ἔτι πλείους, ἔνιοι δὲ καὶ κατὰ τὸν τοῦ Γάλω τάφον, οἱ δὲ καὶ πρὸς τὸ Ἀνακεῖον προσθέμενοι λίμακας ἀνέρπουσι βομβηδὸν νὴ Δία καὶ βοτρυδὸν σμοῦ δίκην, ἵνα καὶ καθ' Ὅμηρον εἴπω, ἀλλὰ κἀκεῖθεν εὖ μάλα πολλοὶ κἀντεῦθεν

μυρίοι, ὅσσα τε φύλλα καὶ ἄνθεα γίνεται ὥρῃ.

Μεστὴ δὲ ἡ ἀκρόπολις ἐν βραχεῖ κλαγγηδὸν προκαθιζόντων καὶ πανταχοῦ πήρα πώγων κολακεία ἀναισχυντία βακτηρία λιχνεία συλλογισμὸς φιλαργυρία· οἱ ὀλίγοι δὲ, ὁπόσοι πρὸς τὸ πρῶτον κήρυγμα ἐκεῖνο ἀνήεσαν, ἀφανεῖς καὶ ἄσημοι, ἀναμιχθέντες τῷ πλήθει τῶν ἄλλων, καὶ λελήθασιν ἐν τῇ ὁμοιότητι τῶν ἄλλων σχημάτων. Τοῦτο γοῦν τὸ δεινότατόν ἐστιν, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ὅ τις ἂν μέμψαιτό σου μάλιστα, τὸ μηδὲ ἐπιβαλεῖν γνώρισμα καὶ σημεῖον αὐτοῖς· πιθανώτεροι γὰρ οἱ γόητες οὗτοι πολλάκις τῶν ἀληθῶς φιλοσοφούντων.

ΦΙΛ. Ἔσται τοῦτο μεθ' ὀλίγον, ἀλλὰ δεχώμεθα ἤδη αὐτούς.

43. ΠΛΑΤ. Ἡμᾶς πρώτους χρὴ τοὺς Πλατωνικοὺς λαβεῖν.

ΠΥΘ. Οὐκ, ἀλλὰ τοὺς Πυθαγορικοὺς ἡμᾶς· πρότερος γὰρ ὁ Πυθαγόρος ἦν.

ΣΤΩΙΚ. Ληρεῖτε· ἀμείνους ἡμεῖς οἱ ἀπὸ τῆς στοᾶς.

ΠΕΡ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλ' ἔν γε τοῖς χρήμασι πρῶτοι ἂν ἡμεῖς εἴημεν οἱ ἐκ τοῦ περιπάτου.

ΕΠΙΚ. Ἡμῖν τοῖς Ἐπικουρείοις τοὺς πλακοῦντας δότε καὶ τὰς παλάθας· περὶ δὲ τῶν μνῶν περιμενοῦμεν, κἂν ὑστάτους δέῃ λαμβάνειν.

ΑΚΑΔ. Ποῦ τὰ δύο τάλαντα; δείξομεν γὰρ οἱ Ἀκαδημαϊκοὶ ὅσον τῶν ἄλλων ἐσμὲν ἐριστικώτεροι.

ΣΤΩΙΚ. Οὐχ ἡμῶν γε τῶν Στωϊκῶν παρόντων.

44. ΦΙΛ. Παύσασθε φιλονεικοῦντες· ὑμεῖς δὲ οἱ Κυνικοὶ μήτε ὠθεῖτε ἀλλήλους μήτε τοῖς ξύλοις παίετε· ἐπ' ἄλλα γὰρ ἴστε κεκλημένοι· καὶ νῦν ἔγωγε ἡ Φιλοσοφία καὶ Ἀρετὴ αὕτη καὶ Ἀλήθεια δικάσομεν τίνες οἱ ὀρθῶς φιλοσοφοῦντές εἰσιν, εἶτα ὅσοι μὲν ἂν εὑρεθῶσι κατὰ τὰ ἡμῖν δοκοῦντα βιοῦντες, εὐδαιμονήσουσιν ἄριστοι κεκριμένοι· τοὺς γόητας δὲ καὶ οὐδὲν ἡμῖν προσήκοντας κακοὺς κακῶς ἐπιτρίψομεν, ὡς μὴ ἀντιποιοῖντο τῶν ὑπὲρ αὐτοὺς ἀλαζόνες ὄντες. Τί τοῦτο; φεύγετε; νὴ Δία, κατὰ τῶν γε κρημνῶν οἱ πολλοὶ ἀλλόμενοι. Κενὴ δ' οὖν ἡ ἀκρόπολις, πλὴν ὀλίγων τούτων, ὁπόσοι μεμενήκασιν οὐ φοβηθέντες τὴν κρίσιν.

45. Οἱ ὑπηρέται ἀνέλεσθε τὴν πήραν, ἣν ὁ Κυνίσκος

nime; neque enim ista, si non adsint, necessaria: verum quinque omnino syllogismos; quippe nefas est absque illis esse sapientem.

Proposita in medio sunt auri bina talenta,
præmia, qui reliquos rixa superaverit omnes.

42. Vah quam plenus est ascensus invicem se trudentium, quum modo de duabus minis audiere. Ad Pelasgicum autem alii, ad Æsculapii alii, et circa Areopagum etiam plures, alii vero etiam ad Tali sepulchrum: alii ad Dioscurorum ædem scalis admotis in altum enituntur, cum bombo hercle atque examinis instar apum glomerati in uvam, ut Homeri verbo utar. Verum inde etiam bene sane multi, et hinc sexcenti,

Quot folia, et flores quot nascens exigit annus.

Brevi autem plena illorum arx erit, cum clangore considentium, et ubique pera, barba, adulatio, impudentia, baculum, gula, syllogismus, avaritia. Pauci vero qui ad primam præconis vocem ascenderant, vix apparent, nulla nota insignes, reliquorum turbæ immisti, et latent per similitudinem habitus reliquorum. Illud enim, Philosophia, sane molestissimum est, et quod quis maxime in te etiam reprehendat, quod notam illis nullam aut signum imponis: sæpe enim hi impostores ipsis vere philosophantibus magis probantur.

PHIL. Fiet illud paulo post, sed jam hos excipiamus.

43. PLAT. Ipsos nos Platonicos accipere primum oportet.

PYTH. Non, sed Pythagoricos nos; prior enim fuit Pythagoras.

STOIC. Nugas agitis, meliores nos de Porticu.

PER. Nequaquam, sed quantum ad pecunias, primi nos esse debemus Peripatetici.

EPIC. Nobis Epicureis placentas date et massas: de minis exspectabimus, etsi accipiamus ultimi.

ACAD. Ubi duo illa talenta? ostendemus enim Academici, quantum reliquis simus contentiosiores.

STOIC. Nequaquam, nobis quidem Stoicis præsentibus.

44. PHIL. Desinite rixarum: vos vero, Cynici, ne impellite alii alios, neu baculis pulsate: ad alia enim vocati estis. Et jam ego Philosophia, et Virtus hæc, et Veritas cognoscemus, qui vestrûm vere philosophentur, deinde qui invenientur ex nostris placitis vivere, beati erunt, judicio nostro optimi: impostores vero et nihil ad nos pertinentes malos male conteremus, ne quæ supra ipsos sunt, affectent ventosi. Quid hoc? fugitis? per Jovem, per ipsa præcipitia desilientes multi. Vacua igitur arx est, præter paucos illos, qui remansere, nihil metuentes judicium.

45. Famuli, tollite peram, quam minutus ille Cynicus in

ἀπέρριψεν ἐν τῇ τροπῇ. Φέρ' ἴδω τί καὶ ἔχει, ἤ που θέρμους ἢ βιβλίον ἢ ἄρτους τῶν αὐτοπυριτῶν;

ΠΑΡΡ. Οὐκ, ἀλλὰ χρυσίον τουτὶ καὶ μύρον [καὶ μαχαιρίδιον θυτικὸν] καὶ κάτοπτρον καὶ κύβους.

ΦΙΛ. Εὖ γε, ὦ γενναῖε. Τοιαῦτά σοι ἦν τὰ ἐφόδια τῆς ἀσκήσεως καὶ μετὰ τούτων ἠξίους λοιδορεῖσθαι ἅπασι καὶ τοὺς ἄλλους παιδαγωγεῖν;

ΠΑΡΡ. Τοιοῦτοι μὲν οὖν ὑμῖν οὗτοι. Χρὴ δὲ ὑμᾶς σκοπεῖν ὅντινα τρόπον ἀγνοούμενα ταῦτα πεπαύσεται καὶ διαγνώσονται οἱ ἐντυγχάνοντες, οἵτινες οἱ ἀγαθοὶ αὐτῶν καὶ οἵτινες αὖ πάλιν οἱ τοῦ ἑτέρου βίου. Σὺ δὲ, ὦ Ἀλήθεια, ἐξεύρισκε — ὑπὲρ σοῦ γὰρ τοῦτο γένοιτ' ἄν — ὡς μὴ ἐπικρατήσῃ τὸ Ψεῦδος μηδὲ ὑπὸ τῇ Ἀγνοίᾳ λανθάνωσιν οἱ φαῦλοι τῶν ἀνδρῶν σε τοὺς χρηστοὺς μεμιμημένοι.

46. ΑΛΗΘ. Ἐπ' αὐτῷ, εἰ δοκεῖ, Παρρησιάδῃ ποιησώμεθα τὸ τοιοῦτον, ἐπεὶ χρηστὸς ὦπται καὶ εὔνους ἡμῖν καὶ σὲ, ὦ Φιλοσοφία, μάλιστα θαυμάζων, παραλαβόντα μετ' αὐτοῦ τὸν Ἔλεγχον ἅπασι τοῖς φάσκουσι φιλοσοφεῖν ἐντυγχάνειν, εἶθ' ὃν μὲν ἂν εὕρῃ γνήσιον ὡς ἀληθῶς φιλοσοφίας, στεφανωσάτω θαλλοῦ στεφάνῳ καὶ ἐς τὸ Πρυτανεῖον καλεσάτω, ἢν δέ τινι — οἷοι πολλοί εἰσι — καταράτῳ ἀνδρὶ ὑποκριτῇ φιλοσοφίας ἐντύχῃ, τὸ τριβώνιον περισπάσας ἀποκειράτω τὸν πώγωνα ἐν χρῷ πάνυ τραγοκουρικῇ μαχαίρᾳ καὶ ἐπὶ τοῦ μετώπου στίγματα ἐπιβαλέτω ἢ ἐγκαυσάτω κατὰ τὸ μεσόφρυον· ὁ δὲ τύπος τοῦ καυτῆρος ἔστω ἀλώπηξ ἢ πίθηκος.

ΦΙΛ. Εὖ γε, ὦ Ἀλήθεια· ὁ δὲ ἔλεγχος, ὦ Παρρησιάδη, τοιόσδε ἔστω, οἷος ὁ τῶν ἀετῶν πρὸς τὸν ἥλιον εἶναι λέγεται, οὐ μὰ Δί' ὥστε κἀκείνους ἀντιβλέπειν τῷ φωτὶ καὶ πρὸς ἐκεῖνο δοκιμάζεσθαι, ἀλλὰ προθεὶς χρυσίον καὶ δόξαν καὶ ἡδονὴν ὃν μὲν ἂν αὐτῶν ἴδῃς ὑπερορῶντα καὶ μηδαμῶς ἑλκόμενον πρὸς τὴν ὄψιν, οὗτος ἔστω ὁ τῷ θαλλῷ στεφόμενος, ὃν δ' ἂν ἀτενὲς ἀποβλέποντα καὶ τὴν χεῖρα ὀρέγοντα ἐπὶ τὸ χρυσίον, ἀπάγειν ἐπὶ τὸ καυτήριον τοῦτον ἀποκείραντα πρότερον τὸν πώγωνα.

47. ΠΑΡΡ. Ὡς ἔδοξεν, ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλοσοφία, καὶ ὄψει αὐτίκα μάλα τοὺς πολλοὺς αὐτῶν ἀλωπεκίας ἢ πιθηκοφόρους, ὀλίγους δὲ καὶ ἐστεφανωμένους· εἰ βούλεσθε μέντοι, κἀνταῦθα ἀνάξω τινὰς ὑμῖν νὴ Δί' αὐτῶν.

ΦΙΛ. Πῶς λέγεις; ἀνάξεις τοὺς φυγόντας;

ΠΑΡΡ. Καὶ μάλα, ἤνπερ ἡ ἱέρειά μοι ἐθελήσῃ πρὸς ὀλίγον χρῆσαι τὴν ὁρμιὰν ἐκείνην καὶ τὸ ἄγκιστρον, ὅπερ ὁ ἁλιεὺς ἀνέθηκεν ὁ ἐκ Πειραιῶς.

ΙΕΡ. Ἰδοὺ δὴ λαβὲ, καὶ τὸν κάλαμόν γε ἅμα, ὡς πάντ' ἔχοις.

ΠΑΡΡ. Οὐκοῦν, ὦ ἱέρεια, καὶ ἰσχάδας μοί τινας δὸς ἀνύσασα καὶ ὀλίγον τοῦ χρυσίου.

ΙΕΡ. Λάμβανε.

ΦΙΛ. Τί πράττειν ἁνὴρ διανοεῖται;

ΙΕΡ. Δελεάσας τὸ ἄγκιστρον ἰσχάδι καὶ τῷ χρυσίῳ καθεζόμενος ἐπὶ τὸ ἄκρον τοῦ τειχίου καθῆκεν ἐς τὴν πόλιν.

fuga abjecit. Age videam, quid habeat: num forte lupinos, aut librum, aut panes ex atrorum genere?

PARRH. Non: sed hoc aurum, et unguentum, [et cultrum ad sacrificiales epulas,] et speculum, et tesseras.

PHIL. Bonum factum, vir fortis. Hæc igitur tibi habebas exercitationis tuæ viatica? his instructus postulabas maledicere omnibus, et reliquos disciplina continere?

PARRH. Tales quidem nobis hi sunt. Oportet autem vos videre quemadmodum ista ignorari desinant, dignoscantque qui in illos incidunt, qui illorum boni viri sint, et qui alterius sint vitæ. Tu vero, Veritas, inveni: quandoquidem e tua hoc re fuerit, ne invalescat contra te Mendacium, neve sub Ignorantia te lateant pravi homines bonos speciose imitati.

46. VER. Ipsi, si videtur, Parrhesiadæ hoc permittamus, quandoquidem bonus vir spectatus est, et nobis benevolus, et tuus, Philosophia, admirator maximus, ut secum assumto Elencho, cum omnibus agat, qui se dicunt philosophos: deinde si quem invenerit germanum vere philosophiæ, coronet eum oleagina corona, et in Prytaneum vocet; si vero incidat in aliquem, quod genus multi sunt, exsecrabilem virum, philosophiæ histrionem, detracto pallio, barbam illi in ipsa cute eo genere cultri, quo capri tondentur, resecet, et stigmata fronti illius imponat, aut inter supercilia inurat: typus autem cauteris vulpes esto, aut simia.

PHIL. Bene ista, Veritas: examen autem, Parrhesiade, tale erit, quale aquilarum ad solem esse dicitur: non sane ut et illi adversus lumen contueantur et ad illud examinentur; sed auro proposito, et gloria, et voluptate, quem illorum videris despicere ista et nequaquam ad speciem illam trahi, hic esto ille ramo olivæ coronandus: quem vero fixis oculis respicere et manum ad aurum porrigere, hunc vero ad cauterium memento, detonsa prius barba, abducere.

47. PARRH. Fient ista, ut tibi visum est, Philosophia: et videbis confestim vulgus illorum vulpe notatos aut simia; sed paucos quosdam etiam coronatos. Verum si vultis, etiam huc profecto quosdam illorum vobis extraham.

PHIL. Quid? tu fugientes huc retrahes?

PARRH. Ego vero, si antistes velit paullum mihi commodare lineam illam cum hamo, quem piscator ex Piræeo dedicavit.

ANT. En tibi, cape, una cum arundine, ut habeas omnia.

PARRH. Ergo fac, antistes, ut mihi des etiam caricas aliquot, et pauxillum auri.

ANT. Cape.

PHIL. Quid facere vir cogitat?

ANT. Escam hamo impositam ficum et aurum, sedens ipse in lorica muri demisit in urbem.

ΦΙΛ. Τί ταῦτα, ὦ Παρρησιάδη, ποιεῖς; ἦ που τοὺς λίθους ἁλιεύσειν διέγνωκας ἐκ τοῦ Πελασγικοῦ;

ΠΑΡΡ. Σιώπησον, ὦ Φιλοσοφία, καὶ τὴν ἄγραν περίμενε· σὺ δὲ, Πόσειδον ἀγρεῦ καὶ Ἀμφιτρίτη φίλη, πολλοὺς ἡμῖν ἀνάπεμπε τῶν ἰχθύων.

48. Ἀλλ' ὁρῶ τινα λάβρακα εὐμεγέθη, μᾶλλον δὲ χρύσοφρυν.

ΕΛΕΓ. Οὔκ, ἀλλὰ γαλεός ἐστι· προσέρχεται δὴ τῷ ἀγκίστρῳ κεχηνώς. Ὀσφρᾶται τοῦ χρυσίου, πλησίον ἤδη ἐστίν· ἔψαυσεν, εἴληπται, ἀνασπάσωμεν.

ΠΑΡΡ. Καὶ σὺ, ὦ Ἔλεγχε, νῦν ξυνεπιλαβοῦ τῆς ὁρμιᾶς· ἄνω ἐστί. Φέρ' ἴδω τίς εἶ, ὦ βέλτιστε ἰχθύων; κύων οὗτός γε. Ἡράκλεις τῶν ὀδόντων. Τί τοῦτο, ὦ γενναιότατε; εἴληψαι λιχνεύων περὶ τὰς πέτρας, ἔνθα λήσειν ἤλπισας ὑποδεδυκώς; ἀλλὰ νῦν ἔσῃ φανερὸς ἅπασιν ἐκ τῶν βραγχίων ἀπηρτημένος. Ἐξέλωμεν τὸ δέλεαρ καὶ τὸ ἄγκιστρον τουτί. Κενόν σοι τὸ ἄγκιστρον· ἡ δ' ἰσχὰς ἤδη προσέσχηται καὶ τὸ χρυσίον ἐν τῇ κοιλίᾳ.

ΔΙΟΓ. Μὰ Δί' ἐξεμεσάτω, ὡς δὴ καὶ ἐπ' ἄλλους δελεάσωμεν.

ΠΑΡΡ. Εὖ ἔχει· τί φῂς, ὦ Διόγενες; οἶσθα τοῦτον ὅστις ἐστὶν, ἢ προσήκει σοί τι ἀνήρ;

ΔΙΟΓ. Οὐδαμῶς.

ΠΑΡΡ. Τί οὖν; πόσου ἄξιον αὐτὸν χρὴ φάναι; ἐγὼ μὲν γὰρ δύ' ὀβολῶν πρῴην αὐτὸν ἐτιμησάμην.

ΔΙΟΓ. Πολὺ λέγεις· ἄβρωτός τε γάρ ἐστι καὶ εἰδεχθὴς καὶ σκληρὸς καὶ ἄτιμος· ἄφες αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τῆς πέτρας· σὺ δὲ ἄλλον ἀνάσπασον καθεὶς τὸ ἄγκιστρον. Ἐκεῖνο μέντοι ὅρα, ὦ Παρρησιάδη, μὴ καμπτόμενός σοι ὁ κάλαμος ἀποκλασθῇ.

ΠΑΡΡ. Θάρρει, ὦ Διόγενες· κοῦφοί εἰσι καὶ τῶν ἀφύων ἐλαφρότεροι.

ΔΙΟΓ. Νὴ Δί', ἀφυέστατοί γε· ἀνάσπα δὲ ὅμως.

49. **ΠΑΡΡ.** Ἰδού· τίς ἄλλος οὗτος ὁ πλατύς; ὥσπερ ἡμίτομος ἰχθὺς προσέρχεται, ψῆττά τις, κεχηνὼς ἐς τὸ ἄγκιστρον· κατέπιεν, ἔχεται, ἀνεσπάσθω.

ΔΙΟΓ. Τίς ἐστιν;

ΕΛΕΓ. Ὁ Πλατωνικὸς εἶναι λέγων.

ΠΛΑΤ. Καὶ σὺ, ὦ κατάρατε, ἥκεις ἐπὶ τὸ χρυσίον;

ΠΑΡΡ. Τί φῂς, ὦ Πλάτων; τί ποιῶμεν αὐτόν;

ΠΛΑΤ. Ἀπὸ τῆς αὐτῆς πέτρας καὶ οὗτος.

50. **ΔΙΟΓ.** Ἐπ' ἄλλον καθείσθω.

ΠΑΡΡ. Καὶ μὴν ὁρῶ τινα πάγκαλον προσιόντα, ὡς ἂν ἐν βυθῷ δόξειεν, ποικίλον τὴν χρόαν, ταινίας τινὰς ἐπὶ τοῦ νώτου ἐπιχρύσους ἔχοντα. Ὁρᾷς, ὦ Ἔλεγχε; ὁ τὸν Ἀριστοτέλην προσποιούμενος οὗτός ἐστιν. Ἦλθεν, εἶτα πάλιν ἀπενήξατο. Περισκοπεῖ ἀκριβῶς, αὖθις ἐπανῆλθεν, ἔχανεν, εἴληπται, ἀνιμήσθω.

ΑΡΙΣΤ. Μή ἔρῃ με, ὦ Παρρησιάδη, περὶ αὐτοῦ· ἀγνοῶ γὰρ ὅστις ἐστίν.

ΠΑΡΡ. Οὐκοῦν καὶ οὗτος, ὦ Ἀριστότελες, κατὰ τῶν πετρῶν.

PHIL. Quorsum hæc facis, Parrhesiade? numquid lapides piscari cogitas e Pelasgico?

PARRH. Tace, quæso, Philosophia, et capturam exspecta. Tu vero, piscator Neptune, et tu, cara Amphitrite, multos nobis submitte pisces.

48. Verum video lupum speciosum, aut potius auratam.

ELENCH. Non: sed mustelus est. Accedit sane ad hamum hians: jam auri odorem captat: prope jam est: attigit, captus est: extrahamus.

PARRH. Et tu, Elenche, manum lineæ admove. Jam supra est. Age videam, quis es, piscium optime? Canis hic quidem est. Hercules! qui dentes! Quid hoc, vir bone, captus es, gulam dum sectaris circa petras, ubi putabas subeundo te latere posse: sed nunc manifestus eris omnibus, suspensus e branchiis. Eximamus escam, et hamum huncce. Vacuus jam tibi hamus, ficus jam insedit, et aurum descendit in ventrem.

DIOG. Per Jovem evomat, ut ea ad alios etiam esca utamur.

PARRH. Recte. Quid ais, Diogenes? nosti hunc quis sit, et ad tene aliqua ratione hic vir pertinet?

DIOG. Minime.

PARRH. Quid igitur? quanti illum æstimare par est? equidem duobus illum obolis nuper indicavi.

DIOG. Multum narras. Neque enim edulis est, et horridus aspectu, et durus, et nullius pretii. Demitte illum per petram præcipitem: tu vero alium hamo demisso extrahe. Illud tamen vide, Parrhesiade, ne inflexa tibi arundo frangatur.

PARRH. Noli metuere, Diogenes: leves enim sunt et minoris quam apuæ ponderis.

DIOG. Ita sane: maxime sunt cognati apuis, infelicissimi ingenii homines. Sed tamen extrahe.

49. **PARRH.** Vide: quis alius ille latus? quasi dimidiatus piscis accedit: rhombus est, hians ad hamum: deglutiit: tenetur: extrahatur.

DIOG. Quis est?

ELENCH. Platonicum se dicit.

PLAT. Et tu, sacerrime, ad aurum venis?

PARRH. Quid ais, Plato? quid illo faciemus?

PLAT. De eadem petra hic etiam.

50. **DIOG.** In alium jam demittatur hamus.

PARRH. Et sane video quendam undique pulchrum accedere, ut in profundo videri potest, vario colore, tænias quasdam per tergum inauratas habentem. Viden', Elenche? hic est qui Aristotelis se esse prædicat. Accessit: deinde rursus renatat: cum cura respicit: denuo redit: hiat, captus est: extrahatur.

ARIST. Noli me de illo interrogare, Parrhesiade: ignoro enim quis sit.

PARRH. Igitur hic quoque, o Aristoteles, de rupe ibit præceps.

51. ΔΙΟΓ. Ἀλλ' ἤν ἰδοὺ, πολλούς που τοὺς ἰχθῦς ὁρῶ κατὰ ταὐτὸν ὁμόχροας, ἀκανθώδεις καὶ τὴν ἐπιφάνειαν ἐκτετραχυσμένους, ἐχίνων δυσληπτοτέρους. Ἦ που σαγήνης ἐπ' αὐτοὺς δεήσει; ἀλλ' οὐ πάρεστιν. Ἱκανὸν εἰ κἂν ἕνα τινὰ ἐκ τῆς ἀγέλης ἀνασπάσαιμεν. Ἥξει δὲ ἐπὶ τὸ ἄγκιστρον δηλαδὴ ὃς ἂν αὐτῶν θρασύτατος ᾖ.

ΕΛΕΓ. Κάθες, εἰ δοκεῖ, σιδηρώσας γε πρότερον ἐπὶ πολὺ τῆς ὁρμιᾶς, ὡς μὴ ἀποπρίσῃ τοῖς ὀδοῦσι καταπιὼν τὸ χρυσίον.

ΠΑΡΡ. Καθῆκα. Σὺ δὲ, ὦ Πόσειδον, ταχεῖαν ἐπιτέλει τὴν ἄγραν. Βαβαὶ, μάχονται περὶ τοῦ δελέατος, καὶ συνάμα πολλοὶ περιτρώγουσι τὴν ἰσχάδα, οἱ δὲ προσφύντες ἔχονται τοῦ χρυσίου. Εὖ ἔχει· περιεπάρη τις μάλα καρτερός. Φέρ' ἴδω τίνος ἐπώνυμον σεαυτὸν εἶναι λέγεις; καίτοι γελοῖός γέ εἰμι ἀναγκάζων ἰχθὺν λαλεῖν· ἄφωνοι γὰρ αὐτοί. Ἀλλὰ σὺ, ὦ Ἔλεγχε, εἰπὲ ὅντινα ἔχει διδάσκαλον.

ΕΛΕΓ. Χρύσιππον τουτονί.

ΠΑΡΡ. Μανθάνω· διότι χρυσίον, οἶμαι, προσῆν τῷ ὀνόματι. Σὺ δ' οὖν, Χρύσιππε, πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς εἰπὲ, οἶσθα τοὺς ἄνδρας ἢ τοιαῦτα παρῄνεις αὐτοῖς ποιεῖν;

ΧΡΥΣ. Νὴ Δί', ὑβριστικὰ ἐρωτᾷς, ὦ Παρρησιάδη, προσήκειν τι ἡμῖν ὑπολαμβάνων τοιούτους ὄντας.

ΠΑΡΡ. Εὖ γε, ὦ Χρύσιππε, γενναῖος εἶ. Οὕτω γοῦν καὶ αὐτὸς ἐπὶ κεφαλὴν μετὰ τῶν ἄλλων, ἐπεὶ καὶ ἀκανθώδης ἐστὶ, καὶ δέος μὴ διαπαρῇ τις τὸν λαιμὸν ἐσθίων.

52. ΦΙΛ. Ἅλις, ὦ Παρρησιάδη, τῆς ἄγρας, μή καί τίς σοι, οἷοι πολλοί εἰσιν, οἴχηται ἀποσπάσας τὸ χρυσίον καὶ τὸ ἄγκιστρον, εἶτά σε ἀποτῖσαι τῇ ἱερείᾳ δεήσῃ. Ὥστε ἡμεῖς μὲν ἀπίωμεν περιπατήσουσαι· καιρὸς δὲ καὶ ὑμᾶς ἀπιέναι ὅθεν ἥκετε, μὴ καὶ ὑπερήμεροι γένησθε τῆς προθεσμίας. Σὺ δὲ καὶ ὁ Ἔλεγχος, ὦ Παρρησιάδη, κύκλῳ ἐπὶ πάντας αὐτοὺς ἰόντες ἢ στεφανοῦτε ἢ ἐγκάετε, ὡς ἔφην.

ΠΑΡΡ. Ἔσται ταῦτα, ὦ Φιλοσοφία. Χαίρετε, ὦ βέλτιστοι ἀνδρῶν. Ἡμεῖς δὲ κατίωμεν, ὦ Ἔλεγχε, καὶ τελῶμεν τὰ παραγγελλόμενα. Ποῖ δὲ καὶ πρῶτον ἀπιέναι δεήσει; μῶν ἐς τὴν Ἀκαδήμειαν ἢ ἐς τὴν Στοάν;

ΕΛΕΓ. Ἀπὸ τοῦ Λυκείου ποιησόμεθα τὴν ἀρχήν.

ΠΑΡΡ. Οὐδὲν διοίσει τοῦτο. Πλὴν οἶδά γε ἐγὼ ὡς ὅποι ποτ' ἂν ἀπέλθωμεν, ὀλίγων μὲν τῶν στεφάνων, πολλῶν δὲ τῶν καυτηρίων δεησόμεθα.

XVI.

ΚΑΤΑΠΛΟΥΣ Η ΤΥΡΑΝΝΟΣ.

1. ΧΑΡΩΝ. Εἶεν, ὦ Κλωθοῖ, τὸ μὲν σκάφος τοῦτο ἡμῖν πάλαι εὐτρεπὲς καὶ πρὸς ἀναγωγὴν εὖ μάλα παρεσκευασμένον· ὅ τε γὰρ ἄντλος ἐκκέχυται καὶ ὁ ἱστὸς

51. DIOG. Sed ecce multos illic pisces video in eodem loco concolores, spinosos, exasperata facie, echinis captu difficiliores. Anne sagena ad illos opus erit? Verum ad manus non est. Satis fuerit, vel unum de grege si extraxerimus. Nimirum veniet ad hamum, qui illorum erit audacissimus.

ELENCH. Demitte si videtur, ferrata prius probe linea, ne auro devorato dentibus illam serratis resecet.

PARRH. Demisi : tu vero, Neptune, propere piscatum perfice. Vah! pugnant de esca : et alii quidem simul multi ficum arrodunt, alii vero mordicus tenent aurum. Bene habet. Trajectus est hamo unus robustissimus. Age videam : cujus nomine te dictum ais? quanquam ridiculus equidem sum qui loqui piscem cogam; mutum enim hoc genus. Sed tu dic, Elenche, quem habeat magistrum.

ELENCH. Chrysippum hunc.

PARRH. Jam percipio : ideo quod aurum (Chrysus) inerat nomini. Tu igitur, Chrysippe, per Minervam, dic, an nosti hos viros? aut talia facere illos jubebas?

CHRYS. Contumeliose facis, Parrhesiade, quum talia nos interroges, hoc sumens, ad nos aliquid pertinere qui sint tales.

PARRH. Euge, Chrysippe, vir fortis es. Itaque hic etiam præceps eat cum reliquis, spinosus quum sit, metuendumque adeo, ne quis edere volens guttur sibi configat.

52. PHIL. Satis captum, Parrhesiade, ne quis tibi, ut sunt multi, abeat cum auro et hamo, ac tu deinde dependere antistitæ cogaris. Itaque nos quidem ambulatum ibimus in Peripatum : sed tempus etiam est vos abire unde venistis, ne commeatum vobis datum excedatis. Tu vero, Parrhesiade, et Elenchus, in orbem ad omnes illos euntes, vel coronate vel inurite ut jussi.

PARRH. Fiet istuc, Philosophia. Vos valete viri optimi. Nos vero, Elenche, descendamus, perfecturi quæ injuncta nobis sunt. Quorsum vero primo eundum erit? in Academiamne an in Porticum?

ELENCH. A Lyceo capiemus initium.

PARRH. Nihil intererit. Verum scio ego, quocumque tandem ibimus, paucis nobis coronis, cauteriis vero plurimis opus futurum.

XVI.

TRAJECTUS, SIVE TYRANNUS.

1. CHARON. Satis de his, Clotho. At scapha nobis dudum instructa, et ad trajectum parata optime est : exhausta enim sentina, erectus malus, velum passum, suo loco su-

ὤρθωται καὶ ἡ ὀθόνη παρακέκρουσται καὶ τῶν κωπῶν ἑκάστη τετρόπωται, κωλύει τε οὐδὲν, ὅσον ἐπ' ἐμοὶ, τὸ ἀγκύριον ἀνασπάσαντας ἀποπλεῖν. Ὁ δ' Ἑρμῆς βραδύνει, πάλαι παρεῖναι δέον· κενὸν γοῦν ἐπιβατῶν, ὡς ὁρᾷς, ἔστι τὸ πορθμεῖον τρὶς ἤδη τήμερον ἀναπεπλευκέναι δυνάμενον· καὶ σχεδὸν ἀμφὶ βουλυτόν ἐστιν, ἡμεῖς δὲ οὐδέπω οὐδὲ ὀβολὸν ἐμπεπολήκαμεν. Εἶτα ὁ Πλούτων εὖ οἶδα ὅτι ἐμὲ ῥᾳθυμεῖν ἐν τούτοις ὑπολήψεται, καὶ ταῦτα παρ' ἄλλῳ οὔσης τῆς αἰτίας. Ὁ δὲ καλὸς ἡμῖν κἀγαθὸς νεκροπομπὸς ὥσπερ τις ἄλλος καὶ αὐτὸς τὸ τῆς ἄνω Λήθης ὕδωρ πεπωκὼς ἀναστρέψαι πρὸς ἡμᾶς ἐπιλέλησται, καὶ ἤτοι παλαίει μετὰ τῶν ἐφήβων ἢ κιθαρίζει ἢ λόγους τινὰς διεξέρχεται ἐπιδεικνύμενος τὸν λῆρον τὸν αὐτοῦ, ἢ τάχα που καὶ κλωπεύει ὁ γεννάδας παρελθών· μία γὰρ αὐτοῦ καὶ αὕτη τῶν τεχνῶν. Ὁ δ' οὖν ἐλευθεριάζει πρὸς ἡμᾶς, καὶ ταῦτα ἐξ ἡμισείας ἡμέτερος ὤν.

2. **ΚΛΩΘΩ.** Τί δέ; οἶδας, ὦ Χάρων, εἴ τις ἀσχολία προσέπεσεν αὐτῷ, τοῦ Διὸς ἐπὶ πλέον δεηθέντος ἀποχρήσασθαι πρὸς τὰ ἄνω πράγματα; δεσπότης δὲ κἀκεῖνός ἐστιν.

ΧΑΡ. Ἀλλ' οὐχ ὥστε, ὦ Κλωθοῖ, πέρα τοῦ μετρίου δεσπόζειν κοινοῦ κτήματος, ἐπεὶ οὐδὲ ἡμεῖς ποτε αὐτὸν, ἀπιέναι δέον, κατεσχήκαμεν. Ἀλλ' ἐγὼ οἶδα τὴν αἰτίαν· παρ' ἡμιν μὲν γὰρ ἀσφόδελος μόνον καὶ χοαὶ καὶ πόπανα καὶ ἐναγίσματα, τὰ δ' ἄλλα ζόφος καὶ ὁμίχλη καὶ σκότος, ἐν δὲ τῷ οὐρανῷ φαιδρὰ πάντα καὶ ἥ τε ἀμβροσία πολλὴ καὶ τὸ νέκταρ ἄφθονον· ὥστε μοι ἥδιον παρ' ἐκείνοις βραδύνειν ἔοικε. Καὶ παρ' ἡμῶν μὲν ἀνίπταται καθάπερ ἐκ δεσμωτηρίου τινὸς ἀποδιδράσκων· ἐπειδὰν δὲ καιρὸς κατιέναι, σχολῇ καὶ βάδην μόλις ποτὲ κατέρχεται.

3. **ΚΛΩΘ.** Μηκέτι χαλέπαινε, ὦ Χάρων· πλησίον γὰρ αὐτὸς οὗτος, ὡς ὁρᾷς, πολλούς τινας ἡμῖν ἄγων, μᾶλλον δὲ ὥσπερ τι αἰπόλιον ἀθρόους αὐτοὺς τῇ ῥάβδῳ σοβῶν. Ἀλλὰ τί τοῦτο; δεδεμένον τινὰ ἐν αὐτοῖς καὶ ἄλλον γελῶντα ὁρῶ, ἕνα δέ τινα καὶ πήραν ἐξημμένον καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχοντα, δριμὺ ἐνορῶντα καὶ τοὺς ἄλλους ἐπισπεύδοντα. Οὐχ ὁρᾷς δὲ καὶ τὸν Ἑρμῆν αὐτὸν ἱδρῶτι ῥεόμενον καὶ τὼ πόδε κεκονιμένον καὶ πνευστιῶντα; μεστὸν γοῦν ἄσθματος αὐτῷ τὸ στόμα. Τί ταῦτα, ὦ Ἑρμῆ; τίς ἡ σπουδή; τεταραγμένος γὰρ ἡμῖν ἔοικας.

ΕΡΜ. Τί δ' ἄλλο, ὦ Κλωθοῖ, ἢ τουτονὶ τὸν ἀλιτήριον ἀποδράντα μεταδιώκων ὀλίγου δεῖν λειπόνεως ὑμῖν τήμερον ἐγενόμην;

ΚΛΩΘ. Τίς δ' ἐστίν; ἢ τί βουλόμενος ἀπεδίδρασκε;

ΕΡΜ. Τουτὶ μὲν πρόδηλον, ὅτι ζῆν μᾶλλον ἐβούλετο. Ἔστι δὲ βασιλεύς τις ἢ τύραννος, ἀπὸ γοῦν τῶν ὀδυρμῶν καὶ ὧν ἀνανωκύει, πολλῆς τινος εὐδαιμονίας ἐστερῆσθαι λέγων.

ΚΛΩΘ. Εἶθ' ὁ μάταιος ἀπεδίδρασκεν, ὡς ἐπιβιῶναι δυνάμενος, ἐπιλελοιπότος ἤδη τοῦ ἐπικεκλωσμένου αὐτῷ νήματος;

spensus unusquisque remus; neque quicquam in me moræ est, quominus sublata ancora solvamus. Sed moras nectit Mercurius, qui jam olim adesse debebat. Itaque vacua vectoribus, ut vides, navis est, quæ ter jam hodie trajecisse poterat: et prope jam vesperam est, nos vero obolum nondum fecimus. Deinde Pluto, bene novi, me omissiore esse his in rebus animo putabit, idque quum penes alium sit culpa. Præclarus vero ille noster et bonus mortuorum deductor, si quis alius, supra et ipse aquis Lethes potis redire ad nos oblitus est, et vel luctatur cum adolescentulis, vel cithara canit, aut orationes quasdam explicat, suis nugis ostendendis, aut forte obiter etiam furatrinam facit generosus ille: est enim hæc quoque una ipsius artium. Licenter igitur nobiscum agit, quum tamen ex semisse noster sit.

2. **CLOTHO.** Quid vero? an nosti, Charon, si quod forte negotium illi inciderit, dum Jovi opus fuerit opera illius diutius abuti ad superna negotia? herus autem et ille est.

CHAR. Verum non ita, Clotho, ut ultra modum imperitet communi mancipio: quandoquidem neque nos unquam illum retinuimus quum discedendum esset. Verum causam novi equidem. Apud nos enim asphodelus solum est, et libationes, et placentæ, et inferiæ; ceterum obscuritas, nebulæ, tenebræ: in cœlo vero læta sunt omnia, et multa ambrosia, et copiosissimum nectar: itaque suavius apud illos morari mihi videtur: atque a nobis quidem evolat, tanquam e carcere quodam fugiens; quum vero descendendi tempus est, otiose et lento gradu vix tandem aliquando adest.

3. **CLOTH.** Desine indignari, Charon; prope enim ipse est, ut vides, multos nobis adducens, vel potius ut gregem caprarum confertos virga agens. Sed quid hoc? vinctum quemdam inter hos, et alium ridentem, alium vero peram ab humeris suspensam et clavam in manu habentem video, torvum tuentem, et cogentem urgentemque reliquos. Nonne vides autem Mercurium ipsum sudore diffluentem, pulvere oppletis pedibus, et anhelantem? plenum enim spiritu os habet. Quid hæc, Mercuri? quæ ista est festinatio? perturbatus enim esse nobis videre.

MERC. Quid aliud, Clotho, quam quod, impurum hunc fugitivum dum persequor, navem parum abest quin hodie deseruerim?

CLOTH. Quis vero est? aut quid sibi voluit quum fugam molitus est?

MERC. Illud quidem apertum, vivere hominem maluisse. Est autem rex aliquis vel tyrannus, quantum quidem intelligas ex lacrimis, et quatenus ejulat, multa se felicitate privatum dicens.

CLOTH. Et ineptus homuncio fugere instituit, quasi diutius posset supervivere, deficiente jam, quod netum ipsi a me fuit, stamine?

4. ΕΡΜ. Ἀπεδίδρασκε, λέγεις; εἰ γὰρ μὴ ὁ γενναιότατος οὗτος, ὁ τὸ ξύλον, συνήργησέ μοι καὶ συλλαβόντες αὐτὸν ἐδήσαμεν, κἂν ᾤχετο ἡμᾶς ἀποφυγών· ἀφ' οὗ γάρ μοι παρέδωκεν αὐτὸν ἡ Ἄτροπος, παρ' ὅλην τὴν ὁδὸν ἀντέτεινε καὶ ἀντέσπα, καὶ τὼ πόδε ἀντερείδων πρὸς τοὔδαφος οὐ παντελῶς εὐάγωγος ἦν· ἐνίοτε δὲ καὶ ἱκέτευε καὶ κατελιπάρει ἀφεθῆναι πρὸς ὀλίγον ἀξιῶν καὶ πολλὰ δώσειν ὑπισχνούμενος. Ἐγὼ δὲ, ὥσπερ εἰκὸς, οὐκ ἀνίειν ὁρῶν ἀδυνάτων ἐφιέμενον. Ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὸ δὴ τὸ στόμιον ἦμεν, ἐμοῦ τοὺς νεκροὺς, ὡς ἔθος, ἀπαριθμοῦντος τῷ Αἰακῷ κἀκείνου λογιζομένου αὐτοὺς πρὸς τὸ παρὰ τῆς σῆς ἀδελφῆς πεμφθὲν αὐτῷ σύμβολον, λαθὼν οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ τρισκατάρατος ἀπιὼν ᾤχετο. Ἐνέδει οὖν νεκρὸς εἷς τῷ λογισμῷ, καὶ ὁ Αἰακὸς ἀνατείνας τὰς ὀφρῦς, Μὴ ἐπὶ πάντων, ὦ Ἑρμῆ, φησὶ, χρῶ τῇ κλεπτικῇ, ἅλις σοι αἱ ἐν οὐρανῷ παιδιαί· τὰ νεκρῶν δὲ ἀκριβῆ καὶ οὐδαμῶς λαθεῖν δυνάμενα. Τέτταρας, ὡς ὁρᾷς, πρὸς τοῖς χιλίοις ἔχει τὸ σύμβολον ἐγκεχαραγμένους, σὺ δέ μοι παρ' ἕνα ἥκεις ἄγων, εἰ μὴ τοῦτο φὴς, ὡς παραλελόγισταί σε ἡ Ἄτροπος. Ἐγὼ δὲ ἐρυθριάσας πρὸς τὸν λόγον ταχέως ὑπεμνήσθην τῶν κατὰ τὴν ὁδὸν, κἀπειδὴ περιβλέπων οὐδαμοῦ τοῦτον εἶδον, συνεὶς τὴν ἀπόδρασιν ἐδίωκον ὡς εἶχον τάχους κατὰ τὴν ἄγουσαν πρὸς τὸ φῶς· εἵπετο δὲ αὐθαίρετός μοι ὁ βέλτιστος οὗτος, καὶ ὥσπερ ἀπὸ ὕσπληγγος θέοντες κατελαμβάνομεν αὐτὸν ἤδη ἐν Ταινάρῳ· παρὰ τοσοῦτον ἦλθε διαφυγεῖν.

5. ΚΛΩΘ. Ἡμεῖς δὲ, ὦ Χάρων, ὀλιγωρίαν ἤδη τοῦ Ἑρμοῦ κατεγιγνώσκομεν.

ΧΑΡ. Τί οὖν ἔτι διαμέλλομεν ὡς οὐχ ἱκανῆς ἡμῖν γεγενημένης διατριβῆς;

ΚΛΩΘ. Εὖ λέγεις· ἐμβαινέτωσαν. Ἐγὼ δὲ προχειρισαμένη τὸ βιβλίον καὶ παρὰ τὴν ἀποβάθραν καθεζομένη, ὡς ἔθος, ἐπιβαίνοντα ἕκαστον αὐτῶν διαγνώσομαι, τίς καὶ πόθεν καὶ ὅντινα τεθνεὼς τὸν τρόπον· σὺ δὲ παραλαμβάνων στοίβαζε καὶ συντίθει· σὺ δὲ, ὦ Ἑρμῆ, τὰ νεογνὰ ταυτὶ πρῶτα ἐμβαλοῦ· τί γὰρ ἂν καὶ ἀποκρίναιντό μοι;

ΕΡΜ. Ἰδού σοι, ὦ πορθμεῦ, τὸν ἀριθμὸν οὗτοι τριακόσιοι μετὰ τῶν ἐκτεθειμένων.

ΧΑΡ. Βαβαὶ τῆς εὐαγρίας. Ὀμφακίας ἡμῖν νεκροὺς ἥκεις ἄγων.

ΕΡΜ. Βούλει, ὦ Κλωθοῖ, τοὺς ἀκλαύστους ἐπὶ τούτοις ἐμβιβασώμεθα;

ΚΛΩΘ. Τοὺς γέροντας λέγεις; οὕτω ποίει· τί γάρ με δεῖ πράγματα ἔχειν τὰ πρὸ Εὐκλείδου νῦν ἐξετάζουσαν; Οἱ ὑπὲρ ἑξήκοντα ὑμεῖς πάριτε ἤδη. Τί τοῦτο; οὐκ ἐπακούουσί μου βεβυσμένοι τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν ἐτῶν. Δεήσει τάχα καὶ τούτους ἀράμενον παραγαγεῖν.

ΕΡΜ. Ἰδοὺ πάλιν οὗτοι δυοῖν δέοντες τετρακόσιοι, τακεροὶ πάντες καὶ πέπειροι καὶ καθ' ὥραν τετρυγημένοι.

ΧΑΡ. Νὴ Δί', ἐπεὶ ἀσταφίδες γε πάντες ἤδη εἰσί.

6. ΚΛΩΘ. Τοὺς τραυματίας ἐπὶ τούτοις, ὦ Ἑρμῆ,

4. MERC. Instituisse fugere dicis? nisi enim vir ille fortissimus, ille cum clava, adjuvisset me, nisi comprehensum vinxissemus, fuga nobis evaserat. Ex quo enim tradiderat illum mihi Atropos, per totam viam contra contendit, et obtraxit gradum, pedibusque solo obnixus non sane facilis ductu fuit : interdum vero supplicavit etiam, et blandis precibus magnisque promissionibus interpositis, dimitti paullum rogavit. Ego vero, ut par erat, non remisi, quum ea illum petere viderem, quæ fieri non possunt. Quum vero in ipsis jam faucibus essemus, annumerante me pro more mortuos Æaco, et illo ad tesseram a tua sorore missam eos recensente, ilicet, clanculum exsecrabilis ille nescio quomodo abierat. Defuit igitur mortuus unus rationibus, et subductis Æacus superciliis, Noli, inquit, Mercuri, apud omnes illa furandi solertia uti : satis tibi apud superos lusus sit; mortuorum res accuratæ, neque latere quicquam potest. Quatuor et mille, ut vides, insculptos habet tabula; tu vero mihi uno minus adducis; nisi forte hoc dixeris, circumventum te ab Atropo. Ego vero erubescens ad hanc illius orationem, mox recordatus sum eorum quæ in via acta essent, quumque circumlatis oculis nusquam hunc viderem, intellecta fuga, quam celeriter potui, qua ad lucem itur persecutus sum; sua vero sponte insecutus me est vir optimus hicce : itaque velut emissi carceribus currentes comprehendimus hominem in ipso jam Tænaro : tantillum aberat quin effugisset.

5. CLOTH. Nos vero, Charon, jam negligentiæ Mercurium damnabamus.

CHAR. At quid cunctamur adhuc, quasi non satis jam morarum fuerit?

CLOTH. Bene dicis : inscendant. Ego vero libro in manus sumto ad scalas assidens, uti mos est, illorum ingredientem unumquemque cognoscam, quis sit et unde et qua ratione mortuus. Tu vero assumtos stipa et compone. At tu, Mercuri, hosce recens natos primum injice : quid enim mihi respondeant?

MERC. En tibi, portitor, trecenti hi sunt numero una cum expositis.

CHAR. Vah dives captura! acerbos nobis et immaturos mortuos adducis.

MERC. Vin', Clotho, ut indeploratos post hosce imponamus?

CLOTH. Senes dicis? ita facias. Quid enim molestiam subeam exquirendi nunc quæ ante Euclidem acta sunt? Vos jam accedite sexagenariis majores. Quid hoc? non exaudiunt me : ab annis ipsis (credo) occalluerunt illis aures. Opus forte erit ut hos quoque sublatos admoveamus.

MERC. En tibi hos etiam duodequadringentos, maturitate mites omnes et suo tempore vindemiatos.

CHAR. Ita sane : qui passi jam omnes et corrugati sint.

6. CLOTH. Jam vulneribus interfectos, Mercuri, admove.

παράγαγε· καὶ πρῶτοί μοι εἴπατε ὅπως ἀποθανόντες ἥκετε· μᾶλλον δὲ αὐτὴ πρὸς τὰ γεγραμμένα ὑμᾶς ἐπισκέψομαι. Πολεμοῦντας ἀποθανεῖν ἔδει χθὲς ἐν Μυσίᾳ τέτταρας ἐπὶ τοῖς ὀγδοήκοντα καὶ τὸν Ὀξυάρτου υἱὸν μετ' αὐτῶν Γωβάρην.

ΕΡΜ. Πάρεισι.

ΚΛΩΘ. Δι' ἔρωτα αὑτοὺς ἀπέσφαξαν ἑπτὰ, καὶ ὁ φιλόσοφος Θεαγένης διὰ τὴν ἑταίραν τὴν Μεγαρόθεν.

ΕΡΜ. Οὑτοιὶ πλησίον.

ΚΛΩΘ. Ποῦ δ' οἱ περὶ τῆς βασιλείας ὑπ' ἀλλήλων ἀποθανόντες;

ΕΡΜ. Παρεστᾶσιν.

ΚΛΩΘ. Ὁ δ' ὑπὸ τοῦ μοιχοῦ καὶ τῆς γυναικὸς φονευθείς;

ΕΡΜ. Ἰδού σοι πλησίον.

ΚΛΩΘ. Τοὺς ἐκ δικαστηρίων δῆτα παράγαγε, λέγω δὴ τοὺς ἐκ τυμπάνου καὶ τοὺς ἀνεσκολοπισμένους. Οἱ δ' ὑπὸ λῃστῶν ἀποθανόντες ἑκκαίδεκα ποῦ εἰσιν, ὦ Ἑρμῆ;

ΕΡΜ. Πάρεισιν οἵδε οἱ τραυματίαι, ὡς ὁρᾷς. Τὰς δὲ γυναῖκας ἅμα βούλει παραγάγω;

ΚΛΩΘ. Μάλιστα, καὶ τοὺς ἀπὸ ναυαγίων γε ἅμα· καὶ γὰρ τεθνᾶσι τὸν ὅμοιον τρόπον. Καὶ τοὺς ἀπὸ τοῦ πυρετοῦ δὲ, καὶ τούτους ἅμα, καὶ τὸν ἰατρὸν μετ' αὐτῶν Ἀγαθοκλέα.

7. Ποῦ δ' ὁ φιλόσοφος Κυνίσκος, ὃν ἔδει τῆς Ἑκάτης τὸ δεῖπνον φαγόντα καὶ τὰ ἐκ τῶν καθαρσίων ᾠὰ καὶ πρὸς τούτοις γε σηπίαν ὠμὴν ἀποθανεῖν;

ΚΥΝ. Πάλαι σοι παρέστηκα, ὦ βελτίστη Κλωθοῖ. Τί δέ με ἀδικήσαντα τοσοῦτον εἴασας ἄνω τὸν χρόνον; σχεδὸν γὰρ ὅλον μοι τὸν ἄτρακτον ἐπέκλωσας. Καίτοι πολλάκις ἐπειράθην τὸ νῆμα διακόψας ἐλθεῖν, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπως ἄρρηκτον ἦν.

ΚΛΩΘ. Ἔφορόν σε καὶ ἰατρὸν εἶναι τῶν ἀνθρωπίνων ἁμαρτημάτων ἀπελίμπανον. Ἀλλ' ἔμβαινε ἀγαθῇ τύχῃ.

ΚΥΝ. Μὰ Δί', εἰ μὴ πρότερόν γε τουτονὶ τὸν δεδεμένον ἐμβιβασόμεθα· δέδια γὰρ μή σε παραπείσῃ δεόμενος.

8. ΚΛΩΘ. Φέρ' ἴδω τίς ἐστι.

ΕΡΜ. Μεγαπένθης ὁ Λακύδου, τύραννος.

ΚΛΩΘ. Ἐπίβαινε σύ.

ΜΕΓ. Μηδαμῶς, ὦ δέσποινα Κλωθοῖ, ἀλλά με πρὸς ὀλίγον ἔασον ἀνελθεῖν. Εἶτά σοι αὐτόματος ἥξω καλοῦντος μηδενός.

ΚΛΩΘ. Τί δὲ ἔστιν οὗ χάριν ἀφικέσθαι θέλεις;

ΜΕΓ. Τὴν οἰκίαν ἐκτελέσαι μοι πρότερον ἐπίτρεψον· ἡμιτελὴς γὰρ ὁ δόμος καταλέλειπται.

ΚΛΩΘ. Ληρεῖς· ἀλλ' ἔμβαινε.

ΜΕΓ. Οὐ πολὺν χρόνον, ὦ Μοῖρα, αἰτῶ· μίαν με ἔασον μεῖναι τήνδε ἡμέραν, ἄχρι ἄν τι ἐπισκήψω τῇ γυναικὶ περὶ τῶν χρημάτων, ἔνθα τὸν μέγαν εἶχον θησαυρὸν κατορωρυγμένον.

34. Ἕτερον δ' οὖν τι καὶ τοιοῦτον αὐτῷ προσταχθῆναι· καλέσασα γὰρ αὐτὸν ἡ γυνὴ, Θεσμόπολι, φησὶν, οὕτως ὄναιο, χάριν οὐ μικρὰν αἰτούσῃ δὸς μηδὲν ἀντειπὼν μηδ' ὅπως ἐπὶ πλεῖόν σου δεήσομαι περιμείνας. Τοῦ δὲ, ὅπερ εἰκὸς ἦν, ὑποσχομένου πάντα πράξειν, Δέομαί σου τοῦτο, ἔφη, χρηστὸν ὁρῶσά σε καὶ ἐπιμελῆ καὶ φιλόστοργον, τὴν κύνα ἣν οἶσθα τὴν Μυρρίνην ἀναλαβὼν ἐς τὸ ὄχημα φύλαττέ μοι καὶ ἐπιμελοῦ ὅπως μηδενὸς ἐνδεὴς ἔσται· βαρύνεται γὰρ ἡ ἀθλία τὴν γαστέρα καὶ σχεδὸν ὡς ἐπίτεξ ἐστίν· οἱ δὲ κατάρατοι οὗτοι καὶ ἀπειθεῖς οἰκέται οὐχ ὅπως ἐκείνης, ἀλλ' οὐδ' ἐμοῦ αὐτῆς πολὺν ποιοῦνται λόγον ἐν ταῖς ὁδοῖς. Μὴ τοίνυν τι σμικρὸν οἰηθῇς εὖ ποιήσειν με τὸ περισπούδαστόν μοι καὶ ἥδιστον κυνίδιον διαφυλάξας. Ὑπέσχετο ὁ Θεσμόπολις πολλὰ ἱκετευούσης καὶ μονονουχὶ καὶ δακρυούσης. Τὸ δὲ πρᾶγμα παγγέλοιον ἦν, κυνίδιον ἐκ τοῦ ἱματίου προκῦπτον μικρὸν ὑπὸ τὸν πώγωνα καὶ κατουρῆσαν πολλάκις, εἰ καὶ μὴ ταῦτα ὁ Θεσμόπολις προσετίθει, καὶ βαΰζον λεπτῇ τῇ φωνῇ — τοιαῦτα γὰρ τὰ Μελιταῖα — καὶ τὸ γένειον τοῦ φιλοσόφου περιλιχμώμενον, καὶ μάλιστα εἴ τι τοῦ χθιζοῦ αὐτῷ ζωμοῦ ἐγκατεμέμικτο. Καὶ ὅ γε κίναιδος, ὁ ξύνεδρος, οὐκ ἀμούσως ποτὲ καὶ εἰς τοὺς ἄλλους τοὺς παρόντας ἐν τῷ ξυμποσίῳ ἀποσκώπτων, ἐπειδή ποτε καὶ ἐπὶ τὸν Θεσμόπολιν καθῆκε τὸ σκῶμμα, Περὶ δὲ Θεσμοπόλιδος, ἔφη, τοῦτο μόνον εἰπεῖν ἔχω, ὅτι ἀντὶ Στωϊκοῦ ἤδη

iter instituendum sit, reliqua omitto : sæpe vero quum pluit ultimus tu veniens (hoc enim sors tibi tribuit) jumenta exspectas, donec, quum jam non amplius sit devertendi copia, cum coquo te aut ciniflone dominæ in vehiculum compingunt, et ne virgultorum quidem satis substernunt.

33. Non piget etiam narrare tibi, quod sibi accidisse Thesmopolis, hic Stoicus, mihi narravit, ridiculum sane, quod aliis quoque usu venire posse non improbabile, per Jovem, fuerit. Vivebat ille in domo divitis et delicatæ mulieris ex nobilium in Urbe numero : quum autem peregre eundum esset aliquando, primum hoc sibi accidisse narravit omnino ridiculum, ut juxta se philosophum hominem, assidere juberetur cinædus quidam lævigatis pice cruribus et rasa barba : nempe in honore illum ipsa, ut facile est ad intelligendum, habebat : nomen etiam cinædi mihi retulit, Chelidonium dictum esse. Hoc igitur primum quale est! tetrico et seni viro, et cano mento, (nosti vero quam prolixam barbam et venerabilem Thesmopolis habuerit) assidere infucatum, et pictis genis, et natantibus oculis, et fracta cervice, non hirundinem sane (quæ nominis illius vis est), sed vulturem quendam vulsis barbæ pennis! et nisi multum deprecatus esset, etiam caput flammeo tectum habentem ait fuisse assessurum : se ergo tum cetera sexcentas in illa via molestias sustinuisse, cantillante illo et minuriente; qui, nisi ipse retinuisset, fortasse etiam in ipso plaustro esset saltaturus.

34. Verum injunctum sibi esse etiam aliud fere hujusmodi : vocans enim ipsum mulier, Da mihi, inquit, hanc veniam, Thesmopoli, sic fortunatus sis! magnam quidem, petenti nihil contradicens, nec exspecta, ut diutius te rogem. Illo vero, quod facile credas, pollicito se facturum omnia, Hoc, inquit, te rogo, quæ benignum te videam, et diligentem, et a natura factum ad amorem; canem quam nosti, Myrrhinam, receptam in vehiculum custodi mihi, et curam illius gere ne qua re indigeat : uterum enim gerit misera, et prope abest a partu : exsecrabiles vero illi et immorigeri servi, ne mei quidem ipsius, tantum abest ut illius, ullam rationem habent in via. Ne putes igitur te mediocriter de me mereri, si caniculam, de qua tantum laborem, suavissimamque mihi servaveris. Pollicetur Thesmopolis multum ita et tantum non cum lacrimis petenti. Res autem ridicula omnino, canicula de veste sub ipsam barbam prospiciens, et sæpe ipsum permingens, etiamsi illud quidem non addidit Thesmopolis, et minuta voce ganniens (tales enim sunt Melitenses illæ caniculæ), et mentum philosophi circumlambens, inprimis si quid pridiani juris in illo hæreret. Et cinædus ille, assessor, qui interdum non indocta dicta in ceteros quoque convivas jacere solet, quum in Thesmopolin quoque aliquando laxaret dicacitatem, De Thesmopolide, inquit,

Κυνικὸς ἡμῖν γεγένηται. Τὸ δ' οὖν κυνίδιον καὶ τετοκέναι ἐν τῷ τρίβωνι τῷ τοῦ Θεσμοπόλιδος ἐπυθόμην.

35. Τοιαῦτα ἐντρυφῶσι, μᾶλλον δὲ ἐνυβρίζουσι τοῖς ξυνοῦσι κατὰ μικρὸν αὐτοὺς χειροήθεις τῇ ὕβρει παρασκευάζοντες. Οἶδα δ' ἐγὼ καὶ ῥήτορα τῶν καρχάρων ἐπὶ τῷ δείπνῳ κελευσθέντα μελετήσαντα μὰ τὸν Δί' οὐκ ἀπαιδεύτως, ἀλλὰ πάνυ τορῶς καὶ ξυγκεκροτημένως· ἐπῃνεῖτο γοῦν μεταξὺ πινόντων οὐ πρὸς ὕδωρ μεμετρημένον, ἀλλὰ πρὸς οἴνου ἀμφορέας λέγων, καὶ τοῦτο ὑποστῆναι τὸ τόλμημα ἐπὶ διακοσίαις δραχμαῖς ἐλέγετο. Ταῦτα μὲν οὖν ἴσως μέτρια. Ἢν δὲ ποιητικὸς αὐτὸς ἢ συγγραφικὸς ὁ πλούσιος ᾖ, παρὰ τὸ δεῖπνον τὰ αὑτοῦ ῥαψῳδῶν, τότε καὶ μάλιστα διαρραγῆναι χρὴ ἐπαινοῦντα καὶ κολακεύοντα καὶ τρόπους ἐπαίνων καινοτέρους ἐπινοοῦντα. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ ἐπὶ κάλλει θαυμάζεσθαι ἐθέλουσι, καὶ δεῖ Ἀδώνιδας αὐτοὺς καὶ Ὑακίνθους ἀκούειν, πήχεως ἐνίοτε τὴν ῥῖνα ἔχοντας. Σὺ δ' οὖν ἐὰν μὴ ἐπαινῇς, ἐς τὰς λιθοτομίας τὰς Διονυσίου εὐθὺς ἀφίξῃ ὡς καὶ φθονῶν καὶ ἐπιβουλεύων αὐτῷ. Χρὴ δὲ καὶ σοφοὺς καὶ ῥήτορας εἶναι αὐτούς, κἂν εἴ τι σολοικίσαντες τύχωσιν, αὐτὸ τοῦτο τῆς Ἀττικῆς καὶ τοῦ Ὑμηττοῦ μεστοὺς δοκεῖν τοὺς λόγους καὶ νόμον εἶναι τὸ λοιπὸν οὕτω λέγειν.

36. Καίτοι φορητὰ ἴσως τὰ τῶν ἀνδρῶν. Αἱ δὲ [οὖν] γυναῖκες — καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεται, τὸ εἶναί τινας αὐταῖς πεπαιδευμένους μισθοῦ ὑποτελεῖς ξυνόντας καὶ τῷ φορείῳ ἑπομένους· ἓν γάρ τι καὶ τοῦτο τῶν ἄλλων καλλωπισμάτων αὐταῖς δοκεῖ, ἢν λέγηται ὡς πεπαιδευμέναι τέ εἰσι καὶ φιλόσοφοι καὶ ποιοῦσιν ᾄσματα οὐ πολὺ τῆς Σαπφοῦς ἀποδέοντα — διὰ δὴ ταῦτα μισθωτοὺς καὶ αὗται περιάγονται ῥήτορας καὶ γραμματικοὺς καὶ φιλοσόφους, ἀκροῶνται δ' αὐτῶν πηνίκα; — γελοῖον γὰρ καὶ τοῦτο — ἤτοι μεταξὺ κομμούμεναι καὶ τὰς κόμας παραπλεκόμεναι ἢ παρὰ τὸ δεῖπνον· ἄλλοτε γὰρ οὐκ ἄγουσι σχολήν. Πολλάκις δὲ καὶ μεταξὺ τοῦ φιλοσόφου τι διεξιόντος ἡ ἅβρα προσελθοῦσα ὤρεξε παρὰ τοῦ μοιχοῦ γραμμάτιον, οἱ δὲ περὶ σωφροσύνης ἐκεῖνοι λόγοι ἑστᾶσι περιμένοντες, ἔστ' ἂν ἐκείνη ἀντιγράψασα τῷ μοιχῷ ἐπαναδράμῃ πρὸς τὴν ἀκρόασιν.

37. Ἐπειδὰν δέ ποτε διὰ μακροῦ τοῦ χρόνου Κρονίων ἢ Παναθηναίων ἐπιστάντων, πέμπηταί τί σοι ἐφεστρίδιον ἄθλιον ἢ χιτώνιον ὑπόσαθρον, ἐνταῦθα μάλιστα πολλὴν δεῖ καὶ μεγάλην γενέσθαι τὴν πομπήν· καὶ ὁ μὲν πρῶτος εὐθὺς ἔτι σκεπτομένου παρακούσας τοῦ δεσπότου προδραμὼν καὶ προμηνύσας ἀπέρχεται μισθὸν οὐκ ὀλίγον τῆς ἀγγελίας προλαβών, ἕωθεν δὲ τρισκαίδεκα ἥκουσι κομίζοντες, ἕκαστος ὡς πολλὰ εἶπε καὶ ὡς ὑπέμνησε καὶ ὡς ἐπιτραπεὶς τὸ κάλλιον ἐπελέξατο διεξιών. Ἅπαντες δ' οὖν ἀπαλλάττονται λαβόντες, ἔτι καὶ βρενθυόμενοι, ὅτι μὴ πλείω ἔδωκας.

38. Ὁ μὲν γὰρ μισθὸς αὐτὸς κατὰ δύ' ὀβολοὺς ἢ τέτταρας, καὶ βαρὺς αἰτῶν σὺ καὶ ὀχληρὸς δοκεῖς. Ἵνα δ' οὖν λάβῃς, κολακευτέος μὲν αὐτὸς καὶ ἱκετευτέος, θε-

hoc solum habeo quod dicam, illum pro Stoico jam Cynicum nobis factum. Caniculam igitur etiam peperisse in pallio Thesmopolidis audivi.

35. Sic ad delicias, vel ad contumeliam potius abutuntur suis familiaribus, quos paullatim mansuetos et patientes injuriæ faciunt. Novi ego etiam rhetora quendam de asperis illis jussum in cœna declamare, non inerudite profecto, sed vehementer et concinne : laudabatur igitur inter pocula, qui non ad aquam demensam diceret, sed ad vini amphoras; dicebatur autem pro ducentis illam rem drachmis ausus esse. Sed hæc fortasse modica. Si vero dives ipse vel poeticam affectet laudem vel historicam, qui in convivio sua recitet, tum maxime est ubi rumpatur aliquis laudando, adulando, modis laudandi novis excogitandis. Sunt vero qui etiam pulchritudinis nomine admirationi esse postulent, quos Adonidas, vel Hyacinthos audire oportet, cubitalem licet nasum interdum habeant. Tu vero si non laudes, ilicet in Dionysii lautumias venies, utpote qui invideas ipsi et insidieris. Oportet autem doctos esse ipsos et rhetoras, et licet solœcismos committant, Atticæ tamen et Hymetti plenos videri illorum sermones, et legem esse in posterum ita dicendi.

36. Quanquam tolerabilia forte videantur quæ viri faciunt. Mulieres vero, nam hoc quoque nunc affectant mulieres, habere quosdam eruditos, mercede conductos sibi familiares, et lecticam assectantes, quandoquidem unum hoc inter reliqua ornamenta illis videtur, si dicantur eruditæ esse et philosophæ, et carmina faciant non multum inferiora Sapphicis : propter hæc igitur mulieres ipsæ quoque mercenarios circumducunt rhetores, et grammaticos, et philosophos. Audiunt vero illos, quando? (nam hoc quoque ridiculum) vel dum ornantur et comas disponi sibi curant, vel in cœna adeo : neque enim aliud ipsis otium suppetit. Sæpe vero, dum philosophus aliquid disputat, accedens ancilla a mœcho tabellas tradit : at illi de temperantia sermones insistunt expectantque, dum illa, mœcho postquam rescripserit, ad auditionem redeat.

37. Quum vero longo post tempore aliquando Saturnalibus instantibus vel Quinquatribus, mittitur tibi amiculum miserum aut tunica fere putris, tunc maxime multam institui magnamque pompam oportet. Et primus quidem, qui deliberante etiamnum domino illud sublegit, præcurrens et indicans, non parvo ablato nuncii præmio, redit. Mane vero tredecim veniunt ferentes munus, quorum unusquisque, ut multa dixerit, ut monuerit, ut dato sibi negotio pulcherrimum elegerit, commemorat. Omnes igitur cum munusculo abeunt, insuper cum fastidio quodam murmurantes, quod plura non dederis.

38. Merces ipsa minutatim tibi solvitur, obolis binis aut quaternis; si petas, gravis videris ac molestus. Ut igitur accipias; adulandum primo ipsi et supplicandum; colendus

ς δὲ καὶ ὁ οἰκονόμος, οὗτος μὲν καὶ ἄλλον θε-
τρόπον· οὐκ ἀμελητέος δὲ οὐδὲ ὁ ξύμβουλος καὶ
Καὶ τὸ ληφθὲν ἤδη προωφείλετο ἱματιοκαπήλῳ
ἢ σκυτοτόμῳ τινί. Ἄδωρα οὖν σοι τὰ δῶρα
ητα.

Πολυς δὲ ὁ φθόνος καί που καὶ διαβολή τις
ὑπεξανίσταται πρὸς ἄνδρα ἤδη τοὺς κατὰ
ους ἡδέως ἐνδεχόμενον· ὁρᾷ γὰρ ἤδη σὲ
τῶν συνεχῶν πόνων ἐκτετρυχωμένον καὶ
ν θεραπείαν σκάζοντα καὶ ἀπηυδηκότα, τὴν
ν δὲ ὑπανιοῦσαν· ὅλως γὰρ ὅπερ ἦν νοστιμώ-
σοὶ ἀπανθισάμενος καὶ τὸ ἐγκαρπότατον τῆς
καὶ τὸ ἀκμαιότατον τοῦ σώματος ἐπιτρίψας
ς σε πολυσχιδὲς ἐργασάμενος ἤδη περιβλέπει,
ἱ τῆς κόπρου ἀπορρίψει φέρων, ἄλλον δὲ ὅπως
αμένων τοὺς πόνους καρτερεῖν προσλήψεται,
μειράκιον αὐτοῦ ὅτι ἐπείρασας τότε ἢ τῆς γυ-
ϐραν παρθένον γέρων ἀνὴρ διαφθείρεις ἢ ἄλλο
τον ἐπικληθεὶς νύκτωρ ἐγκεκαλυμμένος ἐπὶ
ν ὠσθεὶς ἐξελήλυθας ἔρημος ἁπάντων καὶ ἄπο-
βελτίστην ποδάγραν αὐτῷ γήρᾳ παραλαβών,
ν τέως ᾔδεις, ἀπομαθὼν ἐν τοσούτῳ χρόνῳ,
δὲ μείζω τὴν γαστέρα ἐργασάμενος, ἀπλήρω-
ι ἀπαραίτητον κακόν· καὶ γὰρ ὁ λαιμὸς ἀπαι-
ῦ ἔθους καὶ ἀπομανθάνων αὐτὰ ἀγανακτεῖ.

Καί σε οὐκ ἄν τις ἄλλος δέξαιτο ἔξωρον ἤδη
καὶ τοῖς γεγηρακόσιν ἵπποις ἐοικότα, ὧν οὐδὲ
ὁμοίως χρήσιμον. Ἄλλως τε καὶ ἡ ἐκ τοῦ
αι διαβολὴ πρὸς τὸ μεῖζον εἰκαζομένη μοιχὸν
κέα σε ἤ τι τοιοῦτον ἄλλο δοκεῖν ποιεῖ· ὁ μὲν
ήγορος καὶ σιωπῶν ἀξιόπιστος, σὺ δ' Ἕλλην
ος τὸν τρόπον καὶ πρὸς πᾶσαν ἀδικίαν εὔκολος·
ς γὰρ ἅπαντας ἡμᾶς εἶναι οἴονται, καὶ μάλα
δοκῶ γάρ μοι καὶ τῆς τοιαύτης δόξης αὐτῶν,
σι περὶ ἡμῶν, κατανενοηκέναι τὴν αἰτίαν.
γὰρ ἐς τὰς οἰκίας παρελθόντες ὑπὲρ τοῦ μηδὲν
ήσιμον εἰδέναι μαγείας καὶ φαρμακείας ὑπέ-
καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ ἐπαγωγὰς
οῖς, καὶ ταῦτα πεπαιδεῦσθαι λέγοντες καὶ τρί-
πεχόμενοι καὶ πώγωνας οὐκ εὐκαταφρονήτους
οι. Εἰκότως οὖν τὴν ὁμοίαν περὶ πάντων
ἔχουσιν, οὓς ἀρίστους ᾤοντο, τοιούτους ὁρῶν-
μάλιστα ἐπιτηροῦντες αὐτῶν τὴν ἐν τοῖς δεί-
ι τῇ ἄλλῃ ξυνουσίᾳ κολακείαν καὶ τὴν πρὸς τὸ
ουλοπρέπειαν.

Ἀποσεισάμενοι δὲ αὐτοὺς μισοῦσι, καὶ μάλα
καὶ ἐξ ἅπαντος ζητοῦσιν ὅπως ἄρδην ἀπολέ-
ν δύνωνται· λογίζονται γὰρ ὡς ἐξαγορεύσουσιν
πολλὰ ἐκεῖνα τῆς φύσεως ἀπόρρητα ὡς ἅπαντα
ἀκριβῶς καὶ γυμνοὺς αὐτοὺς ἐπωπτευκότες.
ίνων ἀποπνίγει αὐτούς· ἅπαντες γὰρ ἀκριβῶς
σι τοῖς καλλίστοις τούτοις βιβλίοις, ὧν χρυσοῖ
φαλοί, πορφυρᾶ δ' ἔκτοσθεν ἡ διφθέρα, τὰ δ'
Θυέστης ἐστὶ τῶν τέκνων ἑστιώμενος ἢ Οἰδί-

autem dispensator quoque est, hic quidem alio culturæ genere : nec vero negligendus consiliarius et amicus. Porro quod accipis, id jam debebatur vestiario aut medico, aut sutori cuidam. Munera igitur illa non munera et nullius utilitatis.

39. Tum invidia multa, forte etiam calumnia paullatim contra te insurgit apud virum, sermones qui contra te habentur libenter jam excipientem. Videt enim te jam perpetuis laboribus detritum, et ad officia claudicantem, et defectum viribus, subeuntemque paullatim podagram. Omnino enim postquam florem ætatis valetudinisque tuæ præcerpsit, postquam fertilissimam vitæ tuæ partem et summum vigorem corporis contrivit, et pannum te undique fissum concinnavit, jam circumspicit, te quidem in quod sterquilinium abjiciat, alium vero ex iis, qui labores sustinere possunt, ut assumat. Tum igitur vel tentasse puerum ipsius, vel ancillam virginem dominæ subigere, homo senex, vel quiddam aliud huic simile incusatus noctu, capite obvoluto, præceps ejiceris domo, relictus ab omnibus, inops, cum senectute podagram etiam optimam nactus; oblitus hoc tanto tempore interjecto eorum quæ ante sciebas, ventre auctus majore quam culeus est, malo quod neque explere possis, nec deprecari. Etenim et gula poscit te ex consuetudine, et cum indignatione et querela dediscit.

40. Nec te facile alius quis recipiat, exoletum jam et equis vetulis similem, quorum neque pellis æque utilis. Alioquin etiam calumnia e tua expulsione orta, et majus quid suspicata, ut mœchus vel veneficus, vel horum simile aliquid videaris, efficit. Tuus enim accusator tacens etiam fide dignus : tu vero Græculus et levis ingenii, et ad scelus omne facilis. Tales enim universos nos esse arbitrantur : nec injuria. Videor enim mihi etiam talis illorum opinionis, quam de nobis habent, causam intellexisse. Multi enim in domos ingressi, quod nihil aliud utile scirent, vaticinia et veneficia polliciti sunt, et gratiam ab amasiis, et carmina magica contra hostes : idque quum facerent, se eruditos dicebant, et pallia induti erant et barbas submittebant minime contemnendas. Non absurde ergo similia de omnibus suspicantur, quum tales esse videant, quos putabant præstantissimos, maximeque quum observent eorum in cœnis et reliqua consuetudine adulationem, et quam servilem lucri causa personam suscipiant.

41. Quos vero ejecerunt, illos etiam, ut valde consentaneum est, odio habent, et undique quærunt funditus, si queant, perdere. Etenim arbitrantur illos enunciaturos multa illa in natura ipsorum ac moribus secreta, ut qui norint accurate omnia, et nudos ipsos inspexerint. Hoc igitur est, quod illos angit. Omnes enim accurate similes sunt pulcherrimis illis libris, quorum aurei umbilici, purpereique coloris membrana exterior; intus autem vel Thyestes est liberos suos epulatus, aut Œdipus cum matre

πους τῇ μητρὶ ξυνὼν ἢ Τηρεὺς δύο ἀδελφὰς ἅμα ὀπυίων. Τοιοῦτοι καὶ αὐτοί εἰσι, λαμπροὶ καὶ περίβλεπτοι, ἔνδον δ' ὑπὸ τῇ πορφύρᾳ πολλὴν τὴν τραγῳδίαν σκέποντες· ἕκαστον γοῦν αὐτῶν ἢν ἐξειλήσῃς, δρᾶμα οὐ μικρὸν εὑρήσεις Εὐριπίδου τινὸς ἢ Σοφοκλέους, τὰ δ' ἔξω πορφύρα εὐανθὴς καὶ χρυσοῦς ὁ ὀμφαλός. Ταῦτ' οὖν ξυνεπιστάμενοι αὐτοῖς μισοῦσι καὶ ἐπιβουλεύουσιν, εἴ τις ἀποστὰς ἀκριβῶς κατανενοηκὼς αὐτοὺς ἐκτραγῳδήσει καὶ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖ.

42. Βούλομαι δ' ὅμως ἔγωγε ὥσπερ ὁ Κέβης ἐκεῖνος εἰκόνα τινὰ τοῦ τοιούτου βίου σοι γράψαι, ὅπως ἐς ταύτην ἀποβλέπων εἰδῇς εἴ σοι παριτητέον ἐστὶν ἐς αὐτήν. Ἡδέως μὲν οὖν Ἀπελλοῦ τινος ἢ Παρρασίου ἢ Ἀετίωνος ἢ καὶ Εὐφράνορος ἂν ἐδεήθην ἐπὶ τὴν γραφήν· ἐπεὶ δὲ ἄπορον νῦν εὑρεῖν τινα οὕτω γενναῖον καὶ ἀκριβῆ τὴν τέχνην, ψιλὴν ὡς οἷόν τέ σοι ἐπιδείξω τὴν εἰκόνα. Καὶ δὴ γεγράφθω προπύλαια μὲν ὑψηλὰ καὶ ἐπίχρυσα καὶ μὴ κάτω ἐπὶ τοῦ ἐδάφους, ἀλλ' ἄνω τῆς γῆς ἐπὶ λόφου κείμενα, καὶ ἡ ἄνοδος ἐπὶ πολὺ καὶ ἀνάντης καὶ ὄλισθον ἔχουσα, ὡς πολλάκις ἤδη πρὸς τῷ ἄκρῳ ἔσεσθαι ἐλπίσαντας ἐκτραχηλισθῆναι διαμαρτόντος τοῦ ποδός· ἔνδον δὲ ὁ Πλοῦτος αὐτὸς καθήσθω χρυσοῦς ὅλος, ὡς δοκεῖ, πάνυ εὔμορφος καὶ ἐπέραστος, ὁ δ' ἐραστὴς μόλις ἀνελθὼν καὶ πλησιάσας τῇ θύρᾳ τεθηπέτω ἀφορῶν ἐς τὸ χρυσίον· παραλαβοῦσα δ' αὐτὸν ἡ Ἐλπίς, εὐπρόσωπος καὶ αὐτὴ καὶ ποικίλα ἀμπεχομένη, εἰσαγέτω σφόδρα ἐκπεπληγμένον τῇ εἰσόδῳ. Τοὐντεῦθεν δὲ ἡ μὲν Ἐλπὶς ἀεὶ προηγείσθω, διαδεξάμεναι δ' αὐτὸν ἄλλαι γυναῖκες, Ἀπάτη καὶ Δουλεία, παραδότωσαν τῷ Πόνῳ, ὁ δὲ πολλὰ τὸν ἄθλιον καταγυμνάσας τελευτῶν ἐγχειρισάτω αὐτὸν τῷ Γήρᾳ ἤδη ὑπονοσοῦντα καὶ τετραμμένον τὴν χρόαν· ὑστάτη δὲ ἡ Ὕβρις ἐπιλαβομένη συρέτω πρὸς τὴν Ἀπόγνωσιν· ἡ δ' Ἐλπὶς τὸ ἀπὸ τούτου ἀφανὴς ἀποπτέσθω, καὶ μηκέτι καθ' οὓς εἰσῆλθε τοὺς χρυσοῦς θυρῶνας, ἔκ τινος δ' ἀποστρόφου καὶ λεληθυίας ἐξόδου ἐξωθείσθω γυμνὸς προγάστωρ ὠχρὸς γέρων, τῇ ἑτέρᾳ μὲν τὴν αἰδῶ σκέπων, τῇ δεξιᾷ δὲ αὐτὸς ἑαυτὸν ἄγχων· ἀπαντάτω δ' ἐξιόντι ἡ Μετάνοια δακρύουσα ἐς οὐδὲν ὄφελος καὶ τὸν ἄθλιον ἐπαπολλύουσα. Τοῦτο μὲν ἔστω τὸ τέλος τῆς γραφῆς. Σὺ δ' οὖν, ὦ ἄριστε Τιμόκλεις, αὐτὸς ἤδη ἀκριβῶς ἐπισκοπῶν ἕκαστα ἐννόησον εἴ σοι καλῶς ἔχει προσελθόντα εἰς τὴν εἰκόνα κατὰ ταύτας τὰς θύρας κατ' ἐκείνην τὴν ἔμπαλιν αἰσχρῶς οὕτως ἐκπεσεῖν. Ὅ τι δ' ἂν πράττῃς, μέμνησο τοῦ σοφοῦ λέγοντος, Ὡς θεὸς ἀναίτιος, αἰτία δὲ ἑλομένου.

concumbens, aut duas simul sorores Tereus subigens. Tales et hi sunt, splendidi et conspicui, intus vero sub purpura tragœdiam multam tegentes. Si enim unumquemque eorum evolvas, fabulam invenies haud parvam, Euripide aliquo aut Sophocle dignam : extra autem sunt purpura florida, et umbilicus aureus. Horum ergo sibi conscii odio habent et struunt insidias, si quis ab illis sejunctus, qui accurate ipsos norit, tragœdiam ipsos faciat, et in vulgus de ipsis narret.

42. Volo tamen ego, ut Cebes ille, imaginem tibi quandam talis vitæ depingere, ut illa inspecta constituas, utrum in eam tibi ingrediendum sit. Libenter itaque Apellem quendam, aut Parrhasium, aut Aetionem, aut Euphranorem etiam ad picturam adhiberem : quandoquidem vero fieri non potest ut nunc inveniatur aliquis eo ingenio et hac artis accuratione, tenuem tibi, quantum a me potest, imaginem ostendam. Pingatur itaque vestibulum altum, inauratum, nec infra in solo, sed supra terram in colle situm : ascensus sit valde et arduus et lubricus, ut sæpe qui in summo se jam sperarent esse, vestigio fallente præcipitentur. Intra vero Plutus sedeat ipse, aurea specie totus, formosus idem atque amabilis : amator autem qui ægre ascendit et ad januam accessit, obstupescat oculis in aurum directis. Assumtum vero Spes, formosa et ipsa, et pictam vestem induta, introducat valde in ingressu perculsum. Inde vero Spes quidem præcedat semper, excipientes autem illum aliæ mulieres, Fraus, et Servitus, tradant Labori. At hic postquam multum exercuit miserum, commendet eum Senectuti, jam aliquantum ægrotantem et colorem vertentem : ultima vero Contumelia comprehensum abducat ad Desperationem. Spes ab hoc inde loco avolet nec conspiciatur amplius : ipse vero non jam per aureum qua ingressus fuerat vestibulum, sed per aversum quendam et latentem exitum nudus extrudatur, ventre prominulo, pallidus, senex, altera manu pudenda tegens, dextra autem suum ipse collum angens. Occurrat autem exeunti Pœnitentia nequicquam plorans, et magis perdens perditum. Hic quidem picturæ finis esto. At tu, Timocles optime, ipse jam diligenter inspiciens singula, cogita, an decere te putes, ingressum in vitam depictam per illas portas, altera illa janua opposita turpiter adeo elabi. Quicquid autem feceris, sapientis viri memento, qui, Innocens, inquit, deus est, culpa vero eligentis.

XVIII.

ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

1. Πάλαι σκοπῶ πρὸς ἐμαυτόν, ὦ καλὲ Σαβῖνε, ἅτινα σοι εἰκὸς ἐπελθεῖν εἰπεῖν ἀναγνόντι ἡμῶν τὸ περὶ τῶν

XVIII.

APOLOGIA.

1. Dudum apud me considero, pulcher Sabine, quid in mentem tibi venisse probabiliter dicam, legenti nostrum

ἐπὶ μισθῷ συνόντων βιβλίον· ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἀγελαστὶ διεξῄεις αὐτὸ καὶ πάνυ μοι πρόδηλον. Ἃ δὲ μεταξὺ καὶ ἐπὶ πᾶσιν ὑπὸ σοῦ ἐλέγετο, ταῦτα νῦν ἐφαρμόττειν ζητῶ τοῖς ἀνεγνωσμένοις. Εἰ τοίνυν μὴ κακὸς ἐγὼ μαντικὴν, δοκῶ μοι ἀκούειν σου λέγοντος· Εἶτά τις αὐτὸς ταῦτα γεγραφὼς καὶ κατηγορίαν οὕτω δεινὴν κατὰ τοῦ τοιούτου βίου διεξελθὼν, ἔπειτα πάντων ἐκλαθόμενος, ὀστράκου, φησὶ, μεταπεσόντος, ἑκὼν ἑαυτὸν φέρων ἐς δουλείαν οὕτω περιφανῆ καὶ περίβλεπτον ἐνσέσεικε; πόσοι Μίδαι καὶ Κροῖσοι καὶ Πακτωλοὶ ὅλοι μετέπεισαν αὐτὸν ἀφεῖναι μὲν τὴν ἐκ παίδων φίλην καὶ σύντροφον ἐλευθερίαν, πρὸς αὐτῷ δὲ ἤδη τῷ Αἰακῷ γενόμενον καὶ μονονουχὶ τὸν ἕτερον πόδα ἐν τῷ πορθμείῳ ἔχοντα παρέχειν ἑαυτὸν ἕλκεσθαι καὶ σύρεσθαι καθάπερ ὑπὸ κλοιῷ τινι χρυσῷ τὸν αὐχένα δεθέντα; [οἷά ἐστι τῶν τρυφώντων πλουσίων τὰ σφιγγία καὶ τὰ κουράλλια;] πολλὴ γοῦν ἡ διαφωνία τοῦ νῦν βίου πρὸς τὸ σύγγραμμα, καὶ τὸ ἄνω τοὺς ποταμοὺς χωρεῖν καὶ ἀνεστράφθαι τὰ πάντα καὶ παλινῳδεῖν πρὸς τὸ χεῖρον τοῦτ' ἂν εἴη οὐχ ὑπὲρ Ἑλένης μὰ Δί' οὐδ' ὑπὲρ τῶν ἐπ' Ἰλίῳ γενομένων, ἀλλ' ἔργῳ ἀνατρεπομένων τῶν λόγων, καλῶς πρότερον εἰρῆσθαι δοκούντων.

2. Ταῦτα μὲν πρὸς ἑαυτὸν, ὡς τὸ εἰκὸς, λέλεκταί σοι. Ἐπάξεις δὲ ἴσως καὶ πρὸς αὐτὸν ἐμὲ ξυμβουλήν τινα τοιαύτην οὐκ ἄκαιρον, ἀλλὰ φιλικὴν καὶ οἵῳ σοι χρηστῷ καὶ φιλοσόφῳ ἀνδρὶ πρέπουσαν. Ἢν μὲν οὖν κατ' ἀξίαν ὑποδὺς τὸ σὸν πρόσωπον ὑποκρίνωμαι, εὖ ἂν ἡμῖν ἔχοι καὶ τῷ Λογίῳ θύσομεν· εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ σὺ προσθήσεις τὰ ἐνδέοντα. Ὥρα τοίνυν μετασκευάσαντας ἡμᾶς τὴν σκηνὴν ἐμὲ μὲν σιωπᾶν καὶ ἀνέχεσθαι τεμνόμενον καὶ καόμενον, εἰ δέοι, ἐπὶ σωτηρίᾳ, σὲ δὲ ἐπιπάττειν τῶν φαρμάκων καὶ τὴν σμίλην ἅμα πρόχειρον ἔχοντα καὶ τὸ καυτήριον διάπυρον· καὶ δὴ παραλαβὼν τὴν ῥήτραν σὺ ταῦτα πρός με ὁ Σαβῖνος ἤδη λέγεις.

3. Πάλαι μὲν, ὦ φιλότης, ὡς εἰκὸς, ηὐδοκίμηταί σοι τουτὶ τὸ σύγγραμμα καὶ ἐν πολλῷ πλήθει δειχθὲν, ὡς οἱ τότε ἀκροασάμενοι διηγοῦντο, καὶ ἰδίᾳ παρὰ τοῖς πεπαιδευμένοις, ὁπόσοι ὁμιλεῖν αὐτῷ καὶ διὰ χειρὸς ἔχειν ἠξίωσαν· ἥ τε γὰρ τῶν λόγων παρασκευὴ οὐ μεμπτὴ καὶ ἡ ἱστορία πολλὴ καὶ ἐμπειρία τῶν πραγμάτων καὶ ὅτι ἕκαστα σαφῶς ἐλέγετο, καὶ τὸ μέγιστον, ὅτι χρήσιμα πᾶσιν ἦν, καὶ μάλιστα τοῖς πεπαιδευμένοις, ὡς μὴ ὑπ' ἀγνοίας σφᾶς αὐτοὺς εἰς δουλείαν ὑπάγοιεν. Ἐπεὶ δέ σοι μετέδοξε βελτίω ταῦτα εἶναι καὶ τὴν μὲν ἐλευθερίαν μακρὰ χαίρειν ἐᾶν, ζηλῶσαι δὲ τὸ ἀγεννέστατον ἐκεῖνο ἰαμβεῖον

ὅπου τὸ κέρδος, παρὰ φύσιν δουλευτέον,

ὅρα ὅπως μηδεὶς ἔτι ἀκούσεταί σου ἀναγιγνώσκοντος αὐτὸ, ἀλλὰ μηδ' ἄλλῳ παράσχῃς τῶν τὸν παρόντα σου βίον ὁρώντων ἐπελθεῖν τὰ γεγραμμένα, εὔχου δὲ Ἑρμῇ τῷ χθονίῳ καὶ τῶν ἀκηκοότων πρότερον πολλὴν λήθην κατασκεδάσαι, ἢ δόξεις τῷ τοῦ Κορινθίου μύθου ταὐτόν

de mercenariis familiaribus libellum. Nam id quidem omnino certum habeo, non sine risu te illum percurrisse. Quæ vero interjecto tempore et post omnia a te dicta sint, ea nunc componere his, quæ legisti, studeo. Nisi igitur male ego vaticinari didici, videor mihi audire te dicentem ista : Et est, qui postquam scripsit ipse talia, et gravem adeo accusationem contra hoc vitæ genus explicavit, repente omnium oblitus, cadente, ut aiunt, aliter calculo, sua se sponte in manifestam adeo conspicuamque servitutem alacriter demiserit? Quot hunc Midæ et Crœsi et Pactoli integri in sententiam aliam traduxere, ut relicta amica illa a teneris inde et cui innutritus est libertate, quum jam prope ipsum est Æacum, et tantum non alterum pedem in cymba Charontis habet, præberet se trahendum agendumque tanquam aureo circa cervices collari devinctum? [quales sunt delicatorum divitum simiolæ et puerulí?] Multum ergo hæc vita et illa scriptio discrepant, et hoc sane fuerit illud, quod aiunt, flumina retro ire et inversa omnia, et in pejus recantare, non de Helena per Jovem, aut his quæ ad Ilium gesta sunt, sed opere et factis retractantur quæ bene antea dicta videbantur.

2. Hæc quidem ad te ipsum, ut consentaneum, a te dicta sunt. Subjicies autem forte ad me ipsum etiam consilium quoddam ejusmodi non intempestivum, sed amicum, teque virum bonum et sapientem decens. Si igitur pro dignitate sumtam personam tuam egero, bene res habet nobis, et Eloquenti deo sacrificabimus : sin minus, at tu quæ desunt adjicies. Tempus est igitur, conversa inter nos scena, me silentio secandum urendumque, si opus sit, salutis causa præbere me, te vero medicamenta inspergere, cultrumque in promtu habere, et candens cauterium. Jamque sumtis dicendi partibus tu hæc ad me Sabinus, dicis.

3. Olim sane, amice, ut par erat, bonam famam tibi hoc scriptum adeptum est, tam in magna concione quum recitaretur, ut narrarunt mihi qui tum audiere, quam privatim apud eruditos, quotquot cognoscere illud et in manu habere dignati sunt. Etenim verborum in eo apparatus non contemnendus, et historiæ multum, et rerum peritia, et quod aperte omnia dicerentur : et maxime, quod utilia omnibus essent, eruditis præsertim, ne per ignorantiam ipsi in servitutem se conjiciant. Postquam vero mutata sententia tibi visum est, meliora hæc esse, et longum libertati vale dicere, imitarique ignavissimum illum versiculum,

Ubi lucra magna, serviant et liberi :

vide ne quis in posterum audiat te illud prælegentem, sed nec alii cuiquam eorum, qui præsentem vitam tuam inspiciunt, copiam facito legendi; sed infero Mercurio vota nuncupa, ut hos, qui prius audiere, Lethæis aquis perfundat : alioquin videberis idem esse expertus, quod est in

τι πεπονθέναι, κατὰ σαυτοῦ ὁ Βελλεροφόντης γεγραφὼς τὸ βιβλίον· μὰ γὰρ τὸν Δί' οὐχ ὁρῶ τὴν ἀπολογίαν, ἥτις ἂν εὐπρόσωπός σοι γένοιτο πρὸς τοὺς κατηγοροῦντας, καὶ μάλιστα, ἣν σὺν γέλωτι αὐτὸ ποιῶσιν ἐπαινοῦντες μὲν τὰ γεγραμμένα καὶ τὴν ἐν αὐτοῖς ἐλευθερίαν, αὐτὸν δὲ τὸν συγγραφέα δουλεύοντα ὁρῶντες καὶ ἑκόντα ὑποτιθέντα τὸν αὐχένα τῷ ζυγῷ.

4. Οὐκ ἀπεικότα γοῦν λέγοιεν ἄν, εἰ λέγοιεν ἤτοι ἄλλου του γενναίου ἀνδρὸς εἶναι τὸ βιβλίον καὶ σὲ τὸν κολοιὸν ἀλλοτρίοις πτεροῖς ἀγάλλεσθαι, ἢ εἴπερ σόν ἐστιν, ὅμοιά σε τῷ Σαλαίθῳ ποιεῖν, ὃς πικρότατον κατὰ μοιχῶν τοῖς Κροτωνιάταις νόμον θεὶς καὶ θαυμαζόμενος ἐπ' αὐτῷ μετὰ μικρὸν αὐτὸς ἑάλω μοιχεύων τοῦ ἀδελφοῦ τὴν γυναῖκα. Περὶ πόδα τοίνυν καὶ σὲ τὸν Σάλαιθον ἐκεῖνον εἶναι φαίη τις ἄν· μᾶλλον δὲ πολὺ μετριώτερος ἐκεῖνος, ἔρωτι μὲν ἁλούς, ὡς ἔφασκεν ἀπολογούμενος, ἑκὼν δὲ μάλα εὐψύχως ἐς τὸ πῦρ ἁλλόμενος, καίτοι ἐλεούντων αὐτὸν ἤδη Κροτωνιατῶν καὶ ἐνδιδόντων φυγεῖν, εἰ βούλοιτο. Τὸ δὲ σὸν οὐ παρὰ μικρὸν ἀτοπώτερον, ἀκριβοῦντος μὲν ἐν τοῖς λόγοις τὴν τοῦ τοιούτου βίου δουλοπρέπειαν καὶ κατηγοροῦντος, εἴ τις εἰς πλουσίου τινὸς ἐμπεσὼν καὶ καθείρξας ἑαυτὸν ἀνέχοιτο μυρία τὰ δυσχερῆ πάσχων καὶ ποιῶν, ἐν γήρᾳ δ' ὑστάτῳ καὶ σχεδὸν ἤδη ὑπὲρ τὸν οὐδὸν οὕτως ἀγεννῆ λατρείαν ἐπανῃρημένου καὶ μονονουχὶ καὶ ἐμπομπεύοντος αὐτῇ· ὅσῳ γοῦν πᾶσιν ἐπισημότερος εἶναι δοκεῖς, τοσούτῳ καταγελαστότερος ἂν δόξειας εἶναι, ἀντιφωνοῦντος τοῦ νῦν βίου τῷ βιβλίῳ.

5. Καίτοι τί δεῖ καινὴν ἐπὶ σὲ κατηγορίαν ζητεῖν μετὰ τὴν θαυμαστὴν τραγῳδίαν λέγουσαν

μισῶ σοφιστήν, ὅστις οὐχ αὑτῷ σοφός;

Οὐκ ἀπορήσουσι δὲ οἱ κατηγοροῦντες καὶ ἄλλων παραδειγμάτων ἐπὶ σέ, ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσιν, οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν, ἔξω δὲ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος ἀποθέμενοι τὰ προσωπεῖα γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες καὶ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ καὶ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τῷ θεάτρῳ δοκῇ· ἄλλοι δὲ τὸ τοῦ πιθήκου πεπονθέναι σε φήσουσιν, ὃν Κλεοπάτρᾳ τῇ πάνυ φασὶ γενέσθαι· ἐκεῖνον γὰρ διδαχθέντα τέως μὲν ὀρχεῖσθαι πάνυ κοσμίως καὶ ἐμμελῶς καὶ ἐπὶ πολὺ θαυμάζεσθαι μένοντα ἐν τῷ σχήματι καὶ τὸ πρέπον φυλάττοντα καὶ τοῖς ᾄδουσι καὶ αὐλοῦσι συγκινούμενον ὑμέναιον, ἐπεὶ δὲ εἶδεν ἰσχάδα, οἶμαι, ἢ ἀμύγδαλον πόρρω κειμένην, μακρὰ χαίρειν φράσαντα τοῖς αὐλοῖς καὶ ῥυθμοῖς καὶ ὀρχήμασι συναρπάσαντα κατατρώγειν, ἀπορρίψαντα, μᾶλλον δὲ συντρίψαντα τὸ πρόσωπον.

6. Καὶ σὺ τοίνυν, φαῖεν ἄν, οὐχ ὑποκριτής, ἀλλὰ ποιητὴς τῶν καλλίστων καὶ νομοθέτης γενόμενος ὑπὸ ταυτησὶ τῆς ἰσχάδος παραφανείσης ἠλέγχθης πίθηκος ὢν καὶ ἀπ' ἄκρου χείλους φιλοσοφῶν καὶ ἕτερα μὲν κεύθων ἐνὶ φρεσίν, ἄλλα δὲ λέγων, ὡς εἰκότως ἄν τινα ἐπὶ

fabula Corinthia, et ipse contra te Bellerophon scripsisse libellum. Ita enim me Jupiter amet, ut non video, quam causam, quæ quidem speciem habeat, contra accusantes possis dicere : præsertim si cum risu hoc faciant, laudantes scripta, et quæ in illis elucet libertatem, ipsum vero scriptorem servientem videntes et qui sponte collum jugo submiserit.

4. Non absurde itaque dixerint, si dixerint aut alterius cujusdam fortis viri esse librum, teque graculum alienis superbire pennis; aut, si tuus sit, idem te quod Salæthum facere, qui acerbissima apud Crotoniatas lege contra adulteros lata, eam ob causam celebratus, non ita multo post in adulterio cum fratris uxore deprehensus est. Ad amussim igitur te quoque Salæthum illum aliquis dixerit. Quia multo tolerabilior ille, amore qui captus esset, quemadmodum in causa dicenda commemoravit, et ultro in ignem atque animose insilierit, misericordia licet illius jam tangerentur Crotoniatæ, et exilii, si voluisset, copiam facerent. Tuum autem haud paullo absurdius factum est, qui servilem hujus vitæ humilitatem accurata oratione excusseris, accusaverisque si quis in divitis alicujus domum incidens et concludens se, sexcenta incommoda et pati et facere sustineat; extrema vero senectute et prope jam in limine, ignavam adeo servitutem subieris, et tantum non in ea te, tanquam in pompa quadam constitutus, ostentes. Quanto igitur insignior esse omnibus videris, tanto magis idem videare ridiculus, reclamante quam nunc agis vita libello tuo.

5. Quanquam quid opus est novam contra te accusationem circumspicere, post admirabilem illam tragœdiam, quæ,

Odi (inquit) sophistam qui sibi nihil sapit?

Nec deerunt his, qui accusare volent, etiam alia in te argumenta : sed alii tragicis te actoribus assimilabunt, qui in scena quidem Agamemno unusquisque aut Creon, aut ipse adeo Hercules sunt; extra vero Polus aut Aristodemus personis depositis fiunt mercenarii tragœdi, qui excidunt interdum exsibilanturque, interdum vero etiam, si ita videatur spectatoribus, flagellis quidam illorum cæduntur. Alii idem tibi usu venisse dicent quod simiæ, quam illustri Cleopatræ aiunt fuisse. Illam enim edoctam aliquamdiu quidem saltasse decenter admodum modulateque, ac multæ fuisse admirationi, quæ et habitum suum servaret, et decorum custodiret, et hymenæum voce tibiaque canentibus motus accommodaret, conspecta vero ficu, opinor, aut amygdala procul jacente, longum vale dixisse tibiis et modis et saltationibus, correptosque fructus abjecta vel contrita potius persona, devorasse.

6. Et tu igitur, dixerint, non actor, sed poeta rerum pulcherrimarum et legislator qui fueris, ab hac ostensa ficu simius esse et a primoribus labris philosophari convictus es, atque mente aliud celare, aliud promere verbis; ut jure aliquis de te dicat, quæ dicis et propter quæ lau-

ν ὅτι ἃ λέγεις καὶ ἐφ' οἷς ἐπαινεῖσθαι ἀξιοῖς, ν σου ἐδίηνεν, ὑπερῴην δ' αὐχμῶσαν καταλέ- Τοιγαροῦν παρὰ πόδας εὐθὺς ἔτισας δίκην, μὲν θρασυνάμενος πρὸς τὰς ἀνθρώπων χρείας, ρὸν δὲ μονονουχὶ ὑπὸ κήρυξιν ἐξομοσάμενος ιερίαν. Καὶ ἐῴκει ἡ Ἀδράστεια τότε κατόπιν σοι εὐδοκιμοῦντι ἐφ' οἷς κατηγόρεις τῶν ἄλ- κγελᾶν ὡς ἂν θεὸς εἰδυῖα τὴν μέλλουσάν σου ια μεταβολὴν καὶ ὅτι οὐκ εἰς τὸν κόλπον πτύ- ερον ἠξίους κατηγορεῖν τῶν διὰ ποικίλας τινὰς ιαῦτα πράττειν ὑπομενόντων.

γοῦν ὑποθεῖτό τις τῷ λόγῳ τὸν Αἰσχίνην μετὰ τοῦ Τιμάρχου κατηγορίαν αὐτὸν ἁλῶναι καὶ κι τὰ ὅμοια πάσχοντα, πόσον ἂν οἴει παρὰ τῶν γενέσθαι τὸν γέλωτα, εἰ Τίμαρχον μὲν ηὔθυνεν καθ' ὥραν ἡμαρτημένοις, αὐτὸς δὲ γέρων ἤδη εἰς ἑαυτὸν παρενόμει; Τὸ δ' ὅλον ἐκείνῳ τῷ πώλῃ ἔοικας, ὃς ἀποκηρύττων βηχὸς φάρμακον ίκα παύσειν τοὺς πάσχοντας ὑπισχνούμενος ταξὺ σπώμενος ὑπὸ βηχὸς ἐφαίνετο.

κῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα πολλὰ ἕτερα εἴποι ος σὺ κατηγορῶν ἐν οὕτως ἀμφιλαφεῖ τῇ ὑπο- μυρίας τὰς ἀφορμὰς παρεχομένῃ· ἐγὼ δὲ ἤδη ἥντινα καὶ τράπωμαι πρὸς τὴν ἀπολογίαν. κράτιστον, ἐθελοκακήσαντα καὶ τὰ νῶτα ἐπι- τα καὶ ἀδικεῖν οὐκ ἀρνούμενον ἐπὶ τὴν κοινὴν ἀπολογίαν καταφυγεῖν — λέγω δὲ τὴν Τύχην ιαν καὶ Εἱμαρμένην — καὶ παραιτεῖσθαι συγ- ἔχειν μοι τοὺς ἐπιτιμῶντας εἰδότας ὡς οὐδενὸς ριοι, ἀλλ' ὑπό τινος κρείττονος, μᾶλλον δὲ μιᾶς ειρημένων ἀγόμεθα οὐχ ἑκόντες, ἀλλ' ἀναίτιοι ισιν ὄντες ἃ ἂν λέγωμεν ἢ ποιῶμεν; ἢ τοῦτο μὲν δ̣ιωτικὸν, καὶ οὐδ' ἂν σύ με, ὦ φιλότης, ἀνά- ιαύτην ἀπολογίαν προϊσχόμενον καὶ συνήγορον ηρον παραλαμβάνοντα καὶ τὰ ἐκείνου ἔπη ῥα- α,

ῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

Γεινομένῳ ἐπένησε λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

ὶ δὲ τοῦτον ἀφεὶς τὸν λόγον ὡς οὐ πάνυ ἀξιόπι- εῖνο λέγοιμι, μήτε ὑπὸ χρημάτων μήτε ὑπ' ινὸς ἐλπίδος τοιαύτης δελεασθεὶς ὑποστῆναι τὴν αν συνουσίαν, ἀλλὰ τὴν σύνεσιν καὶ ἀνδρείαν αλόνοιαν τοῦ ἀνδρὸς θαυμάσας ἐθελῆσαι κοι- πράξεων τῷ τοιούτῳ, δέδοικα μὴ πρὸς τῇ ἐπι- ῃ κατηγορίᾳ κολακείας αἰτίαν προσλαβὼν κᾆτα μαι ἥλῳ, φασὶν, ἐκκρούων τὸν ἧλον, καὶ μεί- τὸν σμικρότερον, ὅσῳ κολακεία τῶν ἄλλων ν κακῶν τὸ δουλοπρεπέστατον εἶναι καὶ ταύτῃ ν νενόμισται.

Τί οὖν ἄλλο, εἰ μήτε ταῦτα μήτε ἐκεῖνα λέγειν πόλοιπόν ἐστιν ἢ ὁμολογεῖν μηδὲ ἓν ὑγιὲς εἰπεῖν

dem affectas, ea labra rigasse quidem, siccum liquisse palatum. Itaque e vestigio statim pœnas dedisti, qui temere audaciam sumseris contra hominum necessitates, paullo post autem tantum non sub præcone libertatem ejuraveris. Ac videtur laudibus tibi hominum ab accusatione aliorum florenti a tergo tum astans Adrastea te derisisse, quæ utpote dea futuram tuam ad idem vitæ genus mutationem videret, atque illud etiam, quod non despuens ante in tuum sinum, accusares eos qui per quandam fortunæ varietatem facere talia sustinerent.

7. Si quis igitur hoc declamationi argumentum ponat Æschinem post Timarchi accusationem ipsum deprehendi patientem similia : quantum a spectantibus risum putas oriturum, si Timarchum quidem in judicium vocet ob ea quæ in flore ætatis peccaverit, ipse vero jam senex eadem in se designet? In summa, pharmacopolæ illi similis es, qui tussis remedium prædicans, et statim liberaturum se illa laborantes pollicitus, ipse interim convelli a tussi cerneretur.

8. Hæc igitur et in hoc genere multa alia dicat aliquis tui similis accusator in argumento ita copioso et mille dicendi opportunitates præbente. Ego vero jam dispicio qua via ad causam dicendam aggrediar. Numquid optimum fuerit sponte me succumbere et tergum præbere, nec negare peccatum, sed ad communem illam deprecationem confugere; Fortunam dico, et Parcam, et Fatum; ac rogare veniam hos qui me reprehendant, quum sciant, nullius rei penes nos arbitrium esse, sed a præstantiore natura, aut potius ab una earum quas prædiximus, agi non sponte nostra, sed extra causam undiquaque constitutos, quicquid dicamus faciamusve? An plane hoc plebeium, ut neque tu me, amice, feras, talem defensionem si prætendam, et Homerum advocatum asciscam, versusque illius recitem,

Fatum equidem nullum dico effugisse virorum;

et illud,

Nascenti nevit, genitrix quum funderet alvo.

9. Sin relicta hac oratione tanquam non valde probabili, illud dicam, me neque a pecuniæ neque ab alia id genus cupiditate illectum, subiisse præsentem convictum, sed prudentiæ, fortitudinis et magnanimitatis in hoc viro admiratione voluisse in communionem venire talis illius actuum : metuo ne ad intentatam accusationem adulationis insuper crimen subeam, deprehendarque clavo, quod aiunt, clavum ejicere, majori quidem minorem, in quantum adulatio malorum omnium reliquorum maxime servile esse, et hoc ipso nomine pessimum, perhibetur.

10. Quid igitur, si neque hæc neque illa dicenda videntur, aliud relinquitur, quam ut confitear nihil quicquam

ἔχειν; Μία μοι ἴσως ἐκείνη ἄγκυρα ἔτι ἄβροχος, ὀδύρεσθαι τὸ γῆρας καὶ τὴν νόσον καὶ μετὰ τούτων τὴν πενίαν πάντα ποιεῖν καὶ πάσχειν ἀναπείθουσαν, ὡς ἐκφύγοι τις αὐτήν· καὶ ἐν τῷ τοιούτῳ οὐκ ἄκαιρον ἴσως καὶ τὴν τοῦ Εὐριπίδου Μήδειαν παρακαλέσαι παρελθοῦσαν εἰπεῖν ὑπὲρ ἐμοῦ ἐκεῖνα τὰ ἰαμβεῖα μικρὸν αὐτὰ παρῳδήσασαν·

Καὶ μανθάνω μὲν οἷα δρᾶν μέλλω κακά,
πενία δὲ κρείσσων τῶν ἐμῶν βουλευμάτων.

Τὸ μὲν γὰρ τοῦ Θεόγνιδος κἂν ἐγὼ μὴ λέγω, τίς οὐκ οἶδεν, οὐκ ἀπαξιοῦντος, καὶ ἐς βαθυκήτεα πόντον σφᾶς αὐτοὺς ῥιπτεῖν καὶ κατὰ κρημνῶν γε ἠλιβάτων, εἰ μέλλοι τις οὕτως ἀποδράσεσθαι τὴν πενίαν;

11. Ταῦτα μὲν εἶναι δοκεῖ, ἅ τις ἂν ὡς ἐν τοιούτῳ ἀπολογήσασθαι ἔχοι, οὐ πάνυ εὐπρόσωπον ἕκαστον αὐτῶν. Σὺ δέ μοι θάρρει, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐδενὶ τούτων ἐμοῦ χρησομένου· μὴ γὰρ τοσοῦτός ποτε λιμὸς καταλάβοι τὸ Ἄργος, ὡς τὴν Κυλλάραβιν σπείρειν ἐπιχειρεῖν· οὐδ' ἡμεῖς οὕτω πένητες εὐλόγου ἀπολογίας ὡς ὑπ' ἀπορίας τὰ τοιαῦτα χρησφύγετα πρὸς τὴν κατηγορίαν ζητεῖν. Ἀλλά μοι ἐκεῖνο ἐννόησον, ὡς πάμπολυ διαφέρει, ἐς οἰκίαν τινὸς πλουσίου ὑπόμισθον παρελθόντα δουλεύειν καὶ ἀνέχεσθαι ὅσα μοί φησι τὸ βιβλίον, ἢ δημοσίᾳ πράττοντά τι τῶν κοινῶν καὶ ἐς δύναμιν πολιτευόμενον ἐπὶ τούτῳ παρὰ βασιλέως μισθοφορεῖν. Διελθὼν δὴ καὶ ἰδίᾳ καταθεὶς ἑκάτερον σκόπει· εὑρήσεις γὰρ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν τὸ πρᾶγμα, καὶ τοσοῦτον ἐοικότας ἀλλήλοις τοὺς βίους, ὅσον μόλυβδος ἀργύρῳ καὶ χαλκὸς χρυσῷ καὶ ἀνεμώνη ῥόδῳ καὶ ἀνθρώπῳ πίθηκος· μισθὸς μὲν γὰρ δὴ κἀκεῖ κἀνταῦθα καὶ τὸ ὑπ' ἄλλῳ τάττεσθαι, τὸ δὲ πρᾶγμα παμπόλλην ἔχει τὴν διαφωνίαν. Ἐκεῖ μὲν γὰρ δουλεία σαφὴς καὶ οὐ πολὺ τῶν ἀργυρωνήτων καὶ οἰκοτρίβων διαφέρουσιν οἱ ἐπὶ τῷ τοιουτῳὶ εἰσιόντες, οἱ δὲ τὰ κοινὰ διὰ χειρὸς ἔχοντες καὶ πόλεσι καὶ ἔθνεσιν ὅλοις σφᾶς αὐτοὺς χρησίμους παρέχοντες οὐκ ἂν εἰκότως ἐκ μόνου τοῦ μισθοῦ διαβάλλοιντο καὶ ἐς ὁμοιότητα καὶ κοινωνίαν τῆς κατηγορίας καθέλκοιντο· ἐπεὶ οὐκ ἂν φθάνοι τις ἁπάσας ἀναιρῶν τὰς τοιαύτας προστασίας, καὶ οὔτε οἱ τοσαῦτα ἔθνη ἐπιτροπεύοντες οὔθ' οἱ τὰς πόλεις ἁρμόττοντες οὔθ' οἱ τὰς φάλαγγας ἢ στρατόπεδα ὅλα ἐγχειριζόμενοι ὀρθῶς ποιήσουσιν, ἐπεὶ καὶ μισθὸς αὐτῶν τῷ ἔργῳ πρόσεστιν. Ἀλλ' οὐκ ἀφ' ἑνός, οἶμαι, χρὴ ἀνατρέπειν τὰ πάντα οὐδ' ἰσοτιμίαν τῶν μισθοφορούντων καθιστάναι.

12. Τὸ δὲ ὅλον οὐ τοὺς μισθαρνοῦντας ἅπαντας ἐγὼ φαύλῳ βίῳ συνεῖναι ἔφασκον, ἀλλὰ τοὺς ἐν ταῖς οἰκίαις ἐπὶ προφάσει παιδεύσεως δουλεύοντας ᾤκτειρον. Τουτὶ δέ, ὦ ἑταῖρε, τὸ ἡμέτερον πρᾶγμα παντάπασιν ἑτεροῖόν ἐστιν, εἴ γε τὰ μὲν οἴκοι ἰσότιμα ἡμῖν, δημοσίᾳ δὲ τῆς μεγίστης ἀρχῆς κοινωνοῦμεν καὶ τὸ μέρος συνδιαπράττομεν. Ἔγωγ' οὖν, εἰ σκέψαιο, δόξαιμ' ἄν σοι οὐ τὸ σμικρότατον τῆς Αἰγυπτίας ταύτης ἀρχῆς ἐγκεχειρί-

sani me quod dicam habere? Illa forte una mihi ancora adhuc in sicco est, deplorare senectutem, et morbum, et cum his paupertatem, facere omnia ac pati persuadentem, ut quis illam effugiat : ubi forte nec intempestivum fuerit Euripidis Medeam advocare, quæ in medium progressa dicat pro me iambos illos paulum quiddam inflexos,

Nec me, scelesta quantum moliar, fugit;
sed major urget meis consiliis inopia.

Illa enim Theognidis vel me tacente quis ignorat, non indignum putantis vel in mare cetosum abjicere se, vel montis ab aerii præcipitio, si quis hoc modo queat effugere pauperiem?

11. Hæc igitur esse videntur, quæ quis in tali re defendendi criminis causa dicere habeat, quorum nullum unum per se valde speciosum. At bono te, sodalis, animo esse jubeo, utpote nullo horum me usuro : ne enim talis unquam fames Argos deprehendat, ut Cyllarabin conserere conetur. Neque nos ita pauperes defensionis rationabilis, ut præ inopia id genus effugia contra accusationem quæramus. Sed illud mihi cogita, multum omnino hæc inter se differre, utrum in domum divitis cujusdam mercede conductus aliquis ingrediatur, et ibi serviat sustineatque quæcumque mihi dicit liber, an vero publicæ rei partem aliquam tractans et pro virili parte administrans, mercedem eo nomine ab imperatore accipiat. Nimirum percurre, et separatim unumquodque horum positum considera. Invenies sane musicorum illud Disdiapason, hoc est eo quod maximum est intervallo scriptum illud distare a facto meo, ac tantundem sibi similem utramque vitam, quantum argento plumbum, æs auro, et anemone rosæ, et homini simius. Etenim merces quidem et illic et hic est, et quod alieno paretur imperio : at res ipsa plurimum discrepat. Nam ibi quidem servitus manifesta nec multum emtis mancipiis distant qui ea lege accedunt : at qui publicam rem tractant, et urbibus gentibusque integris utiles se præstant, eos iniquum fuerit solius mercedis causa male audire, et in similitudinem communionemque criminis detrahi. Quandoquidem ubi primum aliquis omnes id genus præfecturas sustulerit : neque ipsi qui tantas gentes procurant, neque qui urbium statum ordinant, neque quibus legiones et exercitus integri mandati sunt, recte facient, quum merces ipsorum quoque operi proposita sit. Verum non oportet uno omnia impetu evertere, neque uno loco qui mercedem accipiunt omnes habere.

12. In universum vero non omnes ego qui mercede locarent operas, miseram vitam dixi vivere, sed eos miseratus sum, qui in domibus institutionis obtentu serviunt. Hoc vero nostrum, o sodalis, negotium longe diversum est: quandoquidem privatim eodem quo ante loco sumus, publice autem in maximi communionem imperii venimus, ejusque partem una administramus. Equidem, si considerare velis, videar tibi non minimam Ægyptii hujus imperii partem

θαι, τὰς δίκας εἰσάγειν καὶ τάξιν αὐταῖς τὴν προσήκουσαν ἐπιτιθέναι καὶ τῶν πραττομένων καὶ λεγομένων ἐπαξαπάντων ὑπομνήματα γράφεσθαι καὶ τάς τε ῥητορείας τῶν δικαιολογούντων ῥυθμίζειν καὶ τὰς τοῦ ἄρχοντος γνώσεις πρὸς τὸ σαφέστατον ἅμα καὶ ἀκριβέστατον σὺν πίστει τῇ μεγίστῃ διαφυλάττειν καὶ παραδιδόναι δημοσίᾳ πρὸς τὸν ἀεὶ χρόνον ἀποκεισομένας, καὶ ὁ μισθὸς οὐκ ἰδιωτικὸς, ἀλλὰ παρὰ τοῦ βασιλέως, οὐ σμικρὸς οὐδὲ οὗτος, ἀλλὰ πολυτάλαντος· καὶ τὰ μετὰ ταῦτα δὲ οὐ φαῦλαι ἐλπίδες, εἰ τὰ εἰκότα γίγνοιτο, ἀλλ' ἔθνος ἐπιτραπῆναι ἤ τινας ἄλλας πράξεις βασιλικάς.

13. Ἐθέλω γοῦν ἐκ περιττοῦ χρησάμενος τῇ παρρησίᾳ καὶ ὁμόσε χωρήσας τῷ ἐπιφερομένῳ ἐγκλήματι καθ' ὑπερβολὴν ἀπολογήσασθαι, καὶ δὴ φημί σοι μηδένα μηδὲν ἀμισθὶ ποιεῖν, οὐδ' ἂν τοὺς τὰ μέγιστα πράττοντας εἴπῃς, ὅπου μηδὲ βασιλεὺς αὐτὸς ἄμισθός ἐστιν. Οὐ φόρους λέγω οὐδὲ δασμοὺς, ὁπόσοι παρὰ τῶν ἀρχομένων ἐπέτειοι φοιτῶσιν, ἀλλ' ἔστι βασιλεῖ μισθὸς μέγιστος ἔπαινοι καὶ ἡ παρὰ πᾶσιν εὔκλεια καὶ τὸ ἐπὶ ταῖς εὐεργεσίαις προσκυνεῖσθαι, καὶ εἰκόνες δὲ καὶ νεῲ καὶ τεμένη, ὁπόσα παρὰ τῶν ἀρχομένων ἔχουσι, μισθοὶ καὶ ταῦτά εἰσιν ὑπὲρ τῶν φροντίδων καὶ προνοίας, ἣν εἰσφέρονται προσκοποῦντες ἀεὶ τὰ κοινὰ καὶ βελτίω ποιοῦντες. Ὡς δὴ μικρὰ μεγάλοις εἰκάζειν, ἢν ἐθέλῃς ἀρξάμενος ἀπὸ τῆς τοῦ σωροῦ κορυφῆς ἐφ' ἕκαστον τούτων, ἀφ' ὧν σύγκειται, καταβαίνειν, ὄψει ὅτι μεγέθει καὶ σμικρότητι διαλλάττομεν τῶν ἀκροτάτων, τὰ δ' ἄλλα μισθοφόροι ὁμοίως ἅπαντες.

14. Εἰ μὲν οὖν τοῦτον ἐτεθείκειν τὸν νόμον, μηδένα μηδὲν πράττειν, ἔνοχος ἂν εἰκότως ἐδόκουν τῇ παρανομίᾳ, εἰ δὲ τοῦτο μὲν οὐδαμοῦ τοῦ βιβλίου λέλεκταί μοι, χρὴ δὲ τὸν ἀγαθὸν ἄνδρα ἐνεργὸν εἶναι, τί ἂν ἄλλο ἐς δέον αὑτῷ χρῷτο, ἢ φίλοις συμπονῶν πρὸς τὰ βέλτιστα κἀν τῷ μέσῳ ὑπαίθριος πεῖραν αὑτοῦ διδοὺς ὅπως ἔχει πίστεως καὶ σπουδῆς καὶ εὐνοίας πρὸς τὰ ἐγκεχειρισμένα, ὡς μὴ, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο, « ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης » εἴη.

15. Πρὸ δὲ τῶν ὅλων μεμνῆσθαι χρὴ τοὺς ἐπιτιμῶντας ὅτι οὐ σοφῷ ὄντι μοι — εἰ δή τις καὶ ἄλλος ἐστί που σοφός — ἐπιτιμήσουσιν, ἀλλὰ τῷ ἐκ τοῦ πολλοῦ δήμου, λόγους μὲν ἀσκήσαντι καὶ τὰ μέτρια ἐπαινουμένῳ ἐπ' αὐτοῖς, πρὸς δὲ τὴν ἄκραν ἐκείνην τῶν κορυφαίων ἀρετὴν οὐ πάνυ γεγυμνασμένῳ· καὶ μὰ Δί' οὐδ' ἐπὶ τούτῳ ἀνιᾶσθαί μοι ἄξιον, ὅτι μηδὲ ἄλλῳ ἐγὼ γοῦν ἐντετύχηκα τὴν τοῦ σοφοῦ ὑπόσχεσιν ἀποπληροῦντι. Σοῦ μέντοι καὶ θαυμάσαιμ' ἂν ἐπιτιμῶντός μου τῷ νυνὶ βίῳ, εἴ γε ἐπιτιμῴης, ὃν πρὸ πολλοῦ ᾔδεις ἐπὶ ῥητορικῇ δημοσίᾳ μεγίστας μισθοφορὰς ἐνεγκάμενον, ὁπότε κατὰ θέαν τοῦ ἑσπερίου Ὠκεανοῦ καὶ τὴν Κελτικὴν ἅμα ἐπιὼν ἐνέτυχες ἡμῖν τοῖς μεγαλομίσθοις τῶν σοφιστῶν ἐναριθμουμένοις. Ταῦτά σοι, ὦ ἑταῖρε, καίτοι ἐν μυρίαις ταῖς ἀσχολίαις ὢν ὅμως ἀπελογησάμην, οὐκ ἐν παρέργῳ θέμενος τὴν λευκὴν

mandatam habere, judicia dare et ordinem illis decentem adhibere, et eorum quæ aguntur dicunturque omnium commentarios scribendos curare, et litigantium orationes moderari, et decreta principis, quam disertissime potest et accuratissime, cum fide maxima conservare, et publice tradere ad futuri temporis perpetuitatem reponenda. Porro merces non a privato, sed ab imperatore; nec parva illa, sed multorum talentorum : et post hæc non spes quædam exiguæ, si fiant, quæ consentaneum est fieri, sed futurum ut gens integra nobis committatur, aut actiones aliæ principales.

13. Volo equidem ex abundanti, utens fiducia, et cominus congressus intentato crimini, ultra etiam quam oportet causam dicere : et illud nempe dico tibi, neminem quicquam sine mercede facere, ne si eos quidem nomines, qui res maximas gerunt; quum neque ipse imperator mercedis expers sit. Non vectigalia dico neque tributa, quæ a civibus quotannis veniunt : sed est imperatori merces maxima laudes et gloria apud omnes, et quod beneficiorum causa adoratur; statuæ porro, et ædes, ac templa, quæ habent a civibus, merces et ista sunt pro curis et providentia, quam adhibent procuranda semper publica re et in melius augenda. Nempe ut parva assimilemus magnis, si volueris a vertice quasi acervi ad unumquodque eorum, quibus constat, descendere, videbis magnitudine nos et parvitate differre ab his qui summi sunt; ceterum mercenarios æque esse universos.

14. Si igitur eam ego legem scripsissem, neminem quicquam oportere agere, tenerer merito violatæ legis meæ : sin vero hoc quidem nusquam in libello dictum a me est, ac porro bonum virum efficacem esse oportet, quodnam aliud ad officium applicet se, quam ut elaboret cum amicis in iis quæ optima sunt, et in medio atque sub divo quasi constitutus experimentum sui præbeat, qualis sit fide, diligentia, amore eorum quæ commissa ipsi sunt, ne sit, ut Homeri verbo utar, « telluris inutile pondus. »

15. Ante omnia vero et hoc meminisse oportet qui reprehendere nos voluerint, ipsos non tanquam sapientem me (modo usquam sit aliquis sapiens) reprehensuros, sed unum de multis, qui dicendi facultatem exercuerit ille quidem, mediocrem ex ea re laudem consecutus; ad summam autem illam eorum, qui capita ac duces sunt, virtutem non sit exercitatus. Neque hercules eo nomine dolere mihi fas est, quandoquidem nec in alium ego quenquam incidi, qui sapientis professionem impleret. Ac mirer etiam te si reprehendas vitam præsentem nostram, si quidem reprehendas, ejus hominis, quem olim noveras rhetorices nomine maximas publice mercedes capere, quum occidentalis Oceani videndi causa, et Celticam eadem peragrans, in nos incideres, qui in illis sophistarum numeraremur, qui magnas mercedes mererentur. Hæc apud te, sodalis, maximas licet inter occupationes, tamen defendendi criminis caussa scripsi, non obiter id agendum ratus, ut album

παρὰ σοῦ καὶ πλήρη μοι ἐνεχθῆναι· ἐπεὶ πρός γε τοὺς ἄλλους, κἂν συνάμα πάντες κατηγορῶσιν, ἱκανὸν ἂν εἴη μοι τὸ, οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ.

XIX.

ΥΠΕΡ ΤΟΥ ΕΝ ΤΗ͂Ι ΠΡΟΣΑΓΟΡΕΥΣΕΙ ΠΤΑΙΣΜΑΤΟΣ.

1. Χαλεπὸν μὲν ἄνθρωπον ὄντα δαίμονός τινος ἐπήρειαν διαφυγεῖν, πολὺ δὲ χαλεπώτερον ἀπολογίαν εὑρεῖν παραλόγου καὶ δαιμονίου πταίσματος, ἅπερ ἀμφότερα νῦν ἐμοὶ συμβέβηκεν, ὃς ἀφικόμενος παρὰ σὲ, ὡς προσείποιμι τὸ ἑωθινὸν, δέον τὴν συνήθη ταύτην φωνὴν ἀφεῖναι καὶ χαίρειν κελεύειν, ἐγὼ δ' ὁ χρυσοῦς ἐπιλαθόμενος ὑγιαίνειν σε ἠξίουν, εὔφημον μὲν καὶ τοῦτο, οὐκ ἐν καιρῷ δὲ ὡς οὐ κατὰ τὴν ἕω. Ἐγὼ μὲν οὖν ἐπὶ τούτῳ εὐθὺς ἴδιόν τε καὶ ἠρυθρίων καὶ παντοῖος ἦν ὑπὸ ἀπορίας, οἱ παρόντες δὲ οἱ μὲν παραπαίειν, ὡς εἰκὸς, οἱ δὲ ληρεῖν ὑφ' ἡλικίας, οἱ δὲ χθεσινῆς κραιπάλης ἀνάμεστον ἔτι ᾤοντό με εἶναι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα σὺ ἐπιεικῶς ἤνεγκας τὸ γεγονὸς οὐδ' ὅσον ἄκρῳ τῷ μειδιάματι ἐπισημηνάμενος τῆς γλώττης τὴν διαμαρτίαν. Ἔδοξεν οὖν μοι καλῶς ἔχειν παραμυθίαν τινὰ ἐμαυτῷ συγγράψαι, ὡς μὴ πάνυ ἀνιῴμην ἐπὶ τῷ πταίσματι μηδ' ἀφόρητον ἡγοίμην, εἰ πρεσβύτης ἀνὴρ τοσοῦτον ἀπεσφάλην τοῦ καλῶς ἔχοντος ἐπὶ τοσούτων μαρτύρων· ἀπολογίας μὲν γὰρ οὐδὲν ἔδει, οἶμαι, ὑπὲρ γλώττης εἰς οὕτως εὔφημον εὐχὴν ὀλισθούσης.

2. Ἀρχόμενος μὲν οὖν τῆς γραφῆς πάνυ ἀπόρῳ ἐντεύξεσθαι ᾤμην τῷ προβλήματι, προϊόντι δὲ πολλὰ προὐφάνη τὰ λεκτέα. Οὐ μὴν πρότερον ἐρῶ αὐτὰ, ἢν μὴ περὶ τοῦ χαίρειν αὐτοῦ καὶ τοῦ εὖ πράττειν καὶ τοῦ ὑγιαίνειν προείπω τὰ εἰκότα. Τὸ μὲν δὴ χαίρειν ἀρχαία μὲν ἡ προσαγόρευσις, οὐ μὴν ἑωθινὴ μόνον οὐδὲ ὑπὸ τὴν πρώτην ἔντευξιν, ἀλλὰ καὶ πρῶτον μὲν ἰδόντες ἀλλήλους ἔλεγον αὐτὸ, ὡς τὸ,

> Χαῖρ', ὦ δυνάστα τῆσδε γῆς Τιρυνθίας·

καὶ μετὰ τὸ δεῖπνον ἐς λόγους ἤδη παροινίους τρεπόμενοι, ὡς τὸ,

> Χαῖρ', Ἀχιλεῦ, δαιτὸς μὲν ἐΐσης οὐκ ἐπιδευεῖς,

Ὀδυσσεὺς ὁπότε τὴν ἐπεσταλμένην πρεσβείαν αὐτῷ ἐρρητόρευε· καὶ ἤδη ἀπιόντες παρ' ἀλλήλων, ὡς τὸ,

> Χαίρετ', ἐγὼ δ' ὔμμιν θεὸς ἄμβροτος, οὐκέτι θνητός.

Ἴδιος δὲ καιρὸς οὐδεὶς ἀπενενέμητο τῇ προσρήσει, οὐδὲ ὡς νῦν μόνος ὁ ἑωθινὸς, ὅπου γε καὶ ἐπὶ τῶν ἀπαισίων καὶ ἀπευκτοτάτων ὅμως ἐχρῶντο αὐτῇ, ὡς ὁ τοῦ Εὐριπίδου Πολυνείκης ἤδη τελευτῶν τὸν βίον,

> Καὶ χαίρετ', ἤδη γάρ με περιβάλλει σκότος.

Καὶ οὐ μόνον φιλοφροσύνης αὐτοῖς ἦν τοῦτο σύμβολον, ἀλλὰ καὶ ἀπεχθείας καὶ τοῦ μηκέτι χρήσεσθαι ἀλλή-

a te et plenum calculum feram. Apud alios enim si vel simul omnes me accusent, satis mihi illud fuerit, Non curat Hippoclides.

XIX.

PRO LAPSU IN SALUTANDO.

1. Difficile est, homo natus quum sis, dei alicujus invidiam effugere: multo porro difficilius, verba invenire quibus defendas inopinatum et immissum divinitus errorem. Quæ quidem duæ res modo usu mihi venerunt, qui matutinæ salutationis causa domum tuam veniens, quum oporteret consuetam illam vocem mittere, et Gaude [*i. e. Ave*] dicere; ego vero homo aureus oblivione lapsus, Valere te jusserim, quod boni et ipsum quidem ominis, sed non tempestivum, quippe quod matutino parum conveniret. Ergo in ipso verbo statim sudabam equidem, erubescebam, æstuabam consilii inopia: præsentes vero qui essent, alii desipere me videlicet, alii præ senectute delirare, alii hesterna crapula adhuc oppletum turbatumque existimabant, quanquam humaniter ipse tu ferres, ut qui maxime, quod [illegible] factum erat, ac ne lenissime quidem subridens linguæ nostræ [illegible] errorem notares. Faciendum itaque putavi, ut consola[illegible]tionem ipsi mihi aliquam scriberem, ne lapsu illo nimi[illegible] excruciarer, neque intolerandum putarem, si homo sene[illegible] tantum a decoro, coram tot testibus, aberrassem: na[illegible] linguæ quidem defensione nihil opus videbatur in b[illegible] ominatas adeo preces lubrico quasi vestigio prolapsæ.

2. Ac sub initium scriptionis difficilem dubiamque [illegible] quæstionem propositam mihi fore arbitrabar: aliquantu[illegible] autem progresso multa se dicenda ultro offerebant. Neq[illegible] tamen prius ea dicam, quam de ipsis verbis Gaudere, Salvere, et Valere, quæ opportuna videbuntur prædixero. Atque Gaudere (si quem jubeas) est illa quidem antiqua salutatio, verum non matutina solum, neque quæ ad primam modo congressionem pertineat: sed utebantur ea quidem et qui primum se videbant, quale est,

> Gaude, potens telluris o Tirynthiæ;

et qui post cœnam ad comessationem et liberiores in vino sermones se convertebant, ut,

> Gaude, verum epulis paribus nec egemus, Achille;

22. Ἔστω δή μοι ἡ μὲν ἀρετὴ τοιόνδε τι, οἷον πόλις τις εὐδαίμονας ἔχουσα τοὺς ἐμπολιτευομένους — ὡς φαίη ἂν ὁ διδάσκαλος ὁ σὸς ἐκεῖθέν ποθεν ἀφιγμένος — σοφοὺς ἐς τὸ ἀκρότατον, ἀνδρείους ἅπαντας, δικαίους, σώφρονας, ὀλίγον θεῶν ἀποδέοντας· οἷα δὲ πολλὰ γίγνεται παρ' ἡμῖν, ἁρπαζόντων καὶ βιαζομένων καὶ πλεονεκτούντων, οὐδὲν ἂν ἴδοις, φασίν, ἐν ἐκείνῃ τῇ πόλει τολμώμενον, ἀλλ' ἐν εἰρήνῃ καὶ ὁμονοίᾳ ξυμπολιτεύονται, μάλ' εἰκότως· ἃ γὰρ ἐν ταῖς ἄλλαις πόλεσιν, οἶμαι, τὰς στάσεις καὶ φιλονεικίας ἐγείρει καὶ ὧν ἕνεκα ἐπιβουλεύουσιν ἀλλήλοις, ταῦτα πάντα ἐκποδών ἐστιν ἐκείνοις. Οὐ γὰρ οὔτε χρυσίον ἔτι οὔτε ἡδονὰς οὔτε δόξας ὁρῶσιν, ὡς διαφέρεσθαι περὶ αὐτῶν, ἀλλὰ πάλαι τῆς πόλεως ἐξεληλάκασιν αὐτὰ οὐκ ἀναγκαῖα ἡγησάμενοι ξυμπολιτεύεσθαι. Ὥστε γαληνόν τινα καὶ πανευδαίμονα βίον βιοῦσι ξὺν εὐνομίᾳ καὶ ἰσότητι καὶ ἐλευθερίᾳ καὶ τοῖς ἄλλοις ἀγαθοῖς.

23. ΕΡΜ. Τί οὖν, ὦ Λυκῖνε; οὐκ ἄξιον ἅπαντας ἐπιθυμεῖν πολίτας γίγνεσθαι τῆς τοιαύτης πόλεως μήτε κάματον ὑπολογιζομένους τὸν ἐν τῇ ὁδῷ μήτε πρὸς τὸ μῆκος τοῦ χρόνου ἀπαγορεύοντας, εἰ μέλλουσιν ἀφικόμενοι ἐγγραφήσεσθαι καὶ αὐτοὶ καὶ μεθέξειν τῆς πολιτείας;

Quum ad Momum venissent, quem arbitrum sibi nempe sumserant, perspecto ille uniuscujusque opere, quid in reliquis reprehenderit, dicere jam superfluum fuerit: in homine autem hoc vituperavit, et increpuit architectum illius Vulcanum, quod non et valvas pectori illius applicuisset, quibus apertis nota fierent omnibus quæ is vellet atque cogitaret, atque utrum mentiretur an vera diceret. Ille igitur ita de hominibus sentiebat, tanquam qui hebeti circa illos visu esset: tu vero supra Lyncea illum nobis acute vides, et quæ intus sunt trans ipsa, opinor, præcordia cernis, et patent tibi omnia, ut non quæ velit modo et quæ cognoscat unusquisque, scias, verum etiam uter melior sit aut deterior.

21. HERM. Ludis, Lycine. Ego vero secundo numine elegi, neque optionis illius meæ me pœnitet: satis autem hoc mihi quidem est.

LYC. Mihi tamen hoc, amice, non dixeris; sed negliges me in multa illa colluvione pereuntem cum reliquis?

HERM. Nihil enim tibi placet, quicquid dixero.

LYC. Non ita est, mi boue; sed tu nihil vis dicere, quod placere mihi possit. Quandoquidem vero tu volens occultus es et nobis invides, ne æque ac tu philosophemur, ego tentabo, quantum ejus facere potero, per me invenire accuratum de his judicium, et sectam certissimam. Audi vero et tu, si volueris.

HERM. Ego vero volo, Lycine: forte enim cognitu aliquid diguum dixeris.

LYC. Considera igitur, sed noli irridere, si hominis omnino rudis in morem illud disquiram: necesse est enim ita facere; quum tu, qui melius scias, dicere clarius nolis.

22. Sit igitur mihi virtus tale quiddam, velut civitas quædam beatos habens cives (ut dicat forte tuus magister, inde aliqua via huc delatus), sapientes summo gradu, fortes universos, tum justos, temperantes, parum diis minores. Eorum vero, quæ multa apud nos fiunt, quum rapiant homines, vim faciant, justo plus sibi arrogent, nihil videas, aiunt, in ea urbe quenquam audere, sed per pacem et concordiam civitate una fruuntur. Nec mirum: quæ enim, puto, aliis in civitatibus seditiones et contentiones excitant, quorum causa mutuas sibi insidias struunt homines, illa e medio sublata apud illos sunt omnia. Neque enim amplius aurum, neque voluptates, neque glorias spectant, de quibus certent: sed olim civitate illa exegerunt, non necessaria rati quæ in ea versentur. Itaque tranquillam quandam et undique beatam vitam vivunt, cum bonis legibus, et æqualitate, et libertate, et bonis reliquis.

23. HERM. Quid ergo, Lycine! nonne dignum est omnes concupiscere civitatem eam adipisci, nec laborem metientes viæ, neque animum despondentes propter longitudinem temporis, si futurum sit ut, ubi pervenerint, ascribantur et ipsi in tabulis publicis, civitatemque consequantur?

ΛΥΚ. Νὴ Δί', ὦ Ἑρμότιμε, πάντων μάλιστα ἐπὶ ούτῳ σπουδαστέον, τῶν δ' ἄλλων ἀμελητέον, καὶ μήτε ατρίδος τῆς ἐνταῦθα ἐπιλαμβανομένης πολὺν ποιεῖσθαι ὸν λόγον μήτε παίδων ἢ γονέων, ὅτῳ εἰσὶν, ἐπικατεχόν-ων καὶ κλαυθμυριζομένων ἐπικλᾶσθαι, ἀλλὰ μάλιστα ἐν κἀκείνους παρακαλεῖν ἐπὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν, εἰ δὲ μὴ θέλοιεν ἢ μὴ δύναιντο, ἀποσεισάμενον αὐτοὺς χωρεῖν θὺ τῆς πανευδαίμονος ἐκείνης πόλεως καὶ αὐτὸ ἀπορ-ίψαντα τὸ ἱμάτιον, εἰ τούτου ἐπειλημμένοι κατερύ-οιεν, ἐσσύμενον ἐκεῖσε· οὐ γὰρ δέος μή σέ τις ἀπο-λείσῃ καὶ γυμνὸν ἐκεῖσε ἥκοντα.

24. Ἤδη γάρ ποτε καὶ ἄλλοτε πρεσβύτου ἀνδρὸς ἤκουσα διεξιόντος ὅπως τὰ ἐκεῖ πράγματα ἔχοι, καί με προύτρεπεν ἕπεσθαί οἱ πρὸς τὴν πόλιν· ἡγήσεσθαι γὰρ αὐτὸς καὶ ἐλθόντα ἐγγράψειν καὶ φυλέτην ποιήσεσθαι καὶ φρατρίας μεταδώσειν τῆς αὑτοῦ, ὡς μετὰ πάντων εὐδαιμονοίην· « ἀλλ' ἐγὼ οὐ πιθόμην » ὑπ' ἀνοίας καὶ νεότητος τότε, πρὸ πεντεκαίδεκα σχεδὸν ἐτῶν· ἴσως γὰρ ἂν αὐτὰ ἤδη ἀμφὶ τὰ προάστεια καὶ πρὸς ταῖς πύλαις ἦν ἄν. Ἔλεγε δ' οὖν περὶ τῆς πόλεως, εἴ γε μέμνημαι, ἄλλα τε πολλὰ καὶ δὴ καὶ τάδε, ὡς ξύμπαντες μὲν ἐπήλυδες καὶ ξένοι εἶεν, αὐθιγενὴς δὲ οὐδὲ εἷς, ἀλλὰ καὶ βαρβάρους ἐμπολιτεύεσθαι πολλοὺς καὶ δούλους καὶ ἀμόρφους καὶ μικροὺς καὶ πένητας, καὶ ὅλως μετέχειν τῆς πόλεως τὸν βουλόμενον· τὸν γὰρ δὴ νόμον αὐτοῖς οὐκ ἀπὸ τιμημάτων ποιεῖσθαι τὴν ἐγγραφὴν οὐδ' ἀπὸ σχημάτων ἢ μεγέθους ἢ κάλλους οὐδ' ἀπὸ γένους οὐδὲ λαμπρῶν ἐκ προγόνων, ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐδὲ νομίζεσθαι παρ' αὐτοῖς, ἀποχρῆν δ' ἑκάστῳ πρὸς τὸ πολίτην γενέσθαι σύνεσιν καὶ ἐπιθυμίαν τῶν καλῶν καὶ πόνον καὶ τὸ λιπαρὲς καὶ τὸ μὴ ἐνδοῦναι μηδὲ μαλακισθῆναι πολλοῖς τοῖς δυσχερέσι κατὰ τὴν ὁδὸν ἐντυγχάνοντα, ὡς ὅστις ἂν ταῦτα ἐπιδείξηται καὶ διεξέλθῃ πορευόμενος ἄχρι πρὸς τὴν πόλιν, αὐτίκα μάλα πολίτην ὄντα τοῦτον, ὅστις ἂν ᾖ, καὶ ἰσότιμον ἅπασι· τὸ δὲ χείρων ἢ κρείττων ἢ εὐπατρίδης ἢ ἀγεννὴς ἢ δοῦλος ἢ ἐλεύθερος οὐδὲ ὅλως εἶναι ἢ λέγεσθαι ἐν τῇ πόλει.

25. ΕΡΜ. Ὁρᾷς, ὦ Λυκῖνε, ὡς οὐ μάτην οὐδὲ περὶ μικρῶν κάμνω πολίτης ἐπιθυμῶν γενέσθαι καὶ αὐτὸς οὕτω καλῆς καὶ εὐδαίμονος πόλεως;

ΛΥΚ. Καὶ γὰρ αὐτὸς, ὦ Ἑρμότιμε, τῶν αὐτῶν σοι ἐρῶ καὶ οὐκ ἔστιν ὅ τι ἄν μοι πρὸ τούτων εὐξαίμην γενέσθαι. Εἰ μὲν οὖν πλησίον ἦν ἡ πόλις καὶ φανερὰ ἰδεῖν ἅπασι, πάλαι ἂν, εὖ ἴσθι, μηδὲν ἐνδοιάσας αὐτὸς ᾔειν ἐς αὐτὴν καὶ ἐπολιτευόμην ἂν ἐκ πολλοῦ, ἐπεὶ δὲ, ὡς ὑμεῖς φατε, σύ τε καὶ Ἡσίοδος ὁ ῥαψῳδὸς, πάνυ πόρρω ἀπῴκισται, ἀνάγκη ζητεῖν ὁδόν τε τὴν ἄγουσαν ἐπ' αὐτὴν καὶ ἡγεμόνα τὸν ἄριστον. Ἢ οὐκ οἴει σὺ χρῆναι οὕτω ποιεῖν;

ΕΡΜ. Καὶ πῶς ἂν ἄλλως ἔλθοι τις;

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὅσον μὲν ἐπὶ τῷ ὑπισχνεῖσθαι καὶ φάσκειν εἰδέναι πολλὴ ἀφθονία τῶν ἡγησομένων· πολλοὶ γὰρ ἕτοιμοι παρεστᾶσιν, αὐτόχθονες ἐκεῖθεν ἕκαστος εἶναι λέγοντες. Ὁδός γε μὴν οὐ μία καὶ ἡ αὐτὴ φαί-

LYC. Per Jovem, Hermotime, omnium maxime in hoc elaborandum est, reliquorum vero cura abjicienda; neque si hæc antiqua patria manum injiciat, multam habere rationem oportet, neque liberis aut parentibus, si cui sint, retinere cum ploratu volentibus, frangi; sed primum quidem hortari et illos ad eandem viam ingrediendum; si vero nolint vel non possint, dimotis illis recta procedere ad beatam illam ex omni parte civitatem, et ipso abjecto vestimento, si forte illo comprehenso impediant, eo erumpere. Neque enim metus est ne quis excludat te vel nudum eo advenientem.

24. Jam enim alias quondam senem audivi enarrantem uti se res illæ haberent; isque me hortatus est uti ad eam se civitatem sequerer; ipsum enim se præiturum, et ascripturum civibus quum advenissem, et tribulem facturum, et curiæ mihi suæ jus impertiturum, ut cum omnibus beatam vitam viverem. Ego vero præ juvenili tum inscitia (quindecim fere anni sunt) non sum obsecutus : forte circa ipsa jam suburbia et ad portas essem. Dicebat autem de civitate illa, si bene memini, tum alia multa, tum ista etiam : omnes ibi advenas esse et peregrinos, indigenam neminem; sed et barbaros in civitate versari multos et servos, et deformes, et parvos, et pauperes, atque in universum civem esse qui velit : legem enim illis esse, non ex censu ascribi quenquam, neque ex habitu, vel statura, vel pulchritudine, neque ex genere, neque claris ex majoribus; sed istorum nec rationem ullam haberi apud illos : sufficere autem unicuique ad hoc, uti civis fiat, prudentiam, et honesti amorem, et laborem, et constantiam, et animum qui neque cedat temere, neque molliatur si in multas in via difficultates incidat. Atque adeo, si quis ista in se esse demonstraverit, emensusque totum ad urbem usque iter fuerit, eum civem esse continuo, et æquo cum omnibus jure, quisquis alioqui fuerit : ista autem nomina, deterior, melior, nobilis, ignobilis, servus, liber, neque esse omnino, neque nominari in ea civitate.

25. HERM. Vides, Lycine, quam non frustra neque parvis de rebus laborem, qui civis cupiam fieri et ipse pulchræ adeo et beatæ civitatis?

LYC. Nam egomet eorundem quorum tu amore flagro : neque est quod mihi præ istis velim contingere. Si quidem igitur in propinquo esset illa civitas, et manifesta in conspectu omnium, olim, crede mihi, ipse nihil cunctatus ad eam perrexissem, et civis illius essem a longo inde tempore. Quum vero, ut vos dicitis, tu nempe et Hesiodus consarcinator ille carminum, longo admodum spatio remota habitetur, necesse est et viam quæ ducit ad illam quærere, et ducem optimum. An non putas hoc agendum?

HERM. Et qua alia ratione perveniat aliquis?

LYC. Igitur quantum ad promissiones et scientiæ professionem, multa tibi ducum copia. Multi enim parati astant, indigenas inde esse quisque se dicentes. Sed via non una atque eadem videtur, sed multæ ac diversæ, ac

νεται, ἀλλὰ πολλαὶ καὶ διάφοροι καὶ οὐδὲν ἀλλήλαις ὅμοιαι· ἡ μὲν γὰρ ἐπὶ τὰ ἑσπέρια, ἡ δὲ ἐπὶ τὴν ἕω φέρειν ἔοικεν, ἡ δέ τις ἐπὶ τὰς ἄρκτους, καὶ ἄλλη εὐθὺ τῆς μεσημβρίας, καὶ ἡ μὲν διὰ λειμώνων καὶ φυτῶν καὶ σκιᾶς εὔυδρος καὶ ἡδεῖα οὐδὲν ἀντίτυπον ἢ δύσβατον ἔχουσα, ἡ δὲ πετρώδης καὶ τραχεῖα πολὺν ἥλιον καὶ δίψος καὶ κάματον προφαίνουσα· καὶ ὅμως αὗται πᾶσαι πρὸς τὴν πόλιν ἄγειν λέγονται μίαν οὖσαν ἐς τὰ ἐναντιώτατα τελευτῶσαι.

26. Ἔνθα δή μοι καὶ ἡ πᾶσα ἀπορία ἐστίν· ἐφ' ἣν γὰρ ἂν ἔλθω αὐτῶν, ἀνὴρ κατὰ τὴν ἀρχὴν τῆς ἀτραποῦ ἑκάστης ἐφεστὼς ἐν τῇ εἰσόδῳ μάλα τις ἀξιόπιστος ὀρέγει τε τὴν χεῖρα καὶ προτρέπει κατὰ τὴν αὐτοῦ ἀπιέναι, λέγων ἕκαστος αὐτῶν μόνος τὴν εὐθεῖαν εἰδέναι, τοὺς δ' ἄλλους πλανᾶσθαι μήτε αὐτοὺς ἐληλυθότας μήτε ἄλλοις ἡγήσασθαι δυναμένοις ἀκολουθήσαντας. Κἂν ἐπὶ τὸν πλησίον ἀφίκωμαι, κἀκεῖνος τὰ ὅμοια ὑπισχνεῖται περὶ τῆς αὐτοῦ ὁδοῦ καὶ τοὺς ἄλλους κακίζει, καὶ ὁ παρ' αὐτὸν ὁμοίως καὶ ἑξῆς ἅπαντες. Τό τε τοίνυν πλῆθος τῶν ὁδῶν καὶ τὸ ἀνόμοιον αὐτῶν οὐ μετρίως ταράττει με καὶ ἀπορεῖν ποιεῖ, καὶ μάλιστα οἱ ἡγεμόνες ὑπερδιατεινόμενοι καὶ τὰ ἑαυτῶν ἕκαστοι ἐπαινοῦντες· οὐ γὰρ οἶδα ἥντινα τραπόμενος ἢ τῷ μᾶλλον ἀκολουθήσας ἀφικοίμην ἂν πρὸς τὴν πόλιν.

27. ΕΡΜ. Ἀλλὰ ἐγώ σε ἀπολύσω τῆς ἀπορίας· τοῖς γὰρ προωδοιπορηκόσιν, ὦ Λυκῖνε, πιστεύσας οὐκ ἂν σφαλείης.

ΛΥΚ. Τίσι λέγεις; τοῖς κατὰ ποίαν ὁδὸν ἐλθοῦσιν, ἢ τίνι τῶν ἡγεμόνων ἀκολουθήσασιν; αὖθις γὰρ ἡμῖν τὸ αὐτὸ ἄπορον ἐν ἄλλῃ μορφῇ ἀναφαίνεται ἀπὸ τῶν πραγμάτων ἐπὶ τοὺς ἄνδρας μετεληλυθόσι.

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο φής;

ΛΥΚ. Ὅτι ὁ μὲν τὴν Πλάτωνος τραπόμενος καὶ συνοδοιπορήσας μετ' αὐτοῦ, ἐκείνην ἐπαινέσεται δῆλον ὅτι, ὁ δὲ τὴν Ἐπικούρου, ἐκείνην, καὶ ἄλλος ἄλλην, σὺ δὲ τὴν ὑμετέραν. Ἢ πῶς γάρ, ὦ Ἑρμότιμε; οὐχ οὕτως;

ΕΡΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΛΥΚ. Οὐ τοίνυν ἀπέλυσάς με τῆς ἀπορίας, ἀλλ' ἔτι ὁμοίως ἀγνοῶ τῷ μᾶλλον χρὴ πιστεῦσαι τῶν ὁδοιπόρων· ὁρῶ γὰρ ἕκαστον αὐτῶν καὶ αὐτὸν τὸν ἡγεμόνα μιᾶς πεπειραμένον καὶ ἐκείνην ἐπαινοῦντα καὶ λέγοντα, ὡς αὕτη μόνη ἄγει ἐπὶ τὴν πόλιν. Οὐ μέντοι ἔχω εἰδέναι εἰ ἀληθῆ φησιν· ἀλλ' ὅτι μὲν ἀφῖκται πρός τι τέλος καὶ εἶδέ τινα πόλιν, δώσω αὐτῷ ἴσως, εἰ δὲ ἐκείνην εἶδεν, ἣν ἐχρῆν, ἐν ᾗ ἐπιθυμοῦμεν ἐγώ τε καὶ σὺ πολιτεύσασθαι, ἢ δέον εἰς Κόρινθον ἐλθεῖν, ὁ δ' εἰς Βαβυλῶνα ἀφικόμενος οἴεται Κόρινθον ἑοραχέναι, ἄδηλον ἐμοί γοῦν ἔτι· οὐ γὰρ πάντως ὁ τινὰ πόλιν ἰδὼν Κόρινθον εἶδεν, εἴ γε οὐ πόλις μόνη ἐστὶν ἡ Κόρινθος. Ὃ δὲ δὴ μάλιστα εἰς ἀπορίαν με καθίστησιν, ἐκεῖνό ἐστι, τὸ εἰδέναι ὅτι πᾶσα ἀνάγκη μίαν εἶναι τὴν ἀληθῆ ὁδόν· καὶ γὰρ ἡ Κόρινθος μία ἐστίν, αἱ δ' ἄλλαι πανταχόσε μᾶλλον ἢ εἰς Κόρινθον ἄγουσιν, εἰ μή τις οὕτω σφόδρα πα-

nihil altera alteri similes. Nam hæc quidem ad occidentales partes, illa vero ad orientem videtur ferre; hæc ad septentriones, et alia recta ad meridiem : et hæc quidem per prata et plantas et umbram, irrigua et amœna, nihil durum habens, nihil incedentibus asperum : altera vero saxosa, et aspera, solem multum ac sitim et laborem denuncians. Et tamen omnes hæ ad civitatem ferre dicuntur illam, quæ una est, ipsæ in maxime opposita exeuntes.

26. Hic igitur mihi, et quidem omnis dubitatio est. Ad quamcumque enim illarum veniam, vir ad caput uniuscujusque tramitis in ipso ingressu astans, fide dignissimus, et manum porrigit, et in suam nos abire hortatur, dicens unusquisque illorum, solum se rectam nosse, ceteros vero errare, qui nec ipsi venerint illuc, nec alios sint secuti duces peritos. Et si ad proximum accessero, ille quoque similia de sua via promittit, et aliis detrahit; et ille, qui juxta hunc est, similiter, et sic deinceps omnes. Hæc ipsa igitur viarum multitudo, earumque ratio dissimilis me non mediocriter perturbat, et in consilii inopiam conjicit : ac duces maxime quantum possunt et ultra contendentes, suamque singuli laudantes. Neque enim, in quam conversus, aut quem maxime secutus ad civitatem perveniam, scio.

27. HERM. At ego ista te consilii inopia liberabo. Si enim his, Lycine, fidem habueris, qui viam illam ante fecerunt, non erraveris.

LYC. Quibus dicis? et qua via euntibus, aut quem ducum secutis? rursus enim nobis eadem consilii inopia alia se forma offert, quum a rebus ad viros transivimus.

HERM. Quid ita ais?

LYC. Quoniam hic quidem in Platonis viam digressus eoque viæ duce usus, illam nimirum laudabit; ille vero Epicuri viam, atque alius aliam; tu autem, vestram : nam qui non ita fiat, Hermotime?

HERM. Et cur non?

LYC. Non tu liberasti me dubitatione, sed adhuc æque ignoro, cui viatorum magis credendum sit. Video enim unumquemque illorum cum ipsum, tum ducem, unius modo viæ periculum fecisse, et illam laudare, ac dicere solam ferre in urbem. Neque tamen habeo unde sciam vera illum dicere : verum venisse illum ad finem quendam, et vidisse civitatem aliquam, forte illi dederim : utrum vero illam viderit, quam oportebat, cujus cives esse tu non minus quam ego volumus; an quum Corinthum eundum esset, ille Babylonem delatus Corinthum se vidisse putarit, illud mihi quidem adhuc obscurum est : neque enim quisquis urbem vidit, Corinthum vidit, siquidem non sola urbs est Corinthus. Quod autem maxime inopem me consilii reddit, illud est, quod novi unam necessario esse veram, quippe quum et Corinthus una sit, reliquas autem quovis potius quam Corinthum ducere, nisi in tantum quis desi-

ραπαίοι, ὡς οἴεσθαι καὶ τὴν εἰς Ὑπερβορέους καὶ τὴν εἰς Ἰνδοὺς ἄγουσαν εἰς Κόρινθον στέλλειν.

ΕΡΜ. Καὶ πῶς οἷόν τε, ὦ Λυκῖνε; ἄλλη γὰρ ἀλλαχόσε ἄγει.

28. ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ καλὲ Ἑρμότιμε, οὐ μικρᾶς δεῖ βουλῆς ἐπὶ τὴν αἵρεσιν τῶν ὁδῶν τε καὶ ἡγεμόνων, οὐδὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου ποιήσομεν, ἔνθα ἂν ἡμᾶς οἱ πόδες φέρωσιν, ἐκεῖσε ἄπιμεν· ἐπεὶ λήσομεν οὕτως ἀντὶ τῆς εἰς Κόρινθον ἀγούσης τὴν ἐπὶ Βαβυλῶνος ἢ Βάκτρων ἀπιόντες. Οὐδὲ γὰρ οὐδ' ἐκεῖνο καλῶς ἔχει, τῇ τύχῃ ἐπιτρέπειν ὡς τάχα ἂν τὴν ἀρίστην ἑλομένους, εἰ καὶ ἄνευ ἐξετάσεως ὁρμήσαιμεν ἐπὶ μίαν τῶν ὁδῶν ἡντιναοῦν· δυνατὸν μὲν γὰρ καὶ τοῦτο γενέσθαι, καὶ ἴσως ποτὲ ἐγένετο καὶ ἐν τῷ μακρῷ χρόνῳ· ἡμᾶς δέ γε περὶ τῶν οὕτω μεγάλων οὐκ οἶμαι δεῖν παραβόλως ἀναρριπτεῖν οὐδ' ἐς στενὸν κομιδῇ κατακλείειν τὴν ἐλπίδα ἐπὶ ῥιπὸς, ὡς ἡ παροιμία φησὶ, τὸν Αἰγαῖον ἢ τὸν Ἰόνιον διαπλεῦσαι θέλοντας, ὅτε οὐδ' αἰτιασαίμεθ' ἂν εὐλόγως τὴν τύχην, εἰ τοξεύουσα καὶ ἀκοντίζουσα μὴ πάντως ἔτυχε τἀληθοῦς ἑνὸς ὄντος ἐν μυρίοις τοῖς ψεύδεσιν, ὅπερ οὐδὲ τῷ Ὁμηρικῷ τοξότῃ ὑπῆρξεν, ὃς δέον τὴν πελειάδα κατατοξεῦσαι, ὁ δὲ τὴν μήρινθον ἐνέτεμεν, ὁ Τεῦκρος, οἶμαι. Ἀλλὰ παρὰ πολὺ ἐκεῖνο εὐλογώτερον τῶν πολλῶν τρωθήσεσθαι καὶ περιπεσεῖσθαι τῷ τοξεύματι ἐλπίζειν, ἢ πάντως ἐκεῖνο τὸ ἓν ἐξ ἁπάντων. Ὁ δὲ κίνδυνος ὅτι οὐ μικρὸς, εἰ ἀντὶ τῆς ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης ἐς τῶν πεπλανημένων μίαν ἀγνοοῦντες ἐμπέσοιμεν, ἐλπίζοντες ἄμεινον αἱρήσεσθαι τὴν τύχην ὑπὲρ ἡμῶν, εἰκάζειν οἶμαι· οὐδὲ γὰρ ἀναστρέψαι ἔτι καὶ ἀνασωθῆναι ὀπίσω ῥᾴδιον, ἢν ἅπαξ ἐπιδῷ τῇ πνεούσῃ τις αὑτὸν τὰ ἀπόγεια λυσάμενος, ἀλλ' ἀνάγκη ἐν τῷ πελάγει διαφέρεσθαι ναυτιῶντα ὡς τὸ πολὺ καὶ δεδιότα καὶ καρηβαροῦντα ὑπὸ τοῦ σάλου, δέον ἐξ ἀρχῆς, πρὶν ἐκπλεῦσαι, ἀναβάντα ἐπὶ σκοπήν τινα σκέψασθαι εἰ ἐπίφορόν ἐστι καὶ οὔριον τὸ πνεῦμα τοῖς Κόρινθόνδε διαπλεῦσαι ἐθέλουσι, καὶ νὴ Δία κυβερνήτην ἕνα τὸν ἄριστον ἐκλέξασθαι καὶ ναῦν εὐπαγῆ, οἵαν διαρκέσαι πρὸς τηλικοῦτον κλύδωνα.

29. ΕΡΜ. Οὕτω γε ἄμεινον, ὦ Λυκῖνε, παρὰ πολύ. Πλὴν οἶδά γε ὅτι ἅπαντας ἐν κύκλῳ περιελθὼν οὐκ ἄλλους ἂν εὕροις οὔτε ἡγεμόνας ἀμείνους οὔτε κυβερνήτας ἐμπειροτέρους τῶν Στωϊκῶν, καὶ ἢν ἐθελήσῃς γε ἀφικέσθαι ποτὲ εἰς τὴν Κόρινθον, ἐκείνοις ἕψῃ κατὰ τὰ Χρυσίππου καὶ Ζήνωνος ἴχνη προϊών· ἄλλως δὲ ἀδύνατον.

ΛΥΚ. Ὁρᾷς, τοῦτο ὡς κοινὸν, ὦ Ἑρμότιμε, εἴρηκας; εἴποι γὰρ ἂν αὐτὸ καὶ ὁ τῷ Πλάτωνι ξυνοδοιπορῶν καὶ ὁ Ἐπικούρῳ ἑπόμενος καὶ οἱ ἄλλοι, μὴ ἂν ἐλθεῖν με εἰς τὴν Κόρινθον, εἰ μὴ μεθ' ἑαυτοῦ, ἕκαστος. Ὥστε ἢ πᾶσι πιστεύειν χρὴ, ὅπερ γελοιότατον, ἢ ἀπιστεῖν ὁμοίως· μακρῷ γὰρ ἀσφαλέστατον τὸ τοιοῦτον, ἄχρι ἂν εὕρωμεν τἀληθῆ.

30. Ἐπεὶ φέρε, εἰ καθάπερ νῦν ἔχω, ἀγνοῶν ἔτι ὅστις ἐξ ἁπάντων ἐστὶν ὁ ἀληθεύων, ἑλοίμην τὰ ὑμέτερα

piat, etiam eam quæ ad Hyperboreos fert et quæ ad Indos, Corinthum ducere ut opinetur.

HERM. Et quomodo hoc fieri possit, Lycine? alia quippe aliorsum ducit.

28. LYC. Ergo, pulcher Hermotime, non parva deliberatione opus est ad electionem viarum pariter ac ductorum : neque id quod est in proverbio hic agemus, Quocumque nos pedes tulerint, eo ibimus : alioquin imprudentes pro ea quæ Corinthum fert, alteram quæ Babylonem aut Bactra ducit, ingrediamur. Neque illud consultum est, fortunæ permittere, ut qui forte optimam capessituri simus, licet sine examine in unam quamcumque viarum ingrediamur. Etenim potest quidem id quoque fieri, et forte aliquando in longo tempore factum est. At nos de tantis rebus non puto oportere periculosam temere aleam jacere, neque in angusto adeo concludere spes nostras, viminea, quod est in proverbio, crate Ægæum Ioniumve mare ausos trajicere : ubi nec fortunam cum ratione accusaremus, si ea sagittando vel jaculando non omnino feriat verum, quippe quod unum sit inter mille mendacia : quale quid nec Homerico illi sagittario contigit, qui quum columba dejicienda esset, lineam telo rupit; Teucrum fuisse arbitror. Atqui multo rationabilius est sperare futurum ut de multis quiddam (quodcumque sit) feriatur et in telum quasi incidat, quam unum illud omnino ex omnibus. Non parvum autem esse periculum, si spe illa inducti, futurum ut melius fortuna pro nobis eligat, pro recta via in erronearum aliquam ignorantia incidamus, ita me puto colligere : neque enim redire jam et retro navigare ad salutem facile est, si quis semel spiranti se auræ, solutis retinaculis, permiserit; sed necesse est in pelago jactari nauseantem plerumque, metuentem, et gravato ob agitationem capite : quum oportuisset ab initio, ante aliquando quam portu exires, conscensa specula videre, ferensne sit et secundus ventus Corinthum navigare volentibus; et, per Jovem, gubernatorem unum optimum deligere, et navim bene compactam, quæ durare ad tantum fluctum possit.

29. HERM. Ita quidem, Lycine, multo melius. Verum novi equidem, te, si circulo omnes obeas, nec duces meliores inventurum, neque peritiores gubernatores Stoicis : et si quidem pervenire aliquando Corinthum volueris, illos sequere, per Chrysippi Zenonisque vestigia progressus : aliter vero fieri non potest.

LYC. Vides quam commune illud, Hermotime, dixeris? Eodem enim modo et qui cum Platone viam faciat, et qui Epicurum sequatur, et reliqui, non perventurum me Corinthum, nisi secum, quisque dixerit. Itaque aut credere omnibus oportet, quod maxime ridiculum; aut fidem denegare similiter : longe vero tutissimum tale quid fuerit, dum qui vera promittat inveniamus.

30. Nam, age, si ita uti nunc habeo, ignarus adhuc quis ex omnibus verum dicat, vestra eligam, fide tibi habita

σοὶ πιστεύσας, ἀνδρὶ φίλῳ, ἀτὰρ μόνα γε τὰ τῶν Στωϊκῶν εἰδότι καὶ μίαν ὁδὸν ὁδοιπορήσαντι ταύτην, ἔπειτα θεῶν τις ἀναβιῶναι ποιήσειε Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν καὶ Ἀριστοτέλην καὶ τοὺς ἄλλους, οἱ δὲ περιστάντες ἐρωτῷέν με ἢ καὶ νὴ Δί' ἐς δικαστήριον ἀγαγόντες ὕβρεως ἕκαστος δικάζοιντο λέγοντες, Ὦ βέλτιστε Λυκῖνε, τί παθὼν ἢ τίνι ποτὲ πιστευσας Χρύσιππον καὶ Ζήνωνα προετίμησας ἡμῶν, πρεσβυτέρων ὄντων παρὰ πολὺ, χθὲς καὶ πρώην γενομένους, μήτε λόγου μεταδοὺς ἡμῖν μήτε πειραθεὶς ὅλως ὧν φαμέν; Εἰ ταῦτα λέγοιεν, τί ἂν ἀποκριναίμην αὐτοῖς; ἢ ἐξαρκέσει μοι, ἂν εἴπω ὅτι Ἑρμοτίμῳ ἐπείσθην φίλῳ ἀνδρί; ἀλλὰ φαῖεν ἄν, οἶδ' ὅτι, Ἡμεῖς, ὦ Λυκῖνε, οὐκ ἴσμεν τὸν Ἑρμότιμον τοῦτον ὅστις ποτέ ἐστιν, οὐδὲ ἐκεῖνος ἡμᾶς· ὥστε οὐκ ἐχρῆν ἁπάντων καταγιγνώσκειν οὐδὲ ἐρήμην ἡμῶν καταδιαιτᾶν ἀνδρὶ πιστεύσαντα μίαν ὁδὸν ἐν φιλοσοφίᾳ καὶ οὐδὲ ταύτην ἴσως ἀκριβῶς κατανοήσαντι. Οἱ δέ γε νομοθέται, ὦ Λυκῖνε, οὐχ οὕτω προστάττουσι τοῖς δικασταῖς ποιεῖν, οὐδὲ τοῦ ἑτέρου μὲν ἀκούειν, τὸν δὲ ἕτερον οὐκ ἐᾶν λέγειν ὑπὲρ ἑαυτοῦ ἃ οἴεται ξυμφέρειν, ἀλλ' ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι, ὡς ῥᾷον ἀντεξετάζοντες τοὺς λόγους εὑρίσκοιεν τἀληθῆ τε καὶ ψευδῆ, καὶ ἤν γε μὴ οὕτω ποιῶσιν, ἐφιέναι δίδωσιν ὁ νόμος εἰς ἕτερον δικαστήριον. Τοιαῦτα ἄττα εἰκὸς ἐρεῖν αὐτούς.

31. Ἢ τάχ' ἄν τις αὐτῶν καὶ προσέροιτό με, Εἰπέ μοι, λέγων, ὦ Λυκῖνε, εἴ τις Αἰθίοψ μηδεπώποτε ἄλλους ἀνθρώπους ἰδὼν, οἷοι ἡμεῖς ἐσμεν, διὰ τὸ μὴ ἀποδεδημηκέναι τὸ παράπαν, ἔν τινι συλλόγῳ τῶν Αἰθιόπων διισχυρίζοιτο καὶ λέγοι μηδαμόθι τῆς γῆς ἀνθρώπους εἶναι λευκοὺς ἢ ξανθοὺς μηδὲ ἄλλο τι ἢ μέλανας, ἆρα πιστεύοιτ' ἂν ὑπ' αὐτῶν; ἢ εἴποι τις ἂν πρὸς αὐτὸν τῶν πρεσβυτέρων Αἰθιόπων, Σὺ δὲ δὴ πόθεν ταῦτα, ὦ θρασύτατε, οἶσθα; οὐ γὰρ ἀπεδήμησας παρ' ἡμῶν οὐδαμόσε οὐδὲ εἶδες νὴ Δία τὰ παρὰ τοῖς ἄλλοις ὁποῖά ἐστι· φαίην ἂν ἔγωγε δίκαια ἐρωτῆσαι τὸν πρεσβύτην; ἢ πῶς, ὦ Ἑρμότιμε, συμβουλεύεις;

ΕΡΜ. Οὕτω· δικαιότατα γὰρ ἐπιπλῆξαι δοκεῖ μοι.

ΛΥΚ. Καὶ γὰρ ἔμοιγε, ὦ Ἑρμότιμε. Ἀλλὰ τὸ μετὰ τοῦτο οὐκέτ' οἶδα εἰ ὁμοίως καὶ σοὶ δόξει· ἐμοὶ μὲν γὰρ καὶ τοῦτο πάνυ δοκεῖ.

32. ΕΡΜ. Τὸ ποῖον;

ΛΥΚ. Ἐπάξει δηλαδὴ ὁ ἀνὴρ καὶ φήσει πρός με ὧδέ πως· Ἀνάλογον τοίνυν κείσθω τις ἡμῖν, ὦ Λυκῖνε, τὰ Στωϊκῶν μόνα εἰδὼς, καθάπερ ὁ σὸς φίλος οὗτος ὁ Ἑρμότιμος, ἀποδημήσας δὲ μηδεπώποτε μήτε ἐς Πλάτωνος μήτε παρὰ τὸν Ἐπίκουρον μήτε ὅλως παρ' ἄλλον τινά. Εἰ τοίνυν λέγοι μηδὲν οὕτω καλὸν εἶναι μηδ' ἀληθὲς παρὰ τοῖς πολλοῖς, οἷα τὰ τῆς Στοᾶς ἐστι καὶ ἃ ἐκείνη φησὶν, οὐκ ἂν εὐλόγως θρασὺς εἶναι δόξειεν ἄν σοι περὶ πάντων ἀποφαινόμενος, καὶ ταῦτα ἓν εἰδὼς, οὐδεπώποτε ἐξ Αἰθιοπίας τὸν ἕτερον πόδα προελθών; τί βούλει ἀποκρίνωμαι αὐτῷ; — Τὸ ἀληθέστατον ἐκεῖνο δηλαδὴ, ὅτι ἡμεῖς τὰ μὲν Στωϊκῶν καὶ πάνυ ἐκμανθά-

viro amico, sed qui sola tamen Stoicorum dogmata didiceris, et unam hanc viam iveris; ac deinde deus aliquis in lucem revocet Platonem, et Pythagoram, et Aristotelem, et reliquos : iique circumstantes me interrogent, quin, hercle, ad tribunal tractum injuriarum unusquisque postulent, dicentes, Quo animi impetu, bone Lycine, aut cujus auctoritate Chrysippum et Zenonem nobis prætulisti, homines heri et nudiustertius natos, nobis multum natu majoribus, qui nec sermonem communicaveris nobiscum, neque omnino quæ dicimus exploraveris? Hæc, inquam, si dicant, quid illis respondeam? satisne mihi erit dixisse, Hermotimo, amico homini, fidem habui? At ego novi illos dicturos, Nos, Lycine, Hermotimum illum tuum, quis homo sit, nescimus; neque ille nos. Itaque non decebat damnare universos, neque contra absentes et inauditos nos ferre arbitrium, ac fidem habere homini qui unam modo philosophiæ viam, et forte ne hanc quidem accurate satis perspexerit. Legumlatores autem, Lycine, non ita facere judices jubent, neque alteram quidem partem audire, alteram dicere pro se non pati quæ conducere videantur, sed similiter audire utramque, quo facilius, comparatis invicem orationibus, quid verum falsumve sit inveniant : et si tamen ita non fecerint judices, provocandi ad aliud tribunal potestatem lex tribuit. Talia fere dicturos illos veri simile est.

31. Aut forte illorum aliquis præterea me interroget, Dic mihi, Lycine, si quis Æthiops, qui alios nunquam homines, quales nos sumus, usurpasset oculis, eo quod patria pedem non unquam extulisset, hic igitur in concione Æthiopum asseveraret atque diceret, nusquam terrarum homines esse albos, vel flavos, neque aliud usquam nisi nigros, numquid fidem apud illos inveniat? aut si quis ei de majoribus natu Æthiopibus dicat, Tu vero unde hæc, audacissime, nosti, qui neque usquam a nobis peregre abfueris, neque hercle res aliorum quales sint noveris? dicamne ego merito sic interrogasse seniorem? aut quid consulis, Hermotime?

HERM. Sic est : justissime enim illum mihi videtur increpuisse.

LYC. Nimirum mihi quoque, Hermotime. Sed quod sequitur, non jam novi an æque tibi placeat : mihi certe hoc etiam magno videtur opere.

32. HERM. Quale id est?

LYC. Subjiciet nempe vir ille, et ita fere mecum aget : Hac igitur ratione ac proportione servata ponatur nobis aliquis, Lycine, qui Stoicorum placita sola norit, ut amicus hic tuus Hermotimus, nunquam autem neque in Platonis regnum, neque ad Epicurum, neque ad alium quenquam peregrinatus fuerit. Is ergo si dicat, nihil ita pulchrum esse neque verum apud plerosque, quam sint ea quæ sunt in Porticu, et quæ dicit hæc : nonne merito videatur tibi temerarius esse, qui de omnibus pronunciet, quum unum modo sciat, et nunquam alterum ex Æthiopia illa sua pedem protulerit? Quid vis illi respondeam? — Verissimum illud nempe, nos quidem Stoicorum dogmata, et præcipu

νομεν ὡς ἂν κατὰ ταῦτα φιλοσοφεῖν ἀξιοῦντες, οὐκ ἀγνοοῦμεν δὲ καὶ τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων λεγόμενα· ὁ γὰρ διδάσκαλος κἀκεῖνα μεταξὺ καὶ διέξεισι πρὸς ἡμᾶς καὶ ἀνατρέπει γε αὐτὰ προσθεὶς αὐτός.

33. Ἢ νομίζεις ἐνταῦθα σιωπήσεσθαι ἡμῖν τοὺς ἀμφὶ τὸν Πλάτωνα καὶ Πυθαγόραν καὶ Ἐπίκουρον καὶ τοὺς ἄλλους, οὐχὶ δὲ ἀναγελάσαντας ἂν εἰπεῖν πρὸς ἐμὲ, Οἷα ποιεῖ, ὦ Λυκῖνε, ὁ ἑταῖρός σου ὁ Ἑρμότιμος; ἀξιοῖ τοῖς ἀντιδίκοις περὶ ἡμῶν πιστεύειν καὶ οἴεται τοιαῦτα εἶναι τὰ ἡμέτερα, ὁποῖα ἂν ἐκεῖνοι φῶσιν ἢ οὐκ εἰδότες ἢ κρυπτόμενοι τἀληθές; Οὐκοῦν ἤν τινα καὶ τῶν ἀθλητῶν δὴ ἀσκούμενον πρὸ τοῦ ἀγῶνος, λακτίζοντα εἰς τὸν ἀέρα ἢ πὺξ κενὴν πληγήν τινα καταφέροντα, ὡς τὸν ἀνταγωνιστὴν δῆθεν παίοντα, εὐθὺς ἀνακηρύξει αὐτὸν ἀγωνοθέτης ὢν ὡς ἄμαχόν τινα, ἢ ἐκεῖνα μὲν οἰήσεται ῥᾴδια εἶναι καὶ ἀσφαλῆ τὰ νεανιεύματα, οὐδενὸς ἀνταιρομένου αὐτῷ, τὴν δὲ νίκην τηνικαῦτα κρίνεσθαι, ὁπόταν καταγωνίσηται τὸν ἀντίπαλον αὐτὸν καὶ κρατήσῃ, ὁ δ' ἀπαγορεύσῃ, ἄλλως δὲ οὔ; Μὴ τοίνυν μηδὲ Ἑρμότιμος ἀφ' ὧν ἂν οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ σκιαμαχῶσι πρὸς ἡμᾶς ἀπόντας, οἰέσθω κρατεῖν αὐτοὺς ἢ τὰ ἡμέτερα τοιαῦτα εἶναι ὡς ἀνατρέπεσθαι ῥᾳδίως· ἐπεὶ τὸ τοιοῦτον ὅμοιον ἂν εἶναι τοῖς τῶν παιδίων οἰκοδομήμασιν, ἃ κατασκευάσαντες ἐκεῖνοι ἀσθενῆ εὐθὺς ἀνατρέπουσιν, ἢ καὶ νὴ Δία τοῖς τοξεύειν μελετῶσιν, οἳ κάρφη τινὰ συνδήσαντες, ἔπειτα ἐπὶ κοντοῦ πήξαντες οὐ πόρρω προθέμενοι στοχάζονται ἀφιέντες, καὶ ἤν τύχωσί ποτε καὶ διαπείρωσι τὰ κάρφη, ἀνέκραγον εὐθὺς ὥς τι μέγα ποιήσαντες, εἰ διεξελήλυθεν αὐτοῖς τὸ βέλος διὰ τῶν φρυγάνων. Ἀλλ' οὐ Πέρσαι γε οὕτω ποιοῦσιν οὐδὲ Σκυθῶν ὅσοι τοξόται, ἀλλὰ πρῶτον μὲν αὐτοὶ κινούμενοι ἀφ' ἵππων ὡς τὸ πολὺ τοξεύουσιν, ἔπειτα δὲ καὶ τὰ τοξευόμενα κινεῖσθαι ἀξιοῦσιν, οὐχ ἑστῶτα οὐδὲ περιμένοντα τὸ βέλος, ἔστ' ἂν ἐμπέσῃ, ἀλλὰ διαδιδράσκοντα ὡς ἔνι μάλιστα· θηρία γέ τοι ὡς τὸ πολὺ κατατοξεύουσι, καὶ ὀρνίθων ἔνιοι τυγχάνουσιν. Ἢν δέ ποτε καὶ ἐπὶ σκοποῦ δέῃ πειραθῆναι τοῦ τόνου τῆς πληγῆς, ξύλον ἀντίτυπον ἢ ἀσπίδα ὠμοβοΐνην προθέμενοι διελαύνουσι, καὶ οὕτω πιστεύουσι κἂν δι' ὅπλων σφίσι χωρῆσαι τοὺς οἰστούς. Εἰπὲ τοίνυν, ὦ Λυκῖνε, παρ' ἡμῶν Ἑρμοτίμῳ ὅτι οἱ διδάσκαλοι αὐτοῦ φρύγανα προθέμενοι κατατοξεύουσιν, εἶτά φασιν ἀνδρῶν ὡπλισμένων κεκρατηκέναι, καὶ εἰκόνας ἡμῶν γραψάμενοι πυκτεύουσι πρὸς ἐκείνας, καὶ κρατήσαντες, ὡς τὸ εἰκὸς, κρατεῖν ἡμῶν οἴονται. Ἀλλὰ φαίημεν ἂν ἕκαστος πρὸς αὐτοὺς τὰ τοῦ Ἀχιλλέως ἐκεῖνα, ἅ φησι περὶ τοῦ Ἕκτορος, ὅτι

Οὐ γὰρ ἐμῆς κόρυθος λεύσσουσι μέτωπον.

Ταῦτα μὲν οἱ ξύμπαντες ἐν τῷ μέρει ἕκαστος.

34. Ὁ Πλάτων δ' ἄν μοι δοκεῖ καὶ διηγήσασθαί τι τῶν ἐκ Σικελίας ὡς ἂν εἰδὼς τὰ πλεῖστα· τῷ γὰρ Συρακοσίῳ Γέλωνί φασι δυσῶδες εἶναι τὸ στόμα καὶ τοῦτο ἐπὶ πολὺ διαλαθεῖν αὐτὸν, οὐδενὸς τολμῶντος ἐλέγχειν τύραννον ἄνδρα, μέχρι δή τινα γυναῖκα ξένην συνενε-

quidem illa, ediscere, ut qui secundum illa philosophari postulemus; neque tamen ignorare quæ dicantur ab aliis: magistrum enim et illa inter docendum nobis enarrare, atque eadem deinde suis verbis evertere.

33. An putas hic tacituros nobis Platonem et Pythagoram, et Epicurum, et reliquos, ac non potius cum risu ad me dicturos, Quid agit tuus, Lycine, sodalis Hermotimus? æquum censet adversariis de nobis nostris credere, ac talia esse putat nostra, qualia illi dixerint, vel ignorantes, vel suo studio occultantes verum? Utrum igitur si quem athletarum videat se exercentem ante certamen, calcibus petentem aera, aut vanam pugno plagam inferentem, quasi adversarium feriat: continuone, si præses sit certaminis, illum præconio ornabit pro invicto? an potius facilia illa putabit, et periculi expertes juvenis lusus, insurgente adversario nemine, victoriam vero tum decerni, quum ipsum adversarium certamine devicerit, isque victum se fassus fuerit, alias vero non? Ne igitur Hermotimus, ex eo quod magistri ipsius umbratiles forte velitationes adversus absentes nos instituunt, vincere illos arbitretur, aut talia esse nostra, quæ facile adeo evertantur: quum ea ratio similis sit puerorum ædificationibus, quas quum infirmas admodum struxerint, celeriter evertunt; aut his hercle, qui sagittandi artem meditantur, qui stipulas quasdam colligatas et in conto defixas proponunt intervallo non longo, atque ad eas deinde collineant; et si quando feriant trajiciantque stipulas, exclamant continuo, ut in magno facinore, si sarmenta telum ipsorum transierit. Verum ita Persæ certe non faciunt, neque Scytharum qui sunt sagittarii: sed primo ipsi dum moventur in equis, utplurimum sagittant; deinde vero ea etiam quæ petuntur, volunt moveri, non stare et exspectare sagittam, dum incidat, sed fugere quantum licet maxime: bestias enim utplurimum dejiciunt sagittis, et aves quidam eorum feriunt. Si vero etiam ad scopum tentanda sit vis et contentio plagæ, lignum quod ictum re pellat, aut scutum e crudo boum tergore, propositum trajiciunt, et ita sperant per arma quoque sagittas suas transituras. Dic igitur, Lycine, a nobis Hermotimo, magistros ipsius proposita sarmenta sagittis trajicere, deinde viros armatos a se devictos gloriari; et pictas imagines nostras pugnis invadere, iisque, ut facile est ad existimandum, victis, nos a se putare superatos. Nostrûm vero quisque dixerimus ad eos Achillis ista, quæ ille de Hectore dixit,

Nec galeæ poterunt vultumque minasque tueri
nostræ.

Hæc, inquam, universi, et pro se unusquisque.

34. Plato vero videtur mihi etiam enarraturus aliquid de Sicilia, qui pleraque ejus novit. Nempe Syracusio Geloni graveolens fuisse os aiunt, idque diu ipsum ignorasse, quum nemo auderet indicare viro tyranno, donec peregrina mulier congressa illi auderet dicere, uti se res haberet:

χθεῖσαν αὐτῷ τολμῆσαι καὶ εἰπεῖν ὅπως ἔχοι· τὸν δὲ παρὰ τὴν γυναῖκα ἐλθόντα τὴν ἑαυτοῦ ὀργίζεσθαι ὅτι οὐκ ἐμήνυσε πρὸς αὐτὸν εἰδυῖα μάλιστα τὴν δυσωδίαν, τὴν δὲ παραιτεῖσθαι συγγνώμην ἔχειν αὐτῇ· ὑπὲρ γὰρ τοῦ μὴ πεπειρᾶσθαι ἄλλου ἀνδρὸς μηδὲ ὁμιλῆσαι πλησίον οἰηθῆναι ἅπασι τοῖς ἀνδράσι τοιοῦτό τι ἀποπνεῖν τοῦ στόματος. Καὶ ὁ Ἑρμότιμος τοιγαροῦν ἅτε μόνοις τοῖς Στωϊκοῖς ξυνών, φαίη ἂν ὁ Πλάτων, εἰκότως ἀγνοεῖ ὁποῖα τῶν ἄλλων τὰ στόματά ἐστιν. Ὅμοια δ' ἂν καὶ Χρύσιππος εἴποι ἢ ἔτι πλείω τούτων, εἴπερ λιπὼν αὐτὸν ἄκριτον ἐπὶ τὰ Πλάτωνος ὁρμήσαιμι πιστεύσας τινὶ τῶν μόνῳ Πλάτωνι ὡμιληκότων. Ἑνί τε λόγῳ ξυνελών φημι, ἄχρι ἂν ἄδηλον ᾖ τίς ἀληθής ἐστι προαίρεσις ἐν φιλοσοφίᾳ, μηδεμίαν αἱρεῖσθαι· ὕβρις γὰρ ἐς τὰς ἄλλας τὸ τοιοῦτον.

35. ΕΡΜ. Ὦ Λυκῖνε, πρὸς τῆς Ἑστίας, Πλάτωνα μὲν καὶ Ἀριστοτέλην καὶ Ἐπίκουρον καὶ τοὺς ἄλλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν· οὐ γὰρ κατ' ἐμὲ ἀνταγωνίζεσθαι αὐτοῖς· νὼ δέ, ἐγώ τε καὶ σύ, ἐφ' ἡμῶν αὐτῶν ἐξετάσωμεν εἰ τοιοῦτόν ἐστι τὸ φιλοσοφίας πρᾶγμα, οἷον ἐγώ φημι αὐτὸ εἶναι. Αἰθίοπας δέ γε ἢ τὴν Γέλωνος γυναῖκα τί ἔδει καλεῖν ἐκ Συρακουσῶν ἐπὶ τὸν λόγον;

ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ἀπίτωσαν ἐκποδών, εἴ σοι δοκοῦσι περιττοὶ εἶναι πρὸς τὸν λόγον· σὺ δὲ λέγε ἤδη· θαυμαστὸν γάρ τι ἐρεῖν ἔοικας.

ΕΡΜ. Δοκεῖ μοι, ὦ Λυκῖνε, καὶ πάνυ δυνατὸν εἶναι μόνα τὰ τῶν Στωϊκῶν ἐκμαθόντα εἰδέναι τἀληθὲς ἀπὸ τούτων, κἂν μὴ τὰ τῶν ἄλλων ἐπεξέλθῃ τις ἐκμανθάνων ἕκαστα. Οὑτωσὶ δὲ σκόπει· ἤν τις λέγῃ πρὸς σὲ μόνον τοῦτο, ὡς αἱ δύο δυάδες τὸν τέτταρα ἀριθμὸν ἀποτελοῦσιν, ἆρα δεήσει περιιόντα σε πυνθάνεσθαι τῶν ἄλλων, ὅσοι ἀριθμητικοί, μή τις ἄρα εἴη πέντε ἢ ἑπτὰ λέγων αὐτὰς εἶναι; ἢ αὐτίκα εἰδείης ἂν ὅτι ὁ ἀνὴρ ἀληθῆ λέγει;

ΛΥΚ. Αὐτίκα, ὦ Ἑρμότιμε.

ΕΡΜ. Τί ποτ' οὖν ἀδύνατον εἶναί σοι δοκεῖ, ἐντυγχάνοντά τινα μόνοις τοῖς Στωϊκοῖς λέγουσι τἀληθῆ πείθεσθαί τε αὐτοῖς καὶ μηκέτι δεῖσθαι τῶν ἄλλων εἰδότα ὡς οὐκ ἄν ποτε τὰ τέτταρα πέντε γένοιτο, οὐδ' ἂν μυρίοι Πλάτωνες ἢ Πυθαγόραι λέγωσιν;

36. ΛΥΚ. Οὐδὲν πρὸς ἔπος, ὦ Ἑρμότιμε· τὰ γὰρ ὁμολογούμενα τοῖς ἀμφισβητουμένοις εἰκάζεις, πάμπολυ αὐτῶν διαφέροντα. Ἢ τί ἂν φαίης; ἔστιν ᾧτινι ἐντετύχηκας λέγοντι τὰς δύο δυάδας συντεθείσας τὸν ἑπτὰ ἢ ἕνδεκα ἀριθμὸν ἀποτελεῖν;

ΕΡΜ. Οὐκ ἔγωγε· ἢ μαίνοιτ' ἂν ὁ μὴ τέτταρα ξυμβαίνειν λέγων.

ΛΥΚ. Τί δαί; ἐντετύχηκας πώποτε — καὶ πρὸς Χαρίτων πειρῶ ἀληθεύειν — Στωϊκῷ τινι καὶ Ἐπικουρείῳ μὴ διαφερομένοις περὶ ἀρχῆς ἢ τέλους;

ΕΡΜ. Οὐδαμῶς.

ΛΥΚ. Ὅρα τοίνυν μή πώς με παραλογίζῃ, ὦ γενναῖε, καὶ ταῦτα φίλον ὄντα· ζητούντων γὰρ ἡμῶν οἵτι-

illum vero ad conjugem quum veniret suam, iratum fuisse ipsi, quod sibi non indicasset, quum maxime graveolentiam illam sciret: illam vero ignosci sibi petiisse: se enim, quod virum alium experta non esset, neque ex proximo sermones cum quoquam miscuisset, putasse viris omnibus tale quiddam os olere. Etiam Hermotimus igitur, qui solis cum Stoicis fuerit, dicat Plato, ignorat (nec id mirum) qualia aliorum sint ora. Similia vero etiam Chrysippus dicat, aut plura hisce, si quidem relinquens ipsum inauditum ad Platonica me conferam, postquam fidem habuerim eorum alicui, qui solo cum Platone versati fuerint. Uno denique verbo comprehendens omnia aio: donec obscurum sit quae vera sit in philosophia secta, nullam earum esse sectandam: ista enim contumelia fuerit in reliquas.

35. HERM. Per Vestam, Lycine, Platonem, et Aristotelem, et Epicurum, et reliquos quiescere sinamus; neque enim cum illis contendere meum est. Nos vero, ego, inquam, et tu, per nos ipsos quæramus, sitne tale quid philosophia, quale ego aio esse. Æthiopas autem vel Gelonis uxorem Syracusis evocare ad hunc sermonem quid attinebat?

LYC. At illi quidem e vestigio abeant, si superflui tibi videntur esse ad nostram disputationem: tu vero jam dicito, mirabile enim quiddam videris dicturus.

HERM. Videtur mihi, Lycine, et facile quidem fieri posse, ut aliquis, qui sola Stoicorum placita didicerit, sciat ex his verum, etiamsi aliorum sententias non persequatur atque ediscat singulas. Ita vero considera. Si quis hoc tibi solum dicat, bis binos quaternarium numerum efficere, numquid opus est te in circuitu interrogare reliquos, quotquot sunt numerorum periti, num quis forte sit qui quinque aut septem dicat eos esse? an vero statim scires vera illum dicere?

LYC. Statim, Hermotime.

HERM. Qui tandem igitur fieri tibi non posse videtur, ut aliquis solos Stoicos adeat vera dicentes, et persuaderi sibi ab iis patiatur, nec amplius opus reliquis habeat, quum sciat, nunquam quæ quatuor sint quinque posse fieri, neque si sexcenti Platones aut Pythagoræ dicant?

36. LYC. Nihil hoc ad disputationem nostram, Hermotime: ea enim de quibus inter omnes convenit, cum his de quibus disceptatur confers, quæ tamen longe inter se distant. Aut quid dixeris? estne quem videris qui dicat binarios duos compositos septem aut undecim numerum efficere?

HERM. Non equidem. Alioqui furat, qui non confieri quatuor dicat.

LYC. Quid vero? incidistine unquam (et, per ego te Gratiarum numen obtestor, tenta verum amare) in Stoicum aliquem et Epicureum, qui non dissiderent de initiis rerum aut de finibus?

HERM. Nequaquam.

LYC. Vide igitur ne me rationibus colligendis fallas, eumque amicum. Quærentibus enim nobis, qui veram re-

ύουσιν ἐν φιλοσοφίᾳ, σὺ τοῦτο προαρπάσας
ρων τοῖς Στωϊκοῖς λέγων ὡς οὗτοί εἰσιν οἱ τὰ
ττaρα τιθέντες, ὅπερ ἄδηλον εἰ οὕτως ἔχει·
ἂν οἱ Ἐπικούρειοι ἢ Πλατωνικοὶ, σφᾶς μὲν
ιθέναι, ὑμᾶς δὲ πέντε ἢ ἑπτὰ λέγειν αὐτά.
οῦσί σοι τοῦτο ποιεῖν, ὁπόταν ὑμεῖς μὲν μόνον
ἀγαθὸν ἡγῆσθε εἶναι, οἱ Ἐπικούρειοι δὲ τὸ
ὅταν ὑμεῖς λέγητε σώματα εἶναι ἅπαντα, ὁ
ὲ νομίζῃ καὶ ἀσώματόν τι ἐν τοῖς οὖσιν εἶναι;
ἔφην, πλεονεκτικῶς πάνυ τὸ ἀμφισβητούμε-
δὼν ὡς ἀναμφιλόγως ἴδιον τῶν Στωϊκῶν δί-
; ἔχειν, καίτοι ἀντιλαμβανομένων τῶν ἄλλων
των αὐτῶν τοῦτο εἶναι, ἔνθα δὴ κρίσεως μά-
μαι, δεῖ. Ἂν μὲν οὖν πρόδηλον γένηται
; Στωϊκῶν ἐστι μόνων τὰ δὶς δύο τέτταρα
ὥρα σιωπᾶν τοῖς ἄλλοις· ἄχρι δ' ἂν αὐτοῦ
ρι διαμάχωνται, πάντων ὁμοίως ἀκουστέον
ὅτι πρὸς χάριν δικάζειν δόξομεν.
ΡΜ. Οὔ μοι δοκεῖς, ὦ Λυκῖνε, ξυνιέναι πῶς
εἰπεῖν.
Οὐκοῦν σαφέστερον χρὴ λέγειν εἰ ἑτεροῖόν τι,
τοιοῦτον φήσεις.
Εἴσῃ αὐτίκα οἷόν τι λέγω. Θῶμεν γάρ τι-
εληλυθέναι ἐς τὸ Ἀσκληπιεῖον ἢ ἐς τοῦ Διονύ-
ὸν, εἶτα μέντοι φιάλην τινὰ τῶν ἱερῶν ἀπο-
Δεήσει δή που ἀμφοτέρους ἐρευνηθῆναι
πότερος ὑπὸ κόλπου ἔχει τὴν φιάλην.
Καὶ μάλα.
Ἔχει δὲ πάντως ὁ ἕτερος.
Πῶς γὰρ οὒ, εἴ γε ἀπόλωλεν;
Οὐκοῦν ἂν παρὰ τῷ προτέρῳ εὕρῃς αὐτὴν,
ν ἕτερον ἀποδύσεις· πρόδηλον γὰρ ὡς οὐκ

Πρόδηλον γάρ.
Καὶ εἴ γε μὴ εὕροιμεν ἐν τῷ τοῦ προτέρου
ἕτερος πάντως ἔχει, καὶ οὐδὲν ἐρεύνης οὐδὲ

Ἔχει γάρ.
Καὶ ἡμεῖς τοίνυν εἰ εὕροιμεν ἤδη παρὰ τοῖς
τὴν φιάλην, οὐκέτι ἐρευνᾶν τοὺς ἄλλους
ν ἔχοντες ὃ πάλαι ἐζητοῦμεν· ἢ τίνος γὰρ
ἔτι κάμνοιμεν;
ΛΥΚ. Οὐδενὸς, εἴ γε εὕροιτε καὶ εὑρόντες
δέναι ὡς ἐκεῖνο ἦν τὸ ἀπολωλὸς, ἢ ὅλως γνώρι-
είη τὸ ἀνάθημα. Νῦν δὲ, ὦ ἑταῖρε, πρῶτον
ύο εἰσὶν οἱ παρελθόντες ἐς τὸν νεὼν, ὡς ἀναγ-
αι τὸν ἕτερον αὐτοῖν τὰ φώρια ἔχειν, ἀλλὰ
λλοί τινες, εἶτα καὶ τὸ ἀπολόμενον αὐτὸ ἄδη-
ποτέ ἐστιν, εἴτε φιάλη τις ἢ σκύφος ἢ στέφανος·
ἱερεῖς, ἄλλος ἄλλο εἶναι λέγουσι καὶ οὐδὲ περὶ
αὐτῆς ὁμολογοῦσιν, ἀλλ' οἱ μὲν χαλκοῦ, οἱ δὲ
οἱ δὲ χρυσοῦ, οἱ δὲ καττιτέρου εἶναι αὐτὸ φά-
Ἀνάγκη τοίνυν ἅπαντας ἀποδῦσαι τοὺς εἰσελ-
εἰ βούλει εὑρεῖν τὸ ἀπολωλός· καὶ γὰρ ἂν παρὰ

tionem in philosophia sequantur, tu hoc præreptum aliis ad Stoicos detulisti, quum diceres, hos esse, qui bis duo ponant esse quattuor; quod obscurum, an ita habeat. Dixerint enim Epicurei vel Platonici, se quidem ita componere, vos autem quinque aut septem ea esse dicere. An non videntur tibi hoc facere, quum vos quidem solum quod honestum sit idem bonum putatis esse, Epicurei autem id quod suave sit? et quum vos dicitis corpora esse quæcumque sint, Plato autem statuit etiam incorporeum quiddam in rerum natura esse? Tu vero, quod modo dicebam, prorsus arroganter id ipsum de quo disceptatur comprehendens, tanquam extra controversiam Stoicorum esset proprium, ipsis habendum adjudicas, licet vindicantibus idem sibi reliquis, et suum esse dicentibus, ubi sane judicio vel maxime, opinor, opus est. Si quidem igitur planum hoc fiat, Stoicorum solorum esse bis duo putare esse quatuor; tum sane tacendum reliquis. Dum autem de hoc ipso certaverint, omnes æque audiendi sunt, aut sciendum, nos in opinionem venturos condonati gratiæ judicii.

37. HERM. Non videris mihi, Lycine, intelligere quid mihi voluerim.

LYC. Igitur dilucidius dicendum erit, si quid diversum, non autem tale quale ante intelligebam dices.

HERM. Statim scies, quid dicam. Ponamus enim duos quosdam in Æsculapii aut in Bacchi templum ingressos: deinde vero phialam de sacris perditam. Oportebit scilicet ambos excuti, uter in sinu habeat phialam.

LYC. Sane.

HERM. Habet autem omnino alteruter.

LYC. Qui non, si quidem perdita sit?

HERM. Igitur si apud priorem illam inveneris, non jam alterum exues: planum enim, illum non habere.

LYC. Planum.

HERM. Et si non inveniamus in sinu prioris, alter omnino habet, et nihil perscrutatione neque sic opus est.

LYC. Habet enim alter.

HERM. Et nos igitur si inveniamus statim apud Stoicos phialam, non jam excutere reliquos opus putabimus, quippe qui habeamus quod dudum quærebamus: aut cujus rei gratia plus laboris sumamus?

38. LYC. Nullius, si quidem inveneritis, et inventum scire possitis illud esse id ipsum, quod fuerat perditum; aut si omnino notum vobis sit donarium. Jam vero, amice, primum quidem non duo sunt ingressi in templum, ut necesse sit alterutrum habere rem furtivam, sed valde multi: deinde ipsum quod desideratur, quid sit obscurum est, phialane, an scyphus, an corona; quot enim sunt sacerdotes, alius aliud dicit, nec de materia ipsa inter illos convenit, sed alii ex ære, alii argenteum esse, aureum alii, alii e stanno esse dicunt. Necesse igitur est quicumque ingressi sunt, exuere omnes, si invenire velis quod desideratur:

τῷ πρώτῳ εὐθὺς εὕρῃς φιάλην χρυσῆν, ἔτι καὶ τοὺς ἄλλους σοι ἀποδυτέον.

ΕΡΜ. Διὰ τί, ὦ Λυκῖνε;

ΛΥΚ. Ὅτι ἄδηλον εἰ φιάλη τὸ ἀπολόμενον ἦν. Εἰ δὲ καὶ τοῦτο ὑπὸ πάντων ὁμολογηθείη, ἀλλ' οὔτι γε χρυσῆν ἅπαντές φασιν εἶναι τὴν φιάλην· εἰ δὲ καὶ μάλιστα γνώριμον γένοιτο ὡς φιάλη ἀπόλοιτο χρυσῆ, καὶ σὺ παρὰ τῷ πρώτῳ εὕροις φιάλην χρυσῆν, οὐδὲ οὕτω παύσῃ διερευνώμενος τοὺς ἄλλους· οὐ γὰρ δῆλόν που εἰ αὐτὴ ἦν ἡ τοῦ θεοῦ· ἢ οὐκ οἴει πολλὰς φιάλας εἶναι χρυσᾶς;

ΕΡΜ. Ἔγωγε.

ΛΥΚ. Δεήσει δὴ ἐπὶ πάντας ἰέναι ἐρευνῶντα καὶ τὰ παρ' ἑκάστῳ εὑρεθέντα πάντα εἰς μέσον καταθέντα εἰκάζειν ὅ τι ποτὲ αὐτῶν πρέποι ἂν θεῖον κτῆμα οἴεσθαι.

39. Καὶ γὰρ αὖ τὸ τὴν πολλὴν ἀπορίαν παρεχόμενον τοῦτό ἐστιν, ὅτι ἕκαστος τῶν ἀποδυθησομένων ἔχει τι πάντως, ὁ μὲν σκύφον, ὁ δὲ φιάλην, ὁ δὲ στέφανον, καὶ ὁ μὲν ἐκ χαλκοῦ, ὁ δὲ ἐκ χρυσοῦ, ὁ δὲ ἀργύρου· εἰ δὲ ὃ ἔχει, τοῦτο τὸ ἱερόν ἐστιν, οὐδέπω δῆλον. Πᾶσα τοίνυν ἀνάγκη ἀπορεῖν ὅντινα ἱερόσυλον εἴπῃς, ὅπου γε καὶ εἰ πάντες τὰ ὅμοια εἶχον, ἄδηλον ἦν καὶ οὕτως ὅστις ὁ τὰ τοῦ θεοῦ ὑφῃρημένος· ἔστι γὰρ καὶ ἰδιωτικὰ ἔχειν. Τὸ δ' αἴτιον τῆς ἀγνοίας ἕν ἐστιν, οἶμαι, τὸ ἀνεπίγραφον εἶναι τὴν ἀπολομένην φιάλην — θῶμεν γὰρ φιάλην ἀπολωλέναι — ὡς εἴ γε ἐπεγέγραπτο τοῦ θεοῦ τὸ ὄνομα ἢ τοῦ ἀναθέντος, ἧττον ἂν ἐκάμνομεν καὶ εὑρόντες τὴν ἐπιγεγραμμένην ἐπεπαύμεθ' ἂν ἀποδύοντες καὶ ἐνοχλοῦντες τοὺς ἄλλους. Οἶμαι δέ σε, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ ἀγῶνας ἤδη γυμνικοὺς ἑορακέναι πολλάκις.

ΕΡΜ. Καὶ ὀρθῶς οἴει· πολλάκις γὰρ καὶ πολλαχόθι.

ΛΥΚ. Ἦ οὖν ποτε καὶ παρὰ τοὺς ἀθλοθέτας αὐτοὺς ἐκαθέζου;

ΕΡΜ. Νὴ Δία, ἔναγχος Ὀλυμπίασιν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῶν Ἑλλανοδικῶν, Εὐανδρίδου τοῦ Ἠλείου θέαν μοι προκαταλαβόντος ἐν τοῖς ἑαυτοῦ πολίταις· ἐπεθύμουν γὰρ ἐγγύθεν ἅπαντα ὁρᾶν τὰ παρὰ τοῖς Ἑλλανοδίκαις γιγνόμενα.

ΛΥΚ. Οἶσθα οὖν καὶ τοῦτο, πῶς κληροῦσιν ὅντινα ᾧτινι χρὴ παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν;

ΕΡΜ. Οἶδα γάρ.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ἄμεινον σὺ εἴποις ὡς ἐγγύθεν ἰδών.

40. ΕΡΜ. Τὸ μὲν παλαιὸν ἐπὶ Ἡρακλέους ἀγωνοθετοῦντος φύλλα δάφνης —

ΛΥΚ. Μή μοι τὰ πάλαι, ὦ Ἑρμότιμε, ἃ δὲ εἶδες ἐγγύθεν, ἐκεῖνα λέγε.

ΕΡΜ. Κάλπις ἀργυρᾶ πρόκειται ἱερὰ τοῦ θεοῦ· ἐς ταύτην ἐμβάλλονται κλῆροι μικροί, ὅσον δὴ κυαμιαῖοι τὸ μέγεθος, ἐπιγεγραμμένοι. Ἐγγράφεται δὲ ἐς δύο μὲν ἄλφα ἐν ἑκατέρῳ, ἐς δύο δὲ τὸ βῆτα, καὶ ἐς ἄλλους δύο τὸ γάμμα καὶ ἑξῆς κατὰ τὰ αὐτά, ἢν πλείους οἱ

etiam si enim apud primum statim invenias phialam auream, adhuc reliquos tamen oportet exuere.

HERM. Cur, Lycine?

LYC. Quoniam obscurum est, sitne phiala illud quod periit. Si vero hoc etiam inter omnes conveniat, at auream non omnes aiunt esse phialam : et si maxime illud etiam constet, auream periisse phialam, tuque penes primum invenias phialam auream, ne sic quidem excutere alios desines : neque enim planum est, sitne hæc ipsa quæ fuit dei : aut non putas plures esse phialas aureas?

HERM. Ego vero.

LYC. Opus igitur erit per omnes ire scrutando, quæque apud singulos inventa fuerint, ea in medio ponere omnia, et sic facere conjecturam, quid tandem illorum divinam possessionem putare deceat.

39. Etenim quod multam adeo dubitationem affert, illud est, quod eorum qui exuentur unusquisque habet aliquid, scyphum unus, alius phialam, alius coronam; et alius quidem ex ære, ex auro alius, alius ex argento : utrum vero quod habet quisque, id ipsum sacrum sit, nondum patet. Necesse igitur omnino est dubitare, quem dicas sacrilegum : ubi, etiam si similia haberent omnes, sic quoque obscurum esset, quis sit qui dei res surripuisset : licet enim privata quoque habere. Causa autem illius ignorantiæ una est, puto, quod inscriptionem non habet desiderata phiala (ponamus enim interim, phialam desiderari) : nam si inscriptum ei dei esset nomen, aut donantis, minus laboraremus, inventaque ea quæ inscripta est, desineremus exuere alios et molestiam illis facessere. Puto autem te, Hermotime, gymnicos etiam sæpe vidisse ludos.

HERM. Recte putas : sæpe enim vidi, et multis locis.

LYC. Numquid igitur unquam prope ipsos sedisti certaminum præsides?

HERM. Quin nuper Olympiis ad sinistram Hellanodicarum, Evandrida Eleo spectandi locum mihi occupante in suis civibus : cupiebam enim ex proximo videre omnia quæ apud Hellanodicas fierent.

LYC. Itaque nosti hoc quoque, ut sortiantur quem quicum aut lucta certare aut pancratio oporteat?

HERM. Novi enim.

LYC. Itaque melius tute dixeris, qui videris ex proximo.

40. HERM. Olim quidem, præside certaminis Hercule, lauri folia —

LYC. Ne tu mihi antiqua, Hermotime; sed quæ ex propinquo vidisti, ea narra.

HERM. Urna argentea proposita est, dei sacra : in hanc parvæ fabarum instar sortes injiciuntur, inscriptæ. Inscribitur autem binis A, binis aliis B, aliis binis C, et eodem modo deinceps, si plures athletæ fuerint, ut duæ semper

θληταὶ ὦσι, δύο ἀεὶ κλῆροι τὸ αὐτὸ γράμμα ἔχοντες. Προσελθὼν δὴ τῶν ἀθλητῶν ἕκαστος προσευξάμενος τῷ Διὶ καθεὶς τὴν χεῖρα ἐς τὴν κάλπιν ἀνασπᾷ τῶν κλήρων ἕνα καὶ μετ' ἐκεῖνον ἕτερος, καὶ παρεστὼς μαστιγοφόρος ἑκάστῳ ἀνέχει αὐτοῦ τὴν χεῖρα οὐ παρέχων ἀναγνῶναι ὅ τι τὸ γράμμα ἐστὶν ὃ ἀνέσπακεν. Ἁπάντων δὲ ἤδη ἐχόντων ὁ ἀλυτάρχης, οἶμαι, ἢ τῶν Ἑλλανοδικῶν αὐτῶν εἷς — οὐκέτι γὰρ τοῦτο μέμνημαι — περιιὼν ἐπισκοπεῖ τοὺς κλήρους ἐν κύκλῳ ἑστώτων καὶ οὕτω τὸν μὲν τὸ ἄλφα ἔχοντα τῷ τὸ ἕτερον ἄλφα ἀνεσπακότι παλαίειν ἢ παγκρατιάζειν συνάπτει, τὸν δὲ τὸ βῆτα τῷ τὸ βῆτα ὁμοίως καὶ τοὺς ἄλλους τοὺς ὁμογράμμους κατὰ ταὐτά· οὕτω μὲν γάρ, ἢν ἄρτιοι ὦσιν οἱ ἀγωνισταί, οἷον ὀκτὼ ἢ τέτταρες ἢ δώδεκα, ἢν δὲ περιττοί, πέντε ἑπτὰ ἐννέα, γράμμα τι περιττὸν ἑνὶ κλήρῳ ἐγγραφὲν συμβάλλεται αὐτοῖς, ἀντίγραφον ἄλλο οὐκ ἔχον. Ὃς δ' ἂν τοῦτο ἀνασπάσῃ, ἐφεδρεύει περιμένων, ἔστ' ἂν ἐκεῖνοι ἀγωνίσωνται· οὐ γὰρ ἔχει τὸ ἀντίγραμμα· καὶ ἔστι τοῦτο οὐ μικρὰ εὐτυχία τοῦ ἀθλητοῦ, τὸ μέλλειν ἀκμῆτα τοῖς κεκμηκόσι συμπεσεῖσθαι.

sortes eandem literam habeant. Accedens autem athletarum unusquisque, Jovem precatus, demissa in urnam manu sortium unam extrahit, et post illum alius; astansque unicuique flagellifer manum illius retinet, nec sinit illum videre quæ sit litera quam extraxerit. Omnibus autem suam jam habentibus, Alytarcha puto, aut ipsorum unus Hellanodicarum (hoc enim non jam recordor) circumiens inspicit sortes stantium circulo, atque ita eum qui A habet, cum eo qui alterum A extraxit, ad luctam vel pancratium comparat similiterque eum cui B evenit, cum altero qui B habet, et reliquos ejusdem literæ eadem ratione. Atque ita quidem si pari numero sint athletæ, octo puta, quattuor, duodecim: si vero impari numero, quinque, septem, novem; litera quædam impar et ipsa, uni tantum sorti inscripta, respondentem sibi aliam non habens, cum reliquis injicitur. Hanc qui extraxerit, subsidet, exspectans dum illi certaverint: non enim habet ex adverso sibi respondentem literam. Et est illa non parva athletæ felicitas, qui integer committendus sit fatigatis.

41. ΛΥΚ. Ἔχ' ἀτρέμας· τούτου γὰρ ἐδεόμην μάλιστα. Οὐκοῦν ἐννέα ὄντες ἀνεσπάκασιν ἅπαντες καὶ ἔχουσι τοὺς κλήρους. Περιιὼν δὴ — βούλομαι γάρ σε Ἑλλανοδίκην ἀντὶ θεατοῦ ποιῆσαι — ἐπισκοπεῖς τὰ γράμματα, καὶ οὐ πρότερον, οἶμαι, μάθοις ἂν ὅστις ὁ ἐφεδρός ἐστιν, ἢν μὴ ἐπὶ πάντας ἔλθῃς καὶ συζεύξῃς αὐτούς.

41. LYC. Insiste: hoc enim maxime mihi opus erat. Igitur novem quum sint, extraxerunt omnes et habent sortes. Circumiens itaque (volo enim te jam pro spectatore Hellanodicam facere) inspicis literas, nec prius puto didiceris, quis subsessor ille sit, quam quum veneris ad omnes, eosque comparaveris.

ΕΡΜ. Πῶς, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φής;

HERM. Quid ita, Lycine?

ΛΥΚ. Ἀδύνατόν ἐστιν εὐθὺς εὑρεῖν τὸ γράμμα ἐκεῖνο τὸ δηλοῦν τὸν ἔφεδρον, ἢ τὸ μὲν γράμμα ἴσως ἂν εὕροις, οὐ μὴν εἴσῃ γε εἰ ἐκεῖνός ἐστιν· οὐ γὰρ προείρηται ὅτι τὸ Κ ἢ τὸ Μ ἢ τὸ Ι ἐστὶ τὸ χειροτονοῦν τὸν ἔφεδρον· ἀλλ' ἐπειδὰν τῷ Α ἐντύχῃς, ζητεῖς τὸν τὸ ἕτερον Α ἔχοντα καὶ εὑρὼν ἐκείνους μὲν ἤδη συνέζευξας, ἐντυχὼν δὲ αὖθις τῷ βῆτα τὸ ἕτερον βῆτα ὅπου ἐστὶ ζητεῖς, τὸ ἀντίπαλον τῷ εὑρεθέντι, καὶ ἐπὶ πάντων ὁμοίως, ἄχρι ἂν ἐκεῖνός σοι περιλειφθῇ ὁ τὸ μόνον γράμμα ἔχων τὸ ἀνανταγώνιστον.

LYC. Fieri non potest ut statim invenias literam illam subsessoris indicem, aut literam forte invenias, sed utrum ille sit, nescies. Neque enim prædictum est, aut K aut M aut I esse quæ subsessorem indicet. Sed ubi in A incideris, quæris eum qui alteram A habet, eoque invento, illos jam comparasti: et quum in B incidis, altera B ubi sit quæris, inventæ respondens, ac de omnibus similiter, donec ille tibi relinquatur, solitariam literam habens, cui nulla ex adverso respondet.

42. ΕΡΜ. Τί δ' εἰ ἐκείνῳ πρώτῳ ἢ δευτέρῳ ἐντύχοις, τί ποιήσεις;

42. HERM. Quid vero si in illam primo aut secundo incidas, quid facies?

ΛΥΚ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ σὺ ὁ Ἑλλανοδίκης ἐθέλω εἰδέναι ὅ τι καὶ πράξεις, πότερον αὐτίκα ἐρεῖς ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ ἔφεδρος, ἢ δεήσει ἐπὶ πάντας ἐν κύκλῳ ἐλθόντα ἰδεῖν εἴ που αὐτῷ γράμμα ὅμοιόν ἐστιν; ὡς εἴ γε μὴ τοὺς πάντων κλήρους ἴδοις, οὐκ ἂν μάθοις τὸν ἔφεδρον.

LYC. Minime quid ego sim facturus quæritur: sed tu Hellanodica, scire volo, quid facturus sis; utrum statim sis dicturus, Hic est subsessor, an ad omnes per orbem eundum putes, et videndum si qua ipsi litera similis sit: atque adeo nisi omnium sortes videris, non discas subsessorem.

ΕΡΜ. Καὶ μήν, ὦ Λυκῖνε, ῥᾳδίως ἂν μάθοιμι· ἐπὶ γοῦν τῶν ἐννέα ἢν τὸ Ε εὕρω πρῶτον ἢ δεύτερον, οἶδα ὅτι ἔφεδρος ὁ τοῦτο ἔχων ἐστί.

HERM. Quin, Lycine, facile discam. Inter novem enim si E primo invenero, aut secundo loco, novi, hanc qui habeat, esse subsessorem.

ΛΥΚ. Πῶς, ὦ Ἑρμότιμε;

LYC. Quid ita, Hermotime?

LYC. Omni igitur ratione necessarium, eo usque nos vivere, si et bene eligere velimus exploratis omnibus, et electione facta philosophari, et per philosophiam felices esse : ante vero quam id fecerimus, in tenebris, quod aiunt, saltabimus, offendentes ad quæcumque obvia, et quicquid primum in manus venerit, id ipsum rati quod quæritur, qui verum non noverimus. Si vero inveniamus temere, bona quadam fortuna in illud incidentes, non habebimus tamen unde sciamus firmiter, sitne illud hoc ipsum quod quærimus : multa enim sunt inter se similia, quorum unumquodque se verissimum esse contendat.

50. HERM. Nescio qui fiat, Lycine, ut rationalia quidem dicere mihi videaris : sed (dicetur enim verum) non mediocri me molestia afficis persequendis illis et ad minutias usque perscrutandis præter necessitatem. Forte etiam infelicibus hodie auspiciis domo exisse videar, et egressus in te incidisse, qui me, quum prope spem jam essem, subito in consilii inopiam conjeceris, ostendendo quam supra vires nostras veritatis sit inventio, idque quum tot annis indigeat.

LYC. Igitur, amice, multo justius irascaris patri tuo Menecrati et matri, quocumque illa nomine vocata est, non enim novi; vel etiam multo potius naturæ nostræ, quod te non, Tithoni instar, annosum et longævum fecerunt, sed circumscripserunt, ne plus quam centum summum annis vivat unusquisque homo qui sit. At ego tecum considerans, illud quod ex rationibus consequitur inveni.

51. HERM. Non : sed contumeliosus semper homo es, et

τι παθὼν μισεῖς φιλοσοφίαν καὶ ἐς τοὺς φιλοσοφοῦντας ἀποσκώπτεις.

ΛΥΚ. Ὦ Ἑρμότιμε, ἥτις μὲν ἡ ἀλήθειά ἐστιν ὑμεῖς ἂν ἄμεινον εἴποιτε οἱ σοφοὶ, σύ τε καὶ ὁ διδάσκαλος· ἐγὼ δὲ τό γε τοσοῦτον οἶδα, ὡς οὐ πάνυ ἡδεῖά ἐστιν αὐτὴ τοῖς ἀκούουσιν, ἀλλὰ παρευδοκιμεῖται ὑπὸ τοῦ ψεύδους παρὰ πολύ· εὐπροσωπότερον γὰρ ἐκεῖνο καὶ διὰ τοῦτο ἥδιον· ἡ δὲ ἅτε μηδὲν κίβδηλον ἑαυτῇ συνειδυῖα μετὰ παρρησίας διαλέγεται τοῖς ἀνθρώποις, καὶ διὰ τοῦτο ἄχθονται αὐτῇ. Ἰδού γέ τοι, καὶ σὺ νῦν ἄχθῃ μοι τἀληθὲς ἐξευρόντι περὶ τούτων μετὰ σοῦ καὶ δηλώσαντι οἵων ἐρῶμεν ἐγώ τε καὶ σὺ, ὡς οὐ πάνυ ῥᾳδίων· ὥσπερ εἰ ἀνδριάντος ἐρῶν ἐτύγχανες καὶ ᾤου τεύξεσθαι ὑπολαμβάνων ἄνθρωπον εἶναι, ἐγὼ δὲ κατιδὼν ὡς λίθος ἢ χαλκὸς εἴη ἐμήνυσα πρός σε ὑπ' εὐνοίας ὅτι ἀδυνάτων ἐρᾷς, καὶ τότε δύσνουν ἐμὲ εἶναι ᾤου σαυτῷ, διότι σε οὐκ εἴων ἐξαπατᾶσθαι ἀλλόκοτα καὶ ἀνέλπιστα ἐλπίζοντα.

52. ΕΡΜ. Οὐκοῦν τοῦτο, ὦ Λυκῖνε, φῄς, ὡς οὐ φιλοσοφητέον ἡμῖν, ἀλλὰ χρὴ ἀργίᾳ παραδιδόντας αὑτοὺς ἰδιώτας καταβιῶναι;

ΛΥΚ. Καὶ ποῦ τοῦτο ἤκουσας ἐμοῦ λέγοντος; ἐγὼ γὰρ οὐχ ὡς οὐ φιλοσοφητέον φημὶ, ἀλλ' ἐπείπερ φιλοσοφητέον ὁδοί τε πολλαί εἰσιν ἐπὶ φιλοσοφίαν ἑκάστη καὶ ἀρετὴν ἄγειν φάσκουσαι, ἡ δὲ ἀληθὴς ἐν αὐταῖς ἄδηλος, ἀκριβῆ ποιήσασθαι τὴν διαίρεσιν. Ἀδύνατον δέ γε ἡμῖν ἐφαίνετο, πολλῶν προτεθέντων ἑλέσθαι τὸ ἄριστον, εἰ μὴ ἐπὶ πάντα ἴοι τις πειρώμενος· εἶτά πως μακρὰ ἡ πεῖρα ὤφθη. Σὺ δὲ πῶς ἀξιοῖς; — αὖθις γὰρ ἐρήσομαι — ὅτῳ ἂν πρώτῳ ἐντύχῃς, τούτῳ ἕψῃ καὶ συμφιλοσοφήσεις, κἀκεῖνος ἕρμαιον ποιήσεταί σε;

53. ΕΡΜ. Καί τί σοι ἀποκριναίμην ἂν ἔτι, ὃς οὔτε αὐτόν τινα κρίνειν οἷόν τε εἶναι φῄς, ἢν μὴ φοίνικος ἔτη βιώσῃ πάντας ἐν κύκλῳ περιιὼν καὶ πειρώμενος, οὔτε τοῖς προπεπειραμένοις πιστεύειν ἀξιοῖς οὔτε τοῖς πολλοῖς ἐπαινοῦσι καὶ μαρτυροῦσι;

ΛΥΚ. Τίνας φῄς τοὺς πολλοὺς εἰδότας καὶ πεπειραμένους ἁπάντων; εἰ γάρ τις τοιοῦτός ἐστιν, ἱκανὸς ἔμοιγε καὶ εἷς, καὶ οὐκέτι πολλῶν δεήσει. Ἢν δὲ τοὺς οὐκ εἰδότας λέγῃς, οὐδέν τι τὸ πλῆθος αὐτῶν προσάξεταί με πιστεύειν, ἄχρι ἂν ἢ μηδὲν ἢ ἓν εἰδότες περὶ ἁπάντων ἀποφαίνωνται.

ΕΡΜ. Μόνος δὲ σὺ τἀληθὲς κατεῖδες, οἱ δ' ἄλλοι ἀνόητοι ἅπαντες, ὅσοι φιλοσοφοῦσι.

ΛΥΚ. Καταψεύδῃ μου, ὦ Ἑρμότιμε, λέγων ὡς ἐγὼ προτίθημί πῃ ἐμαυτὸν τῶν ἄλλων ἢ τάττω ὅλως ἐν τοῖς εἰδόσι, καὶ οὐ μνημονεύεις ὧν ἔφην, οὐκ αὐτὸς εἰδέναι τἀληθὲς ὑπὲρ τοὺς ἄλλους διατεινόμενος, ἀλλὰ μετὰ πάντων αὐτὸ ἀγνοεῖν ὁμολογῶν.

54. ΕΡΜ. Ἀλλ', ὦ Λυκῖνε, τὸ μὲν ἐπὶ πάντας ἐλθεῖν χρῆναι καὶ πειραθῆναι ὧν φασι καὶ τὸ μὴ ἂν ἄλλως ἑλέσθαι τὸ βέλτιον ἢ οὕτως, εὔλογον ἴσως, τὸ δὲ τῇ πείρᾳ ἑκάστῃ τοσαῦτα ἔτη ἀποδιδόναι, παγγέλοιον, ὥσπερ οὐχ οἷόν τε ὂν ἀπ' ὀλίγων καταμαθεῖν τὰ

nescio qua animi affectione odisti philosophiam et rides philosophos.

LYC. Mi Hermotime, quæ sit veritas, vos forte melius, qui sapientes estis, dixeritis, tu et tuus ille magister : at ego tantum modo novi, audientibus illam non vehementer suavem esse, sed multum gratia a mendacio superari : speciosius enim hoc, eaque causa jucundius. At illa, quæ scilicet nihil sibi fraudulenti conscia sit, cum fiducia agit cum hominibus, et ob id ipsum eam gravantur. Ecce jam tu quoque nunc offensus es mihi, qui verum hisce de rebus tecum invenerim, et declaraverim qualia amemus ego et tu, quam non omnino facilia : velut si statuam tu forte adamasses, ejusque te futurum compotem sperasses, quod hominem putares; ego autem, cognito lapidem esse aut æs, indicassem tibi benevolo animo, amare te quorum fieri non posset copia, et tum malevolum me esse tibi putares, qui decipi te non passus sim et absurda atque supra omnem spem posita sperare.

52. HERM. Ergo illud, Lycine, dicis, non philosophandum nobis esse, sed consultum ut pigritiæ nos tradamus idiotarumque vitam vivamus?

LYC. Et ubi hoc dicere me audisti? Neque enim ego philosophari nos veto : sed quum philosophandum sit, multæ porro viæ sint ad philosophiam unaquæque et virtutem ducere se professæ, vera denique inter has obscura : accuratum faciendum esse discrimen dixi. Fieri autem non posse nobis apparebat, ut multis propositis eligatur quod est optimum, nisi per omnia quis experiendo eat; deinde longum aliquanto experimentum illud visum est. Tu autem quomodo vis facere? rursus enim interrogabo : in quem primum incideris, eum sequeris, cum illo philosophabere? et ille te sibi habebit lucrum a propitio Mercurio temere objectum?

53. HERM. Et quid tibi porro respondeam, qui neges per se judicare quenquam posse, nisi annos vixerit phœnicis, ac per orbem circumiens omnes probaverit, neque his credere velis, qui ante experti sunt, laudantiumve et perhibentium testimonia multitudini?

LYC. Quam mihi narras multitudinem eorum qui sciant et experti sint omnia? si quis enim est talis, sufficit mihi unus etiam, nec jam multis opus fuerit. Si vero nescientes dicas, nihil me ipsorum multitudo ad credendum adducet, dum aut nihil aut unum modo quum sciant, pronunciabunt de omnibus.

HERM. Solus autem tu verum vidisti, reliqui amentes omnes, quotquot philosophantur.

LYC. Calumniaris me, Hermotime, quasi ego usquam me præponam reliquis, aut omnino in scientibus collocem, nec recordaris eorum quæ dixi, non contendens ipse scire verum præter reliquos, sed cum omnibus ignorare illud confessus.

54. HERM. Sed, Lycine, illud forte consentaneum rationi, eundum esse ad omnes, dicta omnium exploranda, nec aliter quam hoc modo eligendum quod optimum est : sed experimento unicuique tot annos attribuere, valde ridiculum, quasi non liceret ex paucis cognoscere universa.

πάντα. Ἐμοὶ δὲ καὶ πάνυ ῥᾴδιον εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενον· φασί γέ τοι τῶν πλαστῶν τινα, Φειδίαν οἶμαι, ὄνυχα μόνον λέοντος ἰδόντα ἀπ' ἐκείνου ἀναλελογίσθαι, ἡλίκος ἂν ὁ πᾶς λέων γένοιτο κατ' ἀξίαν τοῦ ὄνυχος ἀναπλασθείς. Καὶ σὺ δὲ, ἤν τίς σοι χεῖρα μόνην ἀνθρώπου δείξῃ τὸ ἄλλο σῶμα κατακαλύψας, εἴσῃ, οἶμαι, αὐτίκα ὅτι ἄνθρωπός ἐστι τὸ κατακεκαλυμμένον, κἂν μὴ τὸ πᾶν σῶμα ἴδῃς. Καὶ τοίνυν τὰ μὲν κεφαλαιώδη ὧν ἅπαντες λέγουσι, ῥᾴδιον καταμαθεῖν ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, τὸ δὲ ὑπερακριβὲς τοῦτο καὶ μακρᾶς τῆς ἐξετάσεως δεόμενον, οὐ πάνυ ἀναγκαῖον ἐς τὴν αἵρεσιν τοῦ βελτίονος, ἀλλ' ἔστι κρῖναι καὶ ἀπ' ἐκείνων.

55. ΛΥΚ. Παπαῖ, ὦ Ἑρμότιμε, ὡς ἰσχυρὰ ταῦτα εἴρηκας ἀπὸ τῶν μερῶν ἀξιῶν τὰ ὅλα εἰδέναι· καίτοι ἐγὼ τὰ ἐναντία ἀκούσας μέμνημαι ὡς ὁ μὲν τὸ ὅλον εἰδὼς εἰδείη ἂν καὶ τὸ μέρος, ὁ δὲ μόνον τὸ μέρος, οὐκέτι καὶ τὸ ὅλον. Οὕτως καί μοι τόδε ἀπόκριναι, ὁ Φειδίας ἄν ποτε ἰδὼν ὄνυχα λέοντος ἔγνω ἂν, ὅτι λέοντός ἐστιν, εἰ μὴ ἑοράκει ποτὲ λέοντα ὅλον; ἢ σὺ ἀνθρώπου χεῖρα ἰδὼν ἔσχες ἂν εἰπεῖν, ὅτι ἀνθρώπου ἐστὶ μὴ πρότερον εἰδὼς μηδὲ ἑορακὼς ἄνθρωπον; Τί σιγᾷς; ἢ βούλει ἐγὼ ἀποκρίνωμαι ὑπὲρ σοῦ τά γε ἀναγκαῖα, ὅτι οὐκ ἂν εἶχες; ὥστε κινδυνεύει ὁ Φειδίας ἄπρακτος ἀπεληλυθέναι μάτην ἀναπλάσας τὸν λέοντα· οὐδὲν γὰρ πρὸς τὸν Διόνυσον ὦπται λέγων. Ἢ πῶς ταῦτα ἐκείνοις ὅμοια; τῷ μὲν γὰρ Φειδίᾳ καὶ σοὶ οὐδὲν ἄλλο τοῦ γνωρίζειν τὰ μέρη αἴτιον ἦν ἢ τὸ εἰδέναι τὸ ὅλον, ἄνθρωπον λέγω καὶ λέοντα, ἐν φιλοσοφίᾳ δὲ, οἷον τῇ Στωϊκῶν, πῶς ἂν ἀπὸ τοῦ μέρους καὶ τὰ λοιπὰ ἴδοις; ἢ πῶς ἂν ἀποφαίνοιο ὡς καλά; οὐ γὰρ οἶσθα τὸ ὅλον, οὗ μέρη ἐκεῖνά ἐστιν.

56. Ὃ δὲ φῂς, ὅτι τὰ κεφάλαια ῥᾴδιον ἀκοῦσαι ἁπάσης φιλοσοφίας ἐν ὀλίγῳ μορίῳ ἡμέρας, οἷον ἀρχὰς αὐτῶν καὶ τέλη καὶ τί θεοὺς οἴονται εἶναι, τί ψυχὴν, καὶ τίνες μὲν σώματα πάντα φασὶ, τίνες δὲ καὶ ἀσώματα εἶναι ἀξιοῦσι, καὶ ὅτι οἱ μὲν ἡδονὴν, οἱ δὲ τὸ καλὸν ἀγαθὸν καὶ εὔδαιμον τίθενται καὶ τὰ τοιαῦτα, οὑτωσὶ μὲν ἀκούσαντας ἀποφήνασθαι ῥᾴδιον καὶ ἔργον οὐδέν· εἰδέναι δὲ ὅστις ὁ τἀληθῆ λέγων ἐστὶν, ὅρα μὴ οὐχὶ μορίου ἐστὶν ἡμέρας, ἀλλὰ πολλῶν ἡμερῶν δέηται. Ἢ τί γὰρ ἐκεῖνοι παθόντες ὑπὲρ αὐτῶν τούτων ἑκατοντάδας καὶ χιλιάδας βιβλίων ἕκαστοι συγγεγράφασιν, ὡς πείσαιεν, οἶμαι, ἀληθῆ εἶναι τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα καὶ ἅ σοι ἐδόκει ῥᾴδια καὶ εὐμαθῆ; Νῦν δὲ μάντεως, οἶμαι, δεήσει σοι κἀνταῦθα πρὸς τὴν αἵρεσιν τῶν κρειττόνων, εἰ μὴ ἀνέχῃ τὴν διατριβὴν, ὡς ἀκριβῶς ἑλέσθαι, αὐτὸς ἅπαντα καὶ ὅλον ἕκαστον κατανοήσας· ἐπίτομος γὰρ αὕτη γένοιτ' ἂν, οὐκ ἔχουσα περιπλοκὰς οὐδ' ἀναβολὰς, εἰ μεταστειλάμενος τὸν μάντιν ἀκούσας τῶν κεφαλαίων ἁπάντων σφαγιάζοιο ἐφ' ἑκάστοις· ἀπαλλάξει γάρ σε ὁ θεὸς μυρίων πραγμάτων δείξας ἐν τῷ τοῦ ἱερείου ἥπατι ἅτινά σοι αἱρετέον.

57. Εἰ δὲ βούλει, καὶ ἄλλο τι ἀπραγμονέστερον

Mihi vero etiam valde facile esse tale quippiam videtur, nec multa mora indigere. Dicunt certe statuariorum aliquem, Phidiam puto, solo conspecto leonis ungue, ex illa portionis æstimatione collegisse, quantus integer leo esset, ex dignitate unguis effictus. Et tu sane, si quis manum tibi solam ostenderit hominis, reliquo contecto corpore, scies, puto, statim, hominem esse quod tegitur, etiam si totum corpus non videas. Jam summa capita eorum quæ omnes dicunt, facile est in parva diei parte discere: illud autem nimis exquisitum et longa exploratione indigens, ad melioris electionem non utique necessarium est, sed ex illis etiam potest dijudicari.

55. LYC. Vah, Hermotime, quam firma sunt quæ dixisti, dum postulas ex partibus nos cognoscere tota: ego vero contraria me audire memini, qui totum norit, eum nosse etiam partes; qui vero partem modo, eum non continuo scire totum. Sic illud etiam mihi responde, Phidias unguem forte leonis videns num leonis esse cognovisset, si totum nunquam leonem vidisset? aut hominis tu manum videns an posses nobis dicere eam esse hominis, si prius neque novisses neque vidisses hominem? Quid taces? aut vis ego pro te necessaria respondeam? te non posse videlicet. Igitur infecta re abiturus videtur tuus Phidias, efficto frustra leone: deprehensus est enim quod nihil ad rem pertineat dicens. Aut quomodo hæc illis similia? Phidiæ enim et tibi nulla fuit causa alia partes agnoscendi, præter eam, quod integrum nossetis, hominem dico, et leonem: in philosophia autem, velut Stoicorum, quomodo ex parte cognosces etiam reliqua? aut quomodo ea pulchra pronunciabis? neque enim totum nosti, cujus illæ partes sunt.

56. Quod vero dicis, capita summa cujuscumque philosophiæ facile esse audire exigua diei parte, ut principia cujusque, et fines, et quid deos putent esse, quid animam; et qui corpora esse omnia dicant, qui incorporea etiam quædam velint esse; et quod alii quidem in voluptate, alii vero in honestate bonum ac felicitatem collocent, et similia, sic quidem audire et reddere facile est et labor nullus: scire vero quis sit ille qui vera dicat, vide ne non tam partis sit diei, quam dies multos postulet. Aut quid illis in mentem venit, ut de his ipsis rebus centenos millenosque libros singuli conscriberent? ut persuadeant, opinor, vera esse paucula illa, quæ facilia tibi videbantur et discentibus obvia. Jam vero vate, puto, opus erit tibi hic etiam ad meliorum electionem, si moræ impatiens sis, qua curiose eligas, ipse omnia et singula universa inspiciens. Compendiaria enim hæc forte via fuerit, nihil habens perplexum, dilationes nullas, si haruspice advocato, dum audis capita omnia singula, exta de unoquoque consulas: infinitis enim te molestiis deus liberabit, ostendens in jecinore victimæ quæ tibi eligenda sint.

57. Si vero vis, etiam aliud quiddam tibi minus etiam

ιαί σοι, ὡς μὴ ἱερεῖα καταθύῃς ταυτὶ καὶ
τῳ μηδ' ἱερέα τινὰ τῶν μεγαλομίσθων παρα-
λλ' ἐς κάλπιν ἐμβαλὼν γραμμάτια ἔχοντα τῶν
ν ἑκάστου τοὔνομα κέλευε παῖδα τῶν ἀνήβων
ῄ τινα, προσελθόντα πρὸς τὴν κάλπιν, ἀνε-
τι ἂν πρῶτον ὑπὸ τὴν χεῖρα ἔλθῃ τῶν γραμμα-
τὸ λοιπὸν κατὰ τὸν λαχόντα ἐκεῖνον, ὅστις
οσόφει.

ΡΜ. Ταυτὶ μὲν, ὦ Λυκῖνε, βωμολοχικὰ καὶ οὐ
Σὺ δὲ εἰπέ μοι, ἤδη ποτὲ οἶνον ἐπρίω αὐ-

Καὶ μάλα πολλάκις.

Ἆρ' οὖν περιῄεις ἅπαντας ἐν κύκλῳ τοὺς ἐν
καπήλους ἀπογευόμενος καὶ παραβάλλων καὶ
ζων τοὺς οἴνους;

Οὐδαμῶς.

Ἀπέχρη γὰρ, οἶμαι, σοι τῷ πρώτῳ χρηστῷ
ἐντυχόντι ἀποφέρεσθαι.

Νὴ Δία.

Καὶ ἀπό γε τοῦ ὀλίγου ἐκείνου γεύματος εἶ-
πεῖν ὁποῖος ἅπας ὁ οἶνός ἐστιν;

Εἶχον γάρ.

Εἰ δὲ δὴ ἔλεγες προσελθὼν τοῖς καπήλοις,
κοτύλην πρίασθαι βούλομαι, δότε μοι, ὦ οὗτοι,
λον ἕκαστος ὑμῶν τὸν πίθον, ὡς διὰ παντὸς
ν μάθοιμι ὅστις ἀμείνω τὸν οἶνον ἔχει καὶ ὅθεν
έον· εἰ ταῦτ' ἔλεγες, οὐκ ἂν οἴει καταγελάσαι
ὐς, εἰ δὲ καὶ ἐπὶ πλέον ἐνοχλοίης, τάχ' ἂν καὶ
τοῦ ὕδατος;

Οἶμαι ἔγωγε καὶ δίκαιά γ' ἂν πάθοιμι.

Κατὰ ταὐτὰ δὴ καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ. Τί δεῖ
ὸν πίθον δυναμένους γε ἀπ' ὀλίγου τοῦ γεύμα-
τι ὁποῖον τὸ πᾶν ἐστιν;

ΥΚ. Ὡς ὀλισθηρὸς εἶ, ὦ Ἑρμότιμε, καὶ
τκεις ἐκ τῶν χειρῶν. Πλὴν ἀλλ' ὤνησάς γε·
γὰρ ἐκπεφευγέναι ἐς τὸν αὐτὸν κύρτον ἐμπέ-

Πῶς τοῦτ' ἔφης;

Ὅτι αὐθομολογούμενον πρᾶγμα λαβὼν καὶ
ἅπασι τὸν οἶνον εἰκάζεις αὐτῷ τὰ ἀνομοιό-
περὶ ὧν ἀμφισβητοῦσιν ἅπαντες ἀφανῶν ὄν-
Ὥστε ἔγωγε οὐκ ἔχω εἰπεῖν καθ' ὅ τι σοι ὅμοιος
α καὶ οἶνος, εἰ μὴ ἄρα κατὰ τοῦτο μόνον, ὅτι
ιλόσοφοι ἀποδίδονται τὰ μαθήματα ὥσπερ οἱ
, κερασάμενοί γε οἱ πολλοὶ καὶ δολώσαντες καὶ
ροῦντες. Οὑτωσὶ δὲ ἐπισκοπήσωμεν ὅ τι καὶ
ὸν οἶνον φὴς τὸν ἐν τῷ πίθῳ ὅλον αὐτὸν αὑτῷ
ναι, καὶ μὰ Δί' οὐδὲν ἄτοπον· ἀλλὰ καὶ εἴ τις
ἀρυσάμενος ὀλίγον ὅσον αὐτοῦ, εἴσεσθαι αὐ-
ῖος ἅπας ὁ πίθος ἐστὶν, ἀκόλουθον καὶ τοῦτο,
ἂν ἔγωγέ τι ἀντεῖπον. Ὅρα δὴ καὶ τὸ μετὰ
λοσοφία καὶ οἱ φιλοσοφοῦντες οἷον ὁ διδάσκαλος
ια ταὐτὰ πρὸς ὑμᾶς λέγει ὁσημέραι καὶ περὶ
ὶν, ἢ ἄλλα ἄλλοτε; πολλὰ γάρ ἐστι, πρόδηλον,

molestum subjiciam, ut non mactes istas hostias et sacrifices cuipiam, sed neque advoces sacerdotem aliquem ex illis qui magna mercede conducuntur; verum conjectis in urnam tabellis singulorum nomina philosophorum inscripta habentibus, jube puerum impuberem, patrimum quendam matrimumque, accedere ad urnam, et extrahere quæcumque tabellarum prima sub manum venerit, ac deinde secundum eum cujus sors exierit, qui demum cumque fuerit, philosophare.

58. HERM. Ista quidem, Lycine, scurrilia, neque digna te. At dic mihi, ipsene unquam vinum emisti?

LYC. Et sæpe quidem.

HERM. Tum ergo circumibas circulo omnes in urbe caupones, degustans et comparans, et inter se conferens vina?

LYC. Minime vero.

HERM. Sufficiebat enim tibi, puto, in quod primum bonum et dignum pretio incideres, de eo ferendum tibi curare.

LYC. Per Jovem.

HERM. Et de parvo illo gustu dicere poteras universum vinum quale esset?

LYC. Poteram enim.

HERM. Si vero accedens ad caupones diceres, Quandoquidem emere vini heminam volo, date mihi, o isti, ebibere totum quisque dolium, ut, ubi omne penitus exploraverim, intelligam quis melius vinum habeat et unde mihi sit emendum. Hæc igitur si diceres, non arbitraris illos te derisuros, et, si pergas molestus esse, largiorem fortasse aquam affusuros?

LYC. Equidem arbitror: nec fiat mihi injuria.

HERM. Eadem igitur philosophiæ ratio. Quid ebibere dolium opus est, quum possimus de parvo gustu scire quale sit universum?

59. LYC. Quam lubricus es, Hermotime, et inter manus effugis! Veruntamen adjuvisti me: dum enim effugisse te putas, in nassam eandem incidisti.

HERM. Quid ita?

LYC. Quod rem de qua inter omnes prorsus convenit, et notam omnibus, vinum, sumsisti, eique assimilas dissimillima, de quibus nempe disputent omnes, quum sint obscura. Quare ego quidem non habeo dicere, qua re tibi similis philosophia et vinum sit, nisi forte hoc solo, quod etiam philosophi vendunt doctrinas, ut caupones, multi etiam interpolant, et adulterant, et male metiuntur. Ita vero inspiciamus quod dicis: ais vinum in dolio universum simile sibi esse, nec profecto id absurdum; sed etiam si quis haustum vel tantillum illius gustet, illum statim sciturum quale totum sit dolium: consequens hoc etiam, neque quicquam equidem contra dixero. Sed jam vide etiam, quod sequitur. Philosophia et philosophi, velut magister tuus, utrum eadem vobis dicit quotidie, et de iisdem, an alias alia? Multa enim

δίκτυα καὶ βάρους τινὸς αἰσθόμενοι ἀνέλκουσιν ἰχθῦς παμπόλλους γε περιβεβληκέναι ἐλπίζοντες, εἶτα ἐπειδὰν κάμωσιν ἀνασπῶντες, ἢ λίθος τις ἀναφαίνεται αὐτοῖς ἢ κεράμιον ψάμμῳ σεσαγμένον. Σκόπει μὴ καὶ ἡμεῖς τι τοιοῦτον ἀνεσπάκαμεν.

ΕΡΜ. Οὐ μανθάνω τί σοι τὰ δίκτυα ταῦτα βούλεται· ἀτεχνῶς γάρ με περιβάλλεις αὐτοῖς.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν πειρῶ διεκδῦναι· σὺν θεῷ γὰρ οἶσθα νεῖν, εἰ καί τις ἄλλος· ἐγὼ γὰρ κἂν ἐφ' ἅπαντας ἔλθωμεν πειρώμενοι καὶ τοῦτο ἐργασώμεθά ποτε, οὐδέπω οὐδὲ τοῦτο δῆλον ἔσεσθαι νομίζω, εἴ τις ἐξ αὐτῶν ἔχει τὸ ζητούμενον ἢ πάντες ὁμοίως ἀγνοοῦσι.

ΕΡΜ. Τί φής; οὐδὲ τούτων τις πάντως ἔχει;

ΛΥΚ. Ἄδηλον. Ἢ σοι ἀδύνατον δοκεῖ ἅπαντας ψεύδεσθαι, τὸ δ' ἀληθὲς ἄλλο τι εἶναι πρὸς μηδενὸς αὐτῶν πω εὑρημένον;

66. **ΕΡΜ.** Πῶς οἷόν τε;

ΛΥΚ. Οὕτως· ἔστω γὰρ ὁ μὲν ἀληθὴς ἀριθμὸς ἡμῖν εἴκοσιν, οἷον, κυάμους τις εἴκοσιν ἐς τὴν χεῖρα λαβὼν, ἐπικλεισάμενος ἐρωτάτω δέκα τινὰς, ὁπόσοι εἰσὶν οἱ κύαμοι ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, οἱ δ' εἰκάζοντες ὁ μὲν ἑπτὰ, ὁ δὲ πέντε, ὁ δὲ τριάκοντα λεγέτωσαν, ὁ δέ τις δέκα ἢ πεντεκαίδεκα, καὶ ὅλως ἄλλος ἄλλον τινὰ ἀριθμόν· ἐνδέχεται μέντοι καὶ κατὰ τύχην τινὰ ἀληθεῦσαι, ἢ γάρ;

ΕΡΜ. Ναί.

ΛΥΚ. Οὐ μὴν οὐδὲ τοῦτο ἀδύνατον, ἅπαντας ἄλλον ἄλλους ἀριθμοὺς εἰπεῖν, τοὺς ψευδεῖς καὶ οὐκ ὄντας, μηδένα δὲ αὐτῶν φάναι ὅτι εἴκοσιν ὁ ἀνὴρ κυάμους ἔχει. Ἢ τί φής;

ΕΡΜ. Οὐκ ἀδύνατον.

ΛΥΚ. Κατὰ ταὐτὰ τοίνυν ἅπαντες μὲν οἱ φιλοσοφοῦντες τὴν εὐδαιμονίαν ζητοῦσιν ὁποῖόν τί ἐστι, καὶ λέγουσιν ἄλλος ἄλλο τι αὐτὴν εἶναι, ὁ μὲν ἡδονὴν, ὁ δὲ τὸ καλὸν, ὁ δὲ ὅσα ἕτερά φασι περὶ αὐτῆς. Εἰκὸς μὲν οὖν καὶ τούτων ἕν τι εἶναι τὸ εὔδαιμον, οὐκ ἀπεικὸς δὲ καὶ ἄλλο τι παρ' αὐτὰ πάντα. Καὶ ἐοίκαμεν ἡμεῖς ἀνάπαλιν ἢ ἐχρῆν, πρὶν τὴν ἀρχὴν εὑρεῖν, ἐπείγεσθαι πρὸς τὸ τέλος. Ἔδει δ' οἶμαι πρότερον φανερὸν γενέσθαι ὅτι ἔγνωσται τἀληθὲς καὶ πάντως ἔχει τις αὐτὸ εἰδὼς τῶν φιλοσοφούντων, εἶτα μετὰ τοῦτο τὸ ἑξῆς ἂν ἦν ζητῆσαι, ᾧ πειστέον ἐστίν.

ΕΡΜ. Ὥστε, ὦ Λυκῖνε, τοῦτο φῂς, ὅτι οὐδ' ἂν διὰ πάσης φιλοσοφίας χωρήσωμεν, οὐδὲ τότε πάντως ἕξομεν τἀληθὲς ἐξευρεῖν.

ΛΥΚ. Μὴ ἐμὲ, ὦγαθὲ, ἐρώτα, ἀλλὰ τὸν λόγον αὖθις αὐτόν· καὶ ἴσως ἂν ἀποκρίναιτό σοι ὅτι οὐδέπω, ἔστ' ἂν ἄδηλον ᾖ εἰ ἕν τι τούτων ἐστὶν ὧν οὗτοι λέγουσιν.

67. **ΕΡΜ.** Οὐδέποτε ἄρα ἐξ ὧν σὺ φῂς εὑρήσομεν οὐδὲ φιλοσοφήσομεν, ἀλλὰ δεήσει ἡμᾶς ἰδιώτην τινὰ βίον ζῆν ἀποστάντας τοῦ φιλοσοφεῖν. Τοῦτο ξυμβαίνει γε ἐξ ὧν φῂς, ἀδύνατον εἶναι φιλοσοφῆσαι καὶ ἀνέφικτον ἀνθρώπῳ γε ὄντι· ἀξιοῖς γὰρ τὸν φιλοσοφήσειν μέλλοντα ἑλέσθαι πρῶτον φιλοσοφίαν τὴν ἀρίστην, ἡ δ' αἵρεσις

quoddam sentientes, ea extrahunt, pisces se quamplurimos comprehendisse rati; deinde, quum multo cum labore extraxerunt, aut lapis illis apparet, aut figlinum vas arena impletum. Vide ne nos quoque tale quid extraxerimus.

HERM. Non assequor quid tua illa sibi retia velint: plane enim illis me comprehendis.

LYC. Evadere igitur tenta: dei enim virtute, si quis alius, natare didicisti. Ego enim, etiam quum tentando per omnes iverimus, idque perfecerimus aliquando, nondum puto neque id ipsum planum futurum, habeatne aliquis eorum id quod quærimus, an similiter omnes ignorent.

HERM. Quid ais? neque horum quisquam omnino illud habet?

LYC. Obscurum. Nisi forte fieri non posse putas fallantur omnes, verumque aliud plane quiddam sit, a nu[illegible] dum illorum inventum.

66. **HERM.** Qui fieri illud possit?

LYC. Ita. Sit enim verus nobis numerus viginti; verbi causa fabas aliquis viginti in manum sumens, ea clausa interroget decem homines, quot sint in manu sua fabæ? at illi divinantes dicant unus septem, alius quinque, alius triginta, alius decem aut quindecim, et in universum alium alius numerum. Fieri quidem potest ut aliquis *forte* quadam verum dicat: nonne ita est?

HERM. Est sane.

LYC. Verum enim vero neque illud non potest accidere, ut omnes, alium alii, numeros falsos dicant, non veros, nemo autem illorum dicat, viginti fabas virum habere. Aut quid ais?

HERM. Fieri sic posse.

LYC. Eadem ratione igitur philosophi omnes felicitatem quærunt, qualis sit, et eam dicunt alius in alia re inesse, unus quidem in voluptate, alius in honesto, alii alia omnia de ea dicunt. Veri igitur simile est horum unum quoddam esse summum bonum; sed nec abhorret, esse quiddam præter illa omnia. Itaque videmur nos, contra quam oportebat, initio nondum invento, festinare ad finem. Oportebat autem, puto, planum ante fieri, cognitam esse veritatem, et omnino teneri illam ab uno, qui eam sciat, philosophorum: ac deinde quærendum erat, cui illorum fides sit habenda.

HERM. Hoc igitur, Lycine, dicis, neque si per unamquamque eamus philosophiam, ne sic quidem, inquam, omnino verum nos invenire posse.

LYC. Noli me, bone vir, interrogare, sed ipsam rursus rationem. Atque illa tibi forte respondeat, nondum hoc omnino nos posse, dum obscurum maneat, sitne aliquid eorum quæ isti dicunt.

67. **HERM.** Nunquam igitur, quantum dicis, inveniemus, neque philosophabimur, sed idiotarum nos vitam vivere oportebit, et a philosophia desistere. Hoc cogitur ex iis quæ dicis, fieri non posse ut philosophemur, pervenire ad eam rem homini nato non licere. Postulas enim eum qui philosophaturus sit eligere primum philosophiam optimam.

ὕτως σοι ἐδόκει μόνως ἀκριβὴς ἂν γενέσθαι, εἰ διὰ πάσης φιλοσοφίας χωρήσαντες ἑλοίμεθα τὴν ἀληθεστάτην. Εἶτα λογιζόμενος ἐτῶν ἀριθμὸν, ὁπόσος ἑκάστῃ κανός ἐστιν, ὑπερεξέπιπτες ἀπομηκύνων τὸ πρᾶγμα ἐς γενεὰς ἄλλας, ὡς ὑπερήμερον γίγνεσθαι τἀληθὲς τοῦ κάστου βίου· τελευτῶν δὲ καὶ τοῦτο αὐτὸ οὐκ ἀνενδοίαστον ἀποφαίνεις, ἄδηλον εἶναι λέγων, εἴτε εὕρηται πρὸς τῶν φιλοσοφούντων πάλαι τἀληθὲς εἴτε καὶ μή.

ΛΥΚ. Σὺ δὲ πῶς, ὦ Ἑρμότιμε, δύναιο ἂν ἐπομοσάμενος εἰπεῖν ὅτι εὕρηται πρὸς αὐτῶν;

ΕΡΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ ἂν ὀμόσαιμι.

ΛΥΚ. Καίτοι πόσα ἄλλα παρεῖδον ἑκὼν σοι ἐξετάσεως μακρᾶς καὶ αὐτὰ δεόμενα;

68. ΕΡΜ. Τὰ ποῖα;

ΛΥΚ. Οὐκ ἀκούεις τῶν Στωϊκῶν ἢ Ἐπικουρείων ἢ Πλατωνικῶν εἶναι φασκόντων τοὺς μὲν εἰδέναι τοὺς λόγους ἑκάστους, τοὺς δὲ μή, καίτοι τά γε ἄλλα πάνυ ἀξιοπίστους ὄντας;

ΕΡΜ. Ἀληθῆ ταῦτα.

ΛΥΚ. Τὸ τοίνυν διακριναι τοὺς εἰδότας καὶ διαγνῶναι ἀπὸ τῶν οὐκ εἰδότων μὲν, φασκόντων δὲ, οὔ σοι δοκεῖ πάνυ ἐργῶδες εἶναι;

ΕΡΜ. Καὶ μάλα.

ΛΥΚ. Δεήσει τοίνυν σὲ, εἰ μέλλεις Στωϊκῶν τὸν ἄριστον εἴσεσθαι, εἰ καὶ μὴ ἐπὶ πάντας, ἀλλ' οὖν ἐπὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐλθεῖν καὶ πειραθῆναι καὶ τὸν ἀμείνω προστήσασθαι διδάσκαλον, γυμνασάμενόν γε πρότερον καὶ κριτικὴν τῶν τοιούτων δύναμιν πορισάμενον, ὡς μή σε λάθῃ ὁ χείρων προκριθείς. Καὶ σὺ καὶ πρὸς τοῦτο ὅρα ὅσου δεῖ τοῦ χρόνου, οὗ ἑκὼν παρῆκα δεδιὼς μὴ σὺ ἀγανακτήσῃς, καίτοι τό γε μέγιστόν τε ἅμα καὶ ἀναγκαιότατον ἐν τοῖς τοιούτοις, λέγω δὴ τοῖς ἀδήλοις τε καὶ ἀμφιβόλοις, ἓν τοῦτό ἐστιν, οἶμαι· καὶ μόνη σοι αὕτη πιστὴ καὶ βέβαιος ἐλπὶς ἐπὶ τὴν ἀλήθειάν τε καὶ εὕρεσιν αὐτῆς, ἄλλη δὲ οὐδ' ἡτισοῦν ἢ τὸ κρίνειν δύνασθαι καὶ χωρίζειν ἀπὸ τῶν ἀληθῶν τὰ ψευδῆ ὑπάρχειν σοι καὶ κατὰ τοὺς ἀργυρογνώμονας διαγιγνώσκειν ἅ τε δόκιμα καὶ ἀκίβδηλα καὶ ἃ παρακεκομμένα, καὶ εἴ ποτε τοιαύτην τινὰ δύναμιν καὶ τέχνην πορισάμενος ἥεις ἐπὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν λεγομένων, εἰ δὲ μή, εὖ ἴσθι ὡς οὐδὲν κωλύσει σε τῆς ῥινὸς ἕλκεσθαι ὑφ' ἑκάστων ἢ θαλλῷ προδειχθέντι ἀκολουθεῖν ὥσπερ τὰ πρόβατα, μᾶλλον δὲ τῷ ἐπιτραπεζίῳ ὕδατι ἐοικὼς ἔσῃ, ἐφ' ὅ τι ἂν μέρος ἑλκύσῃ σέ τις, ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ ἀγόμενος, ἢ καὶ νὴ Δία καλάμῳ τινὶ ἐπ' ὄχθῃ παραποταμίᾳ πεφυκότι καὶ πρὸς πᾶν τὸ πνέον καμπτομένῳ, κἂν μικρά τις αὔρα διαφυσήσασα διασαλεύσῃ αὐτόν.

69. Ὡς εἴ γέ τινα εὕροις διδάσκαλον, ὃς ἀποδείξεως πέρι καὶ τῆς τῶν ἀμφισβητουμένων διακρίσεως τέχνην τινὰ εἰδὼς διδάξειέ σε, παύσῃ δηλαδὴ πράγματα ἔχων· αὐτίκα γάρ σοι τὸ βέλτιστον φανεῖται καὶ τἀληθὲς ὑπαχθὲν τῇ ἀποδεικτικῇ ταύτῃ τέχνῃ καὶ τὸ ψεῦδος ἐλεγχθήσεται, καὶ σὺ βεβαίως ἑλόμενος καὶ κρίνας φι-

Electio porro ista ita demum accurata tibi videtur esse, si per omnem philosophiam euntes, eam quæ verissima est eligamus. Deinde dum computas annorum numerum qui unicuique sectæ sufficiat, modum omnem excessisti, producto in alias generationes negotio, ut adeo post terminum vitæ singulorum veniat demum veritas. Denique vero id ipsum quoque dubitatione non usquequaque liberum esse pronuncias, qui dicas obscurum esse, inventane sit olim a philosophis veritas, an non.

LYC. At tu, Hermotime, num qua possis juratus dicere, eam inventam ab illis esse?

HERM. Equidem non juraverim.

LYC. Quam multa etiam prætervidi tibi prudens, examine longo quæ et ipsa opus habeant?

68. HERM. Quænam?

LYC. Nonne audis qui se Stoicos, aut Epicureos, aut Platonicos esse dicant, eorum partim scire rationes singulas, alios non item, quamvis fide ceteroquin dignissimos homines?

HERM. Vera ista.

LYC. Discernere igitur eos qui sciunt, et dignoscere ab his qui quum nesciant, scire tamen se dicant, nonne operosum valde esse tibi videtur?

HERM. Valde id quidem.

LYC. Oportebit igitur te, si optimum Stoicorum nosse volueris, si non ad omnes, ad plerosque certe illorum accedere, et tentare, et meliorem tibi magistrum eligere, instituta prius exercitatione, et judicandi de talibus comparata facultate, ne imprudens deteriorem præferas. Tu vero ad hoc etiam vide quanto opus sit tempore, quod prætermisi volens, veritus ne indigne ferres, licet maximum et maxime necessarium in talibus, obscuris inquam et ambiguis, unum hoc esse arbitrer. Ac sola tibi hæc fidelis et firma spes ad veritatem inveniendam; alia vero non ulla restat nisi hæc, si judicare possis, et separandi a veris falsa si facultas tibi sit, et, qualis est argentariorum, dignoscendi proba et fraudis expertia ab his quæ adulterata sunt; denique si tali facultate atque arte comparata, ad eorum quæ dicuntur examen tandem accedas : sin vero minus, nihil, mihi crede, obstabit quominus naribus traharis ab unoquoque, aut fruticem præmonstratum sequaris uti pecora : potius vero fusæ per mensam aquæ similis eris, qui, quamcumque te in partem summo quis digito trahat, sequare : aut, per Jovem, enatæ ad fluminis ripam arundini, ad quemvis se spiritum flectenti, quantumvis minuta aura suo eam flatu moveat.

69. Itaque si quem magistrum invenias, qui de demonstratione atque dubiorum dijudicatione artem, quam norit, te doceat, laborare nimirum desines. Statim enim quod optimum est tibi apparuerit, et verum demonstrativa illa arte subactum; mendacium quoque hinc deprehendetur, tuque, firma electione facta et judicio, philosophabere,

λοσοφήσεις καὶ τὴν τριπόθητον εὐδαιμονίαν κτησάμενος βιώσῃ μετ' αὐτῆς ἅπαντα συλλήβδην ἔχων τἀγαθά.

ΕΡΜ. Εὖ γε, ὦ Λυκῖνε· παρὰ πολὺ γὰρ ταῦτ' ἀμείνω καὶ ἐλπίδος οὐ μικρᾶς ἐχόμενα λέγεις, καὶ ζητητέος, ὡς ἔοικεν, ἡμῖν ἀνήρ τις τοιοῦτος, διαγνωστικούς τε καὶ διακριτικοὺς ποιήσων ἡμᾶς καὶ τὸ μέγιστον, ἀποδεικτικούς· ὡς τά γε μετὰ ταῦτα ῥᾴδια ἤδη καὶ ἀπράγμονα καὶ οὐ πολλῆς διατριβῆς δεόμενα. Καὶ ἔγωγε ἤδη χάριν οἶδά σοι ἐξευρόντι σύντομόν τινα ταύτην ἡμῖν καὶ ἀρίστην ὁδόν.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν οὐδέπω χάριν ἄν μοι εἰδείης εἰκότως· οὐδὲν γάρ σοι ἐξευρηκὼς ἔδειξα, ὡς ἐγγυτέρω σε ποιήσειν τῆς ἐλπίδος, τὸ δὲ πολὺ πορρωτέρω γεγόναμεν ἢ πρότερον ἦμεν καὶ κατὰ τοὺς παροιμιαζομένους « πολλὰ μοχθήσαντες ὁμοίως ἐσμέν. »

ΕΡΜ. Πῶς τοῦτο φῄς; πάνυ γὰρ λυπηρόν τι καὶ δύσελπι ἐρεῖν ἔοικας.

70. ΛΥΚ. Ὅτι, ὦ ἑταῖρε, κἂν εὕρωμεν ὑπισχνούμενόν τινα εἰδέναι τε ἀπόδειξιν καὶ ἄλλον διδάξειν, οὐκ αὐτίκα, οἶμαι, πιστεύσομεν αὐτῷ, ἀλλά τινα ζητήσομεν τὸν κρῖναι δυνάμενον, εἰ ἀληθῆ ὁ ἀνὴρ λέγει· κἂν τούτου εὐπορήσωμεν, ἄδηλον ἔτι ἡμῖν εἰ ὁ ἐπιγνώμων οὗτος οἶδε διαγιγνώσκειν τὸν ὀρθῶς κρινοῦντα ἢ μή, καὶ ἐπ' αὐτὸν αὖθις τοῦτον ἄλλου ἐπιγνώμονος, οἶμαι, δεῖ· ἡμεῖς γὰρ πόθεν ἂν εἰδείημεν διακρίνειν τὸν ἄριστα κρῖναι δυνάμενον; Ὁρᾷς ὅποι τοῦτο ἀποτείνεται καὶ ὡς ἀπέραντον γίγνεται, στῆναί ποτε καὶ καταληφθῆναι μὴ δυνάμενον; ἐπεὶ καὶ τὰς ἀποδείξεις αὐτάς, ὁπόσας οἷόν τε εὑρίσκειν, ἀμφισβητουμένας ὄψει καὶ μηδὲν ἐχούσας βέβαιον· αἱ γοῦν πλεῖσται αὐτῶν δι' ἄλλων ἀμφισβητουμένων πείθειν ἡμᾶς βιάζονται εἰδέναι, αἱ δὲ τοῖς πάνυ προδήλοις τὰ ἀφανέστατα συνάπτουσαι οὐδὲν αὐτοῖς κοινωνοῦντα ἀποδείξεις ὅμως αὐτῶν εἶναι φάσκουσιν, ὥσπερ εἴ τις οἴοιτο ἀποδείξειν εἶναι θεούς, διότι βωμοὶ αὐτῶν ὄντες φαίνονται. Ὥστε, ὦ Ἑρμότιμε, οὐκ οἶδ' ὅπως καθάπερ οἱ ἐν κύκλῳ θέοντες ἐπὶ τὴν αὐτὴν ἀρχὴν καὶ ἀπορίαν ἐπανεληλύθαμεν.

71. ΕΡΜ. Οἷά με εἰργάσω, ὦ Λυκῖνε, ἄνθρακάς μοι τὸν θησαυρὸν ἀποφήνας, καὶ ὡς ἔοικεν ἀπολεῖταί μοι τὰ τοσαῦτα ἔτη καὶ ὁ κάματος ὁ πολύς.

ΛΥΚ. Ἀλλ', ὦ Ἑρμότιμε, πολὺ ἔλαττον ἀνιάσῃ, ἢν ἐννοήσῃς ὅτι οὐ μόνος ἔξω μένεις τῶν ἐλπισθέντων ἀγαθῶν, ἀλλὰ πάντες, ὡς ἔπος εἰπεῖν, περὶ ὄνου σκιᾶς μάχονται οἱ φιλοσοφοῦντες. Ἢ τίς ἄρα δύναιτο δι' ἐκείνων ἁπάντων χωρῆσαι ὧν ἔφην; ὅπερ ἀδύνατον καὶ αὐτὸς λέγεις εἶναι. Νῦν δὲ ὅμοιόν μοι δοκεῖς ποιεῖν ὥσπερ εἴ τις δακρύοι καὶ αἰτιῷτο τὴν τύχην, ὅτι μὴ δύναιτο ἀνελθεῖν ἐς τὸν οὐρανόν, ἢ ὅτι μὴ βύθιος ὑποδὺς εἰς τὴν θάλατταν ἀπὸ Σικελίας ἐς Κύπρον ἀναδύσεται, ἢ ὅτι μὴ ἀρθεὶς πτηνὸς αὐθημερὸν ἀπὸ τῆς Ἑλλάδος εἰς Ἰνδοὺς τελεῖ· τὸ δ' αἴτιον τῆς λύπης, ὅτι ἠλπίκει, οἶμαι, ἢ ὄναρ ποτὲ ἰδὼν τοιοῦτον ἢ αὐτὸς αὑτῷ ἀναπλάσας, οὐ πρότερον ἐξετάσας εἰ ἐφικτὰ εὔχεται καὶ κατὰ τὴν ἀνθρώπου φύσιν. Καὶ δὴ καὶ σέ, ὦ ἑταῖρε,

et expetita illa votis omnibus felicitate parta, cum ea vives bona possidens conjunctim omnia.

HERM. Euge, Lycine! multum enim ista meliora dicis et cum spe non mediocri conjuncta, quærendusque, videtur, nobis talis vir est, qui illa nos dignoscendi dijud candique facultate instruat, et, quod maximum est, monstrandi quoque : itaque ea quæ sequuntur, facilia j et molestiæ expertia, nec moræ multæ indigentia. jam tibi gratiam equidem habeo, qui compendiariam nobis optimamque viam inveneris.

LYC. Quin nondum mihi de jure debes gratias : nihil enim vel inveni vel ostendi tibi, quod spei te tuæ propius admoveat; sed plerumque, quam prius eramus, longius absumus, et, quod est in proverbio, post multum laborem ut ante habemus.

HERM. Quid ita? videris enim prorsus triste quiddam et desperationis plenum dicturus.

70. LYC. Quoniam, amice, etiamsi inveniamus aliquem professum scire se demonstrationem, ac docere velle alios, non statim, puto, illi credemus, sed quæremus qui judicare possit, an vera ille dicat : et hujus quoque si oblata copia sit, obscurum adhuc nobis, utrum ille judex dignoscere possit recte judicaturum an non : et ad hunc ipsum alio, arbitror, judice opus est : nos enim unde sciamus judicare eum qui judicare possit optime? Vides, quorsum pertineat et ut sit infinitum, quum stare nusquam et prehendi possit? quandoquidem ipsas quoque demon tiones, quotquot inveniri possunt, in dubium revoc deas, neque firmum quicquam habere. Nam pl illarum per alia, de quibus et ipsis adhuc lis est, per nobis nituntur se scire : aliæ vero, quæ e plane m suspendunt obscurissima, commune nihil cum ill tia, demonstrationes tamen horum se esse dicu causa, si quis putet inde se demonstraturum quod altaria illorum esse apparet. Itaque nescio Hermotime, ut qui currunt in circulo, ad idem dubitationem eandem rediimus.

71. HERM. Ut me tractasti, Lycine! qui the in carbones redegeris : ut videtur, periere mi labor ille plurimus.

LYC. Sed multo minus, Hermotime, m cogitaveris non te solum speratis bonis care ut ita dicam, de asini umbra pugnare ph quis ire queat per illa, quæ dixi, omnia? q ipse negas. Jam vero idem mihi videris ploret et cum fortuna queratur, quod as nequeat, aut quod non profundo mar emergere in Cyprum, aut quod non Græcia eodem die ad Indos perveniat doloris hanc habeat, quod illud spera forte tali somnio, aut quod ipse sibi u plorato prius num ea optet ad quæ p que humanæ naturæ conveniant.

υμαστὰ ὀνειροπολοῦντα νύξας ὁ λόγος ἀπὸ
θορεῖν ἐποίησεν· εἶτα ὀργίζῃ αὐτῷ ἔτι μό-
αλμοὺς ἀνοίγων καὶ τὸν ὕπνον οὐ ῥᾳδίως
ὑφ' ἡδονῆς ὧν ἑώρας. Πάσχουσι δ' αὐτὸ
νὴν μακαρίαν ἑαυτοῖς ἀναπλάττοντες, ἣν
τοῦσιν αὐτοῖς καὶ θησαυροὺς ἀνορύττουσι
σι καὶ τἄλλα εὐδαιμονοῦσιν — οἷα πολλὰ
ῥᾳδιουργεῖ, ἡ Εὐχὴ, μεγαλόδωρος οὖσα
ν ἀντιλέγουσα, κἂν πτηνὸς θέλῃ τις γενέ-
λοσσιαῖος τὸ μέγεθος, κἂν ὄρη ὅλα χρυσᾶ
ἣν τοίνυν ταῦτα ἐννοοῦσιν αὐτοῖς ὁ παῖς
ρηταί τι τῶν ἀναγκαίων, οἷον ὅθεν ἄρτους
τι φατέον πρὸς τὸν ἀπαιτοῦντα τοὐνοίκιον
ριμένοντα, οὕτως ἀγανακτοῦσιν ὡς ὑπὸ τοῦ
παρενοχλήσαντος ἀφαιρεθέντες ἅπαντα
θὰ καὶ ὀλίγου δέουσι τὴν ῥῖνα τοῦ παιδὸς

σὺ, ὦ φιλότης, μὴ πάθῃς αὐτὸ πρὸς ἐμὲ,
ροὺς ἀνορύττοντα καὶ πετόμενον καί τινας
φυεῖς ἐννοοῦντα καί τινας ἐλπίδας ἀνεφί-
ντα φίλος ὢν οὐ περιεῖδον διὰ παντὸς τοῦ
ἡδεῖ μὲν ἴσως, ἀτὰρ ὀνείρῳ γε συνόντα,
δὲ ἀξιῶ πράττειν τι τῶν ἀναγκαίων καὶ
μψει ἐς τὸ λοιπὸν τοῦ βίου τὰ κοινὰ ταῦτα
πεὶ ὅ γε νῦν ἔπραττες καὶ ἐπενόεις, οὐδὲν
ταύρων καὶ Χιμαιρῶν καὶ Γοργόνων δια-
ὅσα ἄλλα ὄνειροι καὶ ποιηταὶ καὶ γραφεῖς
τες ἀναπλάττουσιν οὔτε γενόμενα πώποτε
ι δυνάμενα. Καὶ ὅμως ὁ πολὺς λεὼς πι-
ταῖς καὶ κηλοῦνται ὁρῶντες ἢ ἀκούοντες τὰ
τὸ ξένα καὶ ἀλλόκοτα εἶναι.
σὺ δὴ μυθοποιοῦ τινος ἀκούσας ὡς ἔστι τις
ης τὸ κάλλος, ὑπὲρ τὰς Χάριτας αὐτὰς ἢ
αν, εἰ καὶ μὴ πρότερον ἐξήτασας εἰ ἀληθῆ
ἔστι που τῆς γῆς ἡ ἄνθρωπος αὕτη, ἤρας
ρ φασὶ τὴν Μήδειαν ἐξ ὀνείρατος ἐρασθῆναι
. Ὃ δὲ δὴ μάλιστά σε πρὸς τὸν ἔρωτα
αὶ τοὺς ἄλλους δὲ, ὁπόσοι τοῦ αὐτοῦ σοι
σι, τοῦτο ἦν, ὥς γέ μοι εἰκάζοντι φαίνεται,
τα ἐκεῖνον περὶ τῆς γυναικὸς, ἐπείπερ ἐπι-
ρῶτον ὅτι ἀληθῆ λέγει, ἀκόλουθα ἐπάγειν·
ρ ἑωρᾶτε μόνον, καὶ διὰ τοῦτο εἷλκεν ὑμᾶς
πείπερ ἅπαξ τὴν πρώτην λαβὴν ἐνεδώκατε
γεν ἐπὶ τὴν ἀγαπωμένην δι' ἧς ἔλεγεν εὐ-
ῥᾴδια γὰρ, οἶμαι, τὰ μετὰ ταῦτα καὶ οὐδεὶς
πιστρεφόμενος εἰς τὴν εἴσοδον ἐξήταζεν εἰ
καὶ εἰ μὴ ἔλαθε καθ' ἣν οὐκ ἐχρῆν εἰσελθὼν,
θει τοῖς τῶν προωδευκότων ἴχνεσι, καθάπερ
πρὸς τὸν ἡγούμενον, δέον ἐπὶ τῇ εἰσόδῳ
ν ἀρχὴν εὐθὺς σκέψασθαι, εἴπερ εἰσιτητέον.
έ φημι, σαφέστερον ἂν μάθοις, ἤν τι τοιοῦ-
αραθεωρήσῃς αὐτῷ· λέγοντος γάρ τινος τῶν
ων τούτων ποιητῶν, ὡς γένοιτό ποτε τρικέ-
ξάχειρ ἄνθρωπος, ἂν τὸ πρῶτον ταῦτα

dalis, multa et admirabilia somnianti latus fodiens ratio, ex somno ut exsilires effecit: deinde illi irasceris vix aperiens oculos, et non sine difficultate somnum præ voluptate visorum excutiens. Usu illud venit etiam iis, qui vanam illam beatam insulam sibi fingunt: quibus si, dum divites sunt, dum effodiunt thesauros, et regnant et ceteris modis beati sunt (qualia multa perpetrat dea illa, cui Voti nomen est, magnifica muneribus, neque contradicens cuiquam, nec si volucris fieri quis velit, nec si colossea magnitudine, nec si aureos totos montes invenire): hæc igitur dum animo agitant, si puer accedens interroget necessarium quiddam, verbi gratia, unde panis emendus, aut quid sit respondendum mercedem domus repetenti, qui diu jam exspectaverit; ita indignantur, quasi ab interrogante illo atque interpellante ablata ipsis essent bona illa omnia, et parum abest quin morsu nasum puero auferant.

72. Tu vero, amice, noli eodem in me impetu ferri, si te effodientem thesauros, aut volantem, aut cogitationes quasdam majores, quam natura patitur, agitantem, et spes habentem, ad quas perveniri non potest, pro amicitia nostra non passus sum per omnem vitam in somnio suavi illo quidem fortasse, somnio tamen, versari: sed surgere jubeo, et facere aliquid eorum quæ opus sunt, quodque te ad id quod superest vitæ dimittere possit communi illo sensu præditum. Quod enim modo agebas et cogitabas, ab Hippocentauris et Chimæris et Gorgonibus nihil quicquam differt, et quæcumque alia somni et poetæ et pictores pro sua libertate confingunt, quæ nec fuere unquam, neque esse possunt. Et tamen major pars populi credunt illis, et videndis audiendisve talibus mulcentur, ob id ipsum nempe quod peregrina sunt et absurda.

73. Et tu sane quum ex fabulatore quodam audisses, mulierem esse, quæ pulchritudine naturam supergressa, Gratias ipsas aut Cælestem illam Venerem vincat, licet non exploraris prius utrum vera dicat, et sitne terrarum alicubi ista mulier, statim amare eam cœpisti, ut Medeam aiunt ex insomnio amore Iasonis correptam. Quod autem maxime te in amorem illum induxit, aliosque, quotquot eandem quam tu umbram amant, quantum conjectura assequor, hoc erat, quod is qui de muliere prædicabat, postquam semel fides illi habita est ut vera dicenti, ea subjunxit, quæ consequentia et cohærentia illis essent: ad hoc enim spectabatis solum, et propter hoc ipsum naso vos quasi alligatos traxit, quum primam semel velut ansam ei dedissetis, duxitque ad amatam recta, quam dicebat, via. Facilia enim, reor, cetera, neque quisquam vestrûm ad ingressum reflexa cogitatione, verane esset via, exploravit, et num forte imprudens quam non oportebat institisset; sed præeuntium sequebatur vestigia, uti oves suum solent ducem, quum decuisset ad introitum et principio statim videre, essetne intrandum.

74. Quod autem dico apertius intelligas, si consideres et conferas ejusmodi quiddam simile. Si enim audacium horum poetarum aliquis dicat, fuisse quondam tricipitem et sex manibus hominem, si primum ista facile recipias, non

ἀπραγμόνως ἀποδέξῃ μὴ ἐξετάσας εἰ δυνατὸν, ἀλλὰ πιστεύσας, εὐθὺς ἀκολούθως ἂν ἐπάγοι καὶ τὰ λοιπὰ, ὡς καὶ ὀφθαλμοὺς ὁ αὐτὸς εἶχεν ἓξ καὶ ὦτα ἓξ καὶ φωνὰς τρεῖς ἅμα ἠφίει καὶ ἤσθιε διὰ τριῶν στομάτων καὶ δακτύλους τριάκοντα εἶχεν, οὐχ ὥσπερ ἕκαστος ἡμῶν δέκα ἐν ἀμφοτέραις ταῖς χερσὶ, καὶ εἰ πολεμεῖν δέοι, αἱ τρεῖς μὲν χεῖρες ἑκάστη πέλτην ἢ γέρρον ἢ ἀσπίδα εἶχον, αἱ τρεῖς δὲ ἡ μὲν πέλεκυν κατέφερεν, ἡ δὲ λόγχην ἠφίει, ἡ δὲ τῷ ξίφει ἐχρῆτο. Καὶ τίς ἔτι ἂν ἀπιστήσειε ταῦτα λέγοντι αὐτῷ; ἀκόλουθα γὰρ τῇ ἀρχῇ, περὶ ἧς ἐχρῆν εὐθὺς σκοπεῖν εἴπερ δεκτέα καὶ εἰ συγχωρητέα οὕτως ἔχειν. Ἢν δ' ἅπαξ ἐκεῖνα δῷς, ἐπιρρεῖ τὰ λοιπὰ καὶ οὔποτε στήσεται καὶ τὸ ἀπιστεῖν αὐτοῖς οὐκέτι ῥᾴδιον, ἐπείπερ ἀκόλουθα καὶ ὅμοιά ἐστι τῇ συγχωρηθείσῃ ἀρχῇ, ἅπερ καὶ ὑμεῖς πάσχετε· ὑπὸ γὰρ δὴ ἔρωτος καὶ προθυμίας οὐκ ἐξετάσαντες τὰ κατὰ τὴν εἴσοδον ἑκάστην ὅπως ὑμῖν ἔχει, προχωρεῖτε ὑπὸ τῆς ἀκολουθίας ἑλκόμενοι, οὐκ ἐννοοῦντες εἴ πῃ γένοιτ' ἂν ἀκόλουθόν τι αὐτῷ καὶ ψεῦδος ὄν, οἷον, εἴ τις λέγοι τὰ δὶς πέντε ἑπτὰ εἶναι καὶ σὺ πιστεύσειας αὐτῷ μὴ ἀριθμήσας ἐπὶ σαυτοῦ, ἐπάξει δηλαδὴ ὅτι καὶ τετράκις πέντε τετταρεσκαίδεκα πάντως ἐστὶ καὶ μέχρι ἂν ὅτου ἐθελήσῃ, οἷα καὶ ἡ θαυμαστὴ γεωμετρία ποιεῖ· κἀκείνη γὰρ τοὺς ἐν ἀρχῇ ἀλλόκοτά τινα αἰτήματα αἰτήσασα καὶ συγχωρηθῆναι αὐτῇ ἀξιώσασα οὐδὲ συστῆναι δυνάμενα, σημεῖά τινα ἀμερῆ καὶ γραμμὰς ἀπλατεῖς καὶ τὰ τοιαῦτα, ἐπὶ σαθροῖς τοῖς θεμελίοις τούτοις οἰκοδομεῖ τὰ τοιαῦτα καὶ ἀξιοῖ εἰς ἀπόδειξιν ἀληθῆ λέγειν ἀπὸ ψευδοῦς τῆς ἀρχῆς ὁρμωμένη.

75. Κατὰ ταὐτὰ τοίνυν καὶ ὑμεῖς δόντες τὰς ἀρχὰς τῆς προαιρέσεως ἑκάστης πιστεύετε τοῖς ἑξῆς καὶ γνώρισμα τῆς ἀληθείας αὐτῶν τὴν ἀκολουθίαν ἡγεῖσθε εἶναι ψευδῆ οὖσαν· εἶτα οἱ μὲν ὑμῶν ἐναποθνήσκουσι ταῖς ἐλπίσι, πρὶν ἰδεῖν τἀληθὲς καὶ καταγνῶναι τῶν ἐξαπατησάντων ἐκείνων, οἱ δὲ κἂν αἴσθωνται ἐξηπατημένοι ὀψέ ποτε γέροντες ἤδη γενόμενοι, ὀκνοῦσιν ἀναστρέφειν αἰδούμενοι, εἰ δεήσει τηλικούτους αὐτοὺς ὄντας ἐξομολογήσασθαι ὅτι πράγματα παίδων ἔχοντες οὐ συνίεσαν· ὥστε ἐμμένουσι τοῖς αὐτοῖς ὑπ' αἰσχύνης καὶ ἐπαινοῦσι τὰ παρόντα καὶ ὁπόσους ἂν δύνωνται προτρέπουσιν ἐπὶ τὰ αὐτὰ, ὡς ἂν μὴ μόνοι ἐξηπατημένοι ὦσιν, ἀλλ' ἔχωσι παραμυθίαν τὸ καὶ ἄλλους πολλοὺς τὰ ὅμοια παθεῖν αὐτοῖς· καὶ γὰρ αὖ κἀκεῖνο ὁρῶσιν, ὅτι ἢν τἀληθὲς εἴπωσιν, οὐκέτι σεμνοὶ ὥσπερ νῦν καὶ ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς δόξουσιν οὐδὲ τιμήσονται ὁμοίως. Οὐκ ἂν οὖν ἑκόντες εἴποιεν εἰδότες, ἀφ' οἵων ἐκπεσόντες ὅμοιοι τοῖς ἄλλοις δόξουσιν. Ὀλίγοις δ' ἂν πάνυ ἐντύχοις ὑπ' ἀνδρείας τολμῶσι λέγειν ὅτι ἐξηπάτηνται καὶ τοὺς ἄλλους ἀποτρέπειν τῶν ὁμοίων πειρωμένους. Εἰ δ' οὖν τινι τοιούτῳ ἐντύχοις, φιλαλήθη τε κάλει τὸν τοιοῦτον καὶ χρηστὸν καὶ δίκαιον καὶ, εἰ βούλει, φιλόσοφον· οὐ γὰρ ἂν φθονήσαιμι τούτῳ μόνῳ τοῦ ὀνόματος· οἱ δ' ἄλλοι ἢ οὐδὲν ἀληθὲς ἴσασιν οἰόμενοι εἰδέναι ἢ εἰδότες ἀποκρύπτονται ὑπὸ δειλίας καὶ αἰσχύνης καὶ τοῦ προτιμᾶσθαι βούλεσθαι.

explorato fierine possit, sed fide illi habita; ille statim consequenter subjunxerit cetera : eundem hominem sex habuisse oculos, et aures totidem, et voces eodem tempore ternas emisisse, et oribus tribus sumsisse cibum, et triginta habuisse digitos, non decem, ut quisque nostrûm, in ambabus manibus : ac si bellica opera opus esset, tres quidem manus peltam, aut cratem, aut scutum habuisse; trium vero reliquarum unam dejecisse securim, alteram emisisse lanceam, tertiam usam gladio. Et quis adhuc fidem negaret dicenti talia? conveniunt enim principio, de quo statim videndum erat, possetne recipi, et an concedendum sit rem ita habere. Ubi vero semel illa dederis, affluunt quasi reliqua, neque usquam subsistent, ipsumque illud negare fidem non jam facile, quum consequentia sint et concessis principiis similia : quod quidem vobis accidit. Præ amore enim et studio quum non explorassetis ut se vobis habeant quæ sunt circa unumquemque ingressum, proceditis, tracti a consequentia, non advertentes animum si qua sit quod sequatur ex illis et idem sit falsum : velut si quis dicat bis quinque septem esse, tuque fidem illi habeas, non et ipse apud te dinumerans, inferet scilicet etiam quater sumta quinque efficere quatuordecim, et quousque ille voluerit : qualia etiam admirabilis geometria efficit. Nam illa quoque hos qui versantur circa principia, absurda quædam postulata poscit, eaque dari sibi æquum censet, quæ tamen ne consistere quidem possunt, puncta quædam individua, et lineas latitudine omni carentes, et id genus plura; deinde putribus illis fundamentis similia inædificat, et postulat vera ad demonstrationem dicere, initio a falsis principiis facto.

75. Eodem modo vos quoque, concessis sectæ cujusque principiis, his quæ sequuntur fidem adjungitis, et signum veritatis illorum consequentiam istam putatis, quæ et ipsa tamen falsa est : deinde alii quidem vestrûm spei suæ immoriuntur, antequam verum viderint suosque illos deceptores cognoverint; alii vero, licet sero denique senes jam facti deceptos se sentiant, redire tamen cunctantur, pudore nimirum deterriti, si oporteat, id ætatis quum sint, fateri se imprudentes puerorum tractasse ludibria : itaque manent in iisdem præ pudore, et laudant præsentia, et quotquot possunt ad eadem hortantur, ne soli sint decepti, sed solatium habeant ex eo, quod multis etiam aliis eadem quæ sibi usu venerint : nam rursus illud quoque vident, si verum dicant, se non jam graves, ut adhuc, et supra vulgus elatos visum iri, neque honore eodem fruituros. Nunquam ergo sua voluntate dixerint, quantumvis sciant, quam vanis opinionibus missis similes futuri sint reliquis. Paucos omnino reperias satis fortes, uti audeant dicere se deceptos esse, et dehortari alios qui similia tentent. In talem ergo si incidas, veritatis amicum voca, et frugi, et justum, et si vis etiam philosophum : non invideam enim huic soli nominis hujus honorem. Reliqui autem aut veri nihil sciunt, quum scire se putent; aut quod sciunt occultant, præ timiditate et pudore, et quod præferri aliis cupiunt.

76. Καίτοι πρὸς τῆς Ἀθηνᾶς ἅπαντα μὲν ἃ ἔφην, ἐάσωμεν αὐτοῦ καταβαλόντες καὶ λήθη τις ἔστω αὐτῶν ὥσπερ τῶν πρὸ Εὐκλείδου ἄρχοντος πραχθέντων, ὑποθέμενοι δὲ ταύτην φιλοσοφίαν ὀρθὴν εἶναι τὴν τῶν Στωϊκῶν, ἄλλην δὲ μηδ' ἡντιναοῦν, ἴδωμεν εἰ ἐφικτὴ αὕτη καὶ δυνατή ἐστιν, ἢ μάτην κάμνουσιν ὁπόσοι ἐφίενται αὐτῆς· τὰς μὲν γὰρ ὑποσχέσεις ἀκούω θαυμαστάς τινας, ἡλίκα εὐδαιμονήσουσιν οἱ ἐς τὸ ἀκρότατον ἐλθόντες· μόνους γὰρ τούτους πάντα συλλαβόντας ἕξειν τὰ τῷ ὄντι ἀγαθά. Τὸ μετὰ ταῦτα δὲ σὺ ἂν ἄμεινον εἰδείης, εἴ τινι ἐντετύχηκας Στωϊκῷ τοιούτῳ καὶ Στωϊκῶν τῷ ἄκρῳ, οἵῳ μήτε λυπεῖσθαι μήθ' ὑφ' ἡδονῆς κατασπᾶσθαι μήτε ὀργίζεσθαι, φθόνου δὲ κρείττονι καὶ πλούτου καταφρονοῦντι καὶ συνόλως εὐδαίμονι, ὁποῖον χρὴ τὸν κανόνα εἶναι καὶ γνώμονα τοῦ κατὰ τὴν ἀρετὴν βίου — ὁ γὰρ καὶ κατὰ μικρότατον ἐνδέων ἀτελής, κἂν πάντα πλείω ἔχῃ — εἰ δὲ τοῦτο οὐχί, οὐδέπω εὐδαίμων.

77. ΕΡΜ. Οὐδένα τοιοῦτον εἶδον.

ΛΥΚ. Εὖ γε, ὦ Ἑρμότιμε, ὅτι οὐ ψεύδῃ ἑκών. Ἐς τί δ' οὖν ἀποβλέπων φιλοσοφεῖς, ὅταν ὁρᾷς μήτε τὸν διδάσκαλον τὸν σὸν μήτε τὸν ἐκείνου μήτε τὸν πρὸ αὐτοῦ μηδ' ἂν εἰς δεκαγονίαν ἀναγάγῃς μηδένα αὐτῶν σοφὸν ἀκριβῶς καὶ διὰ τοῦτο εὐδαίμονα γεγενημένον; οὐδὲ γὰρ ἂν ἐκεῖνο ὀρθῶς εἴποις, ὡς ἀπόχρη κἂν πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας, ἐπεὶ οὐδὲν ὄφελος· ὁμοίως γὰρ ἔξω τοῦ οἴκου ἐστὶ καὶ ἐν τῷ ὑπαίθρῳ ὅ τε παρὰ τὴν θύραν ἔξω ἑστὼς καὶ ὁ πόρρω, διαλλάττοιεν δ' ἄν, ὅτι μᾶλλον οὗτος ἀνιάσεται ὁρῶν ἐγγύθεν οἵων ἐστέρηται. Εἶτα ἵνα πλησίον γένῃ τῆς εὐδαιμονίας — δώσω γάρ τοῦτό σοι — τοσαῦτα πονεῖς κατατρύχων σεαυτὸν, καὶ παραδέδράμηκέ σε ὁ βίος ὁ τοσοῦτος ἐν ἀκηδίᾳ καὶ καμάτῳ καὶ ἀγρυπνίαις κάτω νενευκότα; καὶ εἰσαῦθις πονήσεις, ὡς φῄς, ἄλλα εἴκοσιν ἔτη τοὐλάχιστον, ἵνα ὀγδοηκοντούτης γενόμενος — εἴ τις ἐγγυητής ἐστί σοι, ὅτι βιώσῃ τοσαῦτα — ὅμως ᾖς ἐν τοῖς μηδέπω εὐδαιμονοῦσιν; εἰ μὴ μόνος οἴει τεύξεσθαι τούτου καὶ αἱρήσειν διώκων ὃ πρὸ σοῦ μάλα πολλοὶ κἀγαθοὶ καὶ ὠκύτεροι παρὰ πολὺ διώκοντες οὐ κατέλαβον.

78. Ἀλλὰ καὶ κατάλαβε, εἰ δοκεῖ, καὶ ἔχε ὅλον συλλαβών, τὸ μὲν δὴ πρῶτον οὐχ ὁρῶ ὅ τι ποτ' ἂν εἴη τἀγαθὸν, ὡς ἀντάξιον δοκεῖν τῶν πόνων τῶν τοσούτων· ἔπειτα ἐς πόσον ἔτι τὸν λοιπὸν χρόνον ἀπολαύσεις αὐτοῦ γέρων ἤδη καὶ παντὸς ἡδέος ἔξωρος ὢν καὶ τὸν ἕτερον πόδα, φασὶν, ἐν τῇ σορῷ ἔχων; εἰ μή τι ἐς ἄλλον, ὦ γενναῖε, βίον προγυμνάζεις σεαυτὸν, ὡς ἐς ἐκεῖνον ἐλθὼν ἄμεινον διαγάγοις, εἰδὼς ὅντινα τρόπον χρὴ βιοῦν, ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐς τοσοῦτον σκευάζοι τε καὶ εὐτρεπίζοι ὡς δειπνήσων ἄμεινον, ἄχρι ἂν λάθῃ ὑπὸ λιμοῦ διαφθαρείς.

79. Ἀλλὰ μὴν οὐδ' ἐκεῖνό πω κατανενόηκας, οἶμαι, ὡς ἡ μὲν ἀρετὴ ἐν ἔργοις δήπου ἐστὶν, οἷον ἐν τῷ δίκαια πράττειν καὶ σοφὰ καὶ ἀνδρεῖα, ὑμεῖς δὲ — τὸ δὲ ὑμεῖς ὅταν εἴπω, τοὺς ἄκρους τῶν φιλοσοφούντων φημί — ἀφέντες ταῦτα ζητεῖν καὶ ποιεῖν ῥημάτια δύστηνα μελετᾶτε καὶ συλλογισμοὺς καὶ ἀπορίας καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ

76. Quanquam, per ego te Minervam oro, quæcumque dixi jam relinquamus hic deposita omnia, sitque eorum oblivio, ut eorum quæ ante Euclidem archontem facta sunt, ponamusque hanc Stoicorum philosophiam veram esse, aliam vero quamcumque nullam : ac videamus deinde, num illa talis sit, ad quam pervenire et quam assequi aliquis possit; an vero frustra laborent quotquot illam concupiverunt. Audio enim admirabilia quædam esse illius promissa de eorum felicitate, qui ad fastigium ejus delati sint : solos quippe illos vera bona habituros in universum omnia. Quod vero sequitur, melius tute noris, inciderisne unquam in Stoicum talem, et summum Stoicorum, qui nunquam vincatur dolore, ad voluptatem nunquam detrahatur, irascatur nunquam, qui invidia major sit, divitiarum contemtor, et, uno verbo, beatus, qualem oportet esse, canon qui haberi velit et regula vitæ ad virtutem compositæ : qui enim vel minima in re deficiatur, imperfectus est, quantumvis omnibus in rebus aliis superet. Hoc vero si non sit, nondum est beatus.

77. HERM. Talem quidem vidi neminem.

LYC. Recte istud, Hermotime, quod non mentiris prudens ac volens. Quo igitur consilio philosopharis, quum videas neque tuum magistrum, neque qui illius fuit, neque qui ante istum, neque si ad decimam generationem ascendas, quenquam illorum plane sapientem, et propter hoc beatum fuisse? Neque enim illud recte dixeris, sufficere tibi si vel prope felicitatem venias ; nihil quippe profeceris : nam æque extra limen est et sub divo, tam qui ad januam stat foris, quam qui e longinquo; et in hoc fortasse differant, quod ille magis excruciabitur, qui e proximo videat quibus sibi bonis sit carendum. Deinde, ut prope felicitatem sis (dabo tibi enim hoc), tantum laboras, teque conteris, tantumque tibi vitæ spatium effluxit, dum te non respicis, dum labores, dum vigiliæ te humi deprimunt? ac denuo laborabis, ut ais, viginti alios minimum annos, ut octuagenarius senex (si quis sponsor tibi est te tantum victurum) tamen sis illorum unus qui nondum beati sunt? nisi forte solum te putas illud consecuturum et persequendo capturum, quod ante te multi admodum et boni viri et multum celeriores, persequendo non comprehenderunt.

78. Sed comprehende etiam, si ita videtur, et habe tibi universum. Tum primo quidem non video quid demum sit illud bonum, quod tantis laboribus æquiparari possit : deinde quantum est temporis reliquum quo illo fruaris, senex jam et suavitatibus omnibus non amplius tempestivus, et alterum jam pedem, quod aiunt, habens in capulo? nisi forte ad aliam, generose, te vitam exerces, ut in eam delatus vivas melius, qui quomodo vivendum sit didiceris : quod est ejusmodi, ac si quis tantum paret atque adornet ad cœnandum melius, donec fame imprudens pereat.

79. Verum neque illuddum animadvertisti, puto, in operibus scilicet inesse virtutem, ut in faciendo juste, sapienter, fortiter : at vos (vos quum dico, summos philosophorum dico) mittentes ista quærere et facere, in voculis miseris exercemini et syllogismis et perplexis quæstionibus,

βίου ἐπὶ τούτοις διατρίβετε, καὶ ὃς ἂν κρατῇ ἐν αὐτοῖς, καλλίνικος ὑμῖν δοκεῖ· ἀφ' ὧν, οἶμαι, καὶ τὸν διδάσκαλον τουτονὶ θαυμάζετε, γέροντα ἄνδρα, ὅτι τοὺς προσομιλοῦντας ἐς ἀπορίαν καθίστησι καὶ οἶδεν ὡς χρὴ ἐρέσθαι καὶ σοφίσασθαι καὶ πανουργῆσαι καὶ ἐς ἄφυκτα ἐμβαλεῖν, καὶ τὸν καρπὸν ἀτεχνῶς ἀφέντες — οὗτος δὲ ἦν περὶ τὰ ἔργα — περὶ τὸν φλοιὸν ἀσχολεῖσθε τὰ φύλλα καταχέοντες ἀλλήλων ἐν ταῖς ὁμιλίαις. Ἦ γὰρ ἄλλα ἐστὶν ἃ πράττετε, ὦ Ἑρμότιμε, πάντες ἕωθεν εἰς ἑσπέραν;

ΕΡΜ. Οὔκ, ἀλλὰ ταῦτα.

ΛΥΚ. Ἦ οὖν οὐχὶ καὶ ὀρθῶς τις φαίη τὴν σκιὰν ὑμᾶς θηρεύειν ἐάσαντας τὸ σῶμα ἢ τοῦ ὄφεως τὸ σύφαρ ἀμελήσαντας τοῦ ὁλκοῦ, μᾶλλον δὲ τὸ ὅμοιον ποιεῖν ὥσπερ εἴ τις ἐς ὅλμον ὕδωρ ἐγχέας ὑπέρῳ σιδηρῷ πτίττοι πράττειν ἀναγκαῖόν τι καὶ προὔργου οἰόμενος, οὐκ εἰδὼς ὅτι ἂν ἀποβάλῃ, φασὶ, τοὺς ὤμους πτίττων, ὕδωρ ὁμοίως τὸ ὕδωρ μένει;

2. Respondet igitur illi Timotheus : Tu vero, inquit, Harmonide, amare te noris rem non parvam, laudem et gloriam, et ut insignis fias, et cognoscaris a plurimis, at hoc si sic ad multitudinem prodiens tuique audiendi copiam faciens præstare tibi velis, longum fuerit, et ne sic quidem omnes te noverint : ubi enim aut theatrum inveniatur, aut circus ita magnus, in quo tibia canas Græcis omnibus? Quo vero facto innotescas illis et ad finem voti tui pervenias, id ipsum quoque ego tibi subjiciam. Cane tu quidem etiam theatris nonnunquam; sed parum cura vulgus. Compendiaria vero et facillime ducens ad gloriam via ista est : si elegeris Græcorum optimos, et paucos illorum qui capita sunt et extra controversiam admirabiles, et quibus fides in utramque partem habeatur : his, inquam, si ostenderis cantus tuos, atque hi te laudaverint, Græcis omnibus brevi adeo tempore innotuisse te putato. Vide rem quomodo demonstrem. Si enim quos omnes norunt, et quos admirantur, hi norint te probatum tibicinem esse; quid vulgo tibi opus est, qui omnino sequetur hos qui melius judicare possunt? Ista enim multitudo, ipsi quidem ignorant meliora, sellularii majorem partem opifices : quem vero principes laudaverint, illum non sine ratione laudari credunt : itaque laudabunt ipsi quoque. Etenim in certaminibus quoque multitudo quidem spectatores sunt eatenus, ut plaudant aliquando vel sibilent : judicant vero aut septem aut quinque, aut quotcumque tandem. Illa quidem Harmonides

μὲν Ἁρμονίδης οὐκ ἔφθη ποιῆσαι· μεταξὺ γὰρ αὐλῶν, φασίν, ὅτε τὸ πρῶτον ἠγωνίζετο, φιλοτιμότερον ἐμφυσῶν ἐναπέπνευσε τῷ αὐλῷ καὶ ἀστεφάνωτος ἐν τῇ σκηνῇ ἀπέθανε τὸ αὐτὸ καὶ πρῶτον καὶ ὕστατον αὐλήσας ἐν τοῖς Διονυσίοις.

3. Ὁ μέντοι τοῦ Τιμοθέου λόγος οὐκ αὐληταῖς οὐδὲ Ἁρμονίδῃ μόνον εἰρῆσθαί μοι δοκεῖ, ἀλλὰ πᾶσιν ὅσοι δόξης ὀρέγονται δημόσιόν τι ἐπιδεικνύμενοι, τοῦ παρὰ τῶν πολλῶν ἐπαίνου δεόμενοι. Ἔγωγ' οὖν ὁπότε καὶ αὐτὸς ἐνενόουν τὰ ὅμοια περὶ τῶν ἐμαυτοῦ καὶ ἐζήτουν ὅπως ἂν τάχιστα γνωσθείην πᾶσι, τῷ Τιμοθέου λόγῳ ἑπόμενος ἐσκοπούμην ὅστις ὁ ἄριστος εἴη τῶν ἐν τῇ πόλει καὶ ὅτῳ πιστεύσουσιν οἱ ἄλλοι καὶ ὃς ἀντὶ πάντων ἀρκέσειεν ἄν. Οὕτω δὲ ἄρα σὺ ἔμελλες ἡμῖν φαίνεσθαι τῷ δικαίῳ λόγῳ, ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον ἀρετῆς ἁπάσης, ὁ γνώμων, φασί, καὶ ὁ ὀρθὸς κανὼν τῶν τοιούτων. Εἰ δέ σοι δείξαιμι τἀμὰ καὶ σὺ ἐπαινέσειας αὐτά — εἴη γὰρ οὕτω φανήσεσθαι — καὶ δὴ ἐπὶ πέρας ἥκειν με τῆς ἐλπίδος ἐν μιᾷ ψήφῳ τὰς ἁπάσας λαβόντα. Ἢ τίνα γὰρ ἂν πρὸ σοῦ ἑλόμενος οὐχὶ παραπαίειν ἂν εἰκότως νομισθείην; ὥστε λόγῳ μὲν ἐφ' ἑνὸς ἀνδρὸς ἀναρρίψομεν τὸν κύβον, τὸ δ' ἀληθὲς ὥσπερ ἂν εἰ τοὺς ἁπανταχόθεν ἀνθρώπους συγκαλέσας εἰς κοινὸν θέατρον ἐπιδεικνυοίμην τοὺς λόγους· δῆλον γὰρ ὡς καθ' ἕνα τε καὶ συνάμα πάντων συνειλεγμένων μόνος αὐτὸς ἀμείνων ἂν ἦσθα. Οἱ μέν γε τῶν Λακεδαιμονίων βασιλεῖς, τῶν ἄλλων ἑκάστου μίαν ψῆφον φερόντων, ἐκεῖνοι μόνοι ἑκάτερος αὐτῶν δύο ἔφερον, σὺ δὲ καὶ τὰς τῶν ἐφόρων καὶ τὰς τῶν γερόντων προσέτι, καὶ ὅλως ἁπάντων ὁ πολυψηφότατος ἐν παιδείᾳ σύ γε, καὶ μάλιστα ὅσῳ τὴν λευκὴν ἀεὶ καὶ σώζουσαν φέρεις, ὃ καὶ θαρρεῖν με ἐν τῷ παρόντι ποιεῖ διά γε τὸ μέγεθος τοῦ τολμήματος καὶ πάνυ δικαίως ἂν φοβηθέντα. Κἀκεῖνο δὲ νὴ Δία προσέτι καὶ αὐτὸ θαρρεῖν ποιεῖ, τὸ μὴ παντάπασιν ἀλλότρια τἀμὰ εἶναί σοι, ὃς πόλεώς γε ἐκείνης εἰμί, ἣν πολλάκις εὖ ἐποίησας, τὸ μὲν πρῶτον ἰδίᾳ, τὸ δὲ δεύτερον κοινῇ μετὰ παντὸς τοῦ ἔθνους· ὥστε ἤν που καὶ νῦν ἐμοὶ ἐς τὸ χεῖρον ῥέπωσιν αἱ ψῆφοι ἐν τῷ λόγῳ καὶ ἐλάττους ὦσιν αἱ ἀμείνους, σὺ δὲ τὴν τῆς Ἀθηνᾶς προστιθεὶς ἀναπλήρου τὸ ἐνδέον παρὰ σεαυτοῦ καὶ τὸ ἐπανόρθωμα οἰκεῖόν σοι δοκείτω.

4. Καὶ γὰρ οὐδὲ ἐκεῖνό μοι ἱκανόν, εἰ πολλοὶ ἐθαύμασαν πρότερον, εἰ ἔνδοξος ἤδη ἐγώ, εἰ ἐπαινοῦνται πρὸς τῶν ἀκουσάντων οἱ λόγοι. Πάντα ἐκεῖνα ὑπηνέμια ὀνείρατα, φασί, καὶ ἐπαίνων σκιαί· τὸ δ' ἀληθὲς ἐν τῷ παρόντι δειχθήσεται. Οὗτος ἀκριβὴς ὅρος τῶν ἐμῶν, οὐδὲν ἀμφίδοξον ἔτι οὐδ' ὡς ἄν τις ἐνδοιάσειεν, ἀλλ' ἢ ἄριστον κατὰ παιδείαν δεήσει νομίζεσθαι, σοί γε δόξαν ἢ πάντων — εὐφημεῖν δὲ χρὴ πρὸς οὕτω μέγαν ἀγῶνα χωροῦντα. Δόξαιμεν γάρ, ὦ θεοί, λόγου ἄξιοι καὶ βεβαιώσαιτε ἡμῖν τὸν παρὰ τῶν ἄλλων ἔπαινον, ὡς τὸ λοιπὸν θαρροῦντας ἐς τοὺς πολλοὺς παρεῖναι· πᾶν γὰρ ἤδη στάδιον ἧττον φοβερὸν τῷ Ὀλύμπια τὰ μεγάλα νενικηκότι.

perficere non potuit : inter canendum enim, narrant, quu[illegible] primum in certamen descenderet, contentius præ honor[illegible] cupiditate dum inflat, in ipsam quasi tibiam exspiravit, [illegible] sine coronæ honore in scena mortuus est, eundem et p[illegible] mum et ultimum cantum exhibens in Dionysiis.

3. Verum Timothei illa oratio non tibicinibus neq[illegible] Harmonidi solum dicta mihi videtur, sed omnibus illis [illegible] qui gloriam affectant publica aliqua commissione, popu[illegible]lari laude opus habentes. Ego igitur, quum et ipse cogita[illegible]rem de mea ratione similiter, et quomodo celerrime pos[illegible]sem innotescere omnibus, quærerem : Timothei sermo[illegible]nem secutus, dispiciebam quis in quaque urbe esset præsta[illegible]ntis simus, cui fidem reliqui essent habituri, quique unus esset instar omnium. Sic igitur tu nobis videri debebas jure meritoque, virtutis omnis quod caput est, norma, aiunt, et recta talium regula. Si vero tibi mea ostendissem, tuque ea laudasses (pono enim ita tibi visum iri), scilicet ad finem me spei venisse, in uno qui suffragio ferrem uni[illegible] versa. Aut quis est, quem tibi si præferam, non merit[illegible] insanire videar? Igitur verbo quidem in uno homine jaciemu[illegible] aleam; re autem vera idem est, quasi omnibus undecumqu[illegible] hominibus in theatrum publicum convocatis vim dicend[illegible] ostenderem. Apertum enim est te et singulis, et collecti[illegible] in universum omnibus, fuisse unum præstantiorem. Lace[illegible] dæmoniorum reges, calculos reliquis singulos habentibus [illegible] soli habebant binos : tu vero et ephororum, et senum in[illegible] super calculos, et omnino omnium in doctrina amplissimu[illegible] suffragandi jus habes, ea maxima de causa, quod candidu[illegible]m semper et salutarem fers calculum : quæ res etiam mihi [illegible] in præsenti facit fiduciam, qui propter rei quam conor m[illegible]agnitudinem merito perterrear. Ad hæc illud etiam profec[illegible]to animum mihi addit, quod non plane aliena tibi sunt me[illegible]a, qui tum ex ea urbe sim, quam sæpe tu beneficiis orna[illegible]ti, primo quidem privatim ipsam, iterum vero publice [illegible]m gente universa. Itaque si forte nunc etiam in sequio[illegible]rem partem inclinent, dum loquor, calculi, paucioresque sint meliores, tu adjecto Minervæ, de te quæ deficiunt exple: ac domesticum tibi et familiare videatur prava hic etiam corrigere.

4. Etenim neque illud mihi satis est, si multi ante admirati sunt, si nobilis jam ego, si laudantur ab his qui audierunt orationes : omnia illa somnia, quod aiunt, vento concepta et irrita, laudum umbræ : verum autem jam nunc apparebit. Hic accuratus meorum finis : nihil in utramque partem amplius accipietur, aut ita ut dubitare quis possit; sed oportebit aut optimum circa doctrinam me putari, si quidem tibi ita videatur, aut omnium . . . . sed bene ominari fas est ad tantum certamen euntem. Videamur enim, o dii, digni hodie quorum ratio habeatur! et firmate nobis laudem tributam ab aliis, ut reliquo tempore cum fiducia in multitudinem procedere possimus : omne enim stadium jam minus formidabile ei, magna qui Olympia vicerit.

XXIV.

ΣΚΥΘΗΣ Η ΠΡΟΞΕΝΟΣ.

1. Οὐ πρῶτος Ἀνάχαρσις ἀφίκετο ἐκ Σκυθίας Ἀθήναζε παιδείας ἐπιθυμίᾳ τῆς Ἑλληνικῆς, ἀλλὰ καὶ Τόξαρις πρὸ αὐτοῦ, σοφὸς μὲν καὶ φιλόκαλος ἀνὴρ καὶ ἐπιτηδευμάτων φιλομαθὴς τῶν ἀρίστων, οἴκοι δὲ οὐ τοῦ βασιλείου γένους ὢν οὐδὲ τῶν πιλοφορικῶν, ἀλλὰ Σκυθῶν τῶν πολλῶν καὶ δημοτικῶν, οἷοί εἰσι παρ' αὐτοῖς οἱ ὀκτάποδες καλούμενοι, τοῦτο δέ ἐστι, δύο βοῶν δεσπότην εἶναι καὶ ἁμάξης μιᾶς. Οὗτος ὁ Τόξαρις οὐδ' ἐπῆλθεν ἔτι ὀπίσω ἐς Σκύθας, ἀλλ' Ἀθήνησιν ἀπέθανε, καὶ μετ' οὐ πολὺ καὶ ἥρως ἔδοξε καὶ ἐντέμνουσιν αὐτῷ Ξένῳ Ἰατρῷ οἱ Ἀθηναῖοι· τοῦτο γὰρ τοὔνομα ἥρως γενόμενος ἐπεκτήσατο. Τὴν δ' αἰτίαν τῆς ἐπωνυμίας καὶ ἀνθ' ὅτου ἐς τοὺς ἥρωας κατελέγη καὶ τῶν Ἀσκληπιαδῶν εἷς ἔδοξεν, οὐ χεῖρον ἴσως διηγήσασθαι, ὡς μάθητε οὐ Σκύθαις μόνον ἐπιχώριον ὂν ἀπαθανατίζειν καὶ πέμπειν παρὰ τὸν Ζάμολξιν, ἀλλὰ καὶ Ἀθηναίοις ἐξεῖναι θεοποιεῖν τοὺς Σκύθας ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος.

2. Κατὰ τὸν λοιμὸν τὸν μέγαν ἔδοξεν ἡ Ἀρχιτέλους γυνή, Ἀρεοπαγίτου ἀνδρός, ἐπιστάντα οἱ τὸν Σκύθην κελεῦσαι εἰπεῖν Ἀθηναίοις ὅτι παύσονται τῷ λοιμῷ ἐχόμενοι, ἢν τοὺς στενωποὺς οἴνῳ πολλῷ ῥάνωσι. Τοῦτο συχνάκις γενόμενον — οὐ γὰρ ἠμέλησαν οἱ Ἀθηναῖοι ἀκούσαντες — ἔπαυσε μηκέτι λοιμώττειν αὐτούς, εἴτε ἀτμούς τινας πονηροὺς ὁ οἶνος σβέσας τῇ ὀδμῇ, εἴτε ἄλλο τι πλέον εἰδὼς ὁ ἥρως ὁ Τόξαρις, ἅτε ἰατρικὸς ὤν, συνεβούλευσεν. Ὁ δ' οὖν μισθὸς τῆς ἰάσεως ἔτι καὶ νῦν ἀποδίδοται αὐτῷ λευκὸς ἵππος καταθυόμενος ἐπὶ τῷ μνήματι, ὅθεν ἔδειξεν ἡ Δειμαινέτη προελθόντα αὐτὸν ἐντείλασθαι ἐκεῖνα τὰ περὶ τοῦ οἴνου· καὶ εὑρέθη ἐκεῖθι ὁ Τόξαρις τεθαμμένος τῇ τε ἐπιγραφῇ γνωσθείς, εἰ καὶ μὴ πᾶσα ἐφαίνετο ἔτι, καὶ μάλιστα, ὅτι ἐπὶ τῇ στήλῃ Σκύθης ἀνὴρ ἐγκεκόλαπτο, τῇ λαιᾷ μὲν τόξον ἔχων ἐντεταμένον, τῇ δεξιᾷ δὲ βιβλίον, ὡς ἐδόκει. Ἔτι καὶ νῦν ἴδοις ἂν αὐτοῦ ὑπὲρ ἥμισυ καὶ τὸ τόξον ὅλον καὶ τὸ βιβλίον· τὰ δ' ἄνω τῆς στήλης καὶ τὸ πρόσωπον ὁ χρόνος ἤδη ἐλυμήνατό που. Ἔστι δὲ οὐ πολὺ ἀπὸ τοῦ Διπύλου, ἐν ἀριστερᾷ εἰς Ἀκαδήμειαν ἀπιόντων, οὐ μέγα τὸ χῶμα καὶ ἡ στήλη χαμαί· πλὴν ἀλλ' ἔστεπταί γε ἀεί, καί φασι πυρεταίνοντάς τινας ἤδη πεπαῦσθαι ἀπ' αὐτοῦ, καὶ μὰ τὸν Δί' οὐδὲν ἄπιστον, ὃς ὅλην ποτὲ ἰάσατο τὴν πόλιν.

3. Ἀλλὰ γὰρ οὗπερ ἕνεκα ἐμνήσθην αὐτοῦ, ἔζη μὲν ἔτι ὁ Τόξαρις, ὁ Ἀνάχαρσις δὲ ἄρτι καταπεπλευκὼς ἀνήει ἐκ Πειραιῶς, οἷα δὴ ξένος καὶ βάρβαρος οὐ μετρίως τεταραγμένος ἔτι τὴν γνώμην, πάντα ἀγνοῶν, ψοφοδεὴς πρὸς τὰ πολλά, οὐκ ἔχων ὅ τι χρήσαιτο ἑαυτῷ· καὶ γὰρ συνίει καταγελώμενος ὑπὸ τῶν ὁρώντων ἐπὶ τῇ σκευῇ, καὶ ὁμόγλωττον οὐδένα εὕρισκε, καὶ ὅλως μετέμελεν αὐτῷ ἤδη τῆς ὁδοῦ, καὶ ἐδέδοκτο ἰδόντα μόνον τὰς Ἀθήνας ἐπὶ πόδα εὐθὺς ὀπίσω χωρεῖν καὶ

XXIV.

SCYTHA, SEU CONCILIATOR HOSPITII.

1. Non primus e Scythia Athenas venit Anacharsis Græcæ disciplinæ cupidus, sed Toxaris etiam ante ipsum, sapiens quidem et pulchrarum rerum amans optimorumque institutorum studiosus, domi vero non regii generis, neque pileatorum, sed Scytharum de multis unus et plebeiorum, quales apud illos sunt qui Octipedes vocantur, hoc autem significat boum duorum dominum esse et unius plaustri. Hic Toxaris neque rursus ad Scythas rediit, sed Athenis mortuus est; neque ita multo post pro heroe est habitus, sacrificantque illi ut Hospiti Medico Athenienses : hoc enim nomen, quum heros fieret, accepit. Causam vero cognominis, et cur in heroas sit relatus, et pro Æsculapii posterorum uno habitus, enarrare haud abs re forte fuerit, ut discatis, non Scythis modo patrium esse immortales credere homines et ablegare ad Zamolxin; sed Atheniensibus etiam licere deos facere in ipsa Græcia Scythas.

2. In magna illa pestilentia visa sibi per quietem est videre Architelis Areopagitæ uxor astantem sibi Scytham, qui juberet dicere Atheniensibus, a pestilentia ipsos vexari desituros, si vicos urbis vino multo conspergant. Hoc sæpius factum (neque enim neglexerunt qui audierant Athenienses) finem pestilentiæ apud illos imposuit, seu vapores quosdam malos per odorem delente vino, sive aliud quid amplius sciens Toxaris heros, quippe medicinæ peritus, consuluit. Merces igitur curationis hodieque illi persolvitur, equus albus in ipsius monumento immolatus, illo ipso loco, unde ostendit Dimænete progressum ipsum illa de vino præcepisse : et inventus ibi est sepultus Toxaris, tum inscriptione agnitus, etsi ea non tota jam apparebat, et maxime, quod in columella insculptus erat vir Scytha, sinistra arcum intentum tenens, dextra vero, ut videbatur, librum. Adhuc etiam videas ultra dimidiam ejus partem, arcum autem integrum atque librum : superiora vero columellæ et ipsam faciem tempus jam abolevit. Est autem non multum a Dipylo, ad sinistram in Academiam euntium, tumulus non magnus, et humi jacens columella. Verumtamen coronata semper est, et aiunt febri laborantes quosdam illius ope esse liberatos : neque profecto incredibile, qui totam olim urbem sanaverit.

3. Verum enim vero, cujus rei causa mentionem illius injeci, superstes erat Toxaris, quum Anacharsis, navigatione modo finita, a Piræeo ascendit, tanquam peregrinus et barbarus non mediocriter adhuc turbatus animo, ignarus omnium, meticulosus ad plurima, de se quid faceret nescius : sentiebat etenim derideri se ob habitum et arma; et linguæ suæ peritum inveniebat neminem : et in universum viæ ipsum jam pœnitentia subibat, decretumque ipsi erat, visis modo Athenis, retro legere vestigia,

πλοίῳ ἐπιβάντα πλεῖν αὖθις ἐπὶ Βοσπόρου, ὅθεν οὐ πολλὴ ἔμελλεν αὐτῷ ὁδὸς ἔσεσθαι οἴκαδε ἐς Σκύθας. Οὕτως ἔχοντι τῷ Ἀναχάρσιδι ἐντυγχάνει δαίμων τις ἀγαθὸς ὡς ἀληθῶς ὁ Τόξαρις ἤδη ἐν τῷ Κεραμεικῷ· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἡ στολὴ αὐτὸν ἐπεσπάσατο πατριῶτις οὖσα, εἶτα μέντοι οὐ χαλεπῶς ἔμελλε καὶ αὐτὸν γνώσεσθαι τὸν Ἀνάχαρσιν ἅτε γένους τοῦ δοκιμωτάτου ὄντα καὶ ἐν τοῖς πρώτοις Σκυθῶν. Ὁ Ἀνάχαρσις δὲ πόθεν ἂν ἐκεῖνον ἔγνω ὁμοεθνῆ ὄντα, Ἑλληνιστὶ ἐσταλμένον, ὑπεξυρημένον τὸ γένειον, ἄζωστον, ἀσίδηρον, ἤδη στωμύλον, αὐτῶν τῶν Ἀττικῶν ἕνα τῶν αὐτοχθόνων; οὕτω μετεπεποίητο ὑπὸ τοῦ χρόνου.

4. Ἀλλὰ Τόξαρις Σκυθιστὶ προσειπὼν αὐτὸν, Οὐ σὺ, ἔφη, Ἀνάχαρσις ὢν τυγχάνεις ὁ Δαυκέτου; Ἐδάκρυσεν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Ἀνάχαρσις, ὅτι καὶ ὁμόφωνον εὑρήκει τινὰ, καὶ τοῦτον εἰδότα ὅστις ἦν ἐν Σκύθαις, καὶ ἤρετο, Σὺ δὲ πόθεν οἶσθα ἡμᾶς, ὦ ξένε; Καὶ αὐτὸς, ἔφη, ἐκεῖθέν εἰμι παρ' ὑμῶν, Τόξαρις τοὔνομα, οὐ τῶν ἐπιφανῶν, ὥστε καὶ ἐγνῶσθαι ἄν σοι κατ' αὐτό. Μῶν, ἔφη, σὺ ὁ Τόξαρις εἶ, περὶ οὗ ἐγὼ ἤκουσα ὥς τις Τόξαρις ἔρωτι τῆς Ἑλλάδος ἀπολιπὼν καὶ γυναῖκα ἐν Σκυθίᾳ καὶ παιδία νεογνὰ οἴχοιτο ἐς Ἀθήνας καὶ νῦν διατρίβοι ἐκεῖθι τιμώμενος ὑπὸ τῶν ἀρίστων; Ἐγὼ, ἔφη, ἐκεῖνός εἰμι, εἴ τις κἀμοῦ λόγος ἔτι παρ' ὑμῖν. Οὐκοῦν, ἦ δ' ὃς ὁ Ἀνάχαρσις, μαθητήν σου ἴσθι με γεγενημένον καὶ ζηλωτὴν τοῦ ἔρωτος ὃν ἠράσθης, ἰδεῖν τὴν Ἑλλάδα, καὶ κατά γε τὴν ἐμπορίαν ταύτην ἀποδημήσας ἥκω σοι μυρία παθὼν ἐν τοῖς διὰ μέσου ἔθνεσι, καὶ εἴ γε μὴ σοὶ ἐνέτυχον, ἔγνωστο ἤδη πρὶν ἥλιον δῦναι, ὀπίσω αὖθις ἐπὶ ναῦν κατιέναι· οὕτως ἐτεταράγμην ξένα καὶ ἄγνωστα πάντα ὁρῶν. Ἀλλὰ πρὸς Ἀκινάκου καὶ Ζαμόλξιδος, τῶν πατρῴων ἡμῖν θεῶν, σύ με, ὦ Τόξαρι, παραλαβὼν ξενάγησον καὶ δεῖξον τὰ κάλλιστα τῶν Ἀθήνησιν, εἶτα καὶ τὰ ἐν τῇ ἄλλῃ Ἑλλάδι, νόμων τε τοὺς ἀρίστους καὶ ἀνδρῶν τοὺς βελτίστους καὶ ἤθη καὶ πανηγύρεις καὶ βίον αὐτῶν καὶ πολιτείαν, δι' ἅπερ σύ τε κἀγὼ μετὰ σὲ τοσαύτην ὁδὸν ἥκομεν, καὶ μὴ περιίδῃς ἀθέατον αὐτῶν ἀναστρέψοντα.

5. Τοῦτο μὲν, ἔφη ὁ Τόξαρις, ἥκιστα ἐρωτικὸν εἴρηκας, ἐπὶ τὰς θύρας αὐτὰς ἐλθόντα οἴχεσθαι ἀπιόντα. Πλὴν ἀλλὰ θάρρει· οὐ γὰρ ἂν, ὡς φῄς, ἀπέλθοις οὐδ' ἂν ἀφείη σε ῥᾳδίως ἡ πόλις· οὐχ οὕτως ὀλίγα τὰ θέλγητρα ἔχει πρὸς τοὺς ξένους, ἀλλὰ μάλα ἐπιλήψεταί σου, ὡς μήτε γυναικὸς ἔτι μήτε παίδων, εἴ σοι ἤδη εἰσὶ, μεμνῆσθαι. Ὡς δ' ἂν τάχιστα πᾶσαν ἴδοις τὴν πόλιν τῶν Ἀθηνῶν, μᾶλλον δὲ τὴν Ἑλλάδα ὅλην καὶ τὰ Ἑλλήνων καλὰ, ἐγὼ ὑποθήσομαί σοι. Ἔστι σοφὸς ἀνὴρ ἐνταῦθα, ἐπιχώριος μὲν, ἀποδημήσας δὲ μάλα πολλὰ ἔς τε Ἀσίαν καὶ ἐς Αἴγυπτον καὶ τοῖς ἀρίστοις τῶν ἀνθρώπων συγγενόμενος, τὰ ἄλλα οὐ τῶν πλουσίων, ἀλλὰ καὶ κομιδῇ πένης· ὄψει γέροντα οὕτω δημοτικῶς ἐσταλμένον. Πλὴν διά γε τὴν σοφίαν καὶ τὴν ἄλλην ἀρετὴν πάνυ τιμῶσιν αὐτὸν, ὥστε καὶ νομοθέτῃ χρῶνται πρὸς τὴν πολιτείαν καὶ ἀξιοῦσι κατὰ τὰ ἐκείνου προσ-

conscensoque navigio navigare rursus in Bosporum, unde via sibi non longa domum ad Scythas suos futura esset. Ita affecto Anacharsidi obviam in ipso Ceramico fit bonus aliquis revera genius, Toxaris. Ac primo quidem habitus illum advertebat, patrius qui esset : deinde non difficulter ipsum quoque nosciturus erat Anacharsin, quippe generis nobilissimi virum et Scytharum e principibus. Anacharsis autem unde illum agnosceret popularem suum esse, Græce vestitum, rasum genas, non cinctum, sine ferro, jam affabilem, indigenarum istorum jam unum Atticorum? adeo ab ipso jam tempore immutatus fuerat.

4. Sed Scythice ipsum allocutus Toxaris, Non tu, inquit, Anacharsis es Dauceti filius? Lacrimari præ gaudio Anacharsis, quod et linguæ suæ peritum invenisset aliquem, eumque gnarum quis ipse esset inter Scythas; atque rogare, Tu vero, hospes, unde nosti nos? Et ipse, inquit, inde sum, e vobis; Toxaris mihi nomen, non e nobilibus, ut eo tibi notus sim. Ad quæ ille : Numquid ille tu Toxaris es, de quo audivi ego, Toxarin quendam Græciæ amore, uxore relicta in Scythia et parvis pueris, Athenas abiisse, et nunc ibi vivere et in honore esse apud optimos quosque? Ille ipse, inquit, ego sum, si quis de me adhuc sermo apud vos est. Tum, Noris ergo, inquit Anacharsis, discipulum me tuum factum esse, et æmulum amoris, quo flagrabas, videndæ Græciæ. Hujus igitur negotii studio profectus venio tibi sexcenta perpessus mala apud interjectas gentes : ac nisi in te incidissem, decretum jam erat, ante solis occasum retro rursus descendere ad navim, adeo perturbatus eram quum peregrina et ignota mihi viderem omnia. Sed per ego te Acinacen et Zamolxin, patria numina, obsecro, tu me, Toxari, assumtum tanquam peregrinum circumducito, et ea, quæ Athenis pulcherrima sunt, ostendito, tum et quæ reliqua in Græcia, legum optimas, viros item præstantissimos, mores, festa, vivendi rationem et administrandæ reipublicæ, propter quæ et tu, et post te ego, tantum itineris fecimus; neque patere me his non visis domum redire.

5. Illud quidem, inquit Toxaris, minime pro amatore dicebas, te ad ipsas quum januas venisses, abitum parasse. Verum bono es animo. Neque enim, ut aiebas, abieris, neque te ita facile urbs hæc dimiserit : non ita pauca habet quibus hospites afficiat delinimenta : sed valide te complectetur, adeo ut neque uxoris jam, neque liberorum, si qui tibi jam sint, memoriam sis servaturus. Quomodo vero celerrime omnem videas Athenarum urbem, aut Græciam potius totam et bona Græcorum ac pulchra, ego tibi subjiciam. Est hic vir sapiens, indigena ille quidem, sed multum per Asiam et Ægyptum peregrinatus, et versatus cum hominibus præstantissimis, ceterum non divitum unus, sed oppido pauper; videbis senem ita plebeium in morem vestitum. Sed propter sapientiam virtutemque reliquam maximo illum in honore habent, adeo ut legislatore etiam illo ad constituendam civitatem utantur, et secundum illius præ-

βιοῦν. Εἰ τοῦτον φίλον κτήσαιο καὶ μάθοις
ἐστι, πᾶσαν νόμιζε τὴν Ἑλλάδα ἐν αὐτῷ
τὸ κεφάλαιον ἤδη ἂν εἰδέναι τῶν τῇδε ἀγα-
ὐκ ἔστιν ὅ τι ἂν μεῖζόν σοι καλὸν χαρίσασθαι
ἢ συστήσας ἐκείνῳ.

τοίνυν μέλλωμεν, ἔφη, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀνά-
λλά με λαβὼν ἄγε παρ' αὐτόν. Ἀτὰρ ἐκεῖνο
δυσπρόσοδος καὶ ἐν παρέργῳ θῆταί σου τὴν
ην ὑπὲρ ἡμῶν. Εὐφήμει, ἦ δ' ὅς, ἐκείνῳ τὰ
αριεῖσθαί μοι δοκῶ ἀφορμὴν παρασχὼν τῆς
νδρα εὐποιίας. Ἕπου μόνον· εἴσῃ γὰρ ὅση
Ξένιον ἡ αἰδὼς καὶ ἡ ἄλλη ἐπιείκεια καὶ χρη-
Μᾶλλον δὲ κατὰ δαίμονα οὗτος αὐτὸς ἡμῖν
ὁ ἐπὶ συννοίας, ὁ λαλῶν ἑαυτῷ· καὶ ἅμα
τὸν Σόλωνα, Τοῦτό σοι, ἔφη, δῶρον μέγι-
άγων, ξένον ἄνδρα φιλίας δεόμενον.

θης δέ ἐστι τῶν παρ' ἡμῖν εὐπατριδῶν, καὶ
ι πάντα ἀφεὶς ἥκει συνεσόμενος ὑμῖν καὶ τὰ
οψόμενος τῆς Ἑλλάδος, κἀγὼ ἐπίτομόν τινα
εὗρον αὐτῷ, ὅπως ῥᾷστα καὶ αὐτὸς μάθοι
γνώριμος γένοιτο τοῖς ἀρίστοις· τοῦτο δ' ἦν
γαγεῖν αὐτόν. Εἰ τοίνυν ἐγὼ Σόλωνα οἶδα,
ήσεις καὶ προξενήσεις αὐτοῦ καὶ πολίτην γνή-
ανεῖς τῆς Ἑλλάδος. Καὶ ὅπερ σοι ἔφην
προσθεν, ὦ Ἀνάχαρσι, πάντα ἑόρακας ἤδη
ὼν, τοῦτο αἱ Ἀθῆναι, τοῦτο ἡ Ἑλλάς· οὐκέτι
πάντες σε ἴσασι, πάντες σε φιλοῦσι. Τηλι-
ι τὸ κατὰ τὸν πρεσβύτην τοῦτον. Ἁπάντων
ῶν ἐν Σκυθίᾳ συνὼν αὐτῷ· ἔχεις τῆς ἀποδη-
λα, τοῦ ἔρωτος τὸ τέλος· οὗτός σοι ὁ Ἑλλη-
ν, τοῦτο δεῖγμα τῆς φιλοσοφίας τῆς Ἀττικῆς.
υν γίγνωσκε ὡς εὐδαιμονέστατος ὤν, ὃς συν-
νι καὶ φίλῳ χρήσῃ αὐτῷ.

κρὸν ἂν εἴη διηγήσασθαι, ὅπως μὲν ἥσθη ὁ
δώρῳ, οἷα δὲ εἶπεν, ὡς δὲ τὸ λοιπὸν συνῆ-
παιδεύων καὶ διδάσκων τὰ κάλλιστα, ὁ Σό-
λον ἅπασι ποιῶν τὸν Ἀνάχαρσιν καὶ προσάγων
νων καλοῖς καὶ πάντα τρόπον ἐπιμελούμενος,
τα διατρίψῃ ἐν τῇ Ἑλλάδι· ὁ δὲ τεθηπὼς τὴν
τοῦ καὶ μηδὲ τὸν ἕτερον πόδα ἑκὼν εἶναι
ενος. Ὡς γοῦν ὑπέσχετο αὐτῷ ὁ Τόξαρις,
ρὸς τοῦ Σόλωνος ἅπαντα ἔγνω ἐν ἀκαρεῖ καὶ
γνώριμος καὶ ἐτιμᾶτο δι' ἐκεῖνον· οὐ γὰρ μι-
όλων ἐπαινῶν, ἀλλ' οἱ ἄνθρωποι καὶ τοῦτο ὡς
ἐπείθοντο καὶ ἐφίλουν οὓς ἐκεῖνος δοκιμάζοι
ευον ἀρίστους ἄνδρας εἶναι. Τὰ τελευταῖα
η μόνος βαρβάρων Ἀνάχαρσις, δημοποίητος
, εἰ χρὴ Θεοξένῳ πιστεύειν καὶ τοῦτο ἱστο-
ι αὐτοῦ· καὶ οὐκ ἂν οὐδὲ ἀνέστρεψεν, οἶμαι,
, εἰ μὴ Σόλων ἀπέθανε.

λεσθε οὖν ἤδη ἐπαγάγω τῷ μύθῳ τὸ τέλος,
φαλος περινοστοίη; Ὥρα γοῦν εἰδέναι οὕτινός
ὁ Ἀνάχαρσις ἐκ Σκυθίας καὶ Τόξαρις τὰ νῦν
νίαν ἥκετον ἔτι καὶ Σόλωνα γέροντα ἄνδρα

cepta vivere velint. Hunc si amicum tibi conciliaveris, et quantus vir sit didiceris, totam te in illo Græciam habere putato, et summam jam nosse bonorum quæ hic sunt. Itaque non est quod majus tibi donare bonum possim, quam illi si te commendem.

6. Ne igitur cunctemur, Toxari, inquit Anacharsis, sed prehensum me ad ipsum deduc. Verum illud timeo, ne difficiles accessus habeat, tuamque pro me deprecationem non magni faciat. Bona verba! inquit alter, quin maxime illi gratificaturus videor subministranda beneficentiæ in hospitem occasione. Sequere modo; scies enim quantus sit illius erga peregrinorum præsidem Jovem pudor, et reliqua æquitas et benignitas. Quin divinitus ille ipse ad nos accedit, cogitabundus ille, ille secum ipse loquens : et simul Solonem allocutus, Huc tibi, inquit, donum maximum adduco, peregrinum hominem indigentem amicitiæ.

7. Scytha autem est ex generosis apud nos, et tamen relictis quæ ibi sunt omnibus, huc venit, ut vobiscum versetur, ut ea quæ pulcherrima sunt in Græcia videat; ego autem compendiariam hanc illi viam reperi, ut facillime et ipse discat omnia, et innotescat præstantissimis; hæc vero in eo inerat, ut ad te illum deducerem. Si igitur Solonem ego novi, ita facies, et tanquam publico illum hospitio accipies, et germanum Græciæ civem efficies. Et quod tibi paullo ante dicebam, Anacharsi, omnia vidisti, viso Solone : hic Athenæ, hic Græcia : non tu jam hospes es; norunt te omnes, omnes te amant. Tantum est in hoc sene! Omnium quæ sunt in Scythia oblivionem capies, cum hoc si fueris. Habes præmia peregrinationis tuæ, finem tui amoris : hæc tibi norma Græcanica, hoc Atticæ philosophiæ specimen. Ita igitur judica, te esse felicissimum, qui cum Solone futurus sis, et amico illo sis usurus.

8. Longum fuerit jam commemorare, quam delectatus sit munere Solon, et quæ dixerit, et quomodo ab eo inde tempore una vixerint, quum alter quidem, Solon, institueret et doceret pulcherrima quæque, et amicum omnibus conciliaret Anacharsin, et bonis eum Græcorum admoveret, omni ratione curans ut quam suavissime in Græcia ætatem ageret : alter vero, Anacharsis, sapientiam hujus admiraretur, nec latum pedem ab illo sua voluntate discederet. Ut enim promiserat illi Toxaris, ex uno viro Solone brevissimo tempore cognoscebat omnia, et innotescebat omnibus, et in honore erat propter illum : neque enim parvum quiddam erat laudans Solon; sed homines hac etiam in re illi tanquam legislatori obsequebantur, amabantque quos ille probaret, et optimos esse viros credebant. Denique ad mysteria etiam admissus est Anacharsis, solus barbarorum, civitatis ante jure donatus, si fides habenda est Theoxeno, hoc etiam de illo narranti. Et ne rediturus quidem erat, puto, in Scythiam, nisi Solon esset mortuus.

9. Vultin' igitur jam inducam etiam finem et coronidem fabulæ, ne sine capite oberret? Jam enim sciendum est cujus mihi rei causa Anacharsis e Scythia Toxarisque nunc in Macedoniam venerint, adducentes insuper Solonem, se-

ἐπαγομένῳ Ἀθήνηθεν. Φημὶ δὴ ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ πρὸς Χαρίτων μὴ νεμεσήσητέ μοι τῆς εἰκόνος, εἰ βασιλικῷ ἀνδρὶ ἐμαυτὸν εἴκασα· βάρβαρος μὲν γὰρ κἀκεῖνος καὶ οὐδέν τι φαίης ἂν τοὺς Σύρους ἡμᾶς φαυλοτέρους εἶναι τῶν Σκυθῶν. Ἀτὰρ οὐδὲ κατὰ τὸ βασιλικὸν εἰσποιῶ τἀμὰ ἐς τὴν ὁμοιότητα, κατ' ἐκεῖνα δέ· ὅτε γὰρ πρῶτον ἐπεδήμησα ὑμῶν τῇ πόλει, ἐξεπλάγην μὲν εὐθὺς ἰδὼν τὸ μέγεθος καὶ τὸ κάλλος καὶ τῶν ἐμπολιτευομένων τὸ πλῆθος καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν καὶ λαμπρότητα πᾶσαν· ὥστε ἐπὶ πολὺ ἐτεθήπειν πρὸς ταῦτα καὶ οὐκ ἐξήρκουν τῷ θαύματι, οἷόν τι καὶ ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος ἐπεπόνθει πρὸς τὴν τοῦ Μενελάου οἰκίαν. Καὶ ἔμελλον οὕτω διατεθήσεσθαι τὴν γνώμην ἰδὼν πόλιν ἀκμάζουσαν ἀκμῇ τοσαύτῃ καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν ἐκεῖνον

ἀνθοῦσαν ἀγαθοῖς πᾶσιν οἷς θάλλει πόλις.

10. Οὕτω δὴ ἔχων ἐσκοπούμην ἤδη περὶ τῶν πρακτέων, καὶ τὸ μὲν δεῖξαι τῶν λόγων ὑμῖν πάλαι ἐδέδοκτο — τίσι γὰρ ἂν ἄλλοις ἔδειξα σιωπῇ παροδεύσας τηλικαύτην πόλιν; ἐζήτουν γάρ, οὐδὲ ἀποκρύψομαι τἀληθές, οἵτινες οἱ προύχοντες εἶεν καὶ οἷς ἄν τις προσελθὼν καὶ ἐπιγραψάμενος προστάτας συναγωνισταῖς χρῷτο πρὸς τὰ ὅλα. Ἐνταῦθά μοι οὐχ εἷς, ὥσπερ τῷ Ἀναχάρσιδι, καὶ οὗτος βάρβαρος, ὁ Τόξαρις, ἀλλὰ πολλοί, μᾶλλον δὲ πάντες τὰ αὐτὰ μόνον οὐκ αὐταῖς συλλαβαῖς ἔλεγον· ὦ ξένε, πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι χρηστοὶ καὶ δεξιοὶ ἀνὰ τὴν πόλιν, καὶ οὐκ ἂν ἀλλαχόθι τοσούτους εὕροις ἄνδρας ἀγαθούς, δύο δὲ μάλιστά ἐστον ἡμῖν ἄνδρε ἀρίστω, γένει μὲν καὶ ἀξιώματι πολὺ προύχοντες ἁπάντων, παιδείᾳ δὲ καὶ λόγων δυνάμει τῇ Ἀττικῇ δεκάδι παραβάλλοις ἄν· ἡ δὲ παρὰ τοῦ δήμου εὔνοια πάνυ ἐρωτικὴ πρὸς αὐτούς, καὶ τουτὶ γίγνεται, ὅ τι ἂν οὗτοι ἐθέλωσιν· ἐθέλουσι γὰρ ὅ τι ἂν ἄριστον ᾖ τῇ πόλει. Τὴν μὲν γὰρ χρηστότητα καὶ τὴν πρὸς τοὺς ξένους φιλανθρωπίαν καὶ τὸ ἐν μεγέθει τοσούτῳ ἀνεπίφθονον καὶ τὸ μετ' εὐνοίας αἰδέσιμον καὶ τὸ πρᾷον καὶ τὸ εὐπρόσοδον αὐτὸς ἂν ἄλλοις διηγήσαιο πειραθεὶς μικρὸν ὕστερον.

11. Καὶ ὡς μᾶλλον θαυμάσῃς, μιᾶς καὶ τῆς αὐτῆς οἰκίας ἐστόν, υἱὸς καὶ πατήρ, ὁ μέν, εἴ τινα Σόλωνα ἢ Περικλέα ἢ Ἀριστείδην ἐπινοεῖς, ὁ δὲ υἱὸς καὶ ὀφθεὶς μὲν αὐτίκα ἐπάξεταί σε, οὕτω μέγας ἐστὶ καὶ καλὸς ἀρρενωπήν τινα τὴν εὐμορφίαν· εἰ δὲ καὶ φθέγξαιτο μόνον, οἰχήσεταί σε ἀπὸ τῶν ὤτων ἀναδησάμενος, τοσαύτην Ἀφροδίτην ἐπὶ τῇ γλώττῃ ὁ νεανίσκος ἔχει. Ἥ γέ τοι πόλις ἅπασα κεχηνότες αὐτοῦ ἀκούουσιν, ὁπόταν δημηγορήσων παρέλθῃ, ὁποῖόν φασι τοὺς τότε Ἀθηναίους πρὸς τὸν τοῦ Κλεινίου πεπονθέναι, παρ' ὅσον τοῖς μὲν οὐκ εἰς μακρὰν μετεμέλησε τοῦ ἔρωτος, ὃν ἠράσθησαν τοῦ Ἀλκιβιάδου, τοῦτον δὲ ἡ πόλις οὐ φιλεῖ μόνον, ἀλλὰ καὶ αἰδεῖσθαι ἤδη ἀξιοῖ, καὶ ὅλως ἓν τοῦτο ἡμῖν δημόσιον ἀγαθόν ἐστι καὶ μέγα ὄφελος ἅπασιν, ἀνὴρ οὗτος. Εἰ δὴ αὐτός τε καὶ ὁ πατὴρ αὐτοῦ δέξαιντό σε καὶ φίλον ποιήσαιντο, πᾶσαν ἔχεις τὴν

nem virum, Athenis. Aio nimirum simile mihi quiddam Anacharsidi usu venisse : et, per ego vos Gratiarum nunc rogo, nolite irasci mihi ob istam imaginem, si regii generis viro me assimilavi. Barbarus enim et ille; neque Syros Scythis ulla in re deteriores temere dixeris. Ego vero non quantum ad regiam nobilitatem, similitudinem illam affecto, sed quantum ad illa priora. Quum enim primum peregrinus vestram in urbem veni, statim quidem perculsus sum conspecta magnitudine, et pulchritudine, et civium numero, et reliqua omni facultate ac splendore. Itaque diu ad ista stupebam, nec par eram admirationi, quale quid illi de insula adolescenti accidit ad Menelai domum. Et debebam ita animo affici, qui viderem urbem in eo culmine constitutam, et secundum poetam, omnibus

bonis florentem, civitas quis possiet.

10. Ita nempe habens, quid agendum esset, jam considerabam. Et facultatis quidem dicendi specimen vobis præbere decretum olim fuerat : quibus enim præberem aliis, si silentio talem urbem præterirem? Quærebam enim (neque verum celabo) qui essent principes, et quibus quis applicans se et patronis sibi ascitis, deinde auxiliatoribus uti ad universa posset. Hic mihi non unus aliquis, ut Anacharsidi, isque barbarus, Toxaris, sed multi, quin omnes eadem tantum non iisdem syllabis dixere : Multi quidem, hospes, et alii boni dextrique in urbe viri, neque alias tot bonos viros invenias : verum duo maxime sunt nobis viri optimi, genere quidem et dignitate multum superiores omnibus, doctrina autem et eloquentia Atticæ illos decadi comparaveris : præterea populari gratia ita florent, ut plane amentur : fitque quicquid hi volunt; volunt enim quicquid optimum est urbi. Nam benignitatem ipsorum et in hospites humanitatem, et quod in tanta magnitudine nullum invidiæ locum relinquunt, et quod in illa se benevolentia venerabiles tamen præstant, et quam sint placidi, quam faciles accessus habeant; tute aliis enarrare poteris, periculo paullo post facto.

11. Utque magis mireris, ex una eademque domo sunt, filius et pater : hic quidem, si Solonem aliquem aut Periclem aut Aristidem cogitas, talis : filius vero, ubi primum videris, statim te amicum sibi adjunget, ita procerus est et virili quadam formositate pulcher : deinde si locutus modo fuerit, ilicet auribus te devincto abibit, tantam in lingua venerem habet juvenis. Urbs quidem universa hiantes eum audiunt quoties in concionem prodierit oraturus, id quod aiunt Atheniensibus, qui tum erant, in Cliniæ filio accidisse : nisi quod illos quidem non ita multo post amoris illius, quo prosecuti Alcibiadem fuerant, pœnituit; hunc vero non amat modo civitas, sed reverentia jam dignatur : denique unum hoc publicum nostrum bonum est, et maxima omnibus utilitas, hic vir! Si igitur et ipse et ipsius pater recipiant te et amicum sibi faciant, civitatem habes universam : et hoc solum opus est, ut manu significationem

πόλιν, καὶ ἐπισεῖσαι χρὴ τὴν χεῖρα, τοῦτο μόνον, καὶ οὐκέτ' ἐνδοιάσιμα τὰ σά. Ταῦτα νὴ τὸν Δί' ἅπαντες ἔλεγον, εἰ χρὴ καὶ ὅρκον ἐπάγειν τῷ λόγῳ, καί μοι ἤδη πειρωμένῳ τὸ πολλοστὸν τῶν προσόντων εἰρηκέναι ἔδοξαν. « Οὐχ ἕδρας τοίνυν οὐδ' ἀμβολᾶς ἔργον, » ὡς ὁ Κεῖός φησιν, ἀλλὰ χρὴ πάντα μὲν κάλων κινεῖν, πάντα δὲ πράττειν καὶ λέγειν, ὡς φίλοι ἡμῖν τοιοῦτοι γένοιντο· ἢν γὰρ τοῦθ' ὑπάρξῃ, εὔδια πάντα καὶ πλοῦς οὔριος καὶ λειοκύμων ἡ θάλαττα καὶ ὁ λιμὴν πλησίον.

—

XXV.

ΠΩΣ ΔΕΙ ΙΣΤΟΡΙΑΝ ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΝ.

1. Ἀβδηρίταις φασὶ Λυσιμάχου ἤδη βασιλεύοντος πεσεῖν τι νόσημα, ὦ καλὲ Φίλων, τοιοῦτο· πυρέττειν μὲν γὰρ τὰ πρῶτα πανδημεὶ ἅπαντας ἀπὸ τῆς πρώτης εὐθὺς ἐρρωμένως καὶ λιπαρεῖ τῷ πυρετῷ, περὶ δὲ τὴν ἑβδόμην τοῖς μὲν αἷμα πολὺ ἐκ ῥινῶν ῥυέν, τοῖς δ' ἱδρὼς ἐπιγενόμενος, πολὺς καὶ οὗτος, ἔλυσε τὸν πυρετόν. Ἐς γελοῖον δέ τι πάθος περιίστα τὰς γνώμας αὐτῶν· ἅπαντες γὰρ ἐς τραγῳδίαν παρεκινοῦντο καὶ ἰαμβεῖα ἐφθέγγοντο καὶ μέγα ἐβόων, μάλιστα δὲ τὴν Εὐριπίδου Ἀνδρομέδαν ἐμονῴδουν καὶ τὴν τοῦ Περσέως ῥῆσιν ἐν μέρει διεξῄεσαν, καὶ μεστὴ ἦν ἡ πόλις ὠχρῶν ἁπάντων καὶ λεπτῶν τῶν ἑβδομαίων ἐκείνων τραγῳδῶν,

> Σὺ δ' ὦ θεῶν τύραννε κἀνθρώπων Ἔρως,

καὶ τὰ ἄλλα μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀναβοώντων καὶ τοῦτο ἐπὶ πολύ, ἄχρι δὴ χειμὼν καὶ κρύος δὲ μέγα γενόμενον ἔπαυσε ληροῦντας αὐτούς. Αἰτίαν δέ μοι δοκεῖ τοῦ τοιούτου παρασχεῖν Ἀρχέλαος ὁ τραγῳδὸς, εὐδοκιμῶν τότε, μεσοῦντος τοῦ θέρους ἐν πολλῷ τῷ φλογμῷ τραγῳδήσας αὐτοῖς τὴν Ἀνδρομέδαν, ὡς πυρέξαι τε ἀπὸ τοῦ θεάτρου τοὺς πολλοὺς καὶ ἀναστάντας ὕστερον ἐς τὴν τραγῳδίαν παρολισθάνειν, ἐπὶ πολὺ ἐμφιλοχωρούσης τῆς Ἀνδρομέδας τῇ μνήμῃ αὐτῶν καὶ τοῦ Περσέως ἔτι σὺν τῇ Μεδούσῃ τὴν ἑκάστου γνώμην περιπετομένου.

2. Ὡς οὖν ἕν, φασὶν, ἑνὶ παραβαλεῖν, τὸ Ἀβδηριτικὸν ἐκεῖνο πάθος καὶ νῦν τοὺς πολλοὺς τῶν πεπαιδευμένων περιελήλυθεν, οὐχ ὥστε τραγῳδεῖν — ἔλαττον γὰρ ἂν τοῦτο παρέπαιον ἀλλοτρίοις ἰαμβείοις, οὐ φαύλοις κατεσχημένοι — ἀλλ' ἀφ' οὗ δὴ τὰ ἐν ποσὶ ταῦτα κεκίνηται, ὁ πόλεμος ὁ πρὸς τοὺς βαρβάρους καὶ τὸ ἐν Ἀρμενίᾳ τραῦμα καὶ αἱ συνεχεῖς νῖκαι, οὐδεὶς ὅστις οὐχ ἱστορίαν συγγράφει, μᾶλλον δὲ Θουκυδίδαι καὶ Ἡρόδοτοι καὶ Ξενοφῶντες ἡμῖν ἅπαντες, καὶ ὡς ἔοικεν, ἀληθὲς ἄρ' ἦν ἐκεῖνο τὸ, « Πόλεμος ἁπάντων πατήρ, » εἴ γε καὶ συγγραφέας τοσούτους ἀνέφυσεν ὑπὸ μιᾷ τῇ ὁρμῇ.

3. Ταῦτα τοίνυν, ὦ φιλότης, ὁρῶντα καὶ ἀκούοντά με τὸ τοῦ Σινωπέως ἐκεῖνο εἰσῆλθεν· ὁπότε γὰρ ὁ Φί-

voluntatis edant, neque amplius de tuis fortunis dubitare licebit. Hæc, ita me Jupiter (si jusjurandum adjicere orationi fas est), dixerunt universi : et mihi jam experienti, vix aliquam de multis partem eorum, quæ insunt, dixisse videbantur. Non igitur desidendi aut differendi, ut Ceus poeta ait, jam tempus est, sed funem omnem movere oportet, facereque et dicere omnia, hi ut amici nobis fiant. Hoc enim si contigerit, serena omnia, et secunda navigatio, et molli fluctu leniter motum mare, et portus in proximo.

—

XXV.

QUOMODO HISTORIA CONSCRIBENDA SIT.

1. Abderitas dicitur Lysimacho jam regnante morbus invasisse, mi jucundissime Philo, talis : primum enim febri correptam esse universam civitatem, eaque statim ab initio vehementissima et continua : circa diem vero septimum aliis sanguis copiosus naribus fluens, aliis sudor superveniens largus et ipse, febrim solvit. At illa febris in ridiculam quandam affectionem mentes illorum conjecit : omnes ad tragœdiam velut furore correpti ferebantur, et iambica recitabant clamantes valide, maxime vero Euripideæ Andromedæ cantica modulate pronunciabant, et illam Persei orationem per vices declamabant. Plena igitur urbs erat pallida multitudine et extenuata, septiduanis inquam illis tragœdis,

> Tuque, o deorum atque hominum sæve rex, Amor,

et reliqua voce magna proclamantibus, idque diutine, donec scilicet hiems et gelu magnum factum delirantes eos sisteret. Causam vero mihi videtur ejus rei præbuisse Archelaus, tragœdus ea ætate favore hominum florens, qui media æstate per multum æstum, Andromedam illis egerat, adeo ut ab ipso theatro multi febricitarent, et ubi convaluissent, deinde in tragœdiam delaberentur, utpote quorum memoriæ diutine insideret Andromeda, et Perseus cum sua Medusa singulorum mentes adhuc circumvolitaret.

2. Si igitur unum, quod aiunt, alteri comparare fas est, Abderiticus ille morbus nunc quoque eruditorum multos occupavit, non illos quidem uti tragœdias agant (levius enim sic delirarent, si iambis alienis nec malis capti tenerentur), sed ex quo præsens hic motus exstitit, bellum, inquam, contra barbaros, et vulnus in Armenia acceptum, et victoriæ perpetuæ; nemo est quin conscribat historiam, potius vero Thucydides nobis, et Herodoti, et Xenophontes sunt omnes : proinde, ut videtur, verum erat illud, bellum omnium esse patrem, si etiam tot numero historicos hoc uno impetu genuit.

3. Hæc gitur, amice, videntem me et audientem Sinopensis illud subiit. Quum enim jam appropinquare cum

λιππος ἐλέγετο ἤδη ἐπελαύνειν, οἱ Κορίνθιοι πάντες ἐταράττοντο καὶ ἐν ἔργῳ ἦσαν, ὁ μὲν ὅπλα ἐπισκευάζων, ὁ δὲ λίθους παραφέρων, ὁ δὲ ὑποικοδομῶν τοῦ τείχους, ὁ δὲ ἔπαλξιν ὑποστηρίζων, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι τῶν χρησίμων ὑπουργῶν. Ὁ δὴ Διογένης ὁρῶν ταῦτα, ἐπεὶ μηδὲν εἶχεν ὅ τι καὶ πράττοι — οὐδεὶς γὰρ αὐτῷ ἐς οὐδὲν ἐχρῆτο — διαζωσάμενος τὸ τριβώνιον σπουδῇ μάλα καὶ αὐτὸς ἐκύλιε τὸν πίθον, ἐν ᾧ ἐτύγχανεν οἰκῶν, ἄνω καὶ κάτω τοῦ Κρανείου· καί τινος τῶν συνήθων ἐρομένου, Τί ταῦτα ποιεῖς, ὦ Διόγενες; Κυλίω, ἔφη, κἀγὼ τὸν πίθον, ὡς μὴ μόνος ἀργεῖν δοκοίην ἐν τοσούτοις ἐργαζομένοις.

4. Καὐτὸς οὖν, ὦ Φίλων, ὡς μὴ μόνος ἄφωνος εἴην ἐν οὕτω πολυφώνῳ τῷ καιρῷ μηδ' ὥσπερ κωμικὸν δορυφόρημα κεχηνὼς σιωπῇ παραφεροίμην, καλῶς ἔχειν ὑπέλαβον, ὡς δυνατόν μοι κυλῖσαι τὸν πίθον, οὐχ ὡς ἱστορίαν συγγράφειν οὐδὲ πράξεις αὐτὰς διεξιέναι· οὐχ οὕτω μεγαλότολμος ἐγώ, μηδὲ τοῦτο δείσῃς περὶ ἐμοῦ· οἶδα γὰρ ἡλίκος ὁ κίνδυνος, εἰ κατὰ τῶν πετρῶν κυλίοι τις, καὶ μάλιστα οἷον τοὐμὸν τοῦτο πιθάκνιον οὐδὲ πάνυ καρτερῶς κεκεραμευμένον· δεήσει γὰρ αὐτίκα μάλα πρὸς μικρόν τι λιθίδιον προσπταίσαντα συλλέγειν τὰ ὄστρακα. Τί οὖν ἔγνωσταί μοι καὶ πῶς ἀσφαλῶς μεθέξω τοῦ πολέμου, αὐτὸς ἔξω βέλους ἑστώς, ἐγώ σοι φράσω. « Τούτου μὲν καπνοῦ καὶ κύματος » καὶ φροντίδων, ὅσαι τῷ συγγραφεῖ ἔνεισιν, ἀνέξω ἐμαυτὸν εὖ ποιῶν, παραίνεσιν δέ τινα μικρὰν καὶ ὑποθήκας ταύτας ὀλίγας ὑποθήσομαι τοῖς συγγράφουσιν, ὡς κοινωνήσαιμι αὐτοῖς τῆς οἰκοδομίας, εἰ καὶ μὴ τῆς ἐπιγραφῆς, ἄκρῳ γε τῷ δακτύλῳ τοῦ πηλοῦ προσαψάμενος.

5. Καίτοι οὐδὲ παραινέσεως οἱ πολλοὶ δεῖν οἴονται σφίσιν ἐπὶ τὸ πρᾶγμα, οὐ μᾶλλον ἢ τέχνης τινὸς ἐπὶ τὸ βαδίζειν ἢ βλέπειν ἢ ἐσθίειν, ἀλλὰ πάνυ ῥᾷστον καὶ πρόχειρον καὶ ἅπαντος εἶναι ἱστορίαν συγγράψαι, ἤν τις ἑρμηνεῦσαι τὸ ἐπελθὸν δύνηται· τὸ δὲ οἶσθά που καὶ αὐτός, ὦ ἑταῖρε, ὡς οὐ τῶν εὐμεταχειρίστων οὐδὲ ῥᾳθύμως συντεθῆναι δυναμένων τοῦτ' ἐστίν, ἀλλ', εἴ τι ἐν λόγοις καὶ ἄλλο, πολλῆς τῆς φροντίδος δεόμενον, ἤν τις, ὡς ὁ Θουκυδίδης φησίν, ἐς ἀεὶ κτῆμα συντιθῇ. Οἶδα μὲν οὖν οὐ πάνυ πολλοὺς αὐτῶν ἐπιστρέψων, ἐνίοις δὲ καὶ πάνυ ἐπαχθὴς δόξων, καὶ μάλιστα ὁπόσοις ἀποτετέλεσται ἤδη καὶ ἐν τῷ κοινῷ δέδεικται ἡ ἱστορία. Εἰ δὲ καὶ ἐπῄνηται ὑπὸ τῶν τότε ἀκροασαμένων, μανία ἂν γε ἐλπὶς ὡς οἱ τοιοῦτοι μεταποιήσουσιν ἢ μετεγγράψουσί τι τῶν ἅπαξ κεκυρωμένων καὶ ὥσπερ ἐς τὰς βασιλείους αὐλὰς ἀποκειμένων. Ὅμως δὲ οὐ χεῖρον καὶ πρὸς αὐτοὺς ἐκείνους εἰρῆσθαι, ἵν', εἴ ποτε πόλεμος ἄλλος συσταίη, ἢ Κελτοῖς πρὸς Γέτας ἢ Ἰνδοῖς πρὸς Βακτρίους — οὐ γὰρ πρὸς ἡμᾶς γε τολμήσειεν ἄν τις, ἁπάντων ἤδη κεχειρωμένων — ἔχωσιν ἄμεινον συντιθέναι τὸν κανόνα τοῦτον προσάγοντες, ἤνπερ γε δόξῃ αὐτοῖς ὀρθὸς εἶναι· εἰ δὲ μή, αὐτοὶ μὲν καὶ τότε τῷ αὐτῷ πήχει ὥσπερ καὶ νῦν μετρούντων τὸ

exercitu nunciaretur Philippus, Corinthii omnes perturbari et operi faciendo incumbere; arma reficere alius, alius afferre lapides, alius murorum partem substruere, propugnaculum fulcire alius, denique alius aliud eorum, quæ usui essent, subministrare. Diogenes vero videns ista, quum quid potissimum ageret non haberet, (nemo enim quisquam illo ad ullam rem utebatur), succincto palliolo suo, studiose admodum et ipse dolium, in quo tum degebat, volvere sursum deorsum in Craneo : et familiarium interrogante aliquo, Quorsum hæc facis, Diogenes? respondit, Volvo et ipse dolium, ne otiosus esse solus inter tot occupatos videar.

4. Itaque ipse ego quoque, Philon, ne mutus solus essem in vocali adeo tempore, neu comici satellitii instar hiante ore per silentium transirem, decere arbitratus sum, pro virili me quoque dolium volvere, non ut historiam scriberem, neque ut ipsa enarrem facta; non ita audax ego, neque ab ea re tu metueris saluti meæ : novi enim quantum sit periculum, si per saxa volvat aliquis præsertim quale meum est doliolum, ne sat firmo quidem opere figlino constructum : cogar enim, si vel ad parvum lapillum offendam, ilico colligere testas. Quid igitur decretum mihi sit, quomodo tutus in partem belli sim venturus, extra t[illegible] jactum constitutus ipse, tibi enarrabo. « Illo me fumo fluctu » et sollicitudinibus quæ historiarum scriptorem [illegible]munt, abstinebo sapiens; admonitionem vero par[illegible]am quandam, et pauca hæc præcepta subjiciam scribenti[illegible]bus, ut meæ quoque partes sint in ædificando, licet in inscriptione nulla mei mentio sit, qui extremo tantum digito lutum attigerim.

5. Quanquam neque admonitione plerique opus sibi esse putant ad hoc negotium, non magis quam arte quadam ad incedendum, aut videndum, aut edendum : sed facillimum omnino et promtum et uniuscujusque esse, scribere historiam, modo quis eloqui, quæ in mentem veniunt, possit. Hoc vero nosti forte ipse quoque, sodalis, quam non sit ex facillimis, neque ex iis quæ negligenter componi possint, sed hoc esse, si quid est in dicendi arte aliud, quod multa cura indigeat; si quis, ut ait Thucydides, possessionem in perpetuum condere velit. Novi equidem fore ut non admodum multos advertam inhibeamve; quibusdam etiam ut importunus plane videar, illis præsertim quibus jam perfecta est et ostensa in publico historia. Si vero etiam laudata sit ab iis qui tum recitantem audierint, insania fuerit vel sperare retractaturos aliquid ejusmodi homines aut aliter scripturos eorum quæ semel firmata auctoritatibus et quasi in aulis regiis reposita sint. Veruntamen non pessimum fuerit etiam ad illos ipsos dicta hæc esse, ut, si quando bellum confletur aliud, aut Celtarum adversus Getas, aut contra Bactrianos Indorum (neque enim contra nos quisquam ausit tale quid, perdomitis jam omnibus), habeant quomodo componere melius possint, applicanda hac norma, si quidem recta iis videatur esse : sin minus, ipsi quidem tum eadem ulna, qua nunc etiam,

πρᾶγμα· ὁ ἰατρὸς δὲ οὐ πάνυ ἀνιάσεται, ἢν πάντες Ἀϐδηρῖται ἑκόντες Ἀνδρομέδαν τραγῳδῶσι.

6. Διττοῦ δὲ ὄντος τοῦ τῆς συμϐουλῆς ἔργου, τὰ μὲν γὰρ αἱρεῖσθαι, τὰ δὲ φεύγειν διδάσκει, φέρε πρῶτα εἴπωμεν ἅτινα φευκτέον τῷ ἱστορίαν συγγράφοντι καὶ ὧν μάλιστα καθαρευτέον, ἔπειτα οἷς χρώμενος οὐκ ἂν ἁμάρτοι τῆς ὀρθῆς καὶ ἐπ' εὐθὺ ἀγούσης, ἀρχήν τε οἵαν αὐτῷ ἀρκτέον καὶ τάξιν ἥντινα τοῖς ἔργοις ἐφαρμοστέον καὶ μέτρον ἑκάστου καὶ ἃ σιωπητέον καὶ οἷς ἐνδιατριπτέον καὶ ὅσα παραδραμεῖν ἄμεινον καὶ ὅπως ἑρμηνεῦσαι αὐτὰ καὶ συναρμόσαι. Ταῦτα μὲν καὶ τὰ τοιαῦτα ὕστερον· νῦν δὲ τὰς κακίας ἤδη εἴπωμεν, ὁπόσαι τοῖς φαύλως συγγράφουσι παρακολουθοῦσιν. Ἃ μὲν οὖν κοινὰ πάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα ἔν τε φωνῇ καὶ ἁρμονίᾳ καὶ διανοίᾳ καὶ τῇ ἄλλῃ ἀτεχνίᾳ, μακρόν τε ἂν εἴη ἐπελθεῖν καὶ τῆς παρούσης ὑποθέσεως οὐκ ἴδιον· [κοινὰ γάρ, ὡς ἔφην, ἁπάντων λόγων ἐστὶν ἁμαρτήματα ἔν τε φωνῇ καὶ ἁρμονίᾳ].

7. Ἃ δ' ἐν ἱστορίᾳ διαμαρτάνουσι, τὰ τοιαῦτα ἂν εὕροις ἐπιτηρῶν, οἷα κἀμοὶ πολλάκις ἀκροωμένῳ ἔδοξε, καὶ μάλιστα ἢν ἅπασιν αὐτοῖς ἀναπετάσῃς τὰ ὦτα. Οὐκ ἄκαιρον δὲ μεταξὺ καὶ ἀπομνημονεῦσαι ἔνια παραδείγματος ἕνεκα τῶν ἤδη οὕτω συγγεγραμμένων, καὶ πρῶτόν γε ἐκεῖνο, ἡλίκον ἁμαρτάνουσιν, ἐπισκοπήσωμεν· ἀμελήσαντες γὰρ οἱ πολλοὶ αὐτῶν τοῦ ἱστορεῖν τὰ γεγενημένα τοῖς ἐπαίνοις ἀρχόντων καὶ στρατηγῶν ἐνδιατρίϐουσι, τοὺς μὲν οἰκείους εἰς ὕψος ἐπαίροντες, τοὺς πολεμίους δὲ πέρα τοῦ μετρίου καταρρίπτοντες, ἀγνοοῦντες ὡς οὐ στενῷ τῷ ἰσθμῷ διώρισται καὶ διατετείχισται ἡ ἱστορία πρὸς τὸ ἐγκώμιον, ἀλλά τι μέγα τεῖχος ἐν μέσῳ ἐστὶν αὐτῶν καὶ τὸ τῶν μουσικῶν δὴ τοῦτο, δὶς διὰ πασῶν ἐστι πρὸς ἄλληλα, εἴ γε τῷ μὲν ἐγκωμιάζοντι μόνου ἑνὸς μέλει, ὁπωσοῦν ἐπαινέσαι καὶ εὐφρᾶναι τὸν ἐπαινούμενον, καὶ εἰ ψευσαμένῳ ὑπάρχει τυχεῖν τοῦ τέλους, ὀλίγον ἂν φροντίσειεν· ἡ δὲ οὐκ ἄν τι ψεῦδος ἐμπεσὸν ἡ ἱστορία, οὐδ' ἀκαριαῖον ἀνάσχοιτο, οὐ μᾶλλον ἢ τὴν ἀρτηρίαν ἰατρῶν παῖδές φασι τὴν τραχεῖαν παραδέξασθαι ἄν τι ἐς αὐτὴν καταποθέν.

8. Ἔτι ἀγνοεῖν ἐοίκασιν οἱ τοιοῦτοι ὡς ποιητικῆς μὲν καὶ ποιημάτων ἄλλαι ὑποσχέσεις καὶ κανόνες ἴδιοι, ἱστορίας δε ἄλλοι· ἐκεῖ μὲν γὰρ ἀκρατὴς ἡ ἐλευθερία καὶ νόμος εἷς, τὸ δόξαν τῷ ποιητῇ· ἔνθεος γὰρ καὶ κάτοχος ἐκ Μουσῶν, κἂν ἵππων ὑποπτέρων ἅρμα ζεύξασθαι ἐθέλῃ, κἂν ἐφ' ὕδατος ἄλλους ἢ ἐπ' ἀνθερίκων ἄκρων θευσομένους ἀναϐιϐάσηται, φθόνος οὐδείς, οὐδὲ ὁπόταν ὁ Ζεὺς αὐτῶν ἀπὸ μιᾶς σειρᾶς ἀνασπάσας αἰωρῇ ὁμοῦ γῆν καὶ θάλατταν, δεδίασι μὴ ἀπορραγείσης ἐκείνης συντριϐῇ τὰ πάντα κατενεχθέντα· ἀλλὰ κἂν Ἀγαμέμνονα ἐπαινέσαι θέλωσιν, οὐδεὶς ὁ κωλύσων Διὶ μὲν αὐτὸν ὅμοιον εἶναι τὴν κεφαλὴν καὶ τὰ ὄμματα, τὸ στέρνον δὲ τῷ ἀδελφῷ αὐτοῦ τῷ Ποσειδῶνι, τὴν δὲ ζώνην τῷ Ἄρει, καὶ ὅλως σύνθετον ἐκ πάντων θεῶν γενέσθαι δεῖ τὸν Ἀτρέως καὶ Ἀερόπης· οὐ γὰρ ἱκανὸς ὁ

rem metiantur : medicus vero non valde angetur, si Abderitæ omnes sua voluntate agant Andromedam.

6. Quum autem duplex consilii officium sit, quod alia eligere docet, fugere vero alia : age primum dicamus, quæ fugienda sint scribenti historiam, et a quibus maxime sibi cavere debeat ; deinde quibus rebus usus non aberret a vera via, quæque recto itinere ducat ; quo initio illi sit incipiendum, quis ordo sit accommodandus rebus, quæ uniuscujusque mensura, quæ prætereunda silentio, quibus immorandum sit, quæ melius breviter percurrere, denique quomodo verbis explicanda omnia et inter se sint connectenda. Atque hæc quidem et similia his, deinde : jam nunc vero vitia dicamus, quæ malos scriptores comitantur. Quæ quidem igitur omni dictionis generi communia insunt peccata, in elocutione, in compositione, in sententia, in reliquis contra artis præcepta positis, longum fuerit persequi, et hujus argumenti minime proprium est. [Communia enim, quod modo dixi, omnis orationis vitia sunt in lingua et compositione.]

7. Quæ vero in historia peccant, ea, si observare velis, talia invenias, qualia mihi etiam, sæpe audienti recitanttes, videbantur, et maxime si omnibus illis patulas aures præbueris. Neque vero intempestivum, interea etiam speciminis causa quædam commemorare eorum, quæ jam ita scripta sunt. Et primum quidem illud quantum sit eorum peccatum inspiciamus, quod omittit vulgus illorum docere quæ facta sint, et in laudibus principum atque ducum immorantur, suos quidem tollentes in summum, hostes vero ultra modum deprimentes : ignari quam non angusto intervallo disterminata et separata sit ab encomio historia; sed magnum hisce quasi murum esse interpositum; et ut musicorum voce utamur, octavæ duplicis intervallo illa a se invicem distare : siquidem encomium scribenti illa sola cura est, quomodocumque laudare, et exhilarare eum, qui laudatur, et, si per mendacia finem illum consequi detur, parum curaverit; historia vero mendacium, quod forte inciderit, nullum ac ne minimum quidem ferat, non magis quam asperam arteriam recipere quicquam in illam glutitione delatum narrant medicorum filii.

8. Ignorare porro tales videntur, poeticæ artis et carminum aliam esse professionem et regulas propiias : alias vero historiæ. Illic enim immoderata libertas, et lex una, quicquid placuerit poetæ : quum enim divino afflatu plenus et a Musis obsessus sit, etiamsi alatos currui equos velit jungere, et si alios super aquas, aut per summas aristas decursuros constituat, invidia nulla est : neque, quum illorum Jupiter una catena in altum trahat terram et mare teneatque suspensa, metuunt ne rupta illa conterantur delapsa illa omnia : verum etiam si laudare Agamemnonem velint, nemo est qui intercedat, Jovi quidem illum similem caput et oculos, pectus fratri illius Neptuno, cincturam Marti, atque in universum compositum e diis omnibus fieri oportet Atrei et Aeropes filium : neque enim par Ju-

Ζεὺς οὐδ' ὁ Ποσειδῶν οὐδ' ὁ Ἄρης μόνος ἕκαστος ἀναπληρῶσαι τὸ κάλλος αὐτοῦ. Ἡ ἱστορία δὲ ἤν τινα κολακείαν τοιαύτην προσλάβῃ, τί ἄλλο ἢ πεζή τις ποιητικὴ γίγνεται, τῆς μεγαλοφωνίας μὲν ἐκείνης ἐστερημένη, τὴν λοιπὴν δὲ τερατείαν γυμνὴν τῶν μέτρων καὶ δι' αὐτὸ ἐπισημοτέραν ἐκφαίνουσα; Μέγα τοίνυν, μᾶλλον δὲ ὑπέρμεγα τοῦτο κακὸν, εἰ μὴ εἰδείη τις χωρίζειν τὰ ἱστορίας καὶ τὰ ποιητικῆς, ἀλλ' ἐπεισάγοι τῇ ἱστορίᾳ τὰ τῆς ἑτέρας κομμώματα, τὸν μῦθον καὶ τὸ ἐγκώμιον καὶ τὰς ἐν τούτοις ὑπερβολὰς, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀθλητὴν τῶν καρτερῶν τούτων καὶ κομιδῇ πρινίνων ἁλουργίσι περιβάλοι καὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τῷ ἑταιρικῷ καὶ φυκίον ἐντρίβοι καὶ ψιμύθιον τῷ προσώπῳ, Ἡράκλεις, ὡς καταγέλαστον ἂν αὐτὸν ἀπεργάσαιτο αἰσχύνας τῷ κόσμῳ ἐκείνῳ.

9. Καὶ οὐ τοῦτό φημι, ὡς οὐχὶ καὶ ἐπαινετέον ἐν ἱστορίᾳ ἐνίοτε· ἀλλ' ἐν καιρῷ τῷ προσήκοντι ἐπαινετέον καὶ μέτρον ἐπακτέον τῷ πράγματι, τὸ μὴ ἐπαχθὲς τοῖς ὕστερον ἀναγνωσομένοις αὐτὰ, καὶ ὅλως πρὸς τὰ ἔπειτα κανονιστέον τὰ τοιαῦτα, ἅπερ μικρὸν ὕστερον ἐπιδείξομεν. Οἳ δὲ οἴονται καλῶς διαιρεῖν ἐς δύο τὴν ἱστορίαν, εἰς τὸ τερπνὸν καὶ χρήσιμον, καὶ διὰ τοῦτο εἰσποιοῦσι καὶ τὸ ἐγκώμιον εἰς αὐτὴν ὡς τερπνὸν καὶ εὐφραῖνον τοὺς ἐντυγχάνοντας, ὁρᾷς ὅσον τἀληθοῦς ἡμαρτήκασι; πρῶτον μὲν κιβδήλῳ τῇ διαιρέσει χρώμενοι· ἓν γὰρ ἔργον ἱστορίας καὶ τέλος, τὸ χρήσιμον, ὅπερ ἐκ τοῦ ἀληθοῦς μόνου συνάγεται. Τὸ τερπνὸν δὲ ἄμεινον μὲν εἰ καὶ αὐτὸ παρακολουθήσειεν, ὥσπερ καὶ κάλλος ἀθλητῇ, εἰ δὲ μὴ, οὐδὲν κωλύσει ἀφ' Ἡρακλέους γενέσθαι καὶ Νικόστρατον Ἰσιδότου, γεννάδαν ὄντα καὶ τῶν ἀνταγωνιστῶν ἑκατέρων ἀλκιμώτερον, εἰ αὐτὸς μὲν αἴσχιστος ὀφθῆναι εἴη τὴν ὄψιν, Ἀλκαῖος δὲ ὁ καλὸς ὁ Μιλήσιος ἀνταγωνίζοιτο αὐτῷ, καὶ ἐρώμενος, ὥς φασι, τοῦ Νικοστράτου ὤν. Καὶ τοίνυν ἡ ἱστορία, εἰ μὲν ἄλλως τὸ τερπνὸν παρεμπορεύσαιτο, πολλοὺς ἂν τοὺς ἐραστὰς ἐπισπάσαιτο, ἄχρι δ' ἂν καὶ μόνον ἔχῃ τὸ ἴδιον ἐντελὲς, λέγω δὲ τὴν τῆς ἀληθείας δήλωσιν, ὀλίγον τοῦ κάλλους φροντιεῖ.

10. Ἔτι κἀκεῖνο εἰπεῖν ἄξιον, ὅτι οὐδὲ τερπνὸν ἐν αὐτῇ τὸ κομιδῇ μυθῶδες καὶ τὸ τῶν ἐπαίνων μάλιστα πρόσαντες παρ' ἑκάτερον τοῖς ἀκούουσιν, ἢν μὴ τὸν συρφετὸν καὶ τὸν πολὺν δῆμον ἐπινοῇς, ἀλλὰ τοὺς δικαστικῶς καὶ νὴ Δία συκοφαντικῶς προσέτι γε ἀκροασομένους, οὓς οὐκ ἄν τι λάθοι παραδραμὸν, ὀξύτερον μὲν τοῦ Ἄργου ὁρῶντας καὶ πανταχόθεν τοῦ σώματος, ἀργυραμοιβικῶς δὲ τῶν λεγομένων ἕκαστα ἐξετάζοντας, ὡς τὰ μὲν παρακεκομμένα εὐθὺς ἀπορρίπτειν, παραδέχεσθαι δὲ τὰ δόκιμα καὶ ἔννομα καὶ ἀκριβῆ τὸν τύπον, πρὸς οὓς ἀποβλέποντα χρὴ συγγράφειν, τῶν δὲ ἄλλων ὀλίγον φροντίζειν, κἂν διαρραγῶσιν ἐπαινοῦντες. Ἢν δὲ ἀμελήσας ἐκείνων ἡδύνῃς πέρα τοῦ μετρίου τὴν ἱστορίαν μύθοις καὶ ἐπαίνοις καὶ τῇ ἄλλῃ θωπείᾳ, τάχιστ' ἂν ὁμοίαν αὐτὴν ἐξεργάσαιο τῷ ἐν Λυδίᾳ Ἡρακλεῖ· ἑωρακέναι γάρ σέ που εἰκὸς γεγραμμένον, τῇ Ὀμφάλῃ δουλεύοντα, πάνυ ἀλλόκοτον σκευὴν ἐσκευασμένον,

piter, neque Neptunus, neque Mars, qui singuli per se pulchritudinem illius expleant. Historia vero, si quam id genus adulationem asciscat, quid aliud quam pedestris quædam poetica fiet, magnifico quidem illo dicendi genere privata, sed præstigias reliquas, nudatas numeris, et ob id ipsum magis conspicuas, ob oculos ponens? Magnum igitur, quin plus quam magnum illud vitium, si quis separare quæ historiæ sunt, et poeticæ, nesciat, sed historiæ fucum alterius artis inducat, fabulam puta et encomium, et quæ sunt in utroque exaggerationes : velut si quis athletam de robustorum horum numero unum, et plane ilicis instar durorum, purpureis vestibus induat reliquoque cultu meretricio, et fucum affricet cerussamque faciei : quam, Hercules! ridendum illum reddiderit, deturpatum cultu isto!

9. Neque hoc dico, quasi non et laudandum sit nonnunquam in historia : sed tempore opportuno laudandum, et modus huic negotio adhibendus, in quantum ea laus non molesta sit sequentis ævi lectoribus, et omnino ad posteritatis regulam dirigenda sunt talia, ut paullo post demonstrabimus. Qui vero putant bene se historiam in duas partes dividere, in suave et utile, ob eamque rem etiam encomium in eam inferunt, ut jucundum quiddam et lectores exhilarans, viden' quantum aberrarint a vero? primo quidem divisione quod utuntur fallaci; unum enim opus historiæ et finis, utilitas, quæ ex vero solo colligitur. Jucunditas vero melius quidem est si et ipsa consequatur, ut athletam pulchritudo : sin minus, nihil prohibebit quominus ab Hercule numeretur Nicostratus Isidoti, generosus vir et utrisque colluctatoribus suis fortior, licet ipse sit aspectu fœdissimus, Alcæus autem Milesius, pulcher ille, cum ipso certet, amasius adeo, ut aiunt, Nicostrati. Historia igitur, si quidem jucunditatem corollarii cujusdam instar adjiciat utilitati, multos amatores alliciet : verum ea quamdiu proprium modo negotium omnibus numeris absolvat, declarationem veritatis dico, pulchritudinem parum curabit.

fuerit pugna cum illis congredi, inermibus nempe, nos qui arma habemus. Nam si vicerimus illos, sine metu deinde vivemus. Sic placuit : digressique ad navem, nos paravimus. Causa belli futuri erat, vectigal ne in posterum solveretur, cujus jam dies præstituta instaret. Atque illi quidem misere tributum poscentes : iste vero superbo cum responso nuncios repulit. Primum ergo Psettopodes et Paguridæ irati, Scintharum (hoc enim nomen viro) magno tumultu invaserunt.

37. Nos vero suspicati invasionem, armati et instructi exspectabamus, agmine præmisso virorum quinque et viginti, quibus præceptum erat, ex insidiis, quum prætergressos viderent hostes, insurgerent. Et sic fecere. : insurgentes enim a tergo illos ceciderunt. Nos vero quinque et viginti numero et ipsi, quum Scintharus ipsiusque filius una pugnarent, occurrimus, animoseque et fortiter confligentes non sine periculo pugnavimus. Tandem vero in fugam versos persecuti sumus ad foveas usque ipsorum. Ceciderunt hostium quidem centum et septuaginta : de nostris vero unus gubernator, costa triglæ trajectus a tergo.

38. Illo igitur die ac nocte in pugnæ loco mansimus, tropæumque statuimus, spina dorsi arida delphini erecta. Postridie vero et reliqui, cognita re, adsunt; dextrum cornu tenentes Tarichanes duce Pelamo, sinistrum vero Thynnocephali, medium Carcinochires. Tritonomendetes enim quiescebant, neutris auxiliari volentes. Nos vero occurrentes illis circa Neptuni ædem, ad manus venimus, clamore utentes multo : resonabat autem speluncarum instar alvus ceti. Illos autem in fugam versos, utpote levis armaturæ, persecuti in silvam, denique campum obtinuimus.

39. Neque multo post caduceatoribus missis et mortuos tollere volebant et de amicitia agebant. Sed nobis non placuit fœdus : quin postridie ejus diei contra illos profecti confertim omnes delevimus, præter Tritonomendetas. Hi vero quid fieret animadverso, cursu petitis branchiis in mare inde desilierunt. Nos vero tota lustrata regione, quæ jam vacua esset hostibus, reliquo tempore metus expertes habitabamus, exercitationibus multum utentes et venatu, vineasque colentes, et fructum comportantes ex arboribus; et in universum similes videbamur hominibus in magno quodam carcere, unde fuga non est, delicate viventibus ac solutis. Annum igitur et menses octo ad hunc modum vixeramus.

40. Sed noni mensis die quinto, circa secundam oris apertionem : semel enim in singulas horas hoc faciebat cetus, ut illis hiatibus signare horas possemus : circa se.

τὴν δευτέραν, ὥσπερ ἔφην, ἄνοιξιν, ἄφνω βοή τε πολλὴ καὶ θόρυβος ἠκούετο καὶ ὥσπερ κελεύσματα καὶ εἰρεσίαι· ταραχθέντες οὖν ἀνειρπύσαμεν ἐπ' αὐτὸ τὸ στόμα τοῦ θηρίου καὶ στάντες ἐνδοτέρω τῶν ὀδόντων καθεωρῶμεν ἁπάντων ὧν ἐγὼ εἶδον θεαμάτων παραδοξότατον, ἄνδρας μεγάλους ὅσον ἡμισταδιαίους τὰς ἡλικίας ἐπὶ νήσων μεγάλων προσπλέοντας ὥσπερ τριηρῶν. Οἶδα μὲν οὖν ἀπίστοις ἐοικότα ἱστορήσων, λέξω δὲ ὅμως.

Νῆσοι ἦσαν ἐπιμήκεις μέν, οὐ πάνυ δὲ ὑψηλαί, ὅσον ἑκατὸν σταδίων ἑκάστη τὸ περίμετρον· ἐπὶ δ' αὐτῶν ἔπλεον τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων ἀμφὶ τοὺς εἴκοσι καὶ ἑκατόν· τούτων δὲ οἱ μὲν παρ' ἑκάτερα τῆς νήσου καθήμενοι ἐφεξῆς ἐκωπηλάτουν κυπαρίττοις μεγάλαις αὐτοκλάδοις καὶ αὐτοκόμοις ὡσπερεὶ ἐρετμοῖς, κατόπιν δὲ ἐπὶ τῆς πρύμνης, ὡς ἐδόκει, κυβερνήτης ἐπὶ λόφου ὑψηλοῦ εἱστήκει χάλκεον ἔχων πηδάλιον πεντασταδιαῖον τὸ μῆκος· ἐπὶ δὲ τῆς πρῴρας ὅσον τετταράκοντα ὡπλισμένοι αὐτῶν ἐμάχοντο πάντα ἐοικότες ἀνθρώποις πλὴν τῆς κόμης· αὕτη δὲ πῦρ ἦν καὶ ἐκάετο, ὥστε οὐδὲ κορύθων ἐδέοντο. Ἀντὶ δὲ ἱστίων ὁ ἄνεμος ἐμπίπτων τῇ ὕλῃ πολλῇ οὔσῃ ἐν ἑκάστῃ ἐκόλπου τε αὐτὴν καὶ ἔφερε τὴν νῆσον ᾗ ἐθέλοι ὁ κυβερνήτης· κελευστὴς δ' ἐφειστήκει αὐτοῖς καὶ πρὸς τὴν εἰρεσίαν ὀξέως ἐκινοῦντο ὥσπερ τὰ μακρὰ τῶν πλοίων.

41. Τὸ μὲν οὖν πρῶτον δύο ἢ τρεῖς ἑωρῶμεν, ὕστερον δ' ἐφάνησαν ὅσον ἑξακόσιοι, καὶ διαστάντες ἐπολέμουν καὶ ἐναυμάχουν. Πολλαὶ μὲν οὖν ἀντίπρῳροι συνηράσσοντο ἀλλήλαις, πολλαὶ δὲ καὶ ἐμβληθεῖσαι κατεδύοντο, αἱ δὲ συμπλεκόμεναι καρτερῶς διηγωνίζοντο καὶ οὐ ῥᾳδίως ἀπελύοντο· οἱ γὰρ ἐπὶ τῆς πρῴρας παρατεταγμένοι πᾶσαν ἐπεδείκνυντο προθυμίαν ἐπιβαίνοντες καὶ ἀναιροῦντες· ἐζώγρει δὲ οὐδείς. Ἀντὶ δὲ χειρῶν σιδηρῶν πολύποδας μεγάλους ἐκδεδεμένους ἀλλήλοις ἀπερρίπτουν, οἱ δὲ περιπλεκόμενοι τῇ ὕλῃ κατεῖχον αὐτὴν τὴν νῆσον. Ἔβαλλον μέντοι καὶ ἐτίτρωσκον ὀστρείοις τε ἁμαξοπληθέσι καὶ σπόγγοις πλεθριαίοις.

42. Ἡγεῖτο δὲ τῶν μὲν Αἰολοκένταυρος, τῶν δὲ Θαλασσοπότης· καὶ μάχη αὐτοῖς ἐγεγένητο, ὡς ἐδόκει, λείας ἕνεκα· ἐλέγετο γὰρ ὁ Θαλασσοπότης πολλὰς ἀγέλας δελφίνων τοῦ Αἰολοκενταύρου ἐληλακέναι, ὡς ἦν ἀκούειν ἐπικαλούντων ἀλλήλοις καὶ τὰ ὀνόματα τῶν βασιλέων ἐπιβοωμένων. Τέλος δὲ νικῶσιν οἱ τοῦ Αἰολοκενταύρου καὶ νήσους τῶν πολεμίων καταδύουσιν ἀμφὶ τὰς πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν καὶ ἄλλας τρεῖς λαμβάνουσιν αὐτοῖς ἀνδράσιν, αἱ δὲ λοιπαὶ πρύμναν κρουσάμεναι ἔφευγον. Οἱ δὲ μέχρι τινὸς διώξαντες, ἐπειδὴ ἑσπέρα ἦν, τραπόμενοι πρὸς τὰ ναυάγια τῶν πλείστων ἐπεκράτησαν καὶ τὰ ἑαυτῶν ἀνείλοντο· καὶ γὰρ ἐκείνων κατέδυσαν νῆσοι οὐκ ἐλάττους τῶν ὀγδοήκοντα. Ἔστησαν δὲ καὶ τρόπαιον τῆς νησομαχίας ἐπὶ τῇ κεφαλῇ τοῦ κήτους μίαν τῶν πολεμίων νήσων ἀνασταυρώσαντες. Ἐκείνην μὲν οὖν τὴν νύκτα περὶ τὸ θηρίον ηὐλίσαντο ἐξάψαντες αὐτοῦ τὰ ἀπόγεια καὶ ἐπ' ἀγκυρῶν

cundum ergo, ut dicebam, hiatum multus subito clamor tumultusque exaudiebatur et quasi remigantium exhortationes et remorum actorum sonitus. Perturbati ergo erepsimus in ipsum os bestiæ, stantesque intra dentes spectabamus spectaculorum omnium, quæ vidi ego, maxime admirabile, homines magnos quantum est dimidium stadium proceritate, magnis in insulis tanquam triremibus adnavigantes. Novi quidem me incredibilibus similia referre, dicam tamen.

Insulæ erant longæ illæ quidem, sed non magnopere altæ, stadiorum circiter centum ambitu quæque. In his navigabant virorum illorum ad centum viginti. Horum porro alii ad utrumque insulæ latus deinceps assidentes ut remos trahebant cupressos magnas ipsis cum ramis atque foliis : in posteriori vero parte, in puppi, ut videbatur, gubernator excelso in colle stabat, æneum tractans gubernaculum stadii longitudine. In prora autem eorum quadraginta circiter armati pugnabant, similes usquequaque hominibus præterquam comis, pro his enim ignis erat, isque ardens : quare galeis opus non habebant. Pro velis vero irruens in silvam, quæ multa in unaquaque erat, ventus sinuabat illam, impellebatque quo vellet gubernator insulam. Hortator autem illis stabat, atque insulæ, velut naves longæ, ad remigium celeriter movebantur.

41. Ac primo duas aut tres videbamus, deinde apparuere vel sexcentæ, quæ intervallo capto prælium committerent navale. Multæ igitur adversis proris concurrebant sibi, multæ a conflictu vehementi submergebantur : aliæ sibi implicitæ pugnabant fortiter, nec facile exsolvebantur; nam qui constituti erant in prora, alacritatem ostendebant maximam, transilientes in naves alienas et cædem ibi edentes; captivum vero duxit nemo. Pro ferreis manibus polypodas magnos, revinctos sibi invicem, injiciebant, qui silvam complexi retinerent insulam. Jactabant vero ostrea quæ singula plaustrum implerent, et jugeri magnitudine spongias, iisque vulnerabant.

42. Dux erat alterius classis Æolocentaurus, alterius Thalassopotes (*maris potor*) : pugna inter illos exorta erat, ut videbatur, de præda. Dicebatur enim Thalassopotes greges multos delphinorum Æolocentauri abegisse, quantum audire dabatur quum inclamarent sibi invicem, et regum nomina appellarent. Tandem vincunt Æolocentauri milites, atque insulas hostium demergunt centum circiter et quinquaginta, tres alias cum ipsis viris capiunt : reliquæ remis inhibentes fugiunt. Hi vero aliquo usque eos persecuti, sub vesperam conversi ad naufragia, pleraque in suam potestatem redegerunt, et receperunt sua : nam ipsorum quoque insulæ non minus octoginta submersæ fuerant. Statuerunt vero tropæum pugnæ insularis, una insularum hostilium in capite ceti suspensa palo. Illam igitur noctem circa belluam, revinctis ab ea retinaculis et jactis

ίον ὁρμισάμενοι· καὶ γὰρ ἀγκύραις ἐχρῶντο μεγά-
ὑαλίναις, καρτεραῖς. Τῇ ὑστεραίᾳ δὲ θύσαντες
τοῦ κήτους καὶ τοὺς οἰκείους θάψαντες ἐπ' αὐτοῦ
λεον ἡδόμενοι καὶ ὥσπερ παιᾶνας ᾄδοντες. Ταῦτα
τὰ κατὰ τὴν νησομαχίαν γενόμενα.

XXVII.

ΙΘΟΥΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

Τὸ δ' ἀπὸ τούτου μηκέτι φέρων ἐγὼ τὴν ἐν τῷ
δίαιταν ἀχθόμενός τε τῇ μονῇ μηχανήν τινα ἐζή-
δι' ἧς ἂν ἐξελθεῖν γένοιτο· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἔδο-
μῖν διορύξασι κατὰ τὸν δεξιὸν τοῖχον ἀποδρᾶναι,
ρξάμενοι διεκόπτομεν· ἐπειδὴ δὲ προελθόντες ὅσον
ε σταδίους οὐδὲν ἠνύομεν, τοῦ μὲν ὀρύγματος ἐπαυ-
εθα, τὴν δὲ ὕλην καῦσαι διέγνωμεν· οὕτω γὰρ ἂν
ητος ἀποθανεῖν· εἰ δὲ τοῦτο γένοιτο, ῥᾳδία ἔμελ-
ἡμῖν ἔσεσθαι ἡ ἔξοδος. Ἀρξάμενοι οὖν ἀπὸ τῶν
ίων ἐκάομεν, καὶ ἡμέρας μὲν ἑπτὰ καὶ ἴσας νύκτας
σθήτως εἶχε τοῦ καύματος, ὀγδόῃ δὲ καὶ ἐνάτῃ
εμεν αὐτοῦ νοσοῦντος· ἀργότερον γοῦν ἀνέχα-
, καὶ εἴ ποτε ἀναχάνοι, ταχὺ συνέμυε. Δε-
ῃ δὲ καὶ ἑνδεκάτῃ τέλεον ἀπονενέκρωτο καὶ δυσ-
ς ἦν· τῇ δωδεκάτῃ δὲ μόλις ἐνενοήσαμεν, ὡς, εἰ
τις χανόντος αὐτοῦ ὑποστηρίξειε τοὺς γομφίους,
τε μηκέτι συγκλεῖσαι, κινδυνεύσομεν κατακλεισθέν-
ἐν νεκρῷ αὐτῷ ἀπολέσθαι· οὕτω δὴ μεγάλαις δοκοῖς
στόμα διερείσαντες τὴν ναῦν ἐπεσκευάζομεν ὕδωρ
ὡς ἔνι πλεῖστον ἐμβαλλόμενοι καὶ τὰ ἄλλα ἐπιτή-
α· κυβερνᾶν δ' ἔμελλεν ὁ Σκίνθαρος. Τῇ δ' ἐπιούσῃ
μὲν ἤδη ἐτεθνήκει.

2. Ἡμεῖς δ' ἀνελκύσαντες τὸ πλοῖον καὶ διὰ τῶν
ραιωμάτων διαγαγόντες καὶ ἐκ τῶν ὀδόντων ἐξάψαν-
ες ἠρέμα καθήκαμεν ἐς τὴν θάλατταν· ἐπαναβάντες δ'
πὶ τὰ νῶτα καὶ θύσαντες τῷ Ποσειδῶνι αὐτοῦ παρὰ
ὸ τρόπαιον ἡμέρας τε τρεῖς ἐπαυλισάμενοι — νηνεμία
ὰρ ἦν — τῇ τετάρτῃ ἀπεπλεύσαμεν. Ἔνθα δὴ πολ-
οῖς τῶν ἐκ τῆς ναυμαχίας νεκροῖς ἀπηντῶμεν καὶ προσ-
κέλλομεν, καὶ τὰ σώματα καταμετροῦντες ἐθαυμά-
ομεν. Καὶ ἡμέρας μέν τινας ἐπλέομεν εὐκράτῳ ἀέρι
ρώμενοι, ἔπειτα βορέου σφοδροῦ πνεύσαντος μέγα
ρύος ἐγένετο καὶ ὑπ' αὐτοῦ πᾶν ἐπάγη τὸ πέλαγος οὐκ
πιπολῆς μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐς βάθος ὅσον ἐπὶ τετρακο-
ίας ὀργυιάς, ὥστε καὶ ἀποβάντας διαθεῖν ἐπὶ τοῦ κρυ-
τάλλου. Ἐπιμένοντος δὲ τοῦ πνεύματος φέρειν οὐ
νάμενοι τοιόνδε τι ἐπενοήσαμεν — ὁ δὲ τὴν γνώμην
τοφηνάμενος ἦν Σκίνθαρος — σκάψαντες γὰρ ἐν τῷ
ατι σπήλαιον μέγιστον ἐν τούτῳ ἐμείναμεν ἡμέρας
άκοντα, πῦρ ἀνακάοντες καὶ σιτούμενοι τοὺς ἰχθῦς·
ίσκομεν δ' αὐτοὺς ἀνορύττοντες. Ἐπειδὴ δὲ ἤδη
έλιπε τὰ ἐπιτήδεια, προελθόντες καὶ τὴν ναῦν πε-
γυῖαν ἀνασπάσαντες καὶ πετάσαντες τὴν ὀθόνην

circa ancoris, transegere: nam ancoris quoque utebantur magnis, vitreis, validis. Postridie vero re sacra in ceto peracta, sepultisque in eo suis, solverunt læti, et velut pæanas canentes. Ista sunt circa insularem pugnam gesta.

XXVII.

VERÆ HISTORIÆ LIBER SECUNDUS.

1. Ab hoc inde tempore quum non amplius ferrem illam in ceto vitam, et commoratione illa gravarer, exeundi aliquam rationem machinabar. Ac primo quidem placuit dextro pariete perfosso aufugere, jamque excidere illud cœperamus. Quum vero ad quinque stadia progressi nihil efficeremus, fodiendi consilio abjecto, incendere silvam statuimus: ita quippe morituram belluam; quo facto facilis nobis futurus exitus erat. A caudinis igitur partibus initio facto eam incendimus: ac septem dies totidemque noctes non sensit ardorem; octavo autem nonoque ægrotare eum intelleximus: hiabat enim tardius, et si hiaret, statim os claudebat. Decimo undecimoque plane jam ad mortem spectabat, atque olebat male. Duodecimo vix tandem animadvertimus, nisi quis illo hiante suffulciret maxillares, quominus claudere illos posset, periculum esse ne inclusi in cadavere una periremus. Itaque ore illius magnis trabibus discuneato, navem paravimus, et aqua quamplurima imposita, et necessariis reliquis: gubernaturus autem erat Scintharus. Proxima luce cetus quidem jam erat mortuus.

2. Nos vero extractum navigium, et per dentium interstitia traductum, suspensumque e dentibus placide in mare demisimus. Tum tergo ceti conscenso sacraque re Neptuno facta, ibidem prope tropæum commorati triduo, quod malacia esset, quarto solvimus. Hic in multos de navali illo prælio mortuos incidimus, offendimusque, ac dimensi corpora cum admiratione sumus. Ac dies quidem aliquot navigavimus aere temperato usi: deinde borea flante vehementi, frigus magnum est ortum et totum inde mare congelatum non in superficie modo, sed in fundum etiam ad quattuor circiter stadia; ita ut egressi per glaciem discurreremus. Durante autem vento, quum ferre non possemus, tale quid excogitavimus, consilii auctore Scintharo: effosso intra aquam specu maximo, triginta in hoc dies mansimus, accenso igne, in cibum utentes piscibus, quos inter fodiendum inveniebamus. Deficientibus vero jam necessariis, progressi navem gelu firmatam revulsimus, passoque velo, trahebа-

ἐσυρόμεθα ὥσπερ πλέοντες λείως καὶ προσηνῶς ἐπὶ τοῦ πάγου διολισθάνοντες. Ἡμέρᾳ δὲ πέμπτῃ ἀλέα τε ἤδη ἦν καὶ ὁ πάγος ἐλύετο καὶ ὕδωρ πάντα αὖθις ἐγίγνετο.

3. Πλεύσαντες οὖν ὅσον τριακοσίους σταδίους νήσῳ μικρᾷ καὶ ἐρήμῃ προσηνέχθημεν, ἀφ' ἧς ὕδωρ λαβόντες — ἐπελελοίπει γὰρ ἤδη — καὶ δύο ταύρους ἀγρίους κατατοξεύσαντες ἀπεπλεύσαμεν. Οἱ δὲ ταῦροι οὗτοι τὰ κέρατα οὐκ ἐπὶ τῆς κεφαλῆς εἶχον, ἀλλ' ὑπὸ τοῖς ὀφθαλμοῖς, ὥσπερ ὁ Μῶμος ἠξίου. Μετ' οὐ πολὺ δὲ εἰς πέλαγος ἐνεβαίνομεν, οὐχ ὕδατος, ἀλλὰ γάλακτος· καὶ νῆσος ἐν αὐτῷ ἐφαίνετο λευκὴ πλήρης ἀμπέλων. Ἦν δὲ ἡ νῆσος τυρὸς μέγιστος, πάνυ συμπεπηγώς, ὡς ὕστερον ἐμφαγόντες ἐμάθομεν, πέντε καὶ εἴκοσι σταδίων τὸ περίμετρον· αἱ δ' ἄμπελοι βοτρύων πλήρεις, οὐ μέντοι οἶνον, ἀλλὰ γάλα ἐξ αὐτῶν ἀποθλίβοντες ἐπίνομεν. Ἱερὸν δ' ἐν μέσῃ τῇ νήσῳ ἀνῳκοδόμητο Γαλατείας τῆς Νηρηίδος, ὡς ἐδήλου τὸ ἐπίγραμμα. Ὅσον δ' οὖν χρόνον ἐκεῖ ἐμείναμεν, ὄψον μὲν ἡ γῆ καὶ σιτίον ὑπῆρχε, ποτὸν δὲ τὸ γάλα τὸ ἐκ τῶν βοτρύων. Βασιλεύειν δὲ τῶν χωρίων τούτων ἐλέγετο Τυρὼ ἡ Σαλμωνέως, μετὰ τὴν ἐντεῦθεν ἀπαλλαγὴν ταύτην παρὰ τοῦ Ποσειδῶνος λαβοῦσα τὴν τιμήν.

4. Μείναντες δ' ἡμέρας ἐν τῇ νήσῳ πέντε τῇ ἕκτῃ ἐξωρμήσαμεν, αὔρας μέν τινος παραπεμπούσης, λειοκύμονος δὲ οὔσης τῆς θαλάττης· τῇ ὀγδόῃ δὲ ἡμέρᾳ πλέοντες οὐκέτι διὰ τοῦ γάλακτος, ἀλλ' ἤδη ἐν ἁλμυρῷ καὶ κυανῷ ὕδατι, καθορῶμεν ἀνθρώπους πολλοὺς ἐπὶ τοῦ πελάγους διαθέοντας, ἅπαντα ἡμῖν προσεοικότας καὶ τὰ σώματα καὶ τὰ μεγέθη, πλὴν τῶν ποδῶν μόνων· ταῦτα γὰρ φέλλινα εἶχον· ἀφ' οὗ δὴ οἶμαι καὶ ἐκαλοῦντο Φελλόποδες. Ἐθαυμάζομεν οὖν ἰδόντες οὐ βαπτιζομένους, ἀλλ' ὑπερέχοντας τῶν κυμάτων καὶ ἀδεῶς ὁδοιποροῦντας. Οἱ δὲ καὶ προσῄεσαν καὶ ἠσπάζοντο ἡμᾶς Ἑλληνικῇ φωνῇ ἔλεγόν τε εἰς Φελλὼ τὴν αὑτῶν πατρίδα ἐπείγεσθαι· μέχρι μὲν οὖν τινος συνωδοιπόρουν ἡμῖν παραθέοντες, εἶτα ἀποτραπόμενοι τῆς ὁδοῦ ἐβάδιζον εὔπλοιαν ἡμῖν ἐπευξάμενοι. Μετ' ὀλίγον δὲ πολλαὶ νῆσοι ἐφαίνοντο, πλησίον μὲν ἐξ ἀριστερῶν ἡ Φελλώ, εἰς ἣν ἐκεῖνοι ἔσπευδον, πόλις ἐπὶ μεγάλου καὶ στρογγύλου φελλοῦ κατοικουμένη· πόρρωθεν δὲ καὶ μᾶλλον ἐν δεξιᾷ πέντε μέγισται καὶ ὑψηλόταται, καὶ πῦρ πολὺ ἀπ' αὐτῶν ἀνεκάετο.

5. Κατὰ δὲ τὴν πρῷραν μία πλατεῖα καὶ ταπεινή, σταδίους ἀπέχουσα οὐκ ἐλάττους πεντακοσίων. Ἤδη δὲ πλησίον τε ἦμεν καὶ θαυμαστή τις αὔρα περιέπνευσεν ἡμᾶς, ἡδεῖα καὶ εὐώδης, οἵαν φησὶν ὁ συγγραφεὺς Ἡρόδοτος ἀπόζειν τῆς εὐδαίμονος Ἀραβίας. Οἷον γὰρ ἀπὸ ῥόδων καὶ ναρκίσσων καὶ ὑακίνθων καὶ κρίνων καὶ ἴων, ἔτι δὲ μυρρίνης καὶ δάφνης καὶ ἀμπελάνθης, τοιοῦτον ἡμῖν τὸ ἡδὺ προσέβαλλεν. Ἡσθέντες δὲ τῇ ὀσμῇ καὶ χρηστὰ ἐκ μακρῶν πόνων ἐλπίσαντες κατ' ὀλίγον ἤδη πλησίον τῆς νήσου ἐγιγνόμεθα. Ἔνθα δὴ καὶ καθεωρῶμεν λιμένας τε πολλοὺς περὶ πᾶσαν ἀκλύστους καὶ μεγάλους, ποταμούς τε διαυγεῖς ἐξιόντας ἠρέμα

mur quasi navigantes in lævi motuque blando labentes per glaciem. Quinto inde die æstus jam fit, solvitur glacies, in aquam redeunt omnia.

3. Trecenta ferme stadia navigaveramus, quum delati sumus ad insulam parvam ac desertam. Hinc aqua hausta (jam enim defecerat), confectisque sagittarum ope silvestribus duobus bubus, rursum navigavimus. Hi vero tauri non in capite habebant cornua, sed, quod Momus volebat, sub oculis. Non ita multo post in pelagus intrabamus, non aquæ illud, sed lactis. Insula in eo conspiciebatur alba, plena vitibus. Erat autem hæc insula caseus maximus, plane compactus, uti postea edendo experti sumus, stadiorum quinque et viginti circuitu : vites porro uvis plenæ; verum non vinum inde, sed lac expressum bibebamus. Ædes in media insula exstructa erat Galateæ (*Lacteæ*) Nereidis, quod significabat inscriptio. Quamdiu igitur ibi mansimus, cibum pariter atque obsonia terra nobis præbuit, potum vero lac de uvis. Regnare his regionibus dicebatur Tyro (*Casea*) Salmonei filia, hunc honorem, postquam hinc discessit, ab Neptuno nacta.

4. Morati in hac insula dies quinque, sexto solvimus, aura quidem nos quadam prosequente, non nisi lævibus tamen fluctibus moto mari. Octavo die, non jam lacteo navigantes, sed salso mari et cæruleo, videmus homines multos per mare discurrentes, omni ex parte nobis similes, corporibus et statura, pedibus solum exceptis; hos enim habent ex subere, a quo nempe etiam appellantur puto Phellopodes (*suberipedes*). Mirabamur igitur quum videremus illos non mergi, sed eminentes super fluctus, ac sine metu viam facientes. Atque adeunt nos etiam nonnulli et Græca lingua salutant, dicuntque in suam se patriam Phello (*Suberiam*) contendere. Et aliquousque juxta currentes nobiscum iter faciebant : deinde ab nostra via deflectentes abibant felicem nobis navigationem precati. Post paullo insulæ apparent multæ : in proximo ad sinistram Phello, in quam illi festinabant, urbs in magno et rotundo subere ædificata : at e longinquo et dextrorsum magis quinque maximæ atque altissimæ, a quibus ignis ardens surgebat multus.

5. Versus proram lata una et humilis, stadiis distans non minus quingentis. Jam vero prope eramus, et aura quædam circa nos spirabat admirabilis, suavis, et odora, qualem Herodotus historicus spirare ait a felici Arabia. Quale enim a rosa, et narcisso, et hyacintho, et liliis, et violis, myrto præterea et lauro, atque vitis flore, tam suave quiddam ad nares nobis accidit. Delectati odore et optima quæque post longos labores dum speramus, brevissimo jam intervallo absumus ab insula. Hic et portus videmus multos circumcirca, tutos a fluctibus et spatiosos, fluminaque pel-

ἐς τὴν θάλατταν· ἔτι δὲ λειμῶνας καὶ ὕλας καὶ ὄρνεα μουσικὰ, τὰ μὲν ἐπὶ τῶν ἠόνων ᾄδοντα, πολλὰ δὲ καὶ ἐπὶ τῶν κλάδων· ἀήρ τε κοῦφος καὶ εὔπνους περιεκέχυτο τὴν χώραν· καὶ αὖραι δέ τινες ἡδεῖαι διαπνέουσαι ἠρέμα τὴν ὕλην διεσάλευον, ὥστε καὶ ἀπὸ τῶν κλάδων κινουμένων τερπνὰ καὶ συνεχῆ μέλη ἀπεσυρίζετο ἐοικότα τοῖς ἐπ' ἐρημίας αὐλήμασι τῶν πλαγίων αὐλῶν. Καὶ μὴν καὶ βοὴ σύμμικτος ἠκούετο ἄθρους, οὐ θορυβώδης, ἀλλ' οἷα γένοιτ' ἂν ἐν συμποσίῳ, τῶν μὲν αὐλούντων, τῶν δὲ ἐπαινούντων, ἐνίων δὲ κροτούντων πρὸς αὐλὸν ἢ κιθάραν.

6. Τούτοις ἅπασαι κηλούμενοι κατήχθημεν, ὁρμίσαντες δὲ τὴν ναῦν ἀπεβαίνομεν τὸν Σκίνθαρον ἐν αὐτῇ καὶ δύο τῶν ἑταίρων ἀπολιπόντες. Προϊόντες δὲ διὰ λειμῶνος εὐανθοῦς ἐντυγχάνομεν τοῖς φρουροῖς καὶ περιπόλοις, οἱ δὲ δήσαντες ἡμᾶς ῥοδίνοις στεφάνοις — οὗτος γὰρ μέγιστος παρ' αὐτοῖς δεσμός ἐστιν — ἀνῆγον ὡς τὸν ἄρχοντα, παρ' ὧν δὴ καθ' ὁδὸν ἠκούσαμεν ὡς ἡ μὲν νῆσος εἴη τῶν Μακάρων προσαγορευομένη, ἄρχος δὲ ὁ Κρὴς Ῥαδάμανθυς. Καὶ δὴ ἀναχθέντες ὡς αὐτὸν ἐν τάξει τῶν δικαζομένων ἔστημεν τέταρτοι.

7. Ἦν δὲ ἡ μὲν πρώτη δίκη περὶ Αἴαντος τοῦ Τελαμῶνος, εἴτε χρὴ αὐτὸν συνεῖναι τοῖς ἥρωσιν εἴτε καὶ μή· κατηγορεῖτο δὲ αὐτοῦ ὅτι μεμήνοι καὶ ἑαυτὸν ἀπεκτόνοι. Τέλος δὲ πολλῶν ῥηθέντων ἔγνω ὁ Ῥαδάμανθυς, νῦν μὲν αὐτὸν πιόμενον τοῦ ἐλλεβόρου παραδοθῆναι Ἱπποκράτει τῷ Κῴῳ ἰατρῷ, ὕστερον δὲ σωφρονήσαντα μετέχειν τοῦ συμποσίου.

8. Δευτέρα δὲ ἦν κρίσις ἐρωτικὴ, Θησέως καὶ Μενελάου περὶ τῆς Ἑλένης διαγωνιζομένων, ποτέρῳ χρὴ αὐτὴν συνοικεῖν. Καὶ ὁ Ῥαδάμανθυς ἐδίκασε Μενελάῳ συνεῖναι αὐτὴν ἅτε καὶ τοσαῦτα πονήσαντι καὶ κινδυνεύσαντι τοῦ γάμου ἕνεκα· καὶ γὰρ αὖ τῷ Θησεῖ καὶ ἄλλας εἶναι γυναῖκας τήν τε Ἀμαζόνα καὶ τὰς τοῦ Μίνωος θυγατέρας.

9. Τρίτη δ' ἐδικάσθη περὶ προεδρίας Ἀλεξάνδρῳ τε τῷ Φιλίππου καὶ Ἀννίβᾳ τῷ Καρχηδονίῳ, καὶ ἔδοξε προέχειν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ θρόνος αὐτῷ ἐτέθη παρὰ Κῦρον τὸν Πέρσην τὸν πρότερον.

10. Τέταρτοι δ' ἡμεῖς προσήχθημεν· καὶ ὁ μὲν ἤρετο τί παθόντες ἔτι ζῶντες ἱεροῦ χωρίου ἐπιβαίημεν· ἡμεῖς δὲ πάντα ἑξῆς διηγησάμεθα. Οὗτος δὴ μεταστησάμενος ἡμᾶς ἐπὶ πολὺ χρόνον ἐσκέπτετο καὶ τοῖς συνέδροις ἐκοινοῦτο περὶ ἡμῶν. Συνήδρευον δὲ ἄλλοι τε πολλοὶ καὶ Ἀριστείδης ὁ δίκαιος ὁ Ἀθηναῖος. Ὡς δ' ἔδοξεν αὐτῷ, ἀπεφήνατο τῆς μὲν φιλοπραγμοσύνης καὶ τῆς ἀποδημίας, ἐπειδὰν ἀποθάνωμεν, δοῦναι τὰς εὐθύνας, τὸ δὲ νῦν ῥητὸν χρόνον μείναντας ἐν τῇ νήσῳ καὶ συνδιαιτηθέντας τοῖς ἥρωσιν ἀπελθεῖν. Ἔταξε δὲ καὶ τὴν προθεσμίαν τῆς ἐπιδημίας μὴ πλέον μηνῶν ἑπτά.

11. Τοὐντεῦθεν ἡμῖν αὐτομάτων τῶν στεφάνων περιρρυέντων ἐλελύμεθα καὶ εἰς τὴν πόλιν ἠγόμεθα καὶ εἰς τὸ τῶν Μακάρων συμπόσιον. Αὕτη μὲν οὖν ἡ πό-

lucida placide exeuntia in mare : ad hæc prata, et silvas, et canoras aves, tum in litoribus modulantes, tum multas in ramis. Aer porro levis et molliter spirans circumfusus regioni erat, atque auræ quædam suaves leni flatu silvam motabant. Itaque et a ramis motis jucunda perpetuaque cantica sibilabant, similia cantibus qui ab obliquis fistulis in loco deserto redduntur. Sed clamor etiam mistus exaudiebatur, non ille tumultuosus, sed qualis oriatur in convivio, inflantibus aliis tibias, aliis laudantibus, plaudentibus ad tibiam citharamve aliis.

6. Hisce omnibus dum demulcemur appulimus, firmataque in portu navi, escendimus, relictis in ea Scintharo cum duobus sociis. Progressi per pratum floridum, in præsidiarios custodes incidimus, qui roseis nos coronis vinctos (durissimum hoc apud illos vinculum est) ad principem abduxere; a quibus in via audivimus hanc esse Beatorum quæ vocatur insulam, et imperitare in ea Rhadamanthum Cretensem. Jam deducti ad illum, quarti stetimus in serie eorum qui judicandi erant.

7. Primum judicium erat de Telamonio Ajace, utrum par sit eum versari cum heroibus an non. Accusabatur autem hoc nomine, quod furiosus fuisset atque ipse manus sibi intulisset. Tandem quum multa utrimque dicta essent, pronunciavit Rhadamanthus, jam quidem helleboro poto traderetur Hippocrati Coo medico, in posterum ubi resipuisset, convivio adhiberetur.

8. Alterum erat amatorium judicium, Theseo et Menelao de Helena contendentibus, cum utro ea habitare deberet. Judicavitque Rhadamanthus illam esse cum Menelao, qui nuptiarum illius causa tot labores, pericula tot subiisset : etenim Theseo alias quoque esse mulieres, Amazonem illam, et Minois filias.

9. Tertia causa judicata est de loco antiquiore inter Alexandrum Philippi et Hannibalem Carthaginiensem, et primas visum est deberi Alexandro, ac sella ei posita est juxta Cyrum majorem Persam.

10. Quarti nos admoti sumus. Atque ille quidem interrogavit, qua re impulsi vivi adhuc sacram regionem ingressi essemus : nos vero omnia deinceps enarravimus. Iste autem nobis secedere aliquantum jussis, diu considerabat, suisque cum assessoribus communicat de nobis. Aderant enim illi in consilio tum alii plures, tum Aristides justus Atheniensis. Quum vero visum ipsi esset, pronunciavit curiositatis quidem et profectionis pœnas nos, ubi mortui fuissemus, daturos : jam vero dicto tempore in insula morati, et convictu heroum usi, abiremus. Constituit autem etiam diem commorationis, ne plus septem mensibus maneremus.

11. Hinc sua nobis sponte defluentibus coronis liberati in urbem introducti sumus et ad Beatorum convivium. Hæc urbs tota aurea : mœnia circumposita smaragdina : portæ

λις πᾶσα χρυσῆ, τὸ δὲ τεῖχος περίκειται σμαράγδινον· πύλαι δέ εἰσιν ἑπτά, πᾶσαι μονόξυλοι κινναμώμινοι· τὸ μέντοι ἔδαφος τῆς πόλεως καὶ ἡ ἐντὸς τοῦ τείχους γῆ ἐλεφαντίνη· ναοὶ δὲ πάντων θεῶν βηρύλλου λίθου ᾠκοδομημένοι, καὶ βωμοὶ ἐν αὐτοῖς μέγιστοι μονόλιθοι ἀμεθύστινοι, ἐφ' ὧν ποιοῦσι τὰς ἑκατόμβας. Περὶ δὲ τὴν πόλιν ῥεῖ ποταμὸς μύρου τοῦ καλλίστου τὸ πλάτος πήχεων ἑκατὸν βασιλικῶν, βάθος δὲ πεντήκοντα, ὥστε νεῖν εὐμαρῶς. Λουτρὰ δέ ἐστιν ἐν αὐτοῖς οἶκοι μεγάλοι ὑάλινοι, τῷ κινναμώμῳ ἐγκαόμενοι· ἀντὶ μέντοι ὕδατος ἐν ταῖς πυέλοις δρόσος θερμή ἐστιν.

12. Ἐσθῆτι δὲ χρῶνται ἀραχνίοις λεπτοῖς, πορφυροῖς. Αὐτοὶ δὲ σώματα μὲν οὐκ ἔχουσιν, ἀλλ' ἀναφεῖς καὶ ἄσαρκοί εἰσι, μορφὴν δὲ καὶ ἰδέαν μόνην ἐμφαίνουσι, καὶ ἀσώματοι ὄντες ὅμως συνεστᾶσι καὶ κινοῦνται καὶ φρονοῦσι καὶ φωνὴν ἀφιᾶσι, καὶ ὅλως ἔοικε γυμνή τις ἡ ψυχὴ αὐτῶν περιπολεῖν τὴν τοῦ σώματος ὁμοιότητα περικειμένη· εἰ γοῦν μὴ ἅψαιτό τις, οὐκ ἂν ἐλέγξειε μὴ εἶναι σῶμα τὸ ὁρώμενον· εἰσὶ γὰρ ὥσπερ σκιαὶ ὀρθαί, οὐ μέλαιναι. Γηράσκει δὲ οὐδείς, ἀλλ' ἐφ' ἧς ἂν ἡλικίας ἔλθῃ παραμένει. Οὐ μὴν οὐδὲ νὺξ παρ' αὐτοῖς γίγνεται, οὐδὲ ἡμέρα πάνυ λαμπρά· καθάπερ γὰρ τὸ λυκαυγὲς ἤδη πρὸς ἕω μηδέπω ἀνατείλαντος ἡλίου, τοιοῦτο φῶς ἐπέχει τὴν γῆν. Καὶ μέντοι καὶ ὥραν μίαν ἴσασι τοῦ ἔτους· ἀεὶ γὰρ παρ' αὐτοῖς ἔαρ ἐστὶ καὶ εἷς ἄνεμος πνεῖ ὁ ζέφυρος.

13. Ἡ δὲ χώρα πᾶσι μὲν ἄνθεσι, πᾶσι δὲ φυτοῖς ἡμέροις τε καὶ σκιεροῖς τέθηλεν· αἱ μὲν γὰρ ἄμπελοι δωδεκάφοροί εἰσι καὶ κατὰ μῆνα ἕκαστον καρποφοροῦσι· τὰς δὲ ῥοιὰς καὶ τὰς μηλέας καὶ τὴν ἄλλην ὀπώραν ἔλεγον μὲν εἶναι τρισκαιδεκάφορον· ἑνὸς γὰρ μηνὸς τοῦ παρ' αὐτοῖς Μινῴου δὶς καρποφορεῖ. Ἀντὶ δὲ πυροῦ οἱ στάχυες ἄρτον ἕτοιμον ἐπ' ἄκρων φύουσιν ὥσπερ μύκητας. Πηγαὶ δὲ περὶ τὴν πόλιν ὕδατος μὲν πέντε καὶ ἑξήκοντα καὶ τριακόσιαι, μέλιτος δὲ ἄλλαι τοσαῦται, μύρου δὲ πεντακόσιαι, μικρότεραι μέντοι αὗται· καὶ ποταμοὶ γάλακτος ἑπτὰ καὶ οἴνου ὀκτώ.

14. Τὸ δὲ συμπόσιον ἔξω τῆς πόλεως πεποίηται ἐν τῷ Ἠλυσίῳ καλουμένῳ πεδίῳ· λειμὼν δέ ἐστι κάλλιστος καὶ περὶ αὐτὸν ὕλη παντοία, πυκνή, ἐπισκιάζουσα τοὺς κατακειμένους, καὶ στρωμνὴ μὲν ἐκ τῶν ἀνθέων ὑποβέβληται. Διακονοῦνται δὲ καὶ διαφέρουσιν ἕκαστα οἱ ἄνεμοι πλήν γε τοῦ οἰνοχοεῖν· τούτου γὰρ οὐ δέονται, περὶ δὲ τὸ συμπόσιον ὑάλινά ἐστι μεγάλα δένδρα τῆς διαυγεστάτης ὑάλου, καὶ καρπός ἐστι τῶν δένδρων τούτων ποτήρια παντοῖα καὶ τὰς κατασκευὰς καὶ τὰ μεγέθη. Ἐπειδὰν οὖν παρίῃ τις ἐς τὸ συμπόσιον, τρυγήσας ἓν ἢ καὶ δύο τῶν ἐκπωμάτων παρατίθεται, τὰ δὲ αὐτίκα οἴνου πλήρη γίγνεται. Οὕτω μὲν πίνουσιν. Ἀντὶ δὲ τῶν στεφάνων αἱ ἀηδόνες καὶ τὰ ἄλλα μουσικὰ ὄρνεα ἐκ τῶν πλησίον λειμώνων τοῖς στόμασιν ἀνθολογοῦντα κατανίφει αὐτοὺς μετ' ᾠδῆς ὑπερπετόμενα. Καὶ μὴν καὶ μυρίζονται ὧδε· νεφέλαι πυκναὶ ἀνασπάσασαι μύρον ἐκ τῶν πηγῶν καὶ τοῦ ποταμοῦ καὶ ἐπι-

septem ex uno singulæ trunco elaboratæ cinnamominæ: solum urbis, quodque intra muros terræ est, eburneum: templa omnium deorum e beryllo gemma ædificata, et altaria in iis maxima, ex una gemma amethystina, in quibus hecatombas faciunt. Circum urbem fluit amnis unguenti pulcherrimi, cujus latitudo centum cubitorum regiorum; profunditas autem quinquaginta, ut nates in eo facile. Balnea sunt illis ædes magnæ, vitreæ, cinnamomo vaporatæ: verum pro aqua in soliis est ros calidus.

12. Ad vestitum utuntur aranearum telis tenuibus, purpureis. Corpora quidem ipsi non habent, sed tactum effugiunt, carnis expertes, et figuram solam atque speciem ostendunt, ac licet corpora non habeant, tamen stant, moventur, sapiunt, vocem emittunt. Et omnino videtur nuda quodammodo anima illorum obversari, similitudinem quandam induta corporis. Nisi enim tetigerit aliquis, haud convincatur corpus non esse id quod videt: sunt enim quasi umbræ erectæ, non nigræ. Senescit vero nemo, sed qua ætate huc venerit, in ea manet. Verum neque nox apud illos est, neque dies plane clara: sed quale est mane diluculum, sole nondum exorto, talis lux terram illam obtinet. Unam etiam modo anni tempestatem norunt: semper enim apud illos ver est, et unus flat ventus, Zephyrus.

13. Regio floribus omnibus, plantisque tum mansuetis tum umbrosis viret. Vites quidem duodecies feraces, mensibus singulis fructum ferunt. Punicas vero arbores, et malos, et reliquas frugiferas dicebant etiam ter et decies ferre, bis nempe uno mense, qui Minous apud illos est. Pro tritico spicæ panes jam paratos in summo producunt, velut fungos. Fontes circa urbem aquæ quinque et sexaginta supra trecentos, mellis totidem alii, unguenti autem quingenti, hi tamen minores; fluvii lactis septem, et octo vini.

14. Cœnatio extra urbem structa est, in eo qui vocatur campus Elysius. Est autem pratum pulcherrimum, et circa illud silva varia, densa, accumbentibus umbram faciens: stragula de floribus vestis subjecta est. Ministrant omnia et huc illuc ferunt venti, præterquam quod vinum non infundunt: hoc enim nihil opus est, sed sunt arbores circa cœnationem vitreæ, magnæ, de vitro pellucidissimo: et sunt fructus harum arborum pocula varia et figuris et magnitudine. Quum igitur advenit aliquis in cœnationem, decerptum unum alterumve poculorum sibi apponit; at illa statim vini plena fiunt: et sic bibunt. Pro coronis vero lusciniæ et aves aliæ canoræ ex vicinis pratis flores rostris lectos instar nivis in eos spargunt, cum cantu supervolantes. Unguentis quoque perfunduntur, hunc in modum: densæ nubes bibunt e fontibus ac fluvio unguentum, deinde im-

ᾶσαι ὑπὲρ τὸ συμπόσιον ἠρέμα τῶν ἀνέμων ὑποθλι-
ντων ὕουσι λεπτὸν ὥσπερ δρόσον.

15. Ἐπὶ δὲ τῷ δείπνῳ μουσικῇ τε καὶ ᾠδαῖς σχο-
ίζουσιν· ᾄδεται δὲ αὐτοῖς τὰ τοῦ Ὁμήρου ἔπη μά-
στα· καὶ αὐτὸς γὰρ πάρεστι καὶ συνευωχεῖται αὐτοῖς
ὲρ τὸν Ὀδυσσέα κατακείμενος. Οἱ μὲν οὖν χοροὶ
παίδων εἰσὶ καὶ παρθένων· ἐξάρχουσι δὲ καὶ συνᾴ-
υσιν Εὔνομός τε ὁ Λοκρὸς καὶ Ἀρίων ὁ Λέσβιος καὶ
νακρέων καὶ Στησίχορος· καὶ γὰρ τοῦτον παρ' αὐτοῖς
εασάμην, ἤδη τῆς Ἑλένης αὐτῷ διηλλαγμένης.
πειδὰν δὲ οὗτοι παύσωνται ᾄδοντες, δεύτερος χορὸς
αρέρχεται ἐκ κύκνων καὶ χελιδόνων καὶ ἀηδόνιων.
πειδὰν δὲ καὶ οὗτοι ᾄσωσι, τότε ἤδη ἡ πᾶσα ὕλη
ταυλεῖ τῶν ἀνέμων καταρχόντων.

16. Μέγιστον δὲ δὴ πρὸς εὐφροσύνην ἐκεῖνο ἔχου-
· πηγαί εἰσι δύο παρὰ τὸ συμπόσιον, ἡ μὲν γέλωτος,
δὲ ἡδονῆς· ἐκ τούτων ἑκατέρας πάντες ἐν ἀρχῇ τῆς
ωχίας πίνουσι καὶ τὸ λοιπὸν ἡδόμενοι καὶ γελῶντες
άγουσι.

17. Βούλομαι δὲ εἰπεῖν καὶ τῶν ἐπισήμων οὕστινας
αρ' αὐτοῖς ἐθεασάμην· πάντας μὲν τοὺς ἡμιθέους καὶ
οὺς ἐπὶ Ἴλιον στρατεύσαντας πλήν γε τοῦ Λοκροῦ
ἴαντος· ἐκεῖνον δὲ μόνον ἔφασκον ἐν τῷ τῶν ἀσεβῶν
ώρῳ κολάζεσθαι. Βαρβάρων δὲ Κύρους τε ἀμφοτέ-
ους καὶ τὸν Σκύθην Ἀνάχαρσιν καὶ τὸν Θρᾷκα Ζάμολ-
ιν καὶ Νουμᾶν τὸν Ἰταλιώτην, καὶ μὴν καὶ Λυκοῦργον
τὸν Λακεδαιμόνιον καὶ Φωκίωνα καὶ Τέλλον τοὺς Ἀθη-
ναίους, καὶ τοὺς σοφοὺς ἄνευ Περιάνδρου. Εἶδον δὲ καὶ
Σωκράτην τὸν Σωφρονίσκου ἀδολεσχοῦντα μετὰ Νέ-
στορος καὶ Παλαμήδους· περὶ δὲ αὐτὸν ἦσαν Ὑάκινθός τε
ὁ Λακεδαιμόνιος καὶ ὁ Θεσπιεὺς Νάρκισσος καὶ Ὕλας
καὶ ἄλλοι πολλοὶ καὶ καλοί. Καί μοι ἐδόκει ἐρᾶν τοῦ
Ὑακίνθου· τὰ πολλὰ γοῦν ἐκεῖνον διήλεγχεν. Ἐλέγετο
δὲ χαλεπαίνειν αὐτῷ ὁ Ῥαδάμανθυς καὶ ἠπειληκέναι
πολλάκις ἐκβαλεῖν αὐτὸν ἐκ τῆς νήσου, ἢν φλυαρῇ καὶ
μὴ ἐθέλῃ ἀφεὶς τὴν εἰρωνείαν εὐωχεῖσθαι. Πλάτων δὲ
μόνος οὐ παρῆν, ἀλλ' ἐλέγετο καὶ αὐτὸς ἐν τῇ ἀναπλα-
σθείσῃ ὑπ' αὐτοῦ πόλει οἰκεῖν χρώμενος τῇ πολιτείᾳ
καὶ τοῖς νόμοις οἷς συνέγραψεν.

18. Οἱ μέντοι ἀμφ' Ἀρίστιππόν τε καὶ Ἐπίκουρον
τὰ πρῶτα παρ' αὐτοῖς ἐφέροντο ἡδεῖς τε ὄντες καὶ κε-
χαρισμένοι καὶ συμποτικώτατοι. Παρῆν δὲ καὶ Αἴσω-
πος ὁ Φρύξ· τούτῳ δὲ ὅσα καὶ γελωτοποιῷ χρῶνται.
Διογένης μέν γε ὁ Σινωπεὺς τοσοῦτον μετέβαλε τοῦ
τρόπου ὥστε γῆμαι μὲν Λαΐδα τὴν ἑταίραν, ὀρχεῖσθαι
δὲ πολλάκις ὑπὸ μέθης ἀνιστάμενον καὶ παροινεῖν.
Τῶν δὲ Στωϊκῶν οὐδεὶς παρῆν· ἔτι γὰρ ἐλέγοντο ἀνα-
βαίνειν τὸν τῆς ἀρετῆς ὄρθιον λόφον. Ἠκούομεν δὲ καὶ
περὶ Χρυσίππου ὅτι οὐ πρότερον αὐτῷ ἐπιβῆναι τῆς
νήσου θέμις, πρὶν τὸ τέταρτον ἑαυτὸν ἐλλεβορίσῃ.
Τοὺς δὲ Ἀκαδημαϊκοὺς ἔλεγον ἐθέλειν μὲν ἐλθεῖν, ἐπέ-
χειν δ' ἔτι καὶ διασκέπτεσθαι· μηδὲ γὰρ αὐτὸ τοῦτό πω
καταλαμβάνειν, εἰ καὶ νῆσός τις τοιαύτη ἐστίν. Ἄλλως
ε καὶ τὴν ἐπὶ τοῦ Ῥαδαμάνθυος, οἶμαι, κρίσιν ἐδεδοί-

minentes cœnationi, placide urgentibus ventis, tanquam tenuem rorem pluunt.

15. In cœna musicæ vacant et cantibus. Canuntur ipsis Homeri maxime carmina: et adest ipse quoque et cum illis epulatur, accumbens supra Ulixem. Chori puerorum sunt et virginum: ducunt eum concinuntque Eunomus Locrus, et Lesbius Arion, et Anacreon, et Stesichorus: etenim hunc quoque apud illos vidi, jam reconciliata illi Helena. Hi vero quum canere desierunt, alter chorus procedit cycnorum, hirundinum ac lusciniarum: et ubi hi quoque cecinerunt, tum sane silva tota fistulis quasi succinit, ventis cantum præeuntibus.

16. Maximum vero illud ad hilaritatem adjumentum habent, quod fontes sunt duo circa cœnationem, risus alter, alter voluptatis; ex quorum alterutro in ipso convivii principio bibunt, et quod superest jucunde et cum risu agunt.

17. Dicere etiam volo, nobilium hominum quos apud illos viderim. Semideos quidem omnes, et qui ad Ilium pugnarunt, præter Locrum Ajacem: illum solum dicebant in loco impiorum dare pœnas. Barbarorum vero Cyrum utrumque, et Scytham Anacharsin, et Zamolxin Thracem, et Numam Italum: ac præter hos Lycurgum Lacedæmonium, et Phocionem ac Tellum Athenienses, et Sapientes, Periandro excepto. Vidi etiam Socratem Sophronisci filium sermones cædentem cum Nestore et Palamede: et circa illum erant Hyacinthus Lacedæmonius, et Thespiensis Narcissus, et Hylas, et multi alii pulchri. Ac videbatur mihi amare Hyacinthum: nam plerumque illum redarguebat. Dicebatur autem iratus illi Rhadamanthus, et sæpe minatus esse, de insula se illum ejecturum, si nugas agere pergeret, et nollet dissimulatione omissa convivari. Plato solus non aderat, sed dicebatur ipse quoque civitatem habitare a se confictam, eaque forma reipublicæ et eis quas conscripsisset, legibus uti.

18. Aristippus quidem et Epicurus primas illic ferebant, suaves homines, et gratiosi, et convivæ commodi. Aderat etiam Æsopus Phryx, quo ut scurra ridiculario utuntur. Verum Sinopensis Diogenes ita mutavit mores suos, ut Laida duxerit meretricem, ebriusque sæpe ad saltandum consurgat et vinolentas nugas agat. Stoicorum aderat nemo: dicebantur enim adhuc ascendere arduum illum virtutis collem. Audiebamus etiam de Chrysippo, non prius illi fas esse insulam ingredi, quam helleboro quartum usus esset. Academicos vero dicebant velle quidem venire, sed sustinere se adhuc et considerare: neque enim hoc ipsum illos percipere, an insula talis sit. Alioquin etiam Rhadamanthi, puto, judicium metuunt, ut qui instrumentum judi-

19.

κεσαν, ἅτε καὶ τὸ κριτήριον αὐτοὶ ἀνηρηκότες. Πολλοὺς δὲ αὐτῶν ἔφασκον ὁρμηθέντας ἀκολουθεῖν τοῖς ἀφικνουμένοις, ὑπὸ νωθείας δ' ἀπολείπεσθαι μὴ καταλαμβάνοντας καὶ ἀναστρέφειν ἐκ μέσης τῆς ὁδοῦ.

19. Οὗτοι μὲν οὖν ἦσαν οἱ ἀξιολογώτατοι τῶν παρόντων. Τιμῶσι δὲ μάλιστα τὸν Ἀχιλλέα καὶ μετὰ τοῦτον Θησέα. Περὶ δὲ συνουσίας καὶ ἀφροδισίων οὕτω φρονοῦσι· μίσγονται μὲν ἀναφανδὸν πάντων ὁρώντων καὶ γυναιξὶ καὶ ἄρρεσι, καὶ οὐδαμῶς τοῦτο αἰσχρὸν αὐτοῖς δοκεῖ· μόνος δὲ Σωκράτης διώμνυτο ἦ μὴν καθαρῶς πλησιάζειν τοῖς νέοις· καὶ μέντοι πάντες αὐτοῦ ἐπιορκεῖν κατεγίγνωσκον· πολλάκις γοῦν ὁ μὲν Ὑάκινθος ἢ ὁ Νάρκισσος ὡμολόγουν, ἐκεῖνος δὲ ἠρνεῖτο. Αἱ δὲ γυναῖκές εἰσι πᾶσι κοιναὶ καὶ οὐδεὶς φθονεῖ τῷ πλησίον, ἀλλ' εἰσὶ περὶ τοῦτο μάλιστα Πλατωνικώτατοι· καὶ οἱ παῖδες δὲ παρέχουσι τοῖς βουλομένοις οὐδὲν ἀντιλέγοντες.

20. Οὔπω δὲ δύο ἢ τρεῖς ἡμέραι διεληλύθεσαν, καὶ προσελθὼν ἐγὼ Ὁμήρῳ τῷ ποιητῇ, σχολῆς οὔσης ἀμφοῖν, τά τε ἄλλα ἐπυνθανόμην καὶ ὅθεν εἴη, λέγων τοῦτο μάλιστα παρ' ἡμῖν εἰσέτι νῦν ζητεῖσθαι. Ὁ δὲ οὐδ' αὐτὸς μὲν ἀγνοεῖν ἔφασκεν, ὡς οἱ μὲν Χῖον, οἱ δὲ Σμυρναῖον, πολλοὶ δὲ καὶ Κολοφώνιον αὐτὸν νομίζουσιν. Εἶναι μέντοι γε ἔλεγε Βαβυλώνιος, καὶ παρά γε τοῖς πλείστοις οὐχ Ὅμηρος, ἀλλὰ Τιγράνης καλεῖσθαι· ὕστερον δὲ ὁμηρεύσας παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀλλάξαι τὴν προσηγορίαν. Ἔτι δὲ καὶ περὶ τῶν ἀθετουμένων στίχων ἐπηρώτων, εἰ ὑπ' ἐκείνου εἰσὶν ἐγγεγραμμένοι. Καὶ ὃς ἔφασκε πάντας αὐτοῦ εἶναι. Κατεγίγνωσκον οὖν τῶν ἀμφὶ τὸν Ζηνόδοτον καὶ Ἀρίσταρχον γραμματικῶν πολλὴν τὴν ψυχρολογίαν. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἱκανῶς ἀπεκρίνατο, πάλιν αὐτὸν ἠρώτων τί δή ποτε ἀπὸ τῆς μήνιδος τὴν ἀρχὴν ἐποιήσατο· καὶ ὃς εἶπεν οὕτως ἐπελθεῖν αὐτῷ μηδὲν ἐπιτηδεύσαντι. Καὶ μὴν κἀκεῖνο ἐπεθύμουν εἰδέναι εἰ προτέραν ἔγραψε τὴν Ὀδύσσειαν τῆς Ἰλιάδος, ὡς οἱ πολλοί φασιν· ὁ δὲ ἠρνεῖτο. Ὅτι μὲν γὰρ οὐδὲ τυφλὸς ἦν, ὃ καὶ αὐτὸ περὶ αὐτοῦ λέγουσιν, αὐτίκα ἠπιστάμην· ἑώρα γάρ, ὥστε οὐδὲ πυνθάνεσθαι ἐδεόμην. Πολλάκις δὲ καὶ ἄλλοτε τοῦτο ἐποίουν, εἴ ποτε αὐτὸν σχολὴν ἄγοντα ἑώρων· προσιὼν γάρ τι ἐπυνθανόμην αὐτοῦ, καὶ ὃς προθύμως πάλιν ἀπεκρίνατο, καὶ μάλιστα μετὰ τὴν δίκην, ἐπειδὴ ἐκράτησεν· ἦν γάρ τις γραφὴ κατ' αὐτοῦ ἐπενηνεγμένη ὕβρεως ὑπὸ Θερσίτου ἐφ' οἷς αὐτὸν ἐν τῇ ποιήσει ἔσκωψε, καὶ ἐνίκησεν Ὅμηρος Ὀδυσσέως συναγορεύοντος.

21. Κατὰ δὲ τοὺς αὐτοὺς χρόνους ἀφίκετο καὶ Πυθαγόρας ὁ Σάμιος ἑπτάκις ἀλλαγεὶς καὶ ἐν τοσούτοις ζῴοις βιοτεύσας καὶ ἐκτελέσας τῆς ψυχῆς τὰς περιόδους. Ἦν δὲ χρυσοῦς ὅλον τὸ δεξιὸν ἡμίτομον. Καὶ ἐκρίθη μὲν συμπολιτεύσασθαι αὐτοῖς, ἐνεδοιάζετο δὲ ἔτι πότερον Πυθαγόραν ἢ Εὔφορβον χρὴ αὐτὸν ὀνομάζειν. Ὁ μέντοι Ἐμπεδοκλῆς ἦλθε μὲν καὶ οὗτος, περίεφθος καὶ τὸ σῶμα ὅλον ὠπτημένος· οὐ μὴν παρεδέχθη καίτοι πολλὰ ἱκετεύων.

candi sustulerint. Multos vero illorum narrabant impetu capto sequi eos qui veniant in insulam, sed ignavia quadam deficere antequam assequantur, et de media via reverti.

19. Hi quidem igitur eorum qui aderant maxime commemorabiles. Præcipuo autem in honore habent Achillem, et post hunc, Theseum. De coitu et rebus venereis ita sentiunt : miscent corpora publice, et in conspectu omnium, cum mulieribus pariter et cum maribus, et nequaquam turpe hoc illis videtur. Solus Socrates dejerabat se caste accedere ad juvenes : sed omnes pejerare illum judicabant : sæpe enim Hyacinthus quidem aut Narcissus fatebantur; at ipse negabat. Mulieres vero communes omnibus, neque invidet quisquam viro alteri, sed hac in re maxime sunt Platonici. Præbent etiam pueri volentibus, nihil repugnantes.

20. Duo nondum aut tres dies præterierant, et accedens ad Homerum poetam, quum ambobus esset otium, tum reliqua ex eo quæsivi, tum unde esset; dicens illud maxime apud nos in hunc diem disputari. Ille autem scire et ipse se aiebat, hos Chium, Smyrnæum alios, multos Colophonium ipsum putare : se vero, dicebat, Babylonium esse, et apud cives non Homerum vocari, sed Tigranem : postea tamen, quum obses (*Homeros*) apud Græcos esset, nomen mutasse. Ad hæc de versibus illius rejectis interrogabam num scripti ab ipso essent. Atque ille suos esse omnes confirmavit. Damnabam itaque Zenodoti et Aristarchi grammaticorum frigidas disputationes. Ad hæc quum satis respondisset, rursus interrogavi, cur tandem ab ira initium carminis fecisset. Et ille ita sibi temere in mentem venisse ait, sine consilio. Etiam illud scire volebam, prioremne scripsisset Odysseam Iliade, ut multi referunt. Negabat. Cæcum enim non fuisse, quod ipsum quoque de illo narrant, statim sciebam : utebatur enim oculis; quare nec interrogatione opus habebam. Sæpe etiam alias hoc faciebam, si quando otiosum illum viderem, ut accedens ipsum interrogarem aliquid : atque ipse promte ad omnia respondebat, inprimis post judicium, quum superior discessisset. Erat enim dica illi scripta injuriæ a Thersite de iis quæ contumeliose in ipsum lusisset in carmine : vicitque Homerus, causam illius una agente Ulixe.

21. Iisdem temporibus Pythagoras etiam Samius advenit, septies mutatus, vita in totidem acta animalibus, perfectisque tot animæ circuitibus. Erat vero dextro toto latere aureus. Et judicatum quidem est, ut versaretur cum Beatis; hoc vero adhuc dubitabatur, utrum Pythagoram vocare an Euphorbum oporteret. Venit Empedocles quoque circum ustulatus, et toto assatus corpore : neque tamen, quantumvis multis verbis supplicaret, receptus est.

22. Προϊόντος δὲ τοῦ χρόνου ἐνέστη ὁ ἀγὼν τὰ παρ' ͅτοῖς Θανατούσια. Ἠγωνοθέτει δὲ Ἀχιλλεὺς τὸ έμπτον καὶ Θησεὺς τὸ ἕβδομον. Τὰ μὲν οὖν ἄλλα ακρὸν ἂν εἴη λέγειν· τὰ δὲ κεφάλαια τῶν πραχθέντων ηγήσομαι. Πάλην μὲν ἐνίκησε Κᾶρος ὁ ἀφ' Ἡραλέους Ὀδυσσέα περὶ τοῦ στεφάνου καταγωνισάμενος· γμὴ δὲ ἴση ἐγένετο Ἀρείου τε τοῦ Αἰγυπτίου, ὃς ἐν ορένθῳ τέθαπται, καὶ Ἐπειοῦ ἀλλήλοις συνελθόντων. αγκρατίου δ' ἆθλα οὐ τίθεται παρ' αὐτοῖς. Τὸν έντοι δρόμον οὐκέτι μέμνημαι ὅστις ἐνίκησε. Ποιηῶν δὲ τῇ μὲν ἀληθείᾳ παρὰ πολὺ ἐκράτει Ὅμηρος, ίκησε δὲ ὅμως Ἡσίοδος. Τὰ δὲ ἆθλα ἦν ἅπασι στέανος πλακεὶς ἐκ πτερῶν ταωνείων.

23. Ἄρτι δὲ τοῦ ἀγῶνος συντετελεσμένου ἠγγέλλοντο ἐν τῷ χώρῳ τῶν ἀσεβῶν κολαζόμενοι ἀπορρήξαντες ι δεσμὰ καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες ἐλαύνειν ἐπὶ ἡν νῆσον· ἡγεῖσθαι δὲ αὐτῶν Φάλαρίν τε τὸν Ἀκραγαντῖνον καὶ Βούσιριν τὸν Αἰγύπτιον καὶ Διομήδην τὸν ρᾷκα καὶ τοὺς περὶ Σκείρωνα καὶ Πιτυοκάμπτην. Ὡς δὲ ταῦτ' ἤκουσεν ὁ Ῥαδάμανθυς, ἐκτάττει τοὺς ρωας ἐπὶ τῆς ἠόνος· ἡγεῖτο δὲ Θησεύς τε καὶ Ἀχιλλεὺς αὶ Αἴας ὁ Τελαμώνιος ἤδη σωφρονῶν· καὶ συμμίξαντες μάχοντο καὶ ἐνίκησαν οἱ ἥρωες Ἀχιλλέως τὰ πλεῖστα ατορθώσαντος. Ἠρίστευσε δὲ καὶ Σωκράτης ἐπὶ τῷ εξιῷ ταχθεὶς πολὺ μᾶλλον ἢ ὅτε ζῶν ἐπὶ Δηλίῳ ἐμάετο. Προσιόντων γὰρ τῶν πολεμίων οὐκ ἔφυγε καὶ τὸ πρόσωπον ἄτρεπτος ἦν· ἐφ' οἷς καὶ ὕστερον ἐξῃρέθη αὐτῷ ἀριστεῖον, καλός τε καὶ μέγιστος παράδεισος ἐν τῷ προαστείῳ, ἔνθα καὶ συγκαλῶν τοὺς ἑταίρους διελέγετο Νεκρακαδήμειαν τὸν τόπον προσαγορεύσας.

24. Συλλαβόντες οὖν τοὺς νενικημένους καὶ δήσαντες αὖθις ἀπέπεμψαν ἔτι μᾶλλον κολασθησομένους. Ἔγραψε δὲ καὶ ταύτην τὴν μάχην Ὅμηρος καὶ ἀπιόντι μοι ἔδωκε τὰ βιβλία κομίζειν τοῖς παρ' ἡμῖν ἀνθρώποις· ἀλλ' ὕστερον καὶ ταῦτα μετὰ τῶν ἄλλων ἀπωλέσαμεν. Ἦν δὲ ἡ ἀρχὴ τοῦ ποιήματος αὕτη,

Νῦν δέ μοι ἔννεπε, Μοῦσα, μάχην νεκύων ἡρώων.

Τότε δ' οὖν κυάμους ἑψήσαντες, ὥσπερ παρ' αὐτοῖς νόμος ἐπειδὰν τὸν πόλεμον κατορθώσωσιν, εἱστιῶντο τὰ ἐπινίκια καὶ ἑορτὴν μεγάλην ἦγον· μόνος δὲ ταύτης οὐ μετεῖχε Πυθαγόρας, ἀλλ' ἄσιτος πόρρω ἐκαθέζετο μυσαττόμενος τὴν κυαμοφαγίαν.

25. Ἤδη δὲ μηνῶν ἓξ διεληλυθότων περὶ μεσοῦντα τὸν ἕβδομον νεώτερα συνίστατο πράγματα· ὁ Κινύρας ὁ τοῦ Σκινθάρου παῖς μέγας τε ὢν καὶ καλὸς ἤρα ἐπὶ πολὺν χρόνον ἤδη τῆς Ἑλένης, καὶ αὐτὴ δὲ οὐκ ἀφανὴς ἦν ἐπινοῦς ἀγαπῶσα τὸν νεανίσκον· πολλάκις γοῦν καὶ διένευον ἀλλήλοις ἐν τῷ συμποσίῳ καὶ προὔπινον καὶ μόνοι ἐξανιστάμενοι ἐπλανῶντο περὶ τὴν ὕλην. Καὶ δή ποτε ὑπὸ τοῦ ἔρωτος καὶ τῆς ἀμηχανίας ἐβουλεύσατο ὁ Κινύρας ἁρπάσας τὴν Ἑλένην φυγεῖν. Ἐδόκει δὲ κἀκείνῃ αὔτα, οἴχεσθαι ἀπιόντας ἔς τινα τῶν ἐπικειμένων νήσων, τοι ἐς τὴν Φελλὼ ἢ ἐς τὴν Τυρόεσσαν. Συνωμότας δὲ

22. Procedente tempore certamen instabat, quæ Thanatusia (*Mortualia*) apud illos vocantur. Præsidebant Achilles quintum, Theseus septimum. Reliqua longum fuerit dicere : summa capita rerum enarrabo. Lucta vicit Carus Heraclides, dejecto in certamine de hac corona Ulysse. Pugilatus æqua laus fuit Arei Ægyptii, qui Corinthi sepultus est, et Epei, inter se congressorum. Pancratii præmia apud illos non proponuntur. Cursu autem quis vicerit, non amplius recordor. Inter poetas re quidem vera multum Homerus præstabat, vincebat tamen Hesiodus. Præmia omnibus plexa e pavoninis pennis corona.

23. Jam consummato autem certamine nunciantur ii, qui in loco impiorum puniuntur, ruptis vinculis superataque custodia, pergere ad insulam, ducibus Phalari Agrigentino, et Ægyptio Busiride, et Diomede Thrace, Scirone item atque Pityocampte. His auditis Rhadamanthus heroas eductos instruit in litore : duces erant Theseus et Achilles, et, qui jam resipuerat, Ajax Telamonius. Ac commisso prælio pugnabant : vicerunt heroes, egregia præsertim Achillis opera. Socrates etiam in dextro cornu collocatus hic fortiter rem gessit, multoque melius quam quum vivus ad Delium pugnaret. Accedentibus enim hostibus non fugit, neque usquam avertit faciem. Eapropter deinde virtutis ipsi præmium eximium decretum est, hortus in suburbio pulcher simul et maximus, ubi postea convocatis sodalibus disputabat, et Mortuorum Academiæ loco nomen dedit.

24. Victos itaque comprehensos vinctosque iterum remiserunt, magis jam puniendos. Scripsit hanc quoque pugnam Homerus, ac discedenti mihi dedit libros nostratibus hominibus afferendos : verum postea hos non minus quam alia perdidimus. Initium poematis hoc fuerat :

Nunc refer heroum pugnas, dea, defunctorum.

Tum fabis coctis, qui apud illos mos est, quando bellum feliciter administrarunt, epulas victoriæ causa instituebant, celebritatemque agebant maximam. Solus in partem illius non venit Pythagoras, sed cibo abstinens procul sedit, abominatus istum fabarum esum.

25. Jam sex menses peracti fuerant, quum circa medium septimum novæ res conflarentur. Cinyras Scinthari filius, magnus et pulcher qui esset, diu jam amabat Helenam, et ab ipsa juvenem apparebat vehementer amari : sæpe enim et innuebant sibi invicem in convivio, et propinabant, et soli surgentes oberrabant per silvam. Atque adeo præ amore et consilii alius inopia Cinyras fugere decreverat rapta Helena. Placebat autem mulieri quoque hoc consilium, ut quidem aufugerent in quandam adjacentium insularum, sive in Phello, sive in Tyroessam. Conjuratos autem dudum

πάλαι προσειλήφεσαν τρεῖς τῶν ἑταίρων τῶν ἐμῶν τοὺς θρασυτάτους. Τῷ μέντοι πατρὶ ταῦτα οὐκ ἐμήνυσεν· ἠπίστατο γὰρ ὑπ᾽ αὐτοῦ κωλυθησόμενος. Ὡς δ᾽ ἐδόκει αὐτοῖς, ἐτέλουν τὴν ἐπιβουλήν. Καὶ ἐπειδὴ νὺξ ἐγένετο — ἐγὼ μὲν οὐ παρήμην· ἐτύγχανον γὰρ ἐν τῷ συμποσίῳ κοιμώμενος — οἱ δὲ λαθόντες τοὺς ἄλλους ἀναλαβόντες τὴν Ἑλένην ὑπὸ σπουδῆς ἀνήχθησαν.

26. Περὶ δὲ τὸ μεσονύκτιον ἀνεγρόμενος ὁ Μενέλεως ἐπεὶ ἔμαθε τὴν εὐνὴν κενὴν τῆς γυναικὸς, βοήν τε ἵστη καὶ τὸν ἀδελφὸν παραλαβὼν ᾔει πρὸς τὸν βασιλέα τὸν Ῥαδάμανθυν. Ἡμέρας δ᾽ ὑποφαινούσης ἔλεγον οἱ σκοποὶ καθορᾶν τὴν ναῦν πολὺ ἀπέχουσαν· οὕτω δὴ ἐμβιβάσας ὁ Ῥαδάμανθυς πεντήκοντα τῶν ἡρώων εἰς ναῦν μονόξυλον ἀσφοδελίνην παρήγγειλε διώκειν· οἱ δὲ ὑπὸ προθυμίας ἐλαύνοντες περὶ μεσημβρίαν καταλαμβάνουσιν αὐτοὺς ἄρτι ἐς τὸν γαλακτώδη ὠκεανὸν ἐμβαίνοντας πλησίον τῆς Τυροέσσης· παρὰ τοσοῦτον ἦλθον διαδρᾶναι· καὶ ἀναδησάμενοι τὴν ναῦν ἁλύσει ῥοδίνῃ κατέπλεον. Ἡ μὲν οὖν Ἑλένη ἐδάκρυέ τε καὶ ᾐσχύνετο καὶ ἐνεκαλύπτετο, τοὺς δ᾽ ἀμφὶ τὸν Κινύραν ἀνακρίνας πρότερον ὁ Ῥαδάμανθυς, εἴ τινες καὶ ἄλλοι αὐτοῖς συνίσασιν, ὡς οὐδένα εἶπον, ἐκ τῶν αἰδοίων δήσας ἀπέπεμψεν ἐς τὸν τῶν ἀσεβῶν χῶρον μαλάχῃ πρότερον μαστιγωθέντας.

27. Ἐψηφίσαντο δὲ καὶ ἡμᾶς ἐμπροθέσμους ἐκπέμπειν ἐκ τῆς νήσου τὴν ἐπιοῦσαν ἡμέραν μόνην ἐπιμείναντας. Ἐνταῦθα δὴ ἐγὼ ἐποτνιώμην τε καὶ ἐδάκρυον οἷα ἔμελλον ἀγαθὰ καταλιπὼν αὖθις πλανηθήσεσθαι. Αὐτοὶ μέντοι παρεμυθοῦντο λέγοντες οὐ πολλῶν ἐτῶν ἀφίξεσθαι πάλιν ὡς αὐτούς, καί μοι ἤδη θρόνον τε καὶ κλισίαν ἐς τοὐπιὸν ἐπεδείκνυσαν πλησίον τῶν ἀρίστων. Ἐγὼ δὲ προσελθὼν τῷ Ῥαδαμάνθυι πολλὰ ἱκέτευον εἰπεῖν τὰ μέλλοντα καὶ ὑποδεῖξαί μοι τὸν πλοῦν. Ὁ δὲ ἔφασκεν ἀφίξεσθαι μέν με ἐς τὴν πατρίδα πολλὰ πρότερον πλανηθέντα καὶ κινδυνεύσαντα, τὸν δὲ χρόνον οὐκέτι τῆς ἐπανόδου προσθεῖναι ἠθέλησεν, ἀλλὰ δὴ καὶ δεικνὺς τὰς πλησίον νήσους — ἐφαίνοντο δὲ πέντε τὸν ἀριθμὸν, ἄλλη δὲ ἕκτη πόρρωθεν — ταύτας μὲν εἶναι ἔφασκε τὰς τῶν ἀσεβῶν, τὰς πλησίον, Ἀφ᾽ ὧν, ἔφη, ἤδη τὸ πολὺ πῦρ ὁρᾷς καόμενον, ἕκτη δὲ ἐκείνη τῶν ὀνείρων ἡ πόλις· μετὰ ταύτην δὲ ἡ τῆς Καλυψοῦς νῆσος, ἀλλ᾽ οὐδέπω σοι φαίνεται. Ἐπειδὰν δὲ ταύτας παραπλεύσῃς, τότε δὴ ἀφίξῃ ἐς τὴν μεγάλην ἤπειρον τὴν ἐναντίαν τῇ ὑφ᾽ ὑμῶν κατοικουμένῃ· ἐνταῦθα δὴ πολλὰ παθὼν καὶ ποικίλα ἔθνη διελθὼν καὶ ἀνθρώποις ἀμίκτοις ἐπιδημήσας χρόνῳ ποτὲ ἥξεις εἰς τὴν ἑτέραν ἤπειρον. Τοσαῦτα εἶπε.

28. Καὶ ἀνασπάσας ἀπὸ τῆς γῆς μαλάχης ῥίζαν ὤρεξέ μοι, ταύτῃ κελεύσας ἐν τοῖς μεγίστοις κινδύνοις προσεύχεσθαι· παρῄνεσε δὲ καὶ εἴ ποτε ἀφικοίμην ἐς τήνδε τὴν γῆν, μήτε πῦρ μαχαίρᾳ σκαλεύειν μήτε θέρμους ἐσθίειν μήτε παιδὶ ὑπὲρ τὰ ὀκτωκαίδεκα ἔτη πλησιάζειν· τούτων γὰρ ἂν μεμνημένον ἐλπίδας ἔχειν τῆς εἰς τὴν νῆσον ἀφίξεως. Τότε μὲν οὖν τὰ περὶ τὸν

assumserant tres sociorum meorum audacissimos. Patri tamen hæc non indicaverat, qui nosset ab ipso prohibitum iri. Quum vero visum esset, cogitata perfecerunt. Itaque oborta nocte, me non præsente (forte enim in cœnatione obdormiveram), illi clam reliquos, assumta Helena, festinanter avecti sunt.

26. Circa mediam vero noctem evigilans Menelaus, quum vacuum uxore torum sensisset, clamorem sustulit, assumtoque fratre ad regiam Rhadamanthi perrexit. Die exorto, videre se navim dicebant speculatores, quæ multum jam abesset. Itaque impositos heroum quinquaginta in navim uno ex ligno cavatam, asphodelinam, jussit fugitivos persequi. Hi studiose navigantes circa medium illos diem assequuntur, jam intrantes in lacteum oceanum prope Tyroessam; tantillum aberat quin aufugissent! revinctaque navi catena rosacea, in portum redeunt. Helena igitur lacrimari, pudorem præ se ferre, caput obvolvere. Cinyram vero cum sociis quum interrogasset ante Rhadamanthus, si qui alii quoque illorum essent conscii, negantes, in impiorum locum relegavit, pudendis revinctos, et malva verberatos antea.

27. Decreverunt autem etiam nos intra diem statutum insula emittere, solo die proximo manendi facultate concessa. Ibi ego quidem valde queri et lacrimari, quibus relictis bonis iterum oberraturus essem. Ipsi tamen consolari me ac dicere, post annos non ita multos fore ut ad se redeam, jamque mihi sellam et accubitum in posterum assignandum ostendebant, propter optimos. Ego vero ad Rhadamanthum adiens suppliciter petii, ut futura mihi diceret, et navigationem præmonstraret. Respondit venturum quidem me post errores multos atque pericula in patriam : tempus autem reditus non jam volebat adjicere; sed ostensis insulis propinquis (apparebant autem numero quinque, et sexta alia e longinquo), has quidem proximas dicebat esse impiorum, E quibus, inquit, ignem multum vides ardentem : sexta vero illa somniorum civitas; post illam Calypsus insula, sed nondum eam vides. Has vero quum prætemavigaveris, tum pervenies in magnam continentem, habitatæ a vobis oppositam. Ibi vero multa passus, gentibus peragratis variis, inter homines versatus insociabiles, tandem aliquando in continentem alteram pervenies. Hæc dixit.

28. Inde extractam e terra malvæ radicem mihi porrexit, jubens me in maximis periculis hanc invocare; præcepitque, si quando in hanc terram venissem, ut neque gladio ignem foderem, neque lupinos ederem, neque puero duodeviginti annis majore fruerer : horum enim si essem memor, spem me habere reditus in hanc insulam. Tum igitur ad navi-

οῦν παρεσκευαζόμην, καὶ ἐπεὶ καιρὸς ἦν, συνειστιώ-ν αὐτοῖς. Τῇ δ' ἐπιούσῃ προσελθὼν πρὸς Ὅμηρον ποιητὴν ἐδεήθην αὐτοῦ ποιῆσαί μοι δίστιχον ἐπί-ραμμα· καὶ ἐπειδὴ ἐποίησε, στήλην βηρύλλου λίθου αστήσας ἐπέγραψα πρὸς τῷ λιμένι. Τὸ δὲ ἐπίγραμμα τοιόνδε·

> Λουκιανὸς τάδε πάντα φίλος μακάρεσσι θεοῖσιν
> εἶδέ τε καὶ πάλιν ἦλθεν ἑὴν ἐς πατρίδα γαῖαν.

29. Μείνας δὲ κἀκείνην τὴν ἡμέραν τῇ ἐπιούσῃ ηγόμην τῶν ἡρώων παραπεμπόντων. Ἔνθα μοι καὶ δυσσεὺς προσελθὼν λάθρᾳ τῆς Πηνελόπης δίδωσιν ιστολὴν εἰς Ὠγυγίαν τὴν νῆσον Καλυψοῖ κομίζειν. νέπεμψε δέ μοι ὁ Ῥαδάμανθυς τὸν πορθμέα Ναύ-λιον, ἵν' εἰ καταχθείημεν ἐς τὰς νήσους, μηδεὶς ἡμᾶς λλάβῃ ἅτε κατ' ἄλλην ἐμπορίαν καταπλέοντας. πεὶ δὲ τὸν εὐώδη ἀέρα προϊόντες παρεληλύθειμεν, τίκα ἡμᾶς ὀσμή τε δεινὴ διεδέχετο οἷον ἀσφάλτου ιὶ θείου καὶ πίττης ἅμα καομένων, καὶ κνῖσα δὲ πο-ηρὰ καὶ ἀφόρητος ὥσπερ ἀπ' ἀνθρώπων ὀπτωμένων, ιὶ ὁ ἀὴρ ζοφερὸς καὶ ὁμιχλώδης, καὶ κατέσταζεν ἐξ τοῦ δρόσος πιττίνη· ἠκούομεν δὲ καὶ μαστίγων ψό-ν καὶ οἰμωγὴν ἀνθρώπων πολλῶν.

30. Ταῖς μὲν οὖν ἄλλαις οὐ προσέσχομεν, ἧ δὲ τέβημεν, τοιάδε ἦν· κύκλῳ μὲν πᾶσα κρημνώδης καὶ πόξυρος, πέτραις καὶ τραχῶσι κατεσκληκυῖα, δέν-ρον δ' οὐδὲν οὐδὲ ὕδωρ ἐνῆν· ἀνερπύσαντες δὲ ὅμως ατὰ τοὺς κρημνοὺς προῄειμεν διά τινος ἀκανθώδους αὶ σκολόπων μεστῆς ἀτραποῦ, πολλὴν ἀμορφίαν τῆς ώρας ἐχούσης. Ἐλθόντες δὲ ἐπὶ τὴν εἱρκτὴν καὶ τὸ ολαστήριον πρῶτα μὲν τὴν φύσιν τοῦ τόπου ἐθαυμά-ομεν· τὸ μὲν γὰρ ἔδαφος αὐτὸ μαχαίραις καὶ σκόλοψι άντη ἐξηνθήκει, κύκλῳ δὲ ποταμοὶ περιέρρεον, ὁ μὲν ορβόρου, ὁ δὲ δεύτερος αἵματος, ὁ δὲ ἔνδον πυρός, άνυ μέγας οὗτος καὶ ἀπέρατος, καὶ ἔρρει ὥσπερ ὕδωρ αὶ ἐκυματοῦτο ὥσπερ θάλαττα, καὶ ἰχθῦς δὲ εἶχε ολλούς, τοὺς μὲν δαλοῖς προσεοικότας, τοὺς δὲ μικροὺς νθραξι πεπυρωμένοις, ἐκάλουν δὲ αὐτοὺς λυχνίσκους.

31. Εἴσοδος δὲ μία στενὴ διὰ πάντων ἦν, καὶ πυ-ωρὸς ἐφειστήκει Τίμων ὁ Ἀθηναῖος. Παρελθόντες δὲ μως τοῦ Ναυπλίου καθηγουμένου ἑωρῶμεν κολαζομέ-ους πολλοὺς μὲν βασιλέας, πολλοὺς δὲ καὶ ἰδιώτας, ν ἐνίους καὶ ἐγνωρίζομεν· εἴδομεν δὲ καὶ τὸν Κινύραν απνῷ ὑποτυφόμενον ἐκ τῶν αἰδοίων ἀπηρτημένον. Ιροσετίθεσαν δὲ οἱ περιηγηταὶ καὶ τοὺς ἑκάστων βίους αὶ τὰς αἰτίας ἐφ' αἷς κολάζονται· καὶ μεγίστας ἁπασῶν ιμωρίας ὑπέμενον οἱ ψευσάμενοί τι παρὰ τὸν βίον καὶ μὴ τἀληθῆ συγγεγραφότες, ἐν οἷς καὶ Κτησίας ὁ Κνίδιος ἦν καὶ Ἡρόδοτος καὶ ἄλλοι πολλοί. Τούτους ὖν ὁρῶν ἐγὼ χρηστὰς εἶχον εἰς τοὐπιὸν ἐλπίδας· οὐδὲν ὰρ ἐμαυτῷ ψεῦδος εἰπόντι συνηπιστάμην.

32. Ταχέως δ' οὖν ἀναστρέψας ἐπὶ τὴν ναῦν — ὐδὲ γὰρ ἠδυνάμην φέρειν τὴν ὄψιν — ἀσπασάμενος ὸν Ναύπλιον ἀπέπλευσα· καὶ μετ' ὀλίγον ἐφαίνετο

gationem necessaria parabam, et quum tempus erat, cum illis epulabar. Postridie ejus diei accedens ad Homerum poetam rogavi, ut duorum mihi versiculorum inscriptionem faceret; et quum fecisset, columellæ de beryllo gemma erectæ ad ipsum portum, inscripsi. Erat autem epigramma ejusmodi :

> Lucianus divis carus felicibus istæc
> omnia contuitus, patriam in terram remeavit.

29. Moratus hunc quoque diem, proximo solvi, deducentibus heroibus. Hic accedens etiam Ulixes clam Penelopen dat mihi epistolam in Ogygiam insulam ferendam Calypsoni. Miserat mihi comitem Rhadamanthus portitorem Nauplium, ut, si deferremur in insulas istas, nemo nos comprehenderet, qui alius negotii causa navigaremus. Quum vero bene olentem illum aerem profecti exiissemus, statim cum teter odor nos excepit, tanquam asphalti et sulfuris picisque una ardentium, tum nidor malus atque intolerabilis, velut ab ustulatis hominibus : aerque obscurus erat et caliginosus, et a quo stillaret ros quidam piceus : audiebamusque et flagellorum sonitum et ploratus hominum multorum.

30. Ad reliquas non accessimus : in quam vero escendimus, ea erat ejusmodi. Tota in circuitu præceps et abrupta, saxis et asperis locis rigida : neque arbor ulla, neque aqua inest. Enixi tamen rependo per præcipitia, progredimur per tramitem quendam spinis et aculeis obsitum, regione teterrimum aspectum præbente. Ad carcerem delati ac suppliciorum locum, primo admirabamur regionis ingenium. Solum enim ipsum gladiis et aculeis undique effloruerat, in circuitu amnes tres fluebant; cœni unus, alter sanguinis, intimus autem ignis, ingens hic et insuperabilis : fluebat is instar aquæ, fluctus ut mare agebat, piscesque habebat multos, torribus quosdam similes, minores vero prunis : lychniscos eos appellabant.

31. Ingressus unus erat per omnia, isque angustus, cui janitor astitit Timon Atheniensis. Ingressi tamen duce Nauplio, videbamus puniri reges quidem multos, multos vero etiam privatos; quorum quosdam etiam agnovimus. Videbamus etiam Cinyram pudendis suspensum fumigari. Adjiciebant monstratores nostri vitas singulorum, et causas propter quas punirentur : maximas omnium pœnas sustinebant qui in vita mentiti essent aliquid, et qui vera non scripsissent, in quibus Ctesias etiam Cnidius erat, et Herodotus, et multi alii. Hos quum viderem, optimam de futuro spem concepi, qui nullius mihi mendacii essem conscius.

32. Celeriter igitur ad navim reversus (neque enim ferre spectaculum poteram), salutato Nauplio solvi. Neque

πλησίον ἡ τῶν ὀνείρων νῆσος, ἀμυδρὰ καὶ ἀσαφὴς ἰδεῖν· εἶχε δὲ καὶ αὐτή τι τοῖς ὀνείροις παραπλήσιον· ὑπεχώρει γὰρ προσιόντων ἡμῶν καὶ ὑπέφευγε καὶ πορρωτέρω ὑπέβαινε. Καταλαβόντες δέ ποτε αὐτὴν καὶ ἐσπλεύσαντες ἐς τὸν Ὕπνον λιμένα προσαγορευόμενον πλησίον τῶν πυλῶν τῶν ἐλεφαντίνων, ᾗ τὸ τοῦ Ἀλεκτρυόνος ἱερόν ἐστι, περὶ δείλην ὀψίαν ἀπεβαίνομεν, παρελθόντες δ' ἐς τὴν πόλιν πολλοὺς ὀνείρους καὶ ποικίλους ἑωρῶμεν. Πρῶτον δὲ βούλομαι περὶ τῆς πόλεως εἰπεῖν, ἐπεὶ μηδὲ ἄλλῳ τινὶ γέγραπται περὶ αὐτῆς, ὃς δὲ καὶ μόνος ἐπεμνήσθη Ὅμηρος, οὐ πάνυ ἀκριβῶς συνέγραψε.

33. Κύκλῳ μὲν περὶ πᾶσαν αὐτὴν ὕλη ἀνέστηκε, τὰ δένδρα δ' ἐστὶ μήκωνες ὑψηλαὶ καὶ μανδραγόραι καὶ ἐπ' αὐτῶν πολύ τι πλῆθος νυκτερίδων· τοῦτο γὰρ μόνον ἐν τῇ νήσῳ γίγνεται ὄρνεον. Ποταμὸς δὲ παραρρεῖ πλησίον ὁ ὑπ' αὐτῶν καλούμενος Νυκτιπόρος, καὶ πηγαὶ δύο παρὰ τὰς πύλας· ὀνόματα καὶ ταύταις, τῇ μὲν Νήγρετος, τῇ δὲ Παννυχία. Ὁ περίβολος δὲ τῆς πόλεως ὑψηλός τε καὶ ποικίλος, Ἴριδι τὴν χρόαν ὁμοιότατος. Πύλαι μέντοι ἔπεισιν οὐ δύο, καθάπερ Ὅμηρος εἴρηκεν, ἀλλὰ τέτταρες, δύο μὲν πρὸς τὸ τῆς Βλακείας πεδίον ἀποβλέπουσαι, ἡ μὲν σιδηρᾶ, ἡ δὲ ἐκ κεράμου πεποιημένη, καθ' ἃς ἐλέγοντο ἀποδημεῖν αὐτῶν οἵ τε φοβεροὶ καὶ φονικοὶ καὶ ἀπηνεῖς, δύο δὲ πρὸς τὸν λιμένα καὶ τὴν θάλατταν, ἡ μὲν κερατίνη, καθ' ἣν ἡμεῖς παρήλθομεν, ἡ δὲ ἐλεφαντίνη. Εἰσιόντι δὲ ἐς τὴν πόλιν ἐν δεξιᾷ μέν ἐστι τὸ Νυκτῷον· σέβουσι γὰρ θεῶν ταύτην μάλιστα καὶ τὸν Ἀλεκτρυόνα· ἐκείνῳ δὲ πλησίον τοῦ λιμένος τὸ ἱερὸν πεποίηται. Ἐν ἀριστερᾷ δὲ τὰ τοῦ Ὕπνου βασίλεια. Οὗτος γὰρ δὴ ἄρχει παρ' αὐτοῖς σατράπας δύο καὶ ὑπάρχους πεποιημένος, Ταραξίωνά τε τὸν Ματαιογένους καὶ Πλουτοκλέα τὸν Φαντασίωνος. Ἐν μέσῃ δὲ τῇ ἀγορᾷ πηγή τίς ἐστιν, ἣν καλοῦσι Καρεῶτιν· καὶ πλησίον ναοὶ δύο, Ἀπάτης καὶ Ἀληθείας· ἔνθα καὶ τὸ ἄδυτόν ἐστιν αὐτοῖς καὶ τὸ μαντεῖον, οὗ προειστήκει προφητεύων Ἀντιφῶν ὁ τῶν ὀνείρων ὑποκριτής, ταύτης παρὰ τοῦ Ὕπνου λαχὼν τῆς τιμῆς.

34. Αὐτῶν μέντοι τῶν ὀνείρων οὔτε φύσις οὔτε ἰδέα ἡ αὐτή. Ἀλλ' οἱ μὲν μακροί τε ἦσαν καὶ μαλακοὶ καὶ καλοὶ καὶ εὐειδεῖς, οἱ δὲ σκληροὶ καὶ μικροὶ καὶ ἄμορφοι, καὶ οἱ μὲν χρύσεοι, ὡς ἐδόκουν, οἱ δὲ ταπεινοί τε καὶ εὐτελεῖς. Ἦσαν δ' ἐν αὐτοῖς καὶ πτερωτοί τινες καὶ τερατώδεις, καὶ ἄλλοι καθάπερ ἐς πομπὴν διεσκευασμένοι, οἱ μὲν ἐς βασιλέας, οἱ δ' ἐς θεούς, οἱ δ' εἰς ἄλλα τοιαῦτα κεκοσμημένοι. Πολλοὺς δὲ αὐτῶν καὶ ἐγνωρίσαμεν πάλαι παρ' ἡμῖν ἑωρακότες, οἳ δὴ καὶ προσῄεσαν καὶ ἠσπάζοντο ὡς ἂν καὶ συνήθεις ὑπάρχοντες, καὶ παραλαβόντες ἡμᾶς καὶ κατακοιμίσαντες πάνυ λαμπρῶς καὶ δεξιῶς ἐξένιζον, τήν τε ἄλλην ὑποδοχὴν μεγαλοπρεπῆ κατασκευάσαντες καὶ ὑπισχνούμενοι βασιλέας τε ποιήσειν καὶ σατράπας. Ἔνιοι δὲ καὶ ἀπῆγον ἡμᾶς ἐς τὰς πατρίδας καὶ τοὺς οἰκείους ἐπεδείκνυον καὶ αὐθημερὸν ἐπανῆγον.

ita multo post Somniorum ex propinquo insula apparebat, obscura, et vix distinguenda visu. Accidebat quiddam et ipsi insulæ, somniis simile : recedebat enim accedentibus nobis, et subterfugiebat, subducebatque se longius. Tandem vero quum illam teneremus, invecti in portum qui Hypnus (*Somnus*) dicitur, prope portas eburneas, ubi Alectryonis (*Galli gallinacei*) sacrum est, sero crepusculo escendimus, progressique in urbem somnia multa variaque vidimus. Primo autem de urbe dicam, quum nemo quicquam de ea scripserit; qui autem solus mentionem illius fecit, Homerus, non satis scripserit accurate.

33. In ambitu totius insulæ stat silva : arbores in ea sunt procera papavera, et mandragoræ, atque in illis magna vis vespertilionum : nam sola hæc in insula avis nascitur. Fluvius ex propinquo alluit, Nyctiporus (*Noctivagus*) ab illis dictus : et fontes duo circa portas : nomina his quoque, Negretos (*Inexperrectus*) et Pannychia (*Pernox*). Vallum urbis altum atque diversi coloris, Iridi simillimum. Portæ ejus sunt non duæ, ut Homerus dixit, sed quattuor : quorum duæ Stuporis campum respiciunt, ferrea altera, altera figlina, per quas abire dicebantur somnia terribilia, cruenta, crudelia : duæ versus portum et mare, cornea altera, qua nos transivimus, altera autem eburnea. Ingredientibus in urbem ad dextram est Noctis templum; hanc enim deorum maxime colunt, et Alectryonem : illi vero prope portum ædes collocata est. Ad sinistram est Somni regia. Hic scilicet apud illos imperat, fecitque sibi satrapas et imperii sui vicarios duo, Taraxionem Matæogenis (*Terriculum Vanipari*) et Plutoclem Phantasionis (*Divitiglorium Imaginarii*) filios. In medio fons est, quem Careotin (*Gravisomnem*) appellant, et templa prope duo, Deceptionis ac Veritatis. Ibi adytum quoque illis est et oraculum, cujus antistes erat propheta Antiphon, ille somniorum conjector, hunc a Somno honorem nactus.

34. Ipsorum autem somniorum neque natura eadem, neque species : sed alia procera erant, et mollia, et formosa, et bona specie; alia vero dura, et parva, et informia; et alia quidem aurea, ut videbantur, humilia alia viliaque. Erant in illis et alata quædam et prodigiosæ figuræ, alia tanquam ad pompam exornata, in reges inquam, in deos, in alia ejusmodi ornata. Quædam agnoscebamus olim domi nostræ visa : quæ quidem et adibant nos, et salutabant, tanquam familiaria; prehensosque nos et sopitos, splendide admodum et dextre accipiebant, tum reliquo paratu magnifico, tum quod reges nos satrapasque se factura pollicebantur. Quædam nos etiam in patriam quemque suam abducebant, et familiares nobis nostros ostendebant, eodemque die reducebant.

35. Ἡμέρας μὲν οὖν τριάκοντα καὶ ἴσας νύκτας παρ' αὐτοῖς ἐμείναμεν καθεύδοντες καὶ εὐωχούμενοι. Ἔπειτα ἄφνω βροντῆς μεγάλης καταρραγείσης ἀνεγρόμενοι καὶ ἀναθορόντες ἀνήχθημεν ἐπισιτισάμενοι. Τριταῖοι δ' ἐκεῖθεν τῇ Ὠγυγίᾳ νήσῳ προσσχόντες ἐπιβαίνομεν. Πρότερον δ' ἐγὼ λύσας τὴν ἐπιστολὴν ἀνεγίγνωσκον τὰ γεγραμμένα. Ἦν δὲ τοιάδε· « Ὀδυσσεὺς Καλυψοῖ χαίρειν. Ἴσθι με, ὡς τὰ πρῶτα ἐξέπλευσα παρὰ σοῦ τὴν σχεδίαν κατασκευασάμενος, ναυαγίᾳ χρησάμενον μόλις ὑπὸ Λευκοθέας διασωθῆναι εἰς τὴν τῶν Φαιάκων χώραν, ὑφ' ὧν ἐς τὴν οἰκείαν ἀποπεμφθεὶς κατέλαβον πολλοὺς τῆς γυναικὸς μνηστῆρας ἐν τοῖς ἡμετέροις τρυφῶντας· ἀποκτείνας δ' ἅπαντας ὑπὸ Τηλεγόνου ὕστερον τοῦ ἐκ Κίρκης μοι γενομένου ἀνῃρέθην, καὶ νῦν εἰμι ἐν τῇ Μακάρων νήσῳ πάνυ μετανοῶν ἐπὶ τῷ καταλιπεῖν τὴν παρὰ σοὶ δίαιταν καὶ τὴν ὑπὸ σοῦ προτεινομένην ἀθανασίαν. Ἢν οὖν καιροῦ λάβωμαι, ἀποδρὰς ἀφίξομαι πρὸς σέ. » Ταῦτα μὲν ἐδήλου ἡ ἐπιστολή, καὶ περὶ ἡμῶν, ὅπως ξενισθῶμεν.

36. Ἐγὼ δὲ προελθὼν ὀλίγον ἀπὸ τῆς θαλάττης εὗρον τὸ σπήλαιον τοιοῦτον οἷον Ὅμηρος εἶπε, καὶ αὐτὴν ταλασιουργοῦσαν. Ὡς δὲ τὴν ἐπιστολὴν ἔλαβε καὶ ἐπελέξατο, πρῶτα μὲν ἐπὶ πολὺ ἐδάκρυεν, ἔπειτα δὲ παρεκάλει ἡμᾶς ἐπὶ ξενίᾳ καὶ εἱστία λαμπρῶς καὶ περὶ τοῦ Ὀδυσσέως ἐπυνθάνετο καὶ περὶ τῆς Πηνελόπης, ὁποία τε εἴη τὴν ὄψιν καὶ εἰ σωφρονοίη, καθάπερ Ὀδυσσεὺς πάλαι περὶ αὐτῆς ἐκόμπαζε· καὶ ἡμεῖς τοιαῦτα ἀπεκρινάμεθα, ἐξ ὧν εἰκάζομεν εὐφρανεῖσθαι αὐτήν.

37. Τότε μὲν οὖν ἀπελθόντες ἐπὶ τὴν ναῦν πλησίον ἐπὶ τῆς ᾐόνος ἐκοιμήθημεν, ἕωθεν δὲ ἀνηγόμεθα σφοδρότερον κατιόντος τοῦ πνεύματος· καὶ δὴ χειμασθέντες ἡμέρας δύο τῇ τρίτῃ περιπίπτομεν τοῖς Κολοκυνθοπειραταῖς. Ἄνθρωποι δέ εἰσιν οὗτοι ἄγριοι ἐκ τῶν πλησίον νήσων λῃστεύοντες τοὺς παραπλέοντας. Τὰ πλοῖα δ' ἔχουσι μεγάλα κολοκύνθινα τὸ μῆκος πήχεων ἑξήκοντα· ἐπειδὰν γὰρ ξηράνωσι τὴν κολόκυνθαν, κοιλάναντες αὐτὴν καὶ ἐξελόντες τὴν ἐντεριώνην ἐμπλέουσιν, ἱστοῖς μὲν χρώμενοι καλαμίνοις, ἀντὶ δὲ τῆς ὀθόνης τῷ φύλλῳ τῆς κολοκύνθης. Προσβαλόντες οὖν ἡμῖν ἀπὸ δύο πληρωμάτων ἐμάχοντο καὶ πολλοὺς κατετραυμάτιζον βάλλοντες τῷ σπέρματι τῶν κολοκυνθῶν. Ἀγχωμάλως δ' ἐπὶ πολὺ ναυμαχοῦντες περὶ μεσημβρίαν εἴδομεν κατόπιν τῶν Κολοκυνθοπειρατῶν προσπλέοντας τοὺς Καρυοναύτας. Πολέμιοι δ' ἦσαν ἀλλήλοις, ὡς ἔδειξαν· ἐπεὶ γὰρ ἐκεῖνοι ᾔσθοντο αὐτοὺς ἐπιόντας, ἡμῶν μὲν ὠλιγώρησαν, τραπόμενοι δ' ἐπ' ἐκείνους ἐναυμάχουν.

38. Ἡμεῖς δ' ἐν τοσούτῳ ἐπάραντες τὴν ὀθόνην ἐφεύγομεν ἀπολιπόντες αὐτοὺς μαχομένους. Καὶ δῆλοι ἦσαν κρατήσοντες οἱ Καρυοναῦται ἅτε καὶ πλείους — πέντε γὰρ εἶχον πληρώματα — καὶ ἀπὸ ἰσχυροτέρων νεῶν μαχόμενοι· τὰ γὰρ πλοῖα ἦν αὐτοῖς κελύφη, καρύων ἡμίτομα, κεκενωμένα, μέγεθος δ' ἑκάστου

35. Dies igitur triginta noctesque totidem apud illa mansimus, dormientes et cœnantes. Deinde vero, tonitru subito erumpente maximo excitati et exsilientes, cibariis navi impositis, solvimus. Tertio inde die ad Ogygiam insulam appulsi escendimus. Prius autem ego soluta epistola, quæ scripta in ea fuerant, legi. Erant ejusmodi : ULIXES CALYPSONI S. Noveris me, quum primum abs te navicula constructa avectus essem, facto naufragio, vix servatum a Leucothea in Phæacum regionem; a quibus domum dimissus, procos uxoris multos deprehendi, luxuriose nostris rebus fruentes : interfectis vero omnibus, deinde a Telegono, qui ex Circe mihi natus fuerat, interemtus sum, et nunc in Beatorum versor insula. Valde autem me pœnitet reliquisse illam apud te commorationem, promissamque a te immortalitatem. Si igitur opportunitatem nactus fuero, fugam capessam, atque ad te veniam. » Hæc significabat epistola, prætereaque de nobis aliquid, ut hospitaliter tractaremur.

36. Ego vero aliquantum progressus a mari, speluncam inveni talem, qualem Homerus dixerat, ipsamque intentam lanificio. Quum vero sumtam epistolam perlegisset, primo quidem multum lacrimarum fudit; deinde in hospitium nos invitavit, accepitque splendide, ac de Ulysse interrogavit, et de Penelope, qualis esset facie, et adeone casta esset, prout Ulixes olim de illa sit gloriatus. Nos respondimus ea, quibus delectari illam conjiceremus.

37. Tum reversi in navim prope litus dormivimus : mane vero, vehementiori ingruente vento, solvimus. Biduo inde tempestatibus jactati, die tertio in Colocynthopiratas incidimus. Hi sunt homines feri, de propinquis insulis latrocinia exercentes contra hos qui prætemavigant. Naves habent magnas de colocynthide, longitudine cubitorum sexaginta. Quum enim siccatæ sunt cucurbitæ et excavatæ, demtis medullis, in iis navigant, malis utentes arundineis, pro velo autem foliis colocynthidis. Hi igitur impetu in nos facto, duarum navium sociis pugnant, multosque vulnerant, jaculantes cucurbitarum seminibus. Quum diu æquo Marte pugnassemus, circa meridiem videmus a tergo Colocynthopiratarum adnavigantes Caryonautas (*Nucinautas*). Erant autem, ut demonstrarunt, inimici invicem : nam illi quum adventare hos sentirent, omissis nobis, conversi ad ipsos pugnarunt de navibus.

38. Nos interim velo sublato fugimus, pugnantesque eos reliquimus. Et apparebat victores futuros Caryonautas, ut plures (plenas enim sociis quinque naves habebant), pugnabantque de robustioribus navigiis. Nempe naves ipsis erant de putaminibus, dimidiatæ nuces et excavatæ : magnitudo uniuscujusque nucis dimidiæ in longum passus

ἡμιτόμου ἐς μῆκος ὀργυιαὶ πεντεκαίδεκα. Ἐπεὶ δ' ἀπεκρύψαμεν αὐτοὺς, ἰώμεθά τε τοὺς τραυματίας καὶ τὸ λοιπὸν ἐν τοῖς ὅπλοις ἦμεν ὡς ἐπίπαν ἀεί τινας ἐπιβουλὰς προσδεχόμενοι· οὐ μάτην.

39. Οὔπω γοῦν ἐδεδύκει ὁ ἥλιος, καὶ ἀπό τινος ἐρήμου νήσου προσήλαυνον ἡμῖν ὅσον εἴκοσιν ἄνδρες ἐπὶ δελφίνων μεγάλων ὀχούμενοι, λῃσταὶ καὶ οὗτοι· καὶ οἱ δελφῖνες αὐτοὺς ἔφερον ἀσφαλῶς, καὶ ἀναπηδῶντες ἐχρεμέτιζον ὥσπερ ἵπποι. Ἐπεὶ δὲ πλησίον ἦσαν, διαστάντες οἱ μὲν ἔνθεν, οἱ δὲ ἔνθεν ἔβαλλον ἡμᾶς σηπίαις ξηραῖς καὶ ὀφθαλμοῖς καρκίνων. Τοξευόντων δὲ καὶ ἡμῶν καὶ ἀκοντιζόντων οὐκέτι ὑπέμειναν, ἀλλὰ τρωθέντες οἱ πολλοὶ αὐτῶν πρὸς τὴν νῆσον κατέφυγον.

40. Περὶ δὲ τὸ μεσονύκτιον γαλήνης οὔσης ἐλάθομεν προσοκείλαντες ἀλκυόνος καλιᾷ παμμεγέθει· σταδίων γοῦν ἦν αὕτη ἑξήκοντα τὸ περίμετρον· ἐπέπλει δὲ ἡ ἀλκυὼν τὰ ᾠὰ θάλπουσα οὐ πολὺ μείων τῆς καλιᾶς. Καὶ δὴ ἀναπταμένη μικροῦ μὲν κατέδυσε τὴν ναῦν τῷ ἀνέμῳ τῶν πτερῶν· ᾤχετο δ' οὖν φεύγουσα γοεράν τινα φωνὴν προϊεμένη. Ἐσβάντες δὲ ἡμεῖς ἡμέρας ἤδη ὑποφαινούσης ἐθεώμεθα τὴν καλιὰν σχεδίᾳ μεγάλῃ προσεοικυῖαν ἐκ δένδρων μεγάλων συμπεφορημένην· ἐπῆν δὲ καὶ ᾠὰ πεντακόσια, ἕκαστον αὐτῶν Χίου πίθου περιπληθέστερον. Ἤδη μέντοι καὶ οἱ νεοττοὶ ἔνδοθεν ἐφαίνοντο καὶ ἔκρωζον. Πελέκεσιν οὖν διακόψαντες ἓν τῶν ᾠῶν νεοττὸν ἄπτερον ἐξεκολάψαμεν εἴκοσι γυπῶν ἁδρότερον.

41. Ἐπεὶ δὲ πλέοντες ἀπείχομεν τῆς καλιᾶς ὅσον σταδίους διακοσίους, τέρατα ἡμῖν μεγάλα καὶ θαυμαστὰ ἐπεσήμανεν· ὅ τε γὰρ ἐν τῇ πρύμνῃ χηνίσκος ἄφνω ἐπτερύξατο καὶ ἀνεβόησε, καὶ ὁ κυβερνήτης ὁ Σκίνθαρος φαλακρὸς ἤδη ὢν ἀνεκόμησε, καὶ τὸ πάντων δὴ παραδοξότατον, ὁ γὰρ ἱστὸς τῆς νεὼς ἐξεβλάστησε καὶ κλάδους ἀνέφυσε καὶ ἐπὶ τῷ ἄκρῳ ἐκαρποφόρησεν, ὁ δὲ καρπὸς ἦν σῦκα καὶ σταφυλὴ μέλαινα, οὔπω πέπειρος. Ταῦτα ἰδόντες ὡς τὸ εἰκὸς ἐταράχθημεν καὶ ηὐχόμεθα τοῖς θεοῖς ἀποτρέψαι τὸ ἀλλόκοτον τοῦ φαντάσματος.

42. Οὔπω δὲ πεντακοσίους σταδίους διελθόντες εἴδομεν ὕλην μεγίστην καὶ λάσιον πιτύων καὶ κυπαρίττων. Καὶ ἡμεῖς μὲν εἰκάσαμεν ἤπειρον εἶναι· τὸ δὲ ἦν πέλαγος ἄβυσσον ἀρρίζοις δένδροις καταπεφυτευμένον· εἱστήκει δὲ τὰ δένδρα ὅμως ἀκίνητα, ὀρθὰ καθάπερ ἐπιπλέοντα. Πλησιάσαντες γοῦν καὶ τὸ πᾶν κατανοήσαντες ἐν ἀπόρῳ εἰχόμεθα τί χρὴ δρᾶν· οὔτε γὰρ διὰ τῶν δένδρων πλεῖν δυνατὸν ἦν — πυκνὰ γὰρ καὶ προσεχῆ ὑπῆρχεν — οὔτ' ἀναστρέφειν ἐδόκει ῥᾴδιον. Ἐγὼ δ' ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ μέγιστον δένδρον ἀπεσκόπουν τὰ ἐπέκεινα ὅπως ἔχοι, καὶ ἑώρων ἐπὶ σταδίους μὲν πεντήκοντα ἢ ὀλίγῳ πλείους τὴν ὕλην οὖσαν, ἔπειτα δὲ αὖθις ἕτερον ὠκεανὸν ἐκδεχόμενον. Καὶ δὴ ἐδόκει ἡμῖν ἀναθεμένους τὴν ναῦν ἐπὶ τὴν κόμην τῶν δένδρων — πυκνὴ δὲ ἦν — ὑπερβιβάσαι, εἰ δυναίμεθα, ἐς τὴν θάλατταν τὴν ἑτέραν· καὶ οὕτως ἐποιοῦμεν. Ἐκδήσαντες γὰρ αὐτὴν

quindecim. E conspectu horum quum venissemus, curabamus saucios, atque ab eo tempore in armis plerumque eramus, semper aliquas suspicati insidias. Neque frustra.

39. Nondum enim sol occiderat, quum a deserta quadam insula versus nos perrexere viri circiter viginti, delphinis magnis vecti. Latrones hi quoque : delphini autem eos tuto ferebant, exsultantesque equorum instar hinniebant. Quum vero prope essent, ex intervallo hinc illinc consistentes, jaculati in nos sunt sepias siccatas et oculos cancrorum. Nobis vero sagittas et jacula mittentibus, non durarunt, sed vulnerati plerique eorum confugerunt ad insulam.

40. Circa mediam noctem, tranquillo mari, imprudentes offendimus ad halcyonis nidum maximum; stadiorum circiter sexaginta erat illi ambitus : vehebatur autem in eo halcyon ova incubans, non multo minor nido suo. Atque illa evolans parum aberat quin mergeret navim nostram vento alarum : aufugiebat autem lugubrem vocem edens. Descendimus nos quum jam illucesceret, nidumque inspeximus, magnæ rati similem, constructæ ex arboribus magnis : inerant vero ova quingenta, Chio dolio unumquodque capacius. Jam quidem pulli intus apparebant et crocitabant. Securibus igitur ovo uno rescisso, pullum implumem extudimus, vulturibus viginti ampliorem.

41. Quum vero navigando discessissemus a nido ad ducenta stadia, portenta nobis magna et mirifica evenere. Nam cheniscus (*anserculus*) in prora subito concussis alis clamorem edidit, et gubernatori Scintharo calvo redire cœperunt comæ; quodque omnium jam admirabilissimum, malus navis germinavit, et emisit ramos, et in summo fructus tulit. Fructus erat ficus, et uva magna, nondum matura. Hæc videntes perturbati sumus, ut facile est ad existimandum, et deos rogavimus, ut averterent, si quid mali visum hoc portenderet.

42. Nondum quingenta stadia provecti eramus, quum silvam vidimus maximam et densam, pinuum et cupressorum. Ac nos quidem putabamus continentem eam esse : at illud pelagus erat profundum, arboribus radice carentibus consitum : stabant arbores nihilominus immotæ, quasi rectæ innatantes. Appropinquantes igitur, universa re considerata, in dubio eramus quid agendum esset : neque enim navigari per arbores poterat, quæ densæ essent et continuæ : neque reverti facile videbatur. Ego vero, conscensa arbore maxima, prospexi quomodo ulteriora se haberent, ac vidi ad stadia quinquaginta aut paullo plura esse silvam : tum mare rursus excipere aliud. Itaque placuit navim in comas arborum (densæ enim erant) impositam traducere, si possemus, in mare alterum. Idque fecimus. Revinctam enim

κάλῳ μεγάλῳ καὶ ἀνελθόντες ἐπὶ τὰ δένδρα μόλις ἐνιμησάμεθα, καὶ θέντες ἐπὶ τῶν κλάδων, πετάσαντες τὰ ἱστία καθάπερ ἐν θαλάττῃ ἐπλέομεν τοῦ ἀνέμου προωθοῦντος ἐπισυρόμενοι· ἔνθα δὴ καὶ τὸ Ἀντιμάχου τοῦ ποιητοῦ ἔπος ἐπεισῆλθε· φησὶ γάρ που κἀκεῖνος·

Τοῖσιν δ' ὑλήεντα διὰ πλόον ἐρχομένοισι.

43. Βιασάμενοι δ' ὅμως τὴν ὕλην ἀφικόμεθα ἐς τὸ ὕδωρ, καὶ πάλιν ὁμοίως καταθέντες τὴν ναῦν ἐπλέομεν διὰ καθαροῦ καὶ διαυγοῦς ὕδατος, ἄχρι δὴ ἐπέστημεν χάσματι μεγάλῳ ἐκ τοῦ ὕδατος διεστῶτος γεγενημένῳ, καθάπερ ἐν τῇ γῇ πολλάκις ὁρῶμεν ὑπὸ σεισμῶν γιγνόμενα διαχωρίσματα. Ἡ μὲν οὖν ναῦς καθελόντων ἡμῶν τὰ ἱστία οὐ ῥᾳδίως ἔστη παρ' ὀλίγον ἐλθοῦσα κατενεχθῆναι. Ὑπερκύψαντες δὲ ἡμεῖς ἑωρῶμεν βάθος ὅσον σταδίων χιλίων μάλα φοβερὸν καὶ παράδοξον· εἱστήκει γὰρ τὸ ὕδωρ ὥσπερ μεμερισμένον· περιβλέποντες δὲ ὁρῶμεν κατὰ δεξιὰ οὐ πάνυ πόρρωθεν γέφυραν ἐπεζευγμένην ὕδατος συνάπτοντος τὰ πελάγη κατὰ τὴν ἐπιφάνειαν, ἐκ τῆς ἑτέρας θαλάττης ἐς τὴν ἑτέραν διαρρέοντος. Προσελάσαντες οὖν ταῖς κώπαις κατ' ἐκεῖνο παρεδράμομεν καὶ μετὰ πολλῆς ἀγωνίας ἐπεράσαμεν οὔποτε προσδοκήσαντες.

44. Ἐντεῦθεν ἡμᾶς ὑπεδέχετο πέλαγός τε προσηνὲς καὶ νῆσος οὐ μεγάλη, εὐπρόσιτος, συνοικουμένη· ἐνέμοντο δὲ αὐτὴν ἄγριοι ἄνθρωποι, Βουκέφαλοι, κέρατα ἔχοντες, οἷον παρ' ἡμῖν τὸν Μινώταυρον ἀναπλάττουσιν. Ἀποβάντες δὲ προῄειμεν ὑδρευσόμενοι καὶ σιτία ληψόμενοι, εἴ ποθεν δυνηθείημεν· οὐκέτι γὰρ εἴχομεν. Καὶ ὕδωρ μὲν αὐτοῦ πλησίον εὕρομεν, ἄλλο δὲ οὐδὲν ἐφαίνετο, πλὴν μυκηθμὸς πολὺς οὐ πόρρωθεν ἠκούετο. Δόξαντες οὖν ἀγέλην εἶναι βοῶν, κατ' ὀλίγον προχωροῦντες ἐπέστημεν τοῖς ἀνθρώποις. Οἱ δὲ ἰδόντες ἡμᾶς ἐδίωκον, καὶ τρεῖς μὲν τῶν ἑταίρων λαμβάνουσιν, οἱ δὲ λοιποὶ πρὸς τὴν θάλατταν κατεφεύγομεν. Εἶτα μέντοι πάντες ὁπλισάμενοι — οὐ γὰρ ἐδόκει ἡμῖν ἀτιμωρήτους περιιδεῖν τοὺς φίλους — ἐμπίπτομεν τοῖς Βουκεφάλοις τὰ κρέα τῶν ἀνῃρημένων διαιρουμένοις· βοήσαντες δὲ πάντες ἐδιώκομεν, καὶ κτείνομέν τε ὅσον πεντήκοντα καὶ ζῶντας αὐτῶν δύο λαμβάνομεν, καὶ αὖθις ὀπίσω ἀνεστρέψαμεν τοὺς αἰχμαλώτους ἔχοντες. Σιτίον μέντοι οὐδὲν εὕρομεν. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι παρῄνουν ἀποσφάττειν τοὺς εἰλημμένους, ἐγὼ δὲ οὐκ ἐδοκίμαζον, ἀλλὰ δήσας ἐφύλαττον αὐτούς, ἄχρι δὴ ἀφίκοντο παρὰ τῶν Βουκεφάλων πρέσβεις αἰτοῦντες ἐπὶ λύτροις τοὺς συνειλημμένους· συνίεμεν γὰρ αὐτῶν διανευόντων καὶ γοερόν τι μυκωμένων ὥσπερ ἱκετευόντων. Τὰ λύτρα δ' ἦν τυροὶ πολλοὶ καὶ ἰχθῦς ξηροὶ καὶ κρόμμυα καὶ ἔλαφοι τέτταρες, τρεῖς ἑκάστη πόδας ἔχουσα, δύο μὲν τοὺς ὄπισθεν, οἱ δὲ πρόσω εἰς ἕνα συνεπεφύκεισαν. Ἐπὶ τούτοις ἀποδόντες τοὺς συνειλημμένους καὶ μίαν ἡμέραν ἐπιμείναντες ἀνήχθημεν.

45. Ἤδη δὲ ἰχθύες τε ἡμῖν ἐφαίνοντο καὶ ὄρνεα παρεπέτετο καὶ ἄλλ' ὁπόσα γῆς πλησίον οὔσης σημεῖα,

magno fune, arboribus conscensis, magno labore eo pertraximus, ramisque eam superimposuimus, ubi velis passis velut in mari navigavimus, vento impellente promoti. Hic mihi Antimachi poetæ versus in mentem venit, qui ait alicubi :

Per silvestre illis navi venientibus æquor.

43. Superata tamen silva, ad aquam pervenimus, ubi similiter demissa iterum navi per puram pellucidamque aquam navigavimus, donec ad hiatum consisteremus magnum ex aqua discedente ortum, ut in terra sæpe videmus a motu illius factas discessiones. Navis quidem nostra, vela nobis contrahentibus, non facile stetit, quum parum abesset quin deferretur. Nos vero capitibus porrectis despicientes, profundum videbamus vel mille stadiorum, terribile admodum atque incredibile : stabat enim aqua velut divisa. Sed circumspicientes ad dextram videmus e longinquo pontem injunctum ex aqua, quæ jungeret utriusque pelagi summas oras, et ex uno mari in alterum transflueret. Huc igitur agitantes navim remis cursum fleximus, multoque labore trajecimus, quod nunquam speraveramus.

44. Hinc excepit nos mare placidum et insula non magna, accessu facilis, habitata. Habebant illam homines feri, Bucephali (*Tauricipites*), cornua habentes, qualem apud nos fingunt Minotaurum. Quum escendissemus, aquatum perreximus, etiam ciborum aliquid inde, si possemus, ablaturi; non enim amplius habebamus. Et aquam quidem ibi in proximo inveniebamus, aliud vero nihil apparebat, præterquam quod mugitus multus non ex longinquo audiebatur. Quum igitur boum gregem esse putaremus, paullum pergressi, stamus apud homines. At illi conspectos nos persequuntur, ac tres quidem sociorum nostrorum comprehendunt; reliqui vero ad mare confugimus. Deinde universi armis captis (neque enim placebat inultos negligere amicos) irruimus in Bucephalos carnes interfectorum dividentes, atque in terrorem conjectos universos persequimur, eorumque circiter quinquaginta interficimus, duosque capimus vivos. Sic revertimus cum captivis : cibi vero nihil inveneramus. Reliqui igitur hortabantur ut captos interficeremus; ego vero hoc non probavi, sed vinctos asservabam, dum venirent a Bucephalis legati, qui pretio comprehensos repeterent : intelligebamus quippe illos innuentes ac lugubre quiddam, suppliciter rogantium instar, mugientes. Pretium vero redemtionis erant casei multi, et sicci pisces, et cepæ, et cervi quattuor, trium singuli pedum, quum binos quidem posteriores haberent, priores autem in unum coalitos. Pro his quum reddidissemus captivos, et diem unum essemus morati, solvimus.

45. Jamque pisces in conspectum venire, et circumvolare aves, aliaque, quotquot sunt terræ propinquæ signa,

προὐφαίνετο. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ἄνδρας εἴδομεν καινῷ τρόπῳ ναυτιλίας χρωμένους· αὐτοὶ γὰρ καὶ ναῦται καὶ νῆες ἦσαν. Λέξω δὲ τοῦ πλοῦ τὸν τρόπον· ὕπτιοι κείμενοι ἐπὶ τοῦ ὕδατος ὀρθώσαντες τὰ αἰδοῖα — μεγάλα δὲ φέρουσιν — ἐξ αὐτῶν ὀθόνην πετάσαντες καὶ ταῖς χερσὶ τοὺς ποδεῶνας κατέχοντες ἐμπίπτοντος τοῦ ἀνέμου ἔπλεον. Ἄλλοι δὲ μετὰ τούτους ἐπὶ φελλῶν καθήμενοι ζεύξαντες δύο δελφῖνας ἤλαυνόν τε καὶ ἡνιόχουν· οἱ δὲ προϊόντες ἐπεφέροντο τοὺς φελλούς. Οὗτοι ἡμᾶς οὔτε ἠδίκουν οὔτε ἔφευγον, ἀλλ' ἤλαυνον ἀδεῶς τε καὶ εἰρηνικῶς τὸ εἶδος τοῦ ἡμετέρου πλοίου θαυμάζοντες καὶ πάντοθεν περισκοποῦντες.

46. Ἑσπέρας δὲ ἤδη προσήχθημεν νήσῳ οὐ μεγάλῃ· κατῴκητο δὲ αὕτη ὑπὸ γυναικῶν, ὡς ἐνομίζομεν, Ἑλλάδα φωνὴν προϊεμένων· προσῄεσαν γὰρ καὶ ἐδεξιοῦντο καὶ ἠσπάζοντο, πάνυ ἑταιρικῶς κεκοσμημέναι καὶ καλαὶ πᾶσαι καὶ νεάνιδες, ποδήρεις τοὺς χιτῶνας ἐπισυρόμεναι. Ἡ μὲν οὖν νῆσος ἐκαλεῖτο Καββαλοῦσα, ἡ δὲ πόλις Ὑδραμαρδία. Λαβοῦσαι δ' οὖν ἡμᾶς αἱ γυναῖκες ἑκάστη πρὸς ἑαυτὴν ἀπῆγε καὶ ξένον ἐποιεῖτο. Ἐγὼ δὲ μικρὸν ὑποστὰς — οὐ γὰρ χρηστὰ ἐμαντευόμην — ἀκριβέστερόν τε περιβλέπων ὁρῶ πολλῶν ἀνθρώπων ὀστᾶ καὶ κρανία κείμενα· καὶ τὸ μὲν βοὴν ἱστάναι καὶ τοὺς ἑταίρους συγκαλεῖν καὶ ἐς τὰ ὅπλα χωρεῖν οὐκ ἐδοκίμαζον. Προχειρισάμενος δὲ τὴν μαλάχην πολλὰ ηὐχόμην αὐτῇ διαφυγεῖν ἐκ τῶν παρόντων κακῶν. Μετ' ὀλίγον δὲ τῆς ξένης διακονουμένης εἶδον τὰ σκέλη οὐ γυναικὸς, ἀλλ' ὄνου ὁπλάς· καὶ δὴ σπασάμενος τὸ ξίφος συλλαμβάνω τε ταύτην καὶ δήσας περὶ τῶν ὅλων ἀνέκρινον. Ἡ δὲ, ἄκουσα μὲν, εἶπε δὲ ὅμως, αὐτὰς μὲν εἶναι θαλαττίους γυναῖκας Ὀνοσκελέας προσαγορευομένας, τροφὴν δὲ ποιεῖσθαι τοὺς ἐπιδημοῦντας ξένους. Ἐπειδὰν γὰρ, ἔφη, μεθύσωμεν αὐτοὺς, συνευνηθεῖσαι κοιμωμένοις ἐπιχειροῦμεν. Ἀκούσας δὲ ταῦτα ἐκείνην μὲν αὐτοῦ κατέλιπον δεδεμένην, αὐτὸς δὲ ἀνελθὼν ἐπὶ τὸ στέγος ἐβόων τε καὶ τοὺς ἑταίρους συνεκάλουν. Ἐπεὶ δὲ συνῆλθον, τὰ πάντα ἐμήνυον αὐτοῖς καὶ τά τε ὀστᾶ ἐδείκνυον καὶ ἦγον ἔσω πρὸς τὴν δεδεμένην· ἡ δὲ αὐτίκα ὕδωρ ἐγένετο καὶ ἀφανὴς ἦν. Ὅμως δὲ τὸ ξίφος ἐς τὸ ὕδωρ καθῆκα πειρώμενος· τὸ δὲ αἷμα ἐγένετο.

47. Ταχέως οὖν ἐπὶ ναῦν κατελθόντες ἀπεπλεύσαμεν· καὶ ἐπεὶ ἡμέρα ὑπηύγαζε τὴν ἤπειρον ἀποβλεπόμενοι εἰκάζομεν εἶναι τὴν ἀντιπέραν τῇ ὑφ' ἡμῶν οἰκουμένῃ κειμένην. Προσκυνήσαντες δ' οὖν καὶ προσευξάμενοι περὶ τῶν μελλόντων ἐσκοποῦμεν, καὶ τοῖς μὲν ἐδόκει ἐπιβᾶσι μόνον αὖθις ὀπίσω ἀναστρέφειν, τοῖς δὲ τὸ μὲν πλοῖον αὐτοῦ καταλιπεῖν, ἀνελθόντας δὲ ἐς τὴν μεσόγαιαν πειραθῆναι τῶν ἐνοικούντων. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα ἐλογιζόμεθα, χειμὼν σφοδρὸς ἐπιπεσὼν καὶ προσαράξας τὸ σκάφος τῷ αἰγιαλῷ διέλυσεν. Ἡμεῖς δὲ μόλις ἐξενηξάμεθα τὰ ὅπλα ἕκαστος καὶ εἴ τι ἄλλο οἷός τε ἦν ἁρπασάμενοι.

Ταῦτα μὲν οὖν τὰ μέχρι τῆς ἑτέρας γῆς συνενεχθέντα μοι ἐν τῇ θαλάττῃ καὶ παρὰ τὸν πλοῦν ἐν ταῖς νήσοις

apparere. Paullo post videmus viros novo navigandi genere utentes : iidem enim et nautæ erant et naves. Dicam vero navigationis rationem. Supini in aqua jacentes pudenda erigunt; habent autem luculenta : ex his porro velum pandentes, manibusque tenentes funes veli inferiores, vento implente navigabant. Alii post hos insidentes suberibus, duos delphinos junctos agebant regebantque habenis, qui progressi traherent post se subera. Hi neque injuria nos afficiebant, neque fugiebant, sed sine metu et pacate juxta nos vehebantur, speciem navigii nostri admirantes et perspicientes undique.

46. Vespera jam ingruebat, quum appulimus ad insulam non magnam. Habitabatur ea a mulieribus, ut putabamus, Græce loquentibus : accedentes enim nos prensabant et complectebantur, ornatæ more plane meretricio, formosæ omnes et juvenculæ, talaria vestimenta trahentes. Insula vocabatur Cabbalusa (*Dejiciens*); urbs autem Hydramardia. Assumtos igitur nos mulieres suam quæque domum deducere, suumque sibi facere hospitem. Ego autem cunctatus paullum, cui nihil boni præsagiret animus, et circumspiciens accuratius, video multorum hominum ossa jacere et crania. Et clamorem quidem tollere, et convocare socios, atque ad arma ire, non placuit. Malvam autem depromtam multis verbis obsecravi, ut effugere liceret ex malis præsentibus. Nec ita multo post ministrante hospita, video illius non mulieris crura, sed ungulas asini. Hic stricto ense illam comprehendo, vinctamque de rebus omnibus interrogabam. Illa invita quidem, sed dixit tamen, se marinas esse mulieres, et Onosceleas (*Asinicruras*) vocari : cibum sibi parare ex advenientibus hospitibus : Postquam enim, inquit, eos inebriavimus, in lectum ascitæ sopitos invadimus. His auditis, illam quidem vinctam ibi relinquo : conscenso autem tecto, clamore convoco socios : congregatis indico omnia, ossa ostendo, intra eos deduco ad vinctam. At illa statim in aquam diffluens, conspectum nostrum effugit. Tamen experimenti causa in ipsam aquam demisi gladium : hic aqua in sanguinem abiit.

47. Celeriter itaque ad navem digressi solvimus. Quum illucesceret, continente conspecta, conjecimus eam esse, quæ exadversum nostro orbi (trans Oceanum) jacet. Adoratione hic votisque peractis, quid deinde facto opus esset, deliberabamus. Atque aliis videbatur, post brevem descensum ut iterum nos retro redeamus; aliis autem, relicta ibi nave pergere versus mediterranea atque tentare inhabitantes. Dum ista disputamus, tempestas valida ingruens, et litori allidens navigium, illud dissolvit. Nos vix, arma quisque sua, et si quid forte aliud quis posset, eripientes, enatamus.

Hæc sunt quæ usque ad adventum in alteram illam tellurem contigere mihi in mari, et per navigationem, in in-

ἀέρι καὶ μετ' αὐτὰ ἐν τῷ κήτει καὶ ἐπειδὴ
, παρά τε τοῖς ἥρωσι καὶ τοῖς ὀνείροις καὶ τὰ
παρὰ τοῖς Βουκεφάλοις καὶ ταῖς Ὀνοσκελέαις·
τῆς γῆς ἐν τοῖς ἑξῆς βιβλίοις διηγήσομαι.

XXVIII.

ΤΥΡΑΝΝΟΚΤΟΝΟΣ.

ις εἰς τὴν ἀκρόπολιν ὡς ἀποκτενῶν τὸν τύραννον·
ὐχ εὗρε, τὸν δὲ υἱὸν αὐτοῦ ἀποκτείνας κατέλιπε τὸ
σώματι. Ἐλθὼν ὁ τύραννος καὶ τὸν υἱὸν ἰδὼν ἤδη
αὐτῷ ξίφει ἑαυτὸν ἀπέκτεινεν. Αἰτεῖ ὁ ἀνελθὼν καὶ
άννου υἱὸν ἀνελὼν γέρας ὡς τυραννοκτόνος.

τυράννους ἀποκτείνας, ὦ ἄνδρες δικασταί,
ας, τὸν μὲν ἤδη παρηβηκότα, τὸν δὲ ἀκμά-
πρὸς διαδοχὴν τῶν ἀδικημάτων ἑτοιμότερον,
ὅμως ἐπ' ἀμφοτέροις αἰτήσων δωρεὰν μόνος
οτε τυραννοκτόνων πληγῇ μιᾷ δύο πονηροὺς
σάμενος καὶ φονεύσας τὸν μὲν παῖδα τῷ ξίφει,
α δὲ τῇ πρὸς τὸν υἱὸν φιλοστοργίᾳ. Ὁ μὲν
νος ἀνθ' ὧν ἐποίησεν ἱκανὴν ἡμῖν δέδωκε τι-
ῶν μὲν τὸν υἱὸν ἐπιδὼν προανῃρημένον παρὰ
τήν, τελευταῖον δὲ ἠναγκασμένος, τὸ παραδο-
αὐτὸς αὑτοῦ γενέσθαι τυραννοκτόνος· ὁ παῖς δὲ
τέθνηκε μὲν ὑπ' ἐμοῦ, ὑπηρέτησε δέ μοι καὶ
πρὸς ἄλλον φόνον, ζῶν μὲν συναδικῶν τῷ
τὰ θάνατον δὲ πατροκτονήσας, ὡς ἐδύνατο.
ν μὲν οὖν τυραννίδα ὁ παύσας εἰμὶ ἐγὼ καὶ τὸ
άντα εἴργασται, ἐμόν, τὴν δὲ τάξιν ἐνήλλαξα
ν καὶ τὸν τρόπον ἐκαινοτόμησα τῆς τῶν πο-
λευτῆς, τὸν μὲν ἰσχυρότερον καὶ ἀμύνασθαι
αὐτὸς ἀνελών, τὸν γέροντα δὲ μόνῳ παρα-
τῷ ξίφει.
ὼ μὲν οὖν καὶ περιττότερόν τι ἐπὶ τούτοις
ήσεσθαί μοι παρ' ὑμῶν καὶ δωρεὰς λήψεσθαι
ς τοῖς ἀνῃρημένοις, ὡς ἂν οὐ τῶν παρόντων
ις ὑμᾶς μόνον, ἀλλὰ καὶ τῆς τῶν μελλόντων
πίδος, καὶ τὴν ἐλευθερίαν βέβαιον παρασχών,
αραλελειμμένου κληρονόμου τῶν ἀδικημάτων·
ὲ κινδυνεύω τοσαῦτα κατορθώσας ἀγέραστος
παρ' ὑμῶν καὶ μόνος στέρεσθαι τῆς παρὰ τῶν
οιβῆς, οὓς διεφύλαξα. Ὁ μὲν οὖν ἀντιλέγων
κεῖ μοι οὐ κηδόμενος, ὥς φησι, τῶν κοινῶν
εῖν, ἀλλ' ἐπὶ τοῖς τετελευτηκόσι λελυπημένος
όμενος τὸν ἐκείνοις τοῦ θανάτου αἴτιον γεγενη-

μεῖς δὲ ἀνάσχεσθέ μου, ὦ ἄνδρες δικασταί,
ον τὰ ἐν τῇ τυραννίδι καίπερ εἰδόσιν ὑμῖν ἀκρι-
ουμένου· καὶ γὰρ τὸ μέγεθος οὕτω μάθοιτ' ἂν
εσίας τῆς ἐμῆς, καὶ αὐτοὶ μᾶλλον εὐφρανεῖσθε
οι ὧν ἀπηλλάγητε. Οὐ γὰρ ὥσπερ ἄλλοις
συνέβη πολλάκις, ἁπλῆν καὶ ἡμεῖς τυραννίδα

sulis, et in aëre, et post hæc in ceto, et quum inde exiissemus, tum apud heroas, tum inter somnia, denique extrema illa apud Bucephalos ot Onosceleas : quæ vero in illa altera tellure gesta sint, ea proximis libris persequar.

XXVIII.

TYRANNICIDA.

Ascendit aliquis in arcem, tyrannum interfecturus. Et ipsum quidem non invenit : sed in filii ipsius a se occisi corpore reliquit gladium. Superveniens tyrannus, conspecto filio jam mortuo, eodem se gladio ipse interemit. Petit ille qui ascenderat, et filium tyranni interfecerat, præmium ut tyrannicida.

1. Qui duos eodem die tyrannos interfeci, judices, alterum vigoris annos jam egressum, florentem alterum ætate, et ad injuriarum successionem paratiorem, veni, unum tamen duorum causa petiturus præmium, unus ego omnium qui unquam fuere tyrannicidarum, ictu uno malos amolitus duos, qui interfecerim gladio filium, patrem vero naturali erga filium pietate. Ac tyrannus quidem dignas factis suis pœnas nobis dedit, qui vivus adhuc, circa finem vitæ, filium suum ante se interemtum conspexerit, tandemque, quod maxime admirabile est, suus ipse fieri tyrannicida coactus sit : filius autem illius mea quidem manu periit, sed mortuus tamen alterius mihi cædis fuit minister : qui vivus quidem injuriarum patris socius, post mortem vero suam parentis interfector, quatenus licuit, fuerit.

2. Tyrannidi ergo finem imposui ego, et gladius perfector omnium meus est : ordinem vero cædium immutavi et rationem interitus sceleratorum excogitavi novam : robustiorem et eum qui propugnare posset, ipse confeci; senem soli permisi gladio.

3. Ergo pro hisce factis ego etiam cumulatius quiddam a vobis mihi datum iri putabam, ac totidem me præmia accepturum, quot interfecti essent, quippe qui non præsentibus modo vos liberaverim, sed imminentium etiam spe malorum, libertatemque firmam præstiterim, nullo relicto injuriarum herede. Interim in periculum venio, ne post rem præclare adeo gestam discedam a vobis sine præmio, solusque legum, quas ab oppressione servavi, compensatione caream. Ac videtur meus iste adversarius non publicæ rei cura, ut præ se fert, hoc facere, sed quod dolet interfectis, et ulcisci cupit eum, qui causa illis mortis fuit.

4. Vos autem, judices, ferte me quæso paullulum, dum vobis, accurate licet scientibus, ea quæ sunt in tyrannide enarro : sic enim et magnitudinem beneficii mei cognoscetis, et ipsi magis gaudebitis, cogitantes quibus malis sitis liberati. Neque enim, ut aliis sæpe jam contigit, simplicem nos quoque tyrannidem et servitutem unam sustinuimus,

καὶ μίαν δουλείαν ὑπεμείναμεν, οὐδὲ ἑνὸς ὑπηνέγκαμεν ἐπιθυμίαν δεσπότου, ἀλλὰ μόνοι τῶν πώποτε τὰ ὅμοια δυστυχησάντων δύο ἀνθ' ἑνὸς τυράννους εἴχομεν καὶ πρὸς διττὰ οἱ δυστυχεῖς ἀδικήματα διῃρούμεθα. Μετριώτερος δὲ ὁ πρεσβύτης ἦν παρὰ πολὺ καὶ πρὸς τὰς ὀργὰς ἠπιώτερος καὶ πρὸς τὰς κολάσεις βραδύτερος καὶ πρὸς τὰς ἐπιθυμίας ἀμβλύτερος, ὡς ἂν ἤδη τῆς ἡλικίας τὸ μὲν σφοδρότερον τῆς ὁρμῆς ἐπεχούσης, τὰς δὲ τῶν ἡδονῶν ὀρέξεις χαλιναγωγούσης. Καὶ πρός γε τὴν ἀρχὴν τῶν ἀδικημάτων ὑπὸ τοῦ παιδὸς ἄκων προῆχθαι ἐλέγετο, οὐ πάνυ τυραννικὸς αὐτὸς ὤν, ἀλλ' εἴκων ἐκείνῳ· φιλότεκνος γὰρ ἐς ὑπερβολὴν ἐγένετο, ὡς ἔδειξε, καὶ πάντα ὁ παῖς ἦν αὐτῷ καὶ ἐκείνῳ ἐπείθετο καὶ ἠδίκει ὅσα κελεύοι καὶ ἐκόλαζεν οὓς προστάττοι καὶ πάντα ὑπηρέτει, καὶ ὅλως ἐτυραννεῖτο ὑπ' αὐτοῦ καὶ δορυφόρος τῶν τοῦ παιδὸς ἐπιθυμιῶν ἦν.

5. Ὁ νεανίας δὲ τῆς μὲν τιμῆς παρεχώρει καθ' ἡλικίαν ἐκείνῳ καὶ μόνου ἐξίστατο τοῦ τῆς ἀρχῆς ὀνόματος, τὸ δ' ἔργον τῆς τυραννίδος καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸς ἦν, καὶ τὸ μὲν πιστὸν καὶ ἀσφαλὲς ἀπ' αὐτοῦ παρεῖχε τῇ δυναστείᾳ, τὴν δ' ἀπόλαυσιν μόνος ἐκαρποῦτο τῶν ἀδικημάτων. Ἐκεῖνος ἦν ὁ τοὺς δορυφόρους συνέχων, ὁ τὴν φρουρὰν κρατύνων, ὁ τοὺς τυραννουμένους φοβῶν, ὁ τοὺς ἐπιβουλεύοντας ἐκκόπτων, ἐκεῖνος ὁ τοὺς ἐφήβους ἀνασπῶν, ὁ ἐνυβρίζων τοῖς γάμοις· ἐκείνῳ αἱ παρθένοι ἀνήγοντο, καὶ εἴ τινες σφαγαὶ καὶ εἴ τινες φυγαὶ καὶ χρημάτων ἀφαιρέσεις καὶ βάσανοι καὶ ὕβρεις, πάντα ταῦτα τολμήματα ἦν νεανικά. Ὁ γέρων δ' ἐκείνῳ ἠκολούθει καὶ συνηδίκει καὶ ἐπῄνει μόνον τὰ τοῦ παιδὸς ἀδικήματα, καὶ τὸ πρᾶγμα ἡμῖν ἀφόρητον καθειστήκει· ὅταν γὰρ αἱ τῆς γνώμης ἐπιθυμίαι τὴν ἐκ τῆς ἀρχῆς ἐξουσίαν προσλάβωσιν, οὐδένα ὅρον ποιοῦνται τῶν ἀδικημάτων.

6. Μάλιστα δὲ ἐκεῖνο ἐλύπει, τὸ εἰδέναι μακράν, μᾶλλον δὲ ἀΐδιον τὴν δουλείαν ἐσομένην καὶ ἐκ διαδοχῆς παραδοθησομένην τὴν πόλιν ἄλλοτε ἄλλῳ δεσπότῃ καὶ πονηρῶν κληρονόμημα γενησόμενον τὸν δῆμον· ὡς τοῖς γε ἄλλοις οὐ μικρά τις ἐλπὶς αὕτη, τὸ λογίζεσθαι καὶ πρὸς αὑτοὺς λέγειν, « ἀλλ' ἤδη παύσεται, ἀλλ' ἤδη τεθνήξεται καὶ μετ' ὀλίγον ἐλεύθεροι γενησόμεθα· » ἐπ' ἐκείνων δὲ οὐδὲν τοιοῦτον ἠλπίζετο, ἀλλ' ἑωρῶμεν ἤδη ἕτοιμον τὸν τῆς ἀρχῆς διάδοχον. Τοιγαροῦν οὐδ' ἐπιχειρεῖν τις ἐτόλμα τῶν γεννικῶν καὶ τὰ αὐτὰ ἐμοὶ προαιρουμένων, ἀλλ' ἀπέγνωστο παντάπασιν ἡ ἐλευθερία καὶ ἄμαχος ἡ τυραννὶς ἐδόκει πρὸς τοσούτους ἐσομένης τῆς ἐπιχειρήσεως.

7. Ἀλλ' οὐκ ἐμὲ ταῦτ' ἐφόβησεν οὐδὲ τὸ δυσχερὲς τῆς πράξεως λογισάμενος ἀπώκνησα οὐδὲ πρὸς τὸν κίνδυνον ἀπεδειλίασα, μόνος δέ, μόνος πρὸς οὕτως ἰσχυρὰν καὶ πολλὴν τυραννίδα, μᾶλλον δὲ οὐ μόνος, ἀλλὰ μετὰ τοῦ ξίφους ἀνῄειν τοῦ συμμεμαχημένου καὶ τὸ μέρος συντετυραννοκτονηκότος, πρὸ ὀφθαλμῶν μὲν τὴν τελευτὴν ἔχων, ἀλλαξόμενος δὲ ὅμως τὴν κοινὴν ἐλευθερίαν τῆς σφαγῆς τῆς ἐμῆς. Ἐντυχὼν δὲ τῇ πρώτῃ

neque unius cupiditatem domini toleravimus, sed soli omnium qui unquam in simili calamitate vixere, duos pro uno habebamus tyrannos et inter duplices injurias miseri distrahebamur. Moderatior autem multo erat senex, placidiorque ad iras, et ad supplicia tardior, hebetiorque ad cupiditates, quum jam ætas vehementiores impetus cohiberet, et voluptatum frenaret appetitiones. Quin ad initia injuriarum a filio præter voluntatem dicebatur impulsus, qui non valde tyrannico ipse ingenio esset, sed illi concederet, vir supra modum amans liberorum, quod facto suo comprobavit. Omnia ipsi filius, illi obsequi; quicquid ille imperaret, injuste agere; quos juberet ille, supplicio afficere; omnia illi ministrare : denique sub illius erat tyrannide et satelles cupiditatum filii.

5. At juvenis ætatis respectu honore isti cedebat soloque imperii nomine abstinebat : res tamen ipsa tyrannidis et caput erat ipse : tam, ut fida esset et secura potentia, a se præstabat, quam fructum injuriarum percipiebat solus. Ille erat qui satellites contineret, qui firmaret præsidia, qui subjectos tyrannidi terreret, qui insidiantes excideret, qui adolescentes exstirparet, qui contumelia nuptias afficeret : ad hunc deducebantur virgines; et si quæ cædes, si quæ exilia, et bonorum ereptiones, et tormenta, et contumeliæ, omnia hæc ausa erant juvenilia. Senex interim illi obsequi, injuriæ socius esse, laudare modo filii sui injusta facinora. Ita res eo adducta est ut jam tolerare amplius non possemus : quando enim cupiditates animi ab imperio nanciscuntur insuper potentiam, modum nullum injuriarum faciunt.

6. Maxime vero illud nos angebat, quod sciremus longam, potius vero æternam, futuram servitutem, et successione quadam traditum iri urbem alii post alium domino, malorumque hominum hereditatem fore populum. Nam ceteris quidem non parva hæc spes est, quum sic ducunt rationem et apud animum suum dicunt : « Veruntamen jam desinet, veruntamen jam morietur, et paullo post liberi nos erimus : » in illis vero tale nihil sperabatur, sed paratum jam videbamus imperii successorem. Igitur nec manum admovere operi quisquam ausus est generosorum alioquin hominum, qui eadem quæ ego cogitabant : sed spes omnis libertatis erat abjecta, invicta videbatur tyrannis, quum adversus ita multos conandum esset.

7. Me vero ista non terruerunt, neque difficultate operis perpensa conatum abjeci, neque ad periculi conspectum metu resilii : sed solus, solus inquam ad validam adeo et multiplicem tyrannidem; quin non solus, sed gladio meo comitatus escendi, qui auxilio mihi fuit et pro sua parte tyrannum una interfecit, mortem præ oculis quum haberem, cæde tamen mea communem libertatem redemturus. Quum autem in primum præsidium incidissem, nec sine difficul-

ουρᾷ καὶ τρεψάμενος οὐ ῥᾳδίως τοὺς δορυφόρους καὶ ν ἐντυγχάνοντα κτείνων καὶ τὸ ἀνθιστάμενον πᾶν αφθείρων ἐπὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἔργων ἱέμην, ἐπὶ ν μόνην τῆς τυραννίδος ἰσχὺν, ἐπὶ τὴν ὑπόθεσιν τῶν ιετέρων συμφορῶν· καὶ ἐπιστὰς τῷ τῆς ἀκροπόλεως ουρίῳ καὶ ἰδὼν γεννικῶς ἀμυνόμενον καὶ ἀνθιστάμε-ν πολλοῖς τραύμασιν ὅμως ἀπέκτεινα.

8. Καὶ ἡ μὲν τυραννὶς ἤδη καθῄρητο καὶ πέρας εἶχέ ι τὸ τόλμημα, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου πάντες ἦμεν ἐλεύ-ροι, ἐλείπετο δ' ὁ γέρων ἔτι μόνος, ἄνοπλος, ἀποβε-ηκὼς τοὺς φύλακας, ἀπολωλεκὼς τὸν μέγαν ἐκεῖνον υτοῦ δορυφόρον, ἔρημος, οὐδὲ γενναίας ἔτι χειρὸς ιος. Ἐνταῦθα τοίνυν πρὸς ἐμαυτὸν, ὦ ἄνδρες δικα-αὶ, τὰ τοιαῦτα ἐλογιζόμην· πάντ' ἔχει μοι καλῶς, ίντα πέπρακται, πάντα κατώρθωται. Τίνα ἂν ὁ ρίλοιπος κολασθείη τρόπον; ἐμοῦ μὲν γὰρ ἀνάξιός ἐστι ὶ τῆς ἐμῆς δεξιᾶς, καὶ μάλιστα ἐπ' ἔργῳ λαμπρῷ ὶ νεανικῷ καὶ γενναίῳ ἀνῃρημένος, καταισχύνων κά-ίνην τὴν σφαγήν· ἄξιον δέ τινα δεῖ ζητῆσαι δήμιον, λὰ μετὰ τὴν συμφορὰν, μηδὲ τὴν αὐτὴν κερδαίνειν. δέτω, κολασθήτω, παρακείμενον ἐχέτω τὸ ξίφος· ύτῳ τὰ λοιπὰ ἐντέλλομαι. Ταῦτα βουλευσάμενος ὐτὸς μὲν ἐκποδὼν ἀπηλλαττόμην, τὸ δὲ, ὅπερ ἐγὼ ροὐμαντευσάμην, διεπράξατο καὶ ἐτυραννοκτόνησε καὶ λος ἐπέθηκε τῷ ἐμῷ δράματι.

9. Πάρειμι οὖν κομίζων ὑμῖν τὴν δημοκρατίαν καὶ αρρεῖν ἤδη προκηρύττων ἅπασι καὶ τὴν ἐλευθερίαν ὐαγγελιζόμενος. Ἤδη οὖν ἀπολαύετε τῶν ἔργων τῶν ἐμῶν. Κενὴ μὲν, ὡς ὁρᾶτε, πονηρῶν ἡ ἀκρόπολις, ἐπιτάττει δὲ οὐδεὶς, ἀλλὰ καὶ τιμᾶν ἔξεστι καὶ δικάζειν καὶ ἀντιλέγειν κατὰ τοὺς νόμους, καὶ ταῦτα πάντα γεγένηται δι' ἐμὲ ὑμῖν καὶ διὰ τὴν τόλμαν τὴν ἐμὴν, κὰκ τοῦ ἑνὸς ἐκείνου φόνου, μεθ' ὃν οὐκέτι ζῆν πατὴρ ἐδύνατο. Ἀξιῶ δ' οὖν ἐπὶ τούτοις τὴν ὀφειλομένην δοθῆναί μοι παρ' ὑμῶν δωρεὰν, οὐ φιλοκερδὴς οὐδὲ μι-κρολόγος τις ὢν οὐδ' ἐπὶ μισθῷ τὴν πατρίδα εὐεργετεῖν προῃρημένος, ἀλλὰ βεβαιωθῆναί μοι βουλόμενος τὰ κατορθώματα τῇ δωρεᾷ καὶ μὴ διαβληθῆναι μηδ' ἄδο-ξον γενέσθαι τὴν ἐπιχείρησιν τὴν ἐμὴν ὡς ἀτελῆ καὶ γέρως ἀναξίαν κεκριμένην.

10. Οὑτοσὶ δὲ ἀντιλέγει καὶ φησὶν οὐκ εὔλογον ποιεῖν με τιμᾶσθαι θέλοντα καὶ δωρεὰν λαμβάνειν· οὐ γὰρ εἶναι τυραννοκτόνον οὐδὲ πεπρᾶχθαί μοί τι κατὰ τὸν νόμον, ἀλλ' ἐνδεῖν τί τῷ ἔργῳ τῷ ἐμῷ πρὸς ἀπαίτησιν τῆς δωρεᾶς. Πυνθάνομαι τοίνυν αὐτοῦ, τί λοιπὸν ἀπαιτεῖς παρ' ἡμῶν; οὐκ ἐβουλήθην; οὐκ ἀνῆλθον; οὐκ ἐφόνευσα; οὐκ ἠλευθέρωσα; μή τις ἐπιτάττει; μή τις κελεύει; μή τις ἀπειλεῖ δεσπότης; μή τίς με τῶν κα-κούργων διέφυγεν; οὐκ ἂν εἴποις. Ἀλλὰ πάντα εἰρή-νης μεστὰ καὶ πάντες οἱ νόμοι καὶ ἐλευθερία σαφὴς καὶ δημοκρατία βέβαιος καὶ γάμοι ἀνύβριστοι καὶ παῖδες ἀδεεῖς καὶ παρθένοι ἀσφαλεῖς καὶ ἑορτάζουσα τὴν κοι-νὴν εὐτυχίαν ἡ πόλις. Τίς οὖν ὁ τούτων ἁπάντων αἴτιος; τίς ὁ ἐκεῖνα μὲν παύσας, τὰ δὲ παρεσχημένος;

tate in fugam vertissem satellites, interfecto si quis occurreret, et quicquid obstaret trucidato, ad ipsum caput operum ivi, ad solum robur tyrannidis, ad calamitatum nostrarum argumentum. Imminens igitur huic arcis ipsius præsidio, videns illum fortiter pro se propugnantem et resistentem multis vulneribus, interfeci tamen.

8. Atque ipsa quidem tyrannis jam destructa erat et finem suum habuit meus mihi conatus : ab eo inde tempore omnes eramus liberi; supererat senex solus, inermis, amissis custodibus, amisso magno illo suo satellite, desertus, forti manu jam non amplius dignus. Hic igitur talia, judices, apud me agitabam : Bene jam habent mihi omnia : perfecta sunt omnia : feliciter ut oportebat omnia acta sunt. Quemadmodum vindicabitur ille relictus? me quidem et hac dextra indignus est, maxime si post facinus ita clarum et juvenile et generosum interficiatur, et illam quoque cædem dehonestet. Quærendus est autem dignus illo carnifex : neque post calamitatem æquum est, eandem istum lucrifacere. Videat : puniatur : adjacentem habeat gladium : huic mando reliqua. Hoc inito consilio, ipse e vestigio discessi : at ille, quod ego divinaveram, perfecit, occidit tyrannum, finem meæ actioni imposuit.

9. Adsum igitur, portans vobis populi imperium, et bono animo esse jubens universos, et lætum de libertate nuncium afferens. Jam ergo fructum percipite meorum operum : vacua, ut videtis, malis hominibus arx est : imperat nemo; sed honores dare licet, et in jus ire et contra dicere secundum leges. Atque hæc omnia mea vobis opera contigerunt, perque meam audaciam, et ex una illa cæde, post quam vivere pater non amplius potuit. Peto igitur pro his debitum dari mihi a vobis præmium, non lucri cupidus aut sordidus, qui mercede inductus bene de patria mereri voluerim; sed quod firmari mihi volo præmio isto rem bene gestam, nec detrahi de illa, aut ingloriam reddi susceptam a me actionem, velut imperfectam indignamque judicatam præmio.

10. At iste contra dicit, et præter rationem facere me ait, qui honorari postulem et accipere præmium : neque enim esse me tyrannicidam, neque peractum a me quicquam secundum legem; sed deesse aliquid operi meo ad id, ut postulare præmium possim. Interrogo igitur illum, Quid reliquum a me poscis? non volui? non escendi? non interfeci? non liberavi? numquis imperat? numquis jubet? numquis dominus minatur? numquis me maleficorum effugit? Non sane dixeris. Sed pace omnia plena, et leges valent omnes, et libertas liquida, et firmum populi imperium, et matrimonia contumeliis non obnoxia, et liberi metus expertes, et virgines securæ, et communis felicitatis causa festos dies agit civitas. Quis igitur auctor horum omnium? quis est qui istis omnibus finem imposuit, hæc præstitit? Si

Εἰ γάρ τίς ἐστι πρὸ ἐμοῦ τιμᾶσθαι δίκαιος, παραχωρῶ τοῦ γέρως, ἐξίσταμαι τῆς δωρεᾶς· εἰ δὲ μόνος ἐγὼ πάντα διεπραξάμην τολμῶν, κινδυνεύων, ἀνιών, ἀναιρῶν, κολάζων, δι' ἀλλήλων τιμωρούμενος, τί μου διαβάλλεις τὰ κατορθώματα; τί δαὶ ἀχάριστον πρός με τὸν δῆμον ποιεῖς εἶναι;

11. Οὐ γὰρ αὐτὸν ἐφόνευσας τὸν τύραννον· ὁ δὲ νόμος τυραννοκτόνῳ δίδωσι τὴν δωρεάν. Διαφέρει δέ, εἰπέ μοι, τί ἢ αὐτὸν ἀνελεῖν ἢ τοῦ θανάτου παρασχεῖν τὴν αἰτίαν; Ἐγὼ μὲν γὰρ οὐδὲν οἶμαι· ἀλλὰ τοῦτο μόνον ὁ νομοθέτης εἶδε, τὴν ἐλευθερίαν, τὴν δημοκρατίαν, τὴν τῶν δεινῶν ἀπαλλαγήν. Τοῦτ' ἐτίμησε, τοῦτ' ἄξιον ἀμοιβῆς ὑπέλαβεν, ὅπερ οὐκ ἂν εἴποις μὴ δι' ἐμὲ γεγενῆσθαι. Εἰ γὰρ ἐφόνευσα δι' ὃν ἐκεῖνος ζῆν οὐκ ἐδύνατο, αὐτὸς εἴργασμαι τὴν σφαγήν. Ἐμὸς ὁ φόνος, ἡ χεὶρ ἐκείνου. Μὴ τοίνυν ἀκριβολογοῦ ἔτι περὶ τοῦ τρόπου τῆς τελευτῆς μηδ' ἐξέταζε ὅπως ἀπέθανεν, ἀλλ' εἰ μηκέτ' ἐστίν, εἰ δι' ἐμὲ τὸ μηκέτ' εἶναι ἔχει· ἐπεὶ κἀκεῖνο προσεξετάσειν μοι δοκεῖς καὶ συκοφαντήσειν τοὺς εὐεργέτας, εἴ τις μὴ ξίφει, ἀλλὰ λίθῳ ἢ ξύλῳ ἢ ἄλλῳ τῳ τρόπῳ ἀπέκτεινε. Τί δαί, εἰ λιμῷ ἐξεπολιόρκησα τὸν τύραννον τὴν ἀνάγκην τῆς τελευτῆς παρέχων, ἀπῄτεις ἂν καὶ τότε παρ' ἐμοῦ αὐτόχειρα τὴν σφαγήν, ἢ ἐνδεῖν ἔλεγές μοί τι πρὸς τὸν νόμον, καὶ ταῦτα, χαλεπώτερον τοῦ κακούργου πεφονευμένου; Ἓν μόνον ἐξέταζε, τοῦτο ἀπαίτει, τοῦτο πολυπραγμόνει, τίς τῶν πονηρῶν λείπεται, ἢ τίς ἐλπὶς τοῦ φόβου ἢ τί ὑπόμνημα τῶν συμφορῶν; εἰ δὲ καθαρὰ πάντα καὶ εἰρηνικά, συκοφαντοῦντός ἐστι τῷ τρόπῳ τῶν πεπραγμένων χρώμενον ἀποστερεῖν ἐθέλειν τὴν ἐπὶ τοῖς πεπονημένοις δωρεάν.

12. Ἐγὼ καὶ τοῦτο μέμνημαι διηγορευμένον ἐν τοῖς νόμοις, ἐκτὸς εἰ μὴ διὰ τὴν πολλὴν δουλείαν ἐπιλέλησμαι τῶν ἐν αὐτοῖς εἰρημένων, αἰτίας θανάτου εἶναι διττάς, εἴ τις αὐτὸς ἀπέκτεινεν ἢ εἴ τις μὴ αὐτὸς μὲν ἀπέκτεινε μηδὲ τῇ χειρὶ ἔδρασε τὸ ἔργον, ἠνάγκασε δὲ καὶ παρέσχεν ἀφορμὴν τοῦ φόνου, τὰ ἴσα καὶ τοῦτον ἀξιοῖ ὁ νόμος αὐτὸν ἀντικολάζεσθαι, μάλα δικαίως· καὶ γὰρ ἠβούλετο τοῦ πεπραγμένου ἴσον γίγνεσθαι τὸ τῆς αἰτίας· καὶ περιττὴ λοιπὸν ἡ ἐξέτασις τοῦ τρόπου τῆς σφαγῆς. Εἶτα τὸν μὲν οὕτως ἀποκτείναντα κολάζειν ὡς ἀνδροφόνον δικαιοῖς καὶ οὐδαμῶς ἀφεῖσθαι θέλεις, τὸν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν τούτῳ τρόπον εὖ πεποιηκότα τὴν πόλιν οὐ τῶν ὁμοίων ἀξιώσεις τοῖς εὐεργέταις;

13. Οὐδὲ γὰρ ἐκεῖνο ἂν ἔχοις λέγειν, ὡς ἐγὼ μὲν ἁπλῶς αὐτὸ ἔπραξα, ἠκολούθησε δέ τι τέλος ἄλλως χρηστὸν ἐμοῦ μὴ θελήσαντος. Τί γὰρ ἔτι ἐδεδίειν τοῦ ἰσχυροτέρου πεφονευμένου; τί δὲ κατέλιπον τὸ ξίφος ἐν τῇ σφαγῇ, εἰ μὴ πάντως τὸ ἐσόμενον αὐτὸ προεμαντευόμην; ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὡς οὐ τύραννος τεθνεὼς ἦν οὐδὲ ταύτην εἶχε τὴν προσηγορίαν, οὐδὲ δωρεὰς ἐπ' αὐτῷ πολλάς, εἰ ἀποθάνοι, ἡδέως ἂν ὑμεῖς ἐδώκατε. Ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. Εἶτα τοῦ τυράννου πεφονευμένου τῷ τὴν αἰτίαν παρασχόντι τῆς σφαγῆς οὐκ ἀποδώσεις

quis enim est præ me dignus honore, cedo illi præmio, renuncio muneri : sin solus ego perfeci omnia, audendo, periculum subeundo, ascendendo, interficiendo, puniendo, alterum alterius opera ulciscendo, quid calumniaris res præclare a me gestas? quid populum, ut ingratus adversum me sit, inducis?

11. Non enim, inquit, tyrannum ipsum interemisti : at lex tyrannicidæ decernit præmium. At quidnam, dic mihi, interest, utrum quis ipsum interfecerit, an causam illi mortis præbuerit? Equidem nihil puto, sed hoc solum legislator spectavit, libertatem, potestatem populi, liberationem ab injuriis. Hoc honoravit, hoc dignum judicavit præmio, quod sane mea opera factum minime negaveris. Si enim eum interfeci, propter quem interfectum iste vivere jam non potuit, cædem ipse patravi. Cædes mea est, illius manus. Noli igitur tenuiter porro disputare de genere mortis, neve exquire quomodo perierit, sed utrum esse desierit, utrum a me illud habeat, quod desierit! Alioquin mihi illud etiam quæsiturus videris, et calumniaturus bene meritos, si quis non ferro, sed lapide, aut fuste, aut alio modo interfecerit. Quid vero si fame expugnassem tyrannum, objecta illi necessitate moriendi, numquid tum etiam a me reposceres cædem manu mea factam, aut deesse aliquid mihi diceres ad legem? idque, quum difficiliori mortis genere interfectus sit maleficus? Quin tu unum solum exquire; illud reposce, circa illud curiosus esto : quis impiorum relictus sit, aut quæ metus suspicio, aut quod calamitatum monumentum; si vero pura omnia et pacata, calumniatoris est, modo et ratione facinoris ad hoc uti velle, ut intercipias præmium laboribus propositum.

12. Quin ego hoc etiam diserte dictum in legibus memini, nisi si per longam servitutem eorum quæ ibi dicuntur oblitus sum, causas mortis esse duplices : si quis ipse interfecit; aut si ipse quidem non interfecit neque manu perpetravit opus, coegit autem et causam cædis præbuit; æqualiter hunc etiam ipsum lex censet vicissim debere puniri : juste sane; voluit enim ipsi facto parem esse culpam : et supervacuum deinde jam est quærere de modo cædis. Tum tu eum, qui ita interfecit, punire ut homicidam justum arbitraris, et nullo modo vis dimitti; eum vero, qui eadem plane qua hic ratione beneficio urbem affecit, non iisdem, quibus alios bene meritos, præmiis dignum censes?

13. Neque enim illud possis dicere, me simpliciter illud ac temere fecisse, consecutum autem aliunde finem bonum præter meam voluntatem. Quid enim amplius metuebam, interfecto qui erat fortior? quid vero gladium in jugulo reliqui, nisi omnino quod futurum erat divinavi? nisi si forte hoc dicis, tyrannum non fuisse qui periit, neque illam habuisse appellationem, neque vos de ipso, si moreretur, præmia multa libenter fuisse daturos. At non dixeris. Tum tu cæso tyranno, ei qui causam illi cædis præbuit, præmium

ὴν δωρεάν; Ὦ τῆς πολυπραγμοσύνης. Μέλει δέ σοι, πῶς ἀπέθανεν, ἀπολαύοντι τῆς ἐλευθερίας, ἢ τὸν τὴν ημοκρατίαν ἀποδεδωκότα περιττότερόν τι προσαπαιεῖς; καίτοι ὅ γε νόμος, ὡς φῄς, τὸ κεφάλαιον ἐξετάζει ῶν πεπραγμένων, τὰ διὰ μέσου δὲ πάντα ἐᾷ καὶ οὐκτι πολυπραγμονεῖ. Τί γάρ; οὐχὶ καὶ ἐξελάσας τις ύραννον ἤδη τιμὴν ἔλαβε τυραννοκτόνου; καὶ μάλα ικαίως· ἐλευθερίαν γὰρ κἀκεῖνος ἀντὶ δουλείας παρέχηται. Τὸ δ' ὑπ' ἐμοῦ γεγενημένον οὐ φυγὴ οὐδὲ ευτέρας ἐπαναστάσεως ἐλπίς, ἀλλὰ παντελὴς καθαίεσις καὶ πανωλεθρία παντὸς τοῦ γένους καὶ ῥιζόθεν ὸ δεινὸν ἅπαν ἐκκεκομμένον.

14. Καί μοι πρὸς θεῶν ἤδη ἀπ' ἀρχῆς ἐς τέλος, εἰ οκεῖ, πάντα ἐξετάσατε, εἴ τι τῶν πρὸς τὸν νόμον παλέλειπται καὶ εἰ ἐνδεῖ τι τῶν προσεῖναι ὀφειλόντων υραννοκτόνῳ. Πρῶτα μὲν δὴ γνώμην προϋπάρχειν χρὴ αὶ γενναίαν καὶ φιλόπολιν καὶ πρὸ τῶν κοινῶν κινδυεύειν ἐθέλουσαν καὶ τῷ οἰκείῳ θανάτῳ τὴν τῶν πολλῶν ωτηρίαν ὠνησομένην. Ἆρ' οὖν πρὸς τοῦτο ἐνεδέησα, μαλακίσθην, ἢ προϊδόμενός τινα τῶν διὰ μέσου ινδύνων ἀπώκνησα; οὐκ ἂν εἴποις. Μένε τοίνυν ἐπὶ ούτου ἔτι μόνου καὶ νόμιζε τοῦ θελῆσαι μόνον καὶ τοῦ βουλεύσασθαι ταῦτα, εἰ καὶ μὴ χρηστὸν ἀποβεβήκει, ἔκ γε τῆς γνώμης αὐτῆς καταστάντα με γέρας ἀξιοῦν ὡς εὐεργέτην λαμβάνειν. Ἐμοῦ μὲν οὐ δυνηθέντος, ἄλλου δὲ μετ' ἐμὲ τετυραννοκτονηκότος, ἄλογον, εἰπέ μοι, ἢ ἀγνῶμον ἦν παρασχεῖν; καὶ μάλιστα εἰ ἔλεγον, Ἄνδρες, ἐβουλόμην, ἠθέλησα, ἐπεχείρησα, ἐπειράθην, τῆς γνώμης μόνης ἄξιός εἰμι τιμᾶσθαι, τί ἂν ἀπεκρίνω τότε;

15. Νῦν δὲ οὐ τοῦτό φημι, ἀλλὰ καὶ ἀνῆλθον καὶ ἐκινδύνευσα καὶ μυρία πρὸ τῆς τοῦ νεανίσκου σφαγῆς ἐπόνησα· μὴ γὰρ οὕτω ῥᾷστον μηδ' εὐχερὲς ὑπολάβητε εἶναι τὸ πρᾶγμα, φρουρὰν ὑπερβῆναι καὶ δορυφόρων κρατῆσαι καὶ τρέψασθαι τοσούτους μόνον, ἀλλὰ σχεδὸν τὸ μέγιστον ἐν τῇ τυραννοκτονίᾳ καὶ τὸ κεφάλαιον τῶν ἔργων τοῦτό ἐστιν. Οὐ γὰρ δὴ αὐτός γε ὁ τύραννος μέγα καὶ δυσάλωτον καὶ δυσκατέργαστόν ἐστιν, ἀλλὰ τὰ φρουροῦντα καὶ συνέχοντα τὴν τυραννίδα, ἅ τις ἂν νικήσῃ, πάντα οὗτος κατώρθωσε, καὶ τὸ λοιπὸν ὀλίγον. Τὸ δὴ ἄχρι τῶν τυράννων προελθεῖν οὐκ ἂν ὑπῆρξέ μοι, μὴ οὐχὶ τῶν περὶ αὐτοὺς φυλάκων καὶ δορυφόρων ἁπάντων κεκρατηκότι κἀκείνους ἅπαντας προνενικηκότι. Οὐδὲν ἔτι προστίθημι, ἀλλ' ἐπὶ τούτων αὖθις μένω· φυλακῆς ἐκράτησα, δορυφόρους ἐνίκησα, τὸν τύραννον ἀφύλακτον, ἄνοπλον, γυμνὸν ἀπέδωκα. Τιμῆς ἄξιος ἐπὶ τούτοις εἶναί σοι δοκῶ, ἢ ἔτι ἀπαιτεῖς παρ' ἐμοῦ τὸν φόνον;

16. Ἀλλ' εἰ καὶ φόνον ζητεῖς, οὐδὲ τοῦτο ἐνδεῖ, οὐδ' ἀναίμακτός εἰμι, ἀλλ' εἴργασμαι μεγάλην καὶ γενναίαν σφαγὴν νεανίσκου ἀκμάζοντος καὶ πᾶσι φοβεροῦ, δι' ὃν ἀνεπιβούλευτος κἀκεῖνος ἦν, ᾧ μόνῳ ἐθάρρει, ὃς ἀντὶ πολλῶν ἤρκει δορυφόρων. Ἆρ' οὖν οὐκ ἄξιος, ὦ οὗτος, δωρεᾶς, ἀλλ' ἄτιμος ἐπὶ τηλικούτοις γένωμαι; Τί

non reddes? Vah curiositatem! Curas autem quomodo mortuus sit, quum libertate fruaris? an ab eo qui populo restituit imperium, amplius quid postulas? Quanquam lex quidem, ut ais, caput factorum exquirit; quæ vero in medio sunt, relinquit omnia neque amplius curiose rimatur. Quid enim? nonne etiam qui expulit tyrannum, jam præmium tyrannicidæ accepit? Et juste quidem : libertatem enim et ipse pro servitute præstitit. At meum factum non exilium est, non novæ metus invasionis, sed perfecta undique destructio et plenus universi generis interitus, radicitusque malum omne exstirpatum.

14. Et jam mihi, obsecro, ab initio inde usque ad finem, exquirite, si videtur, omnia, si quid eorum, quæ ad legem implendam pertinent, prætermissum sit, et si quid desit eorum, quæ inesse in tyrannicida debent. Primo igitur animum ante adesse oportet generosum, et amantem civitatis, et pro publica re periclitari volentem, et sua morte salutem multitudinis emturum. Numquid igitur ad hoc defeci, emollitus sum, aut præviso aliquo eorum quæ intervenire solent periculorum, conatum abjeci? Non dixeris. Mane vero in hoc jam solo, et puta me voluntatis solius et consilii hujus, etsi utile patriæ non evenerit, de animo tamen ipso et hæc agendi voluntate, hic consistentem, postulare præmium, ut bene meritum, accipere. Si igitur non potuissem, alius autem post me interfecisset tyrannum, absurdum, dic mihi, aut irrationabile erat præstari mihi præmium? inprimis si dixissem, Viri, volui, decrevi, suscepi, feci periculum; ob voluntatem solam præmio dignus sum : quid tum mihi respondeas?

15. Jam vero non hoc dico, sed etiam ascendi, periclitatus sum, et sexcenta ante cædem juvenis sustinui : nolite enim putare facillimum adeo et proclive esse negotium, præsidia superare, satellites vincere, tot homines in fugam conjicere unum : sed maximum fere in tyrannicidio, et caput operum hoc est. Neque enim sane tyrannus ipse magnum quiddam est, captuque et confectu adeo difficile; sed ea quæ custodiunt continentque tyrannidem : quæ si quis vicit, omnia ille præclare confecit; parvum quiddam est quod restat. Accedere autem ad tyrannos mihi non contigisset, nisi superatis devictisque prius, quos circa se habebant, custodibus, satellitibusque universis. Nihil jam adjicio; sed in hoc rursus maneo. Præsidium superavi, vici satellites; tyrannum custodibus exui, inermem, nudum reddidi. Num propter hæc honore dignus tibi videor? an insuper cædem a me poscis?

16. Verum si cædem quoque poscis, neque hæc deest : neque incruentus sum, sed cædem feci magnam et fortem, juvenis in ipso vigore constituti et omnibus formidabilis, propter quem iste quoque superior erat insidiis, in quo solo habebat fiduciam, qui pro multis sufficiebat satellitibus. Numquid igitur, mi homo, non dignus præmio, sed inho-

γάρ, εἰ δορυφόρον ἕνα, τί δ' εἰ ὑπηρέτην τινὰ τοῦ τυράννου ἀπέκτεινα, τί δ' εἰ οἰκέτην τίμιον, οὐ μέγα ἂν ἔδοξε καὶ τοῦτο, ἀνελθόντα ἐν μέσῃ τῇ ἀκροπόλει, ἐν μέσοις τοῖς ὅπλοις φόνον τινὸς ἐργάσασθαι τῶν τοῦ τυράννου φίλων; νῦν δὲ καὶ τὸν πεφονευμένον αὐτὸν ἰδέ. Υἱὸς ἦν τυράννου, μᾶλλον δὲ τύραννος χαλεπώτερος καὶ δεσπότης ἀπαραίτητος καὶ κολαστὴς ὠμότερος καὶ ὑβριστὴς βιαιότερος, τὸ δὲ μέγιστον, κληρονόμος τῶν ὅλων καὶ διάδοχος καὶ ἐπὶ πολὺ παρατεῖναι τὰ τῆς ἡμετέρας συμφορᾶς δυνάμενος.

17. Βούλει τοῦτο μόνον πεπρᾶχθαί μοι, ζῆν δ' ἔτι τὸν τύραννον διαπεφευγότα; γέρας δὴ ἐπὶ τούτοις αἰτῶ· τί φατέ; οὐ δώσετε; οὐχὶ κἀκεῖνον ὑφεωρᾶσθε; οὐ δεσπότης; οὐ βαρύς; οὐκ ἀφόρητος ἦν; Νῦν δὲ καὶ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐννοήσατε· ὃ γὰρ οὗτος ἀπαιτεῖ παρ' ἐμοῦ, τοῦτο, ὡς ἐνῆν, ἄριστα διεπραξάμην καὶ τὸν τύραννον ἀπέκτεινα ἑτέρῳ φόνῳ, οὐχ ἁπλῶς οὐδὲ πληγῇ μιᾷ, ὅπερ εὐκταιότατον ἦν αὐτῷ ἐπὶ τηλικούτοις ἀδικήμασιν, ἀλλὰ λύπῃ προβασανίσας πολλῇ καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς δείξας τὰ φίλτατα οἰκτρῶς προκείμενα, υἱὸν ἐν ἡλικίᾳ, εἰ καὶ πονηρόν, ἀλλ' οὖν καὶ ἀκμάζοντα καὶ ὅμοιον τῷ πατρί, αἵματος καὶ λύθρου ἐμπεπλησμένον. Ταῦτ' ἔστι πατέρων τὰ τραύματα, ταῦτα ξίφη δικαίων τυραννοκτόνων, οὗτος θάνατος ἄξιος ὠμῶν τυράννων, αὕτη τιμωρία πρέπουσα τοσούτοις ἀδικήμασι· τὸ δ' εὐθὺς ἀποθανεῖν, τὸ δ' ἀγνοῆσαι, τὸ δὲ μηδὲν τοιοῦτο θέαμα ἰδεῖν, οὐδὲν ἔχει τυραννικῆς κολάσεως ἄξιον.

18. Οὐ γὰρ ἠγνόουν, ὦ οὗτος, οὐκ ἠγνόουν, οὐδὲ τῶν ἄλλων οὐδείς, ὅσην ἐκεῖνος εὔνοιαν πρὸς τὸν υἱὸν εἶχε καὶ ὡς οὐκ ἂν ἠξίωσεν ἐπιβιῶναι οὐδ' ὀλίγον αὐτῷ χρόνον· πάντες μὲν γὰρ πατέρες ἴσως πρὸς τοὺς παῖδας τοιοῦτοι. Ὁ δὲ καὶ περιττότερόν τι τῶν ἄλλων εἶχεν, εἰκότως, ὁρῶν μόνον ἐκεῖνον κηδεμόνα καὶ φύλακα τῆς τυραννίδος καὶ μόνον προκινδυνεύοντα τοῦ πατρὸς καὶ τὴν ἀσφάλειαν τῇ ἀρχῇ παρεχόμενον. Ὥστε εἰ καὶ μὴ διὰ τὴν εὔνοιαν, ἀλλὰ διὰ τὴν ἀπόγνωσιν εὐθὺς ἠπιστάμην τεθνηξόμενον αὐτὸν καὶ λογιούμενον ὡς οὐδὲν ἔτι τοῦ ζῆν ὄφελος τῆς ἐκ τοῦ παιδὸς ἀσφαλείας καθῃρημένης. Ἅπαντα τοίνυν αὐτῷ ἀθρόα περιέστησα, τὴν φύσιν, τὴν λύπην, τὴν ἀπόγνωσιν, τὸν φόβον, τὰς ἐπὶ τῶν μελλόντων ἐλπίδας χρόνων, [ἐπ' αὐτὸν ἐχρησάμην τοῖς συμμάχοις] καὶ πρὸς τὴν τελευταίαν ἐκείνην σκέψιν κατηνάγκασα. Ἀπέθανεν ὑμῖν ἄτεκνος, λελυπημένος, ὀδυρόμενος, δακρύων, πεπενθηκὼς πένθος ὀλιγοχρόνιον μέν, ἀλλ' ἱκανὸν πατρί, καὶ τὸ δεινότατον, αὐτὸς ὑφ' αὑτοῦ, ὅσπερ θανάτων οἴκτιστος καὶ πολλῷ χαλεπώτερος ἢ εἰ ὑπ' ἄλλου γίγνοιτο.

19. Ποῦ μοι τὸ ξίφος; μή τις ἄλλος τοῦτο γνωρίζει; μή τινος ἄλλου ὅπλον τοῦτο ἦν; τίς αὐτὸ ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀνεκόμισε; πρὸ τοῦ τυράννου τίς ἐχρήσατο; τίς αὐτὸ ἐπ' ἐκεῖνον ἀπέστειλεν; Ὦ ξίφος κοινωνὸν καὶ διάδοχον τῶν ἐμῶν κατορθωμάτων, μετὰ τοσούτους κινδύνους, μετὰ τοσούτους φόνους ἀμελούμεθα καὶ ἀνάξιοι δοκοῦμεν δωρεᾶς. Εἰ γὰρ ὑπὲρ μόνου τούτου τὴν

noratus post tot ac tanta ero? Quid enim si satellitem unum, quid si ministrum tyranni quendam interfecissem? quid vero si servum illi carum? nonne magnum esset visum hoc quoque, ascendere aliquem, et in media arce, inter media arma cædem facere alicujus amicorum tyranni? Jam vero interfectum vide ipsum. Filius erat tyranni : potius vero tyrannus asperior, et implacabilis dominus, et suppliciorum exactor crudelior, et in facienda injuria violentior : quod vero maximum, heres universorum et successor, quique multum extendere calamitates nostras posset.

17. Vis hoc solum a me perfectum, vivere autem et effugisse tyrannum? Præmium equidem et ob hæc peto. Quid dicitis? non dabitis? nonne illum quoque suspectum habebatis? non dominus? non gravis? non intolerabilis erat? Jam vero caput ipsum rei cogitate. Quod enim iste a me poscit, hoc ipsum quam poteram pulcherrime perfeci, et altera tyrannum cæde interemi, non simpliciter, nec una plaga, quod optabile illi quammaxime fuerat in tot tantisque maleficiis : sed postquam illum dolore multo ante excruciavi, et ante oculos ei ostendi, quod carissimum habebat, misere projectum, filium adultum, etsi malum, at in ipso constitutum vigore et patri similem, sanguine et tabo oppletum. Hæc sunt patrum vulnera, hi gladii justorum tyrannicidarum, hæc mors digna crudelibus tyrannis, hoc conveniens tot injuriis supplicium. At statim mori, cognitione privari, nullum tale spectaculum videre, nihil habet tyranni vindicta dignum.

18. Neque enim ignorabam, mi homo, non ignorabam, neque aliorum quisquam, quantam ille adversus filium benevolentiam haberet, et quam nollet vel pauxillo ei tempore superstes esse : nam omnes quidem patres ita forte affecti erga filios. At hic etiam amplius quiddam præter ceteros habuit, merito, videns solum illum tutorem et custodem tyrannidis, solum pericula pro patre subeuntem, solum securitatem præstantem imperio. Itaque sciebam, etsi minus propter benevolentiam, at certe propter desperationem mox illum periturum esse, quum ita rationes subducturus esset, nihil sibi prodesse vitam sublata quam a filio habuisset securitate. Omnia igitur illi confertim objeci, naturam, dolorem, desperationem, terrorem, futuri metum temporis, [his contra illum auxiliis usus sum] et ad ultimam illam deliberationem eum adegi. Interiit vobis orbus, tristitia et dolore dejectus, plorans, luctum lugens brevem illum quidem, sed patri conficiendo qui sufficeret; et quod gravissimum est, interiit sua ipsius manu, quæ miserrima omnium mors est, multumque, quam si ab alio inferretur, difficilior.

19. Ubi est gladius meus? num eum agnoscit alius? numquid alterius cujusquam telum illud fuit? quis illum in arcem extulit? ante tyrannum quis eo usus est? quis eum isti immisit? O gladie particeps et successor præclare a me factorum, post tot pericula, post tot cædes negligimur, et indigni videmur præmio! Si enim pro hoc solo honorem a

ν ἤτουν παρ' ὑμῶν, εἰ γὰρ ἔλεγον, Ἄνδρες, ἀποθανεῖν
[σαντι τῷ τυράννῳ καὶ ἀνόπλῳ ἐπὶ τοῦ καιροῦ κατει-
ιένῳ ξίφος τοῦτο ἐμὸν ὑπηρέτησε καὶ πρὸς τὸ τέλος
ἐλευθερίας συνήργησεν, οὐκ ἂν τιμῆς τε καὶ δωρεᾶς
ἐνομίσατε δεσπότην οὕτω δημοτικοῦ κτήματος;
ἂν ἠμείψασθε; οὐκ ἂν ἐν τοῖς εὐεργέταις ἀνεγρά-
; οὐκ ἂν τὸ ξίφος ἐν τοῖς ἱεροῖς ἀνεθήκατε; οὐκ ἂν
τῶν θεῶν κἀκεῖνο προσεκυνήσατε;

0. Νῦν μοι ἐννοήσατε οἷα πεποιηκέναι εἰκὸς τὸν
ννον, οἷα δὲ εἰρηκέναι πρὸ τῆς τελευτῆς· ἐπεὶ γὰρ
ἐμοῦ φονευόμενος καὶ τιτρωσκόμενος πολλοῖς τραύ-
ιν ἐς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος, ὡς ἂν μάλιστα λυ-
ειν ἔμελλον τὸν γεγεννηκότα, ὡς ἂν ἐκ τῆς πρώτης
διασπαράξειν, ὁ μὲν ἀνεβόησεν οἰκτρὸν ἐπιβοώμε-
τὸν γεγεννηκότα, οὐ βοηθὸν οὐδὲ σύμμαχον — ᾔδει
πρεσβύτην ὄντα καὶ ἀσθενῆ —, ἀλλὰ θεατὴν τῶν
ίων κακῶν· ἐγὼ γὰρ ἀπηλλαττόμην ποιητὴς μὲν
ὅλης τραγῳδίας γεγενημένος, καταλιπὼν δὲ τῷ
κριτῇ τὸν νεκρὸν καὶ τὴν σκηνὴν καὶ τὸ ξίφος καὶ τὰ
τὰ τοῦ δράματος· ἐπιστὰς δ' ἐκεῖνος καὶ ἰδὼν υἱὸν ὃν
μόνον ὀλίγον ἐμπνέοντα, ᾑμαγμένον, ἐμπεπλησμέ-
τοῦ φόνου καὶ τὰ τραύματα συνεχῆ καὶ πολλὰ καὶ
ρια, ἀνεβόησε τοῦτο, Τέκνον, ἀνῃρήμεθα, πεφονεύ-
α, τετυραννοκτονήμεθα, ποῦ ὁ σφαγεύς; τίνι με τη-
; τίνι με φυλάττει διὰ σοῦ, τέκνον, προανῃρημένον;
μή τι ὡς γέροντος ὑπερφρονεῖ, καὶ τῇ βραδυτῆτι,
ιάζειν δέον, καὶ παρατείνει μοι τὸν φόνον καὶ μα-
ατέραν μοι τὴν σφαγὴν ποιεῖ;

21. Καὶ ταῦτα λέγων ἐζήτει τὸ ξίφος· αὐτὸς γὰρ
οπλος ἦν διὰ τὸ πάντα τῷ παιδὶ θαρρεῖν. Ἀλλ' οὐδὲ
ῦτο ἐνεδέησε, πάλαι δὲ ἦν ὑπ' ἐμοῦ καὶ τοῦτο προ-
ρεσκευασμένον καὶ πρὸς τὸ μέλλον τόλμημα κατα-
λελειμμένον. Ἀποσπάσας δὴ τῆς σφαγῆς καὶ τοῦ
ραύματος ἐξελὼν τὸ ξίφος φησί, Πρὸ μικροῦ μέν με
πέκτεινας, νῦν δὲ ἀνάπαυσον, ξίφος, πατρὶ πενθοῦντι
ταραμύθιον ἐλθὲ καὶ πρεσβυτικῇ χειρὶ δυστυχούσῃ συν-
αγώνισαι, ἀπόσφαξον, τυραννοκτόνησον καὶ τοῦ πενθεῖν
ἀπάλλαξον. Εἴθε πρῶτός σοι ἐνέτυχον, εἴθε τὴν τάξιν
προύλαβον τοῦ φόνου. Ἀπέθανον ἄν, ἀλλ' ἢ ὡς τύ-
ραννος μόνον, ἀλλ' ἔτι νομίζων ἕξειν ἔκδικον· νῦν δ'
ὡς ἄτεκνος, νῦν δ' ὡς οὐδὲ φονέως εὐπορῶν. Καὶ ταῦθ'
ἅμα λέγων ἐπῆγε τὴν σφαγὴν τρέμων, οὐ δυνάμενος,
ἐπιθυμῶν μέν, ἀσθενῶν δὲ πρὸς τὴν ὑπηρεσίαν τοῦ τολ-
μήματος.

22. Πόσαι κολάσεις ταῦτα; πόσα τραύματα; πόσοι
θάνατοι; πόσαι τυραννοκτονίαι; πόσαι δωρεαί; Καὶ τέ-
λος ἑοράκατε πάντες τὸν μὲν νεανίαν προκείμενον, οὐδὲ
μικρὸν οὐδ' εὐκαταγώνιστον ἔργον, τὸν πρεσβύτην δὲ
αὐτῷ περικεχυμένον καὶ τὸ αἷμα ἀμφοῖν ἀνακεκραμέ-
νον, τὴν ἐλευθέριον ἐκείνην καὶ ἐπινίκιον σπονδὴν καὶ
τὰ ἔργα τοῦ ξίφους τοῦ ἐμοῦ, αὐτὸ δὲ τὸ ξίφος ἐν μέσῳ
ἀμφοτέρων ἐπιδεικνύμενον, ὡς οὐκ ἀνάξιον γεγένηται
τοῦ δεσπότου, καὶ μαρτυρούμενον ὅτι μοι πιστῶς διη-
κονήσατο. Τοῦτο ὑπ' ἐμοῦ γενόμενον μικρότερον ἦν· νῦν

vobis peterem, si enim dicerem, Viri, tyranno mori volenti, quum inermem eo temporis articulo se deprehenderet, gladius hic meus ministravit, et ad finem libertatis restituendæ adjutor fuit; nonne honore simul et præmio dignum judicassetis dominum rei ita popularis? nonne remuneraremini? non in bene meritis illum scriberetis? non ipsum ensem in templi donariis reponeretis? non cum diis etiam illum adoraretis?

20. Jam mihi animum advertite quid tyrannum fecisse probabile sit, et quid dixisse ante obitum. Quum enim filius, dum trucidaretur a me et vulneraretur multis vulneribus in apertas partes corporis inflictis (ut nempe maximum dolorem patri essem objecturus, ut primo illum spectaculo laceraturus), ipse quidem miserabile quiddam exclamaret, parentem advocans, non adjutorem neque auxiliarium (norat enim senem esse et imbecillum), sed spectatorem malorum domesticorum: ego nempe abieram, auctor quidem totius tragœdiæ, sed reliqueram huic actori mortuum, scenam, gladium, et reliqua fabulæ peragenda: superveniens autem ille quum conspexisset filium, quem solum habebat, vix spirantem, cruentatum, oppletum cæde, vulneraque ejus continua et multa et letalia, hæc exclamavit: Fili, periimus, trucidati sumus, pro tyrannis cæsi sumus: ubi est interfector? cui rei me servat? cui me custodit, per te, fili, jam ante cæsum? aut numquid ut senem contemnit; et ipsa tarditate, quum punire oporteret, extendit mortem meam, et longiorem mihi cædem efficit?

21. Et hæc dicens quærebat ensem, inermis ipse, quum filio in omnibus confideret. Sed ne hic quidem illi defuit; dudum autem erat a me ille præparatus, et ad facinus futurum relictus. Extractum igitur de cæde et vulnere eductum gladium ita alloquitur: Paullo ante tu me interfecisti, nunc vero recrea, gladie; veni lugenti patri solatium, et infelicem manum senilem adjuva: macta, tyrannum interfice, luctu libera; Utinam prior in te incidissem! utinam ordinem cædis præcepissem! mortuus essem, sed solum ut tyrannus, sed putans habiturum me vindicem: nunc vero ut orbus morior, nunc ut is cui ne interfectoris quidem sit copia. Dum hæc dicit, intulit cædem, tremens, perficere non valens, cupiens quidem, sed viribus ad ministerium ausi defectus.

22. Quot hæ sunt pœnæ? quot vulnera? quot mortes? quot tyrannicidia? quot præmia? Denique vidistis omnes juvenem quidem jacentem in conspectu, hostiam neque parvam, neque dejectu ita facilem; senem autem illi circumfusum; permistum utriusque sanguinem, libationem Liberatori Jovi sacram pro victoria; et gladii mei opera, ipsumque adeo gladium in medio utriusque ostentantem se, quam non indignus fuerit domino, testantemque fideliter se mihi ministrasse. Hoc universum mea manu factum, minus

δὲ λαμπρότερόν ἐστι τῇ καινότητι. Καὶ ὁ μὲν καθελὼν τὴν τυραννίδα πᾶσαν εἰμὶ ἐγώ· μεμέρισται δ' ἐς πολλοὺς τὸ ἔργον ὥσπερ ἐν δράματι· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἐγὼ ὑπεκρινάμην, τὰ δεύτερα δὲ ὁ παῖς, τὰ τρίτα δὲ ὁ τύραννος αὐτὸς, τὸ ξίφος δὲ πᾶσιν ὑπηρέτησεν.

XXIX.

ΑΠΟΚΗΡΥΤΤΟΜΕΝΟΣ.

Ἀποκηρυχθείς τις ἰατρικὴν ἐξέμαθε. Μανέντα τὸν πατέρα καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον ἰασάμενος φαρμάκου δόσει ἀνελήφθη αὖθις ἐς τὸ γένος. Μετὰ ταῦτα μεμηνυῖαν τὴν μητρυιὰν ἰάσασθαι κελευόμενος καὶ λέγων μὴ δύνασθαι ἀποκηρύττεται.

1. Οὐ καινὰ μὲν ταῦτα, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐδὲ παράδοξα τὰ ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐν τῷ παρόντι γιγνόμενα, οὐδὲ νῦν πρῶτον τὰ τοιαῦτα ὀργίζεται, ἀλλὰ πρόχειρος οὗτος ὁ νόμος αὐτῷ καὶ συνήθως ἐπὶ τοῦτ' ἀφικνεῖται τὸ δικαστήριον. Ἐκεῖνο δὲ καινότερον νῦν δυστυχῶ, ὅτι ἔγκλημα μὲν ἴδιον οὐκ ἔχω, κινδυνεύω δὲ τιμωρίαν ὑποσχεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ μὴ πάντα δύναται πείθεσθαι τούτῳ κελεύοντι· οὗ τί γένοιτ' ἂν ἀτοπώτερον, θεραπεύειν ἐκ προστάγματος, οὐκέθ' ὡς ἡ τέχνη δύναται, ἀλλ' ὡς ὁ πατὴρ βούλεται; Ἐβουλόμην μὲν οὖν τὴν ἰατρικὴν καὶ τοιοῦτόν τι ἔχειν φάρμακον, ὃ μὴ μόνον τοὺς μεμηνότας, ἀλλὰ καὶ τοὺς ἀδίκως ὀργιζομένους παύειν ἐδύνατο, ἵνα καὶ τοῦτο τοῦ πατρὸς τὸ νόσημα ἰασαίμην. Νυνὶ δὲ τὰ μὲν τῆς μανίας αὐτῷ τέλεον πέπαυται, τὰ δὲ τῆς ὀργῆς μᾶλλον ἐπιτείνεται· καὶ τὸ δεινότατον, τοῖς μὲν ἄλλοις ἅπασι σωφρονεῖ, κατ' ἐμοῦ δὲ τοῦ θεραπεύσαντος μόνου μαίνεται. Τὸν μὲν οὖν μισθὸν τῆς θεραπείας ὁρᾶτε οἷον ἀπολαμβάνω, ἀποκηρυττόμενος ὑπ' αὐτοῦ πάλιν καὶ τοῦ γένους ἀλλοτριούμενος δεύτερον, ὥσπερ διὰ τοῦτ' ἀναληφθεὶς πρὸς ὀλίγον, ἵν' ἀτιμότερος γένωμαι πολλάκις ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας.

2. Ἐγὼ δὲ ἐν μὲν τοῖς δυνατοῖς οὐδὲν κελευσθῆναι περιμένω· πρώην γοῦν ἄκλητος ἧκον ἐπὶ τὴν βοήθειαν. Ὅταν δέ τι ᾖ τελέως ἀπεγνωσμένον, οὐδ' ἐπιχειρεῖν βούλομαι. Ἐπὶ δὲ τῆς γυναικὸς ταύτης εἰκότως καὶ ἀτολμότερός εἰμι· λογίζομαι γὰρ οἷα πάθοιμ' ἂν ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἀποτυχὼν, ὃς οὐδ' ἀρξάμενος τῆς θεραπείας ἀποκηρύττομαι. Ἄχθομαι μὲν οὖν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, ἐπὶ τῇ μητρυιᾷ χαλεπῶς ἐχούσῃ — χρηστὴ γὰρ ἦν — καὶ ἐπὶ τῷ πατρὶ δι' ἐκείνην ἀνιωμένῳ, τὸ δὲ μέγιστον, ἐπ' ἐμαυτῷ ἀπειθεῖν δοκοῦντι καὶ ἃ προστάττομαι ὑπουργεῖν οὐ δυναμένῳ καὶ δι' ὑπερβολὴν τῆς νόσου καὶ ἀσθένειαν τῆς τέχνης. Πλὴν οὐ δίκαιον οἶμαι ἀποκηρύττεσθαι τὸν ἃ μὴ δύναται ποιεῖν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ὑπισχνούμενον.

3. Δι' ἃς μὲν οὖν αἰτίας καὶ πρότερον ἀπεκήρυξέ με, ῥᾴδιον συνιδεῖν ἐκ τῶν παρόντων. Ἐγὼ δὲ καὶ

futurum erat : jam vero ipsa novitate illustrius est. Ac destructor quidem totius tyrannidis ego sum : opus autem ipsum in plures descriptum est, ut in fabula : primarum partium actor ego, secundarum filius, tertiarum ipse tyrannus, gladius ministravit universis.

XXIX.

ABDICATUS.

Abdicatus aliquis medicinam didicit. Patrem furiosum et ab aliis relictum medicis quum medicamento dato sanasset, receptus est iterum in familiam. Post hæc novercam furiosam sanare jussus, quum diceret se non posse, denuo abdicatur.

1. Non nova hæc, judices, aut præter spem eveniunt, quæ præsenti tempore a patre meo fiunt, neque nunc primum talibus modis irascitur, sed in promtu illi ista lex, et consueto more ad hoc venit tribunal. Illa autem nova mea nunc est infelicitas, quod proprium quidem crimen non habeo, sed artis subire pœnam periclitor, si ea non potest per omnia istius imperiis obsequi. Quo quid fieri potest absurdius? curare pro imperio, non jam quantum ars valet, sed ut vult pater. Vellem igitur medicina tale quoque medicamentum haberet, quod non furiosos solum, verum etiam injuste irascentes posset liberare, quo patris etiam hunc morbum sanarem. Jam vero illi mentis furiæ plane conquieverunt; iracundia vero magis intenditur; et, quod gravissimum est, aliis sapit omnibus, contra me vero, qui sanavi, furit. Quam igitur curationis mercedem accipiam, videtis, qui denuo ab illo abdicor, familia iterum excludor, quasi ea ipsa causa ad breve tempus receptus, ut tanto fiam inhonestior, domo ejectus sæpius.

2. Ego vero in his quæ possum, imperia non exspecto: quare nuper invocatus veni ad auxiliandum. Ubi vero aliquid est plane desperatum, neque admovere manum volo. In hac muliere autem merito minus etiam audeo. reputo enim quæ a patre mihi impendeant, si excidam, qui nondum cœpta curatione abdicor. Quare gravius equidem fero, judices, novercæ morbum (bona enim erat), et patris ob eam rem tristitiam; maxime vero, quod ipse obsequium recusare videor, quum quæ imperantur ministrare, tum ob morbi magnitudinem, tum propter imbecillitatem artis, non possim. Verum enim vero justum non arbitror abdicari eum, qui, quæ facere non potest, ea omnino non promittat.

3. Propter quas ergo causas prius me abdicaverit, facile ex præsentibus perspicitur. Ego vero ad illas quidem

ρὸς ἐκείνας μὲν, ὡς οἴομαι, ἱκανῶς τῷ μετὰ ταῦτα βίῳ πελογησάμην, καὶ ταυτὶ δὲ ἃ νῦν ἐγκαλεῖ, ὡς ἂν οἷός ε ὦ, ἀπολύσομαι μικρὰ ὑμῖν διηγησάμενος τῶν ἐμῶν· γὰρ δυσάγωγος καὶ δυσπειθὴς ἐγὼ, ὁ καταισχύνων ὸν πατέρα καὶ ἀνάξια πράττων τοῦ γένους τότε μὲν ὐτῷ τὰ πολλὰ ἐκεῖνα βοῶντι καὶ διατεινομένῳ ὀλίγα ρῆναι ἀντιλέγειν ᾠόμην. Ἀπελθὼν δὲ τῆς οἰκίας ἐνόιζόν μοι δικαστήριον ἔσεσθαι μέγα καὶ ψῆφον ἀληθῆ ὸν μετὰ ταῦτα βίον καὶ τὸ φαίνεσθαι πάμπολυ τῶν οῦ πατρὸς ἐγκλημάτων ἐκείνων ἀφεστηκότα καὶ περὶ ὰ κάλλιστα τῶν ἐπιτηδευμάτων ἐσπουδακότα καὶ τοῖς ρίστοις συνόντα. Προεωρώμην δὲ καὶ τοιοῦτόν τι αὶ ὑπώπτευον ἤδη ὡς οὐ σφόδρα καθεστηκότος πατρὸς δίκως ὀργίζεσθαι καὶ ἐγκλήματα ψευδῆ καθ' υἱοῦ συνιθέναι· καὶ ἦσάν τινες οἱ μανίας ἀρχὴν ταῦτα εἶναι ομίζοντες καὶ ἀπειλὴν καὶ ἀκροβολισμὸν οὐκ εἰς μαρὰν ἐπιπεσουμένου τοῦ κακοῦ, μῖσος ἄλογον καὶ νόιον ἀπηνῆ καὶ βλασφημίας προχείρους καὶ δικαστήριον κυθρωπὸν καὶ βοὴν καὶ ὀργὴν καὶ ὅλως χολῆς μεστὰ άντα. Διὸ δὴ τάχα μοι καὶ ἰατρικῆς δεήσειν ποτὲ ροσεδόκων.

4. Ἀποδημήσας οὖν καὶ τοῖς εὐδοκιμωτάτοις τῶν ἐπὶ τῆς ἀλλοδαπῆς ἰατρῶν συγγενόμενος καὶ πόνῳ πολλῷ καὶ προθυμίᾳ λιπαρεῖ χρησάμενος ἐξέμαθον τὴν τέχνην. Ἐπανελθὼν δὲ καταλαμβάνω τὸν πατέρα σαφῶς ἤδη μεμηνότα καὶ ὑπὸ τῶν ἐπιχωρίων ἰατρῶν ἀπεγνωσμένον οὐκ ἐς βάθος ὁρώντων οὐδ' ἀκριβῶς φυλακρινούντων τὰς νόσους. Πλὴν ὅπερ γε εἰκὸς ἦν ποιεῖν χρηστὸν υἱὸν, οὔτε ἐμνησικάκησα τῆς ἀποκηρύξεως οὔτε μετάπεμπτος γενέσθαι περιέμεινα· οὐδὲ γὰρ εἶχόν τι αὐτῷ ἴδιον ἐγκαλεῖν, ἀλλὰ πάντα ἐκεῖνα ἦν ἀλλότρια τὰ ἁμαρτήματα καὶ ὥσπερ ἔφην ἤδη, τῆς νόσου. Παρελθὼν οὖν ἄκλητος οὐκ εὐθὺς ἰασάμην· οὐ γὰρ οὕτως ποιεῖν ἔθος ἐστὶν ἡμῖν οὐδὲ ταῦτα ἡ τέχνη παραινεῖ, ἀλλὰ πάντων πρῶτον τοῦτο διδασκόμεθα συνορᾶν εἴτε ἰάσιμόν ἐστι τὸ νόσημα εἴτ' ἀνήκεστον καὶ ὑπερβεβηκὸς τοὺς ὅρους τῆς τέχνης· καὶ τηνικαῦτα, ἢν μὲν εὐμεταχείριστον ᾖ, ἐπιχειροῦμεν καὶ πᾶσαν σπουδὴν εἰσφερόμεθα σῶσαι τὸν νοσοῦντα· ἢν δὲ κεκρατηκὸς ἤδη καὶ νενικηκὸς τὸ πάθος ἴδωμεν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν προσαπτόμεθα, νόμον τινὰ παλαιὸν τῶν προπατόρων τῆς τέχνης ἰατρῶν φυλάττοντες, οἵ φασι μὴ δεῖν ἐπιχειρεῖν τοῖς κεκρατημένοις. Ἰδὼν οὖν τὸν πατέρα ἔτι ἐντὸς τῆς ἐλπίδος καὶ τὸ πάθος οὐχ ὑπὲρ τὴν τέχνην, ἐπὶ πολὺ τηρήσας καὶ ἀκριβῶς ἐξετάσας ἕκαστα ἐπεχείρουν ἤδη καὶ τὸ φάρμακον τεθαρρηκότως ἐνέχεον, καίτοι πολλοὶ τῶν παρόντων ὑπώπτευον τὴν δόσιν καὶ τὴν ἴασιν διέβαλλον καὶ πρὸς κατηγορίας παρεσκευάζοντο.

5. Παρῆν δὲ καὶ ἡ μητρυιὰ φοβουμένη καὶ ἀπιστοῦσα, οὐ τῷ μισεῖν ἐμὲ, ἀλλὰ τῷ δεδιέναι καὶ ἀκριβῶς εἰδέναι πονήρως ἐκεῖνον διακείμενον· ἠπίστατο γὰρ μόνη τὰ πάντα συνοῦσα καὶ ὁμοδίαιτος τῇ νόσῳ. Πλὴν ἀλλ' ἔγωγε οὐδὲν ἀποδειλιάσας — ἠπιστάμην γὰρ οὐ ψευσόμενά με τὰ σημεῖα οὐδὲ προδώσουσαν

ut puto, satis respondi ipsa vita quæ insecuta est : atque ea, quæ nunc dat crimini, quantum potero, diluam, paucula de meis rebus ubi vobis enarravero. Ego enim ille intractabilis, et refractarius, pudore ille patrem afficiens et indigna genere nostro perpetrans, tum quidem, multum illa et contenta voce clamanti, pauca reponenda putabam. Egressus autem domo judicium mihi magnum et suffragium verum fore sperabam vitam post ea agendam, si appareret plurimum me a patris illis criminibus abesse, qui et in honestissimis studiis elaborarem, et cum viris versari optimis. Prævidebam vero etiam tale quiddam, et suspicabar jam tum, patrem, ut qui mentis esset non valde sanæ, injuste irasci et falsa contra filium crimina componere. Et erant qui furoris initium ista putarent, et minas et quædam quasi præludia mali non multo post ingruentis, odium irrationale, agendi legem asperam, convicia in promtu, triste judicium, et clamorem, et iram, et omnino bile plena omnia. Propter hæc sane opus mihi forte aliquando et medica arte futurum, exspectabam.

4. Peregrinatus ergo et probatissimorum apud exteros medicorum consuetudine, tum labore multo et studio indefesso usus, artem perdidici. Redux patrem invenio aperte jam furentem, et a patriis medicis depositum, qui scilicet intima non perviderent, neque accurate satis morbos discernerent. Verum, quod consentaneum erat ut faceret filius bonus, ego neque abdicationis memoriam admisi, neque dum arcesserer exspectavi. Neque enim proprium quicquam ipsius, quod accusarem, habebam; sed aliena illa peccata erant omnia atque, ut modo dicebam, morbi. Accedens igitur invocatus, non statim curavi; neque enim mos est nobis ita facere, neque ars hæc præcipit, sed hoc docemur primum omnium considerare, sanabilisne sit morbus, an incurabilis et fines artis egressus : ac tum, si tractabilis est, manum admovemus, et diligentiam afferimus omnem ad servandum ægrotum : sin videamus jam superasse morbum ac vicisse, omnino non aggredimur, servantes legem antiquam progenitorum artis medicæ, qui negant manum admovendam his qui superati jam sint. Videns igitur patrem intra spem ac malum artis fines non egressum, diu observatis et accurate exploratis omnibus, manum jam admovebam et audacter infundebam medicamentum, multis licet præsentium suspectam dationem habentibus, calumniantibusque curationem, et ad accusandum se parantibus.

5. Aderat etiam noverca metuens ac diffidens, non quod odio me haberet, sed quod metueret, et male illum habere accurate sciret : noverat enim sola omnia, quæ semper una et in convictu quasi morbi fuisset. Verum enim vero nihil ego deterreri me passus, qui scirem non futurum ut signa me fallerent aut ars me proderet, curationem justo

τὴν τέχνην — ἐπῆγον τὴν ἴασιν ἐν καιρῷ τῆς ἐπιχειρήσεως, καίτοι κἀμοί τινες τῶν φίλων συνεβούλευον μὴ θρασύνεσθαι, μὴ καὶ διαβολήν τινα μείζω ἐνέγκῃ μοι τὸ ἀποτυχεῖν ὡς ἀμυνομένῳ τὸν πατέρα φαρμάκῳ καὶ μνησικακήσαντι ὧν ἐπεπόνθειν ὑπ' αὐτοῦ. Καὶ τὸ κεφάλαιον, σῶος μὲν οὗτος εὐθὺς ἦν καὶ ἐσωφρόνει πάλιν καὶ πάντα διεγίγνωσκεν· οἱ παρόντες δὲ ἐθαύμαζον καὶ ἡ μητρυιὰ δὲ ἐπῄνει καὶ φανερὰ πᾶσιν ἦν χαίρουσα κἀμοὶ εὐδοκιμοῦντι κἀκείνῳ σωφρονοῦντι. Οὗτος δ' οὖν — μαρτυρεῖν γὰρ αὐτῷ ἔχω — μήτε μελλήσας μήτε σύμβουλόν τινα περὶ τούτων προσλαβών, ἐπειδὴ τὸ πᾶν ἤκουσε τῶν παρόντων, ἔλυε μὲν τὴν ἀποκήρυξιν, υἱὸν δὲ ἐξ ὑπαρχῆς ἐποιεῖτό με σωτῆρα καὶ εὐεργέτην ἀποκαλῶν, καὶ ἀκριβῆ πεῖραν εἰληφέναι ὁμολογῶν καὶ περὶ τῶν ἔμπροσθεν ἐκείνων ἀπολογούμενος. Τοῦτο γενόμενον ηὔφραινε μὲν πολλούς, ὅσοι παρῆσαν χρηστοί, ἐλύπει δ' ἐκείνους, ὅσοις ἀποκήρυξις [υἱοῦ] ἡδίων ἀναλήψεως. Εἶδον γοῦν τότε οὐ πάντας ὁμοίως ἡδομένους τῷ πράγματι, ἀλλ' εὐθύς τινος καὶ χρόαν τρεπομένην καὶ βλέμμα τεταραγμένον καὶ πρόσωπον ὠργισμένον, οἷον ἐκ φθόνου καὶ μίσους γίγνεται. Ἡμεῖς μὲν οὖν, ὡς τὸ εἰκός, ἐν εὐφροσύναις καὶ θυμηδίαις ἦμεν ἀλλήλους ἀπειληφότες.

6. Ἡ μητρυιὰ δὲ μετὰ μικρὸν εὐθὺς νοσεῖν ἤρξατο, νόσον, ὦ ἄνδρες δικασταί, χαλεπὴν καὶ παράλογον· ἀρχόμενον γὰρ εὐθὺς τὸ δεινὸν παρεφύλαξα· οὐ γὰρ ἁπλοῦν οὐδ' ἐπιπόλαιον τῆς μανίας τὸ εἶδος, ἀλλά τι παλαιὸν ὑποικουροῦν ἐν τῇ ψυχῇ κακὸν ἀπέρρηξε καὶ ἐς τοὐμφανὲς ἐξενίκησε. Πολλὰ μὲν οὖν καὶ ἄλλα ἡμῖν ἐστι σημεῖα τῶν ἀνιάτως μεμηνότων, ἓν δὲ ἐκεῖνο καινὸν ἐπὶ τῆς γυναικὸς ταύτης παρεφύλαξα· πρὸς μὲν γὰρ τοὺς ἄλλους ἡμερωτέρα καὶ πρᾳεῖά ἐστι καὶ παρόντων εἰρήνην ἄγει ἡ νόσος, ἂν δέ τινα ἰατρὸν ἴδῃ καὶ τοῦτ' ἀκούσῃ μόνον, κατ' ἐκείνου μάλιστα παροξύνεται, ὅπερ καὶ αὐτὸ τοῦ πονήρως καὶ ἀνηκέστως ἔχειν ἐστὶ τεκμήριον. Ταῦτα ὁρῶν ἐγὼ μὲν ἠνιώμην καὶ τὴν γυναῖκα ᾤκτειρον ἀξίαν οὖσαν καὶ παρὰ τὸ προσῆκον δυστυχοῦσαν.

7. Ὁ πατὴρ δὲ ὑπὸ ἰδιωτείας — οὐ γὰρ οἶδεν οὔτε τὴν ἀρχὴν τοῦ κατέχοντος κακοῦ οὔτε τὴν αἰτίαν οὔτε τὸ μέτρον τοῦ πάθους — ἐκέλευεν ἰᾶσθαι καὶ τὸ ὅμοιον ἐγχέαι φάρμακον· ᾤετο γὰρ ἓν εἶναι μανίας εἶδος καὶ μίαν τὴν νόσον καὶ τὸ ἀρρώστημα ταὐτὸν καὶ παραπλησίαν τὴν θεραπείαν ἐνδεχόμενον. Ἐπεὶ δέ, ὅπερ ἀληθέστατον, ἀδύνατον εἶναί φημι σώζεσθαι τὴν γυναῖκα καὶ ἡττῆσθαι ὑπὸ τῆς νόσου ὁμολογῶ, ἀγανακτεῖ καὶ ὀργίζεται καί φησιν ἑκόντα καθυφίεσθαι καὶ προδιδόναι τὴν ἄνθρωπον, ἐγκαλῶν ἐμοὶ τὴν ἀσθένειαν τῆς τέχνης. Καὶ πάσχει μὲν σύνηθες τοῖς λυπουμένοις· ὀργίζονται γοῦν ἅπαντες τοῖς μετὰ παρρησίας τἀληθῆ λέγουσι. Πλὴν ἔγωγε ὡς ἂν οἷός τε ὦ, δικαιολογήσομαι πρὸς αὐτὸν καὶ ὑπὲρ ἐμαυτοῦ καὶ τῆς τέχνης.

8. Καὶ πρῶτόν γε ἀπὸ τοῦ νόμου ἄρξομαι, καθ' ὃν οὗτός με ἀποκηρῦξαι βούλεται, ἵν' εἰδῇ οὐκέθ' ὁμοίαν

tempore adhibebam, licet consulentibus mihi quoque amicis quibusdam, ne confidentius agerem, quo ne frustratus eventus calumniam mihi quandam induceret majorem, ut qui ulcisci vellem patrem medicamento, et memoriam servarem eorum quæ ab illo passus essem mala. In summa, salvus ille mox esse, resipiscere, dignoscere omnia: præsentes mirari, laudare noverca; et palam gaudere, quod bene audirem ego, quod ille resipuisset. Hic igitur (testari hoc ipsi possum) neque cunctatus neque adhibito de his ullo consiliario, quum audisset ab his qui adfuerant omnia, solvit abdicationem, filium me sibi de novo assumsit, servatorem et bene meritum appellans, fassus experimentum se jam certum habere, excusans illa superiora. Id factum exhilaravit quidem multos, qui aderant viri boni; contristavit autem quibus abdicatio filii jucundior receptione fuerat. Videbam certe tunc non æqualiter omnes hac re delectari, sed statim cujusdam et versum colorem, et conturbatum visum, et vultum iratum, quale quid ex invidia et odio solet fieri. Nos igitur, ut facile est ad existimandum, in jucunditate et animi oblectatione esse, qui recepissemus alter alterum.

6. Noverca autem paullo post statim ægrotare cœpit, morbum, judices, difficilem et irrationabilem: incipiens enim statim malum observavi. Nam non simplex erat aut levis modo furoris species, sed antiquum aliquod desidens in anima malum ruptis quasi vinculis evicit in lucem. Sunt quidem alia quoque signa nobis multa sine spe sanationis furentium: unum autem illud novum hac in muliere observavi. Etenim ad reliquos mitior est et mansueta, præsentibus iis, inducias agit morbus: at si quem medicum videat, et hoc solum nomen audiat, in illum maxime exacerbatur: quod quidem ipsum, quam male illa habeat et insanabiliter, est indicium. Hæc videns ægre ferebam equidem, et miserabar feminam, quod merebatur, præter fas infortunatam.

7. At pater præ imperitia, qui neque principium mali, quod eam tenet, neque causam, neque modum ægritudinis novit, curare illam jussit, atque idem infundere ei medicamentum: putavit enim unum esse furoris genus, morbum unum, infirmitatem eandem, quæ similem curationem reciperet. Quum vero, quod verissimum est, nego fieri posse ut servetur mulier, quum superari eam a morbo fateor; indignatur, irascitur, me ultro ait subtrahere me, et mulierem prodere; ob artis imbecillitatem me accusat. Atque usu illi venit quod solet dolentibus: irascuntur enim omnes his qui libere vera illis dicunt. Verum ego, quantum ejus potuero, causam apud illum dicam, et pro me, et pro arte.

8. Ac primum a lege incipiam, ex qua abdicare me vult ut sciat non jam similem esse ipsi ut prius potestatem

ϊτῷ νῦν τε καὶ πρότερον τὴν ἐξουσίαν. Οὐ
σιν, ὦ πάτερ, ὁ νομοθέτης οὐδὲ πάντας υἱέας
ίκις ἂν ἐθέλωσιν ἀποκηρύττειν συγκεχώρηκεν
πάσαις αἰτίαις, ἀλλ' ὥσπερ τοῖς πατράσι τὰ
τα ὀργίζεσθαι ἐφῆκεν, οὕτω καὶ τῶν παίδων
σεν, ὡς μὴ ἀδίκως αὐτὸ πάσχωσι· καὶ διὰ τοῦτο
θέραν ἐφῆκε γίγνεσθαι οὐδ' ἄκριτον τὴν τιμω-
λλ' ἐς δικαστήριον ἐκάλεσε καὶ δοκιμαστὰς
τοὺς μήτε πρὸς ὀργὴν μήτε πρὸς διαβολὴν τὸ
κρινοῦντας· ᾔδει γὰρ πολλοῖς πολλάκις ἀλόγους
ὀργῆς παρισταμένας, καὶ τὸν μὲν ψευδεῖ τινι
πειθόμενον, τὸν δὲ οἰκέτῃ πιστεύοντα ἢ γυ-
θρῷ. Οὔκουν ἡγεῖτο ἀδίκαστον γίγνεσθαι τὸ
οὐδ' ἐξ ἐρήμης τοὺς παῖδας εὐθὺς ἁλίσκεσθαι,
ὶ ὕδωρ ἐγχεῖται καὶ λόγος ἀποδίδοται καὶ ἀνεξ-
οὐδὲν καταλείπεται.

Ἐπεὶ τοίνυν ἔξεστι, καὶ τοῦ μὲν ἐγκαλεῖν μόνου
ὁ κύριος, τοῦ κρῖναι δὲ, εἰ εὔλογα αἰτιᾶται,
δικάζοντες, αὐτὸ μὲν ὅ μοι ἐπιφέρει καὶ ἐφ' ᾧ
νακτεῖ, μηδέπω σκοπεῖτε, πρότερον δ' ἐκεῖνο
τε, εἰ ἔτι δοτέον ἀποκηρύττειν αὐτῷ ἅπαξ ἀπο-
τι καὶ χρησαμένῳ τῇ παρὰ τοῦ νόμου ἐξουσίᾳ
πληρώσαντι τὴν πατρικὴν ταύτην δυναστείαν,
ὶς ἀναλαβόντι καὶ λύσαντι τὴν ἀποκήρυξιν.
ὲν γὰρ ἀδικώτατον εἶναί φημι τὸ τοιοῦτον, ἀπε-
γίγνεσθαι τῶν παίδων τὰς τιμωρίας καὶ πολλὰς
αδίκας καὶ τὸν φόβον ἀίδιον καὶ τὸν νόμον ἄρτι
ὀργίζεσθαι, μετὰ μικρὸν δὲ λύεσθαι καὶ πάλιν
ἰσχυρὸν εἶναι, καὶ ὅλως ἄνω καὶ κάτω στρέφε-
ι δίκαια πρὸς τὸ ἐπὶ καιροῦ δοκοῦν πατράσιν.
τὸ μὲν πρῶτον ἄξιον ἐφιέναι καὶ ἀγανακτοῦντι
νακτεῖν καὶ κύριον τῆς τιμωρίας ποιεῖν τὸν γε-
ότα, ἢν δ' ἅπαξ ἀναλώσῃ τὴν ἐξουσίαν καὶ κα-
ηται τῷ νόμῳ καὶ ἐμπλησθῇ τῆς ὀργῆς, εἶτα
αῦτα ἀναλάβῃ χρηστὸν εἶναι μεταπεισθεὶς, ἐπὶ
ἀνάγκη μένειν καὶ μηκέτι μεταπηδᾶν μηδὲ
ουλεύεσθαι μηδὲ μεταποιεῖν τὴν κρίσιν· τοῦ μὲν
ν γεννηθέντα πονηρὸν ἢ χρηστὸν ἀποβήσεσθαι
οἶμαι, γνώρισμα ἦν, καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ἀναξίους
νους παραιτεῖσθαι συγκεχώρηται τοῖς ὅτε ἠγνό-
αθρεψαμένοις.

Ὅταν δὲ μὴ κατ' ἀνάγκην, ἀλλ' ἐπ' ἐξουσίας αὐ-
ἀφ' ἑαυτοῦ καὶ δοκιμάσας ἀναλάβῃ, τίς ἔτι μη-
μεταβάλλεσθαι, ἢ τίς ἔτι χρῆσις ὑπόλοιπος τοῦ
Φαίη γὰρ ἂν πρὸς σὲ ὁ νομοθέτης, Εἰ πονηρὸς
ἦν καὶ τοῦ ἀποκηρυχθῆναι ἄξιος, τί παθὼν ἀνε-
; τί δ' αὖθις ἐπανῆγες ἐς τὴν οἰκίαν; τί δ' ἔλυες
ιον; ἐλεύθερος γὰρ ἦσθα καὶ τοῦ μὴ ποιεῖν ταῦτα
Οὐ γὰρ δὴ ἐντρυφᾶν σοι δοτέον τοῖς νόμοις
ρὸς τὰς σὰς μεταβολὰς συνάγεσθαι τὰ δικαστή-
ὲ ἄρτι μὲν λύεσθαι, ἄρτι δὲ κυρίους εἶναι τοὺς
, καὶ τοὺς δικαστὰς καθῆσθαι μάρτυρας, μᾶλλον
ρέτας τῶν σοὶ δοκούντων ὁτὲ μὲν κολάζοντας,
διαλλάττοντας, ὁπόταν σοι δοκῇ. Ἅπαξ γεγέννη-

Non enim, pater, omnibus, neque omnes filios, neque quoties voluerint, abdicare legislator concessit, neque omnibus de causis : sed quemadmodum patribus sic irasci permisit, ita etiam filiis, ne injuste hoc patiantur, prospexit. Ac propterea non liberam esse permisit nec sine judicio pœnam, sed ad tribunal eos vocavit, et æstimatores sedere jussit, neque ad iram, neque ad calumniam quid justum sit examinaturos. Norat enim multis sæpe irrationabiles iræ causas inesse, et alium mendaci cuidam calumniæ fidem habere, alium servo credere, aut mulierculæ inimicæ. Quare voluit non sine judicio hoc negotium transigi, neque inauditos filios statim damnari, sed aqua illis quoque infunditur et causæ dictio datur, et nihil non examinatum relinquitur.

9. Quandoquidem igitur licet, et accusationem solam in potestate habet pater, judicium vero, an cum ratione accuset, vestrum est, judices : ipsum quidem quod mihi objicit, et de quo nunc indignatur, nondum considerate : prius vero illud exquirite, sitne concedendum iterum illi abdicare, qui semel jam abdicaverit et potestate legis sit usus, illudque patrium imperium expleverit, deinde vero rursus receperit abdicationemque resciderit. Equidem injustissimum esse tale quid aio, infinitas sic fieri filiorum pœnas, et condemnationes multas, et metum perpetuum, et legem nunc quidem adjuvare iras, paullo post autem solvi, et rursus æque valere, atque omnino sursum deorsum jura verti, prout quoque tempore videatur patribus. Sed primo quidem æquum est permittere aliquid et in partem indignationis venire et puniendi potestatem tribuere ei qui genuit : quum vero semel consumserit potestatem, quum lege abusus fuerit, quum satiatus ira, deinde post hæc receperit, bonum esse contra priorem sententiam persuasus : in his jam necessario manendum, nec transiliendum amplius, neque mutandum consilium, neque judicium retractandum. Utrum enim filius malus, an bonus futurus esset, signo, opinor, nullo poterat dignosci : ac propterea indignos familia reprobare concessum est iis, qui tum quum ignorarent, aluere.

10. Ubi vero non necessitate quadam, sed libera potestate et suopte judicio aliquis filium probavit et recepit; quinam modus superest mutandi sententiam, aut qui legis usus ei est relictus? Dixerit enim ad te legislator : Si malus hic fuit et abdicari dignus, quid tibi in mentem venit ut revocares? quid rursus reduxisti in domum? quid legem rescidisti? liber enim eras, integrum tibi erat hoc non facere. Neque enim concedendum tibi est ut ad animi tui libidinem utaris legibus, neque ut ad tuas inconstantias circumagas judicia; neque ut nunc abrogentur, nunc valeant leges; et judices sedeant testes, vel ministri potius eorum quæ tibi placent, modo punientes, modo reconciliantes, prout tibi visum

κας, ἅπαξ ἀνατέτροφας, ἅπαξ καὶ τὸ ἀποκηρύττειν ἀντὶ τούτων ἔχεις, καὶ τότε, ἢν δικαίως αὐτὸ ποιεῖν δοκῇς· τὸ δ' ἄπαυστον τοῦτο καὶ ἀΐδιον καὶ πολὺ καὶ ῥᾴδιον μεῖζον ἤδη τῆς πατρικῆς ἐστιν ἐξουσίας.

11. Μὴ δὴ, πρὸς Διὸς, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, συγχωρήσητε αὐτῷ ἑκούσιον τὴν ἀνάληψιν πεποιημένῳ καὶ λύσαντι τὴν γνῶσιν τοῦ πάλαι δικαστηρίου καὶ ἀκυρώσαντι τὴν ὀργὴν αὖθις τὴν αὐτὴν τιμωρίαν ἀνακαλεῖν καὶ ἐπὶ τὴν ἐξουσίαν τὴν πατρικὴν ἀνατρέχειν, ἧς ἔξωρος ἤδη καὶ ἕωλος ἡ προθεσμία, καὶ μόνῳ τούτῳ ἄκυρος καὶ προδεδαπανημένη· ὁρᾶτε γάρ που καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις δικαστηρίοις ὡς ἀπὸ μὲν τῶν κλήρῳ λαχόντων δικαστῶν, ἤν τις ἄδικον οἴηται γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, δίδωσιν ὁ νόμος εἰς ἕτερον ἐφεῖναι δικαστήριον· ἢν δέ τινες ἑκόντες αὐτοὶ συνθῶνται δικαστὰς καὶ προελόμενοι ἐπιτρέψωσι διαιτᾶν, οὐκέτι. Οἷς γὰρ ἐξῆν μηδὲ τὴν ἀρχὴν ἐμμένειν, εἰ τούτους τις αὐθαίρετος εἵλετο, στέργειν ἐστὶ δίκαιος τοῖς ἐγνωσμένοις. Οὕτω δὴ καὶ σὺ, ὃν ἐξῆν μηκέτ' ἀναλαμβάνειν, εἴ σοι ἀνάξιος ἐδόκει τοῦ γένους, τοῦτον εἰ χρηστὸν ἡγησάμενος εἶναι πάλιν ἀνείληφας, οὐκέτ' ἀποκηρύττειν ἕξεις· ὅτι γὰρ οὐκ ἄξιος αὖθις παθεῖν ταῦτα, ὑπ' αὐτοῦ σοῦ μεμαρτύρηται καὶ χρηστὸς ἤδη ἀνωμολόγηται. Ἀμετανόητον οὖν τὴν ἀνάληψιν καὶ τὴν διαλλαγὴν βέβαιον εἶναι προσήκει μετὰ κρίσιν οὕτω πολλὴν καὶ δύο δικαστήρια, ἓν μὲν τὸ πρῶτον, ἐφ' οὗ παρῃτήσω, δεύτερον δὲ τὸ σὸν, ὅτε μετεβουλεύσω καὶ ἀνάδαστον ἐποίησας· τὰ πρότερον ἐγνωσμένα λύσας βεβαιοῖς τὰ μετ' ἐκεῖνα βεβουλευμένα. Μένε τοίνυν ἐπὶ τῶν τελευταίων καὶ φύλαττε τὴν σαυτοῦ κρίσιν, πατέρα σε εἶναι δεῖ· τοῦτο γὰρ ἔδοξέ σοι, τοῦτ' ἐδοκίμασας, τοῦτ' ἐκύρωσας.

12. Ἐγὼ μὲν οὐδ' εἰ μὴ φύσει παῖς ἦν, θέμενος δὲ ἀποκηρύττειν ἤθελες, ἐξεῖναι ἄν σοι ᾠόμην· ὃ γὰρ τὴν ἀρχὴν μὴ ποιεῖν δυνατὸν ἦν, τοῦτ' ἄδικον λύειν ἅπαξ γενόμενον. Τὸν δὲ καὶ φύσει καὶ αὖθις προαιρέσει καὶ γνώμῃ εἰσπεποιημένον, πῶς εὔλογον αὖθις ἀπωθεῖσθαι καὶ πολλάκις τῆς μιᾶς οἰκειότητος ἀποστερεῖν; Εἰ δ' οἰκέτης ὢν ἐτύγχανον, καὶ τὸ μὲν πρῶτον πονηρὸν οἰόμενος ἐπέδησας, μεταπεισθεὶς δὲ ὡς οὐδὲν ἠδίκουν, ἐλεύθερον ἀφῆκας εἶναι, ἆρ' ἄν σοι πρὸς καιρὸν ὀργισθέντι αὖθις ἐξῆν ἐς τὴν ὁμοίαν δουλείαν ἐπανάγειν; οὐδαμῶς. Τὰ γὰρ τοιαῦτα βέβαια καὶ διὰ παντὸς κύρια ὑπάρχειν οἱ νόμοι ἀξιοῦσιν. Ὑπὲρ μὲν οὖν τοῦ μηκέτι ἐξεῖναι τούτῳ ἀποκηρύττειν ὃν ἅπαξ ἀποκηρύξας ἑκὼν ἀνέλαβεν, ἔτι πολλὰ εἰπεῖν ἔχων ὅμως παύσομαι.

13. Σκέψασθε δὲ ἤδη ὅντινα ὄντα με καὶ ἀποκηρύξει· καὶ οὐ δή που τοῦτό φημι, ὡς τότε μὲν ἰδιώτην, νῦν δ' ἰατρόν· οὐδὲν γὰρ ἂν πρὸς τοῦτο ἡ τέχνη συναγωνίσαιτο· οὐδ' ὅτι τότε μὲν νέον, νῦν δὲ ἤδη καὶ προβεβηκότα καὶ τὸ πιστὸν τοῦ μηδὲν ἀδικῆσαι ἂν παρὰ τῆς ἡλικίας ἔχοντα· μικρὸν γὰρ ἴσως καὶ τοῦτο. Ἀλλὰ τότε μὲν, εἰ καὶ μηδὲν ἠδικημένος, ὡς ἂν ἔγωγε φαίην, ἀλλ' οὐδ' εὖ πεπονθὼς παρῃτεῖτο τῆς οἰκίας, νῦν δὲ σωτῆρα ἔναγχος καὶ εὐεργέτην γεγενημένον, οὗ τί γένοιτ' ἂν

fuerit. Semel genuisti, aluisti semel, semel etiam abdicandi pro his potestatem habes, idque tum, si juste illud videaris facere : illud autem indesinenter facere et perpetuo, et sæpe, et temere, majus jam est patria potestate.

11. Nolite sane, obsecro, judices, concedere illi, postquam sponte receptionem fecit et superioris judicii cognitionem reddidit irritam et iram suam retractavit, ut eandem rursus pœnam revocet et ad patriam potestatem recurrat, cujus jam tempus illi præteriit et olim dies elapsus est, quæque illo solo actu vim suam amisit et consumta est. Nam videtis fere in ceteris etiam judiciis, ut a judicibus sortitione lectis, si quis injustum factum putet judicium, permittat lex ad aliud provocare et abire tribunal : sin aliqui ultro sibi judices statuerint et delectis a se permiserint arbitrium, non jam hoc concedat. Quibus enim initio licebat non stare, hos si quis sua sponte legerit, justum est eorum illum cognitione contentum esse. Ita sane tu etiam, quem licebat non iterum recipere, si indignus genere tibi videbatur; hunc si, bonum arbitratus esse, denuo recepisti, non jam poteris abdicare. Non enim dignum esse qui ista denuo a te patiatur, tu ipse testatus et bonum jam esse confessus es. Quare receptionem pœnitentiæ non jam subjectam, sed ratam conciliationem esse convenit post multum adeo judicium et duo tribunalia, unum prius illud, quo me ejecisti, alterum tuum ipsius, quum mutato consilio irritum prius illud fecisti. Quum priora decreta rescindis, firmas quæ post ea deliberasti. Mane ergo in ultimis ac tuere judicium tuum : patrem te esse oportet; ita enim ipsi tibi placuit, hoc probasti, hoc sanxisti.

12. Ego ne tum quidem, si non natura essem filius, sed adoptatum me abdicare velles, licere tibi hoc putarem. Quod enim initio non facere licebat, illud, ubi semel factum, dissolvere iniquum est. Illum autem qui natura, deinde rursus voluntate et sententia tua in domum ascitus est, quomodo rationabile est rursus expellere et uno familiæ jure privare sæpius? Si vero servus fuissem, primo, malum me putans, vinxisses, ac deinde mutata persuasione arbitratus nihil me injustum egisse, liberum dimisisses; numquid tibi aliquando irato liceret in similem me servitutem retrahere? Minime : hæc talia enim firma et perpetuo rata esse leges jubent. De eo igitur, quod non liceat isti abdicare quem semel a se abdicatum sponte receperit, licet multa adhuc quæ dicam supersint, tamen desinam.

13. Videte autem nunc, qualem me hominem abdicaturus eat. Et nondum hoc dico, tum imperitum, jam vero medicum; nihil enim ad hanc rem ars juverit : neque, tum juvenem, nunc autem jam provectum, qui ab ipsa jam ætate argumentum habeam, injuriam me non temere facere : parvum enim fortasse hoc etiam fuerit. Verum illo tempore, licet injuria nulla læsus, ut equidem dixerim, tamen nec auctus beneficio, domo me exclusit : jam vero servatorem recens et bene de se meritum, quo quid fieri possit ingra-

ἀχαριστότερον, σωθέντα δι' ἐμὲ καὶ τηλικοῦτον κίνδυνον διαπεφευγότα τοῖς τοιούτοις εὐθὺς ἀμείβεσθαι τῆς θεραπείας ἐκείνης οὐδένα λόγον ἔχοντα, ἀλλ' οὑτωσὶ ῥᾳδίως ἐπιλελῆσθαι καὶ ἐπὶ τὴν ἐρημίαν ἐλαύνειν τὸν ἐφησθέντ' ἂν δικαίως ἐφ' οἷς ἀδίκως ἐξεβέβλητο, μὴ μόνον οὐ μνησικακήσαντα, ἀλλὰ καὶ σώσαντα καὶ σωφρονεῖν παρασκευάσαντα;

14. Οὐ γὰρ σμικρὸν, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, οὐδὲ τὸ τυχὸν εὖ πεποιηκὼς αὐτὸν ὅμως τῶν τοιούτων νῦν ἀξιοῦμαι. Ἀλλ' εἰ καὶ οὗτος ἀγνοεῖ τὰ τότε, πάντες ὑμεῖς ἴστε οἷα ποιοῦντα αὐτὸν καὶ πάσχοντα καὶ ὅπως διακείμενον ἐγὼ παραλαβὼν, τῶν μὲν ἄλλων ἰατρῶν ἀπεγνωκότων, τῶν δ' οἰκείων φευγόντων καὶ μηδὲ πλησίον προσιέναι τολμώντων, τοιοῦτον ἀπέφηνα, ὡς καὶ κατηγορεῖν δύνασθαι καὶ περὶ τῶν νόμων διαλέγεσθαι. Μᾶλλον δὲ ὁρᾷς, ὦ πάτερ, τὸ παράδειγμα· τοιοῦτον ὄντα σε παρ' ὀλίγον οἷα νῦν ἡ γυνή ἐστι, πρὸς τὴν ἀρχαίαν φρόνησιν ἐπανήγαγον. Οὐ δὴ δίκαιον, τοιαύτην μοι γενέσθαι τὴν ἀμοιβὴν ἀντ' ἐκείνων οὐδὲ κατ' ἐμοῦ σε μόνου σωφρονεῖν· ὅτι γὰρ μὴ μικρὰ ὑπ' ἐμοῦ εὐηργέτησαι καὶ ἀπ' αὐτῶν ὧν ἐγκαλεῖς δῆλόν ἐστιν· ὃν γὰρ ὡς ἐν ἐσχάτοις οὖσαν τὴν γυναῖκα καὶ παμπονήρως ἔχουσαν οὐκ ἰώμενον μισεῖς, πῶς οὐ πολὺ μᾶλλον, ὅτι σε τῶν ὁμοίων ἀπήλλαξα, ὑπεραγαπᾷς καὶ χάριν ὁμολογεῖς τῶν οὕτω δεινῶν ἀπηλλαγμένος; Σὺ δὲ, ὅπερ ἀγνωμονέστατον, σωφρονήσας εὐθὺς εἰς δικαστήριον ἄγεις καὶ σεσωσμένος κολάζεις καὶ ἐπὶ τὸ ἀρχαῖον ἐκεῖνο μῖσος ἀνατρέχεις καὶ τὸν αὐτὸν ἀναγιγνώσκεις νόμον. Καλὸν γοῦν τὸν μισθὸν ἀποδίδως τῇ τέχνῃ καὶ ἀξίας ἀμοιβὰς τῶν φαρμάκων ἐπὶ τὸν ἰατρὸν ὑγιαίνων μόνον.

15. Ὑμεῖς δὲ, ὦ ἄνδρες δικασταὶ, τὸν εὐεργέτην τούτῳ κολάζειν ἐπιτρέψετε καὶ τὸν σώσαντα ἐξελαύνειν καὶ τὸν σωφρονίσαντα μισεῖν καὶ τὸν ἀναστήσαντα τιμωρεῖσθαι; οὐχ, ἤν γε τὰ δίκαια ποιῆτε. Καὶ γὰρ εἰ τὰ μέγιστα νῦν ἁμαρτάνων ἐτύγχανον, ἦν μοί τις οὐ μικρὰ προοφειλομένη χάρις, εἰς ἣν ἀποβλέποντα τοῦτον καὶ ἧς μεμνημένον καλῶς εἶχε τῶν μὲν παρόντων καταφρονεῖν, δι' ἐκεῖνα δὲ πρόχειρον τὴν συγγνώμην ἔχειν, καὶ μάλιστα εἰ τηλικαύτη τις ἡ εὐεργεσία τυγχάνοι, ὡς πάντα ὑπερπαίειν τὰ μετὰ ταῦτα. Ὅπερ οἶμαι κἀμοὶ πρὸς τοῦτον ὑπάρχειν, ὃν ἔσωσα, καὶ ὃς τοῦ βίου παντὸς χρεώστης ἐστί μοι, καὶ ᾧ τὸ εἶναι καὶ τὸ σωφρονεῖν καὶ τὸ συνιέναι παρέσχημαι, καὶ μάλιστα ὅτε οἱ ἄλλοι πάντες ἤδη ἀπεγνώκεσαν καὶ ἥττους εἶναι ὡμολόγουν τῆς νόσου.

16. Τοῦτο γὰρ μείζω οἶμαι ποιεῖν τὴν ἐμὴν εὐεργεσίαν, ὃς οὔτε υἱὸς ὢν τότε οὔτε ἀναγκαίαν τῆς θεραπείας ἔχων αἰτίαν, ἀλλ' ἐλεύθερος καθεστὼς καὶ ἀλλότριος, τῆς φυσικῆς αἰτίας ἀφειμένος, ὅμως οὐ περιεῖδον, ἀλλ' ἐθελοντὴς, ἄκλητος, αὐτεπάγγελτος ἧκον, ἐβοήθησα, προσελιπάρησα, ἰασάμην, ἀνέστησα καὶ τὸν πατέρα ἐμαυτῷ διεφύλαξα καὶ ὑπὲρ τῆς ἀποκηρύξεως ἀπελογησάμην καὶ τῇ εὐνοίᾳ τὴν ὀργὴν ἔπαυσα καὶ τὸν νόμον ἔλυσα τῇ φιλοστοργίᾳ καὶ μεγάλης εὐεργεσίας τὴν εἰς τὸ

tius? servatum mea opera, tali superato periculo, talem statim mercedem persolvere, nulla curationis illius ratione habita; sed ita facile oblivisci et in solitudinem abigere eum, qui quum jure lætari potuisset malis pro injusta ejectione, non solum memoriam injuriæ abjecit, verum salutem etiam præstitit et sanitatem.

14. Neque enim parvum est, judices, neque quotidianum beneficium, quo affeci illum, qui talibus nunc pœnis me dignum censet. Sed etsi forte iste ignorat quæ tum acta sunt; at vos nostis omnes, qualia agentem illum et patientem, et quomodo affectum, ego illum receperim, desperantibus reliquis medicis, familiaribus autem fugientibus, ac ne prope quidem accedere ausis, ac talem reddiderim, qui etiam accusare possit et de legibus disputare. Potius hoc dicam : vides, pater, tui status specimen : talis propemodum quum esses, qualis nunc mater est, ad pristinam te mentem revocavi. Non igitur justum est eam mihi pro illis mercedem tribui, teque contra me solum sapere. Minime enim parvum tibi beneficium a me tributum esse, ex ipsa tua accusatione manifestum est. Quem enim odio jam habes, qui non sanem uxorem tuam cum extremis conflictantem malis et pessime omnino habentem, cur non multo potius vehementer amas, quod similibus te liberavi, et gratiam habes tantis malis solutus? Tu vero, quod ingratissimum, recepta mente statim trahis ad tribunal, et servatus punis, et ad antiquum illud odium recurris, et legem eandem recitas. Præclaram igitur arti mercedem exsolvis, et digna medicamentorum præmia, qui contra solum medicum sapias.

15. Vos autem, judices, huic permittetis punire bene de se meritum, servatorem expellere, sanæ mentis restitutorem odisse, afficere supplicio qui jacentem erexit? Minime, si quidem juste agatis. Etenim si maxima nunc peccata commisissem, erat quæ ante deberetur mihi gratia non parva, ad quam iste respiciens, cujus recordatus jure meritoque præsentia contemneret, in promtu propter ista haberet veniam : maxime vero, si tale tantumque sit beneficium, ut longe ea, quæ post facta sunt, superet. Quod quidem apud istum mihi ita se habere arbitror, quem servaverim, qui vitam mihi ipsam debeat, cui quod est, quod sapit, quod intelligit, ego præstiterim, idque eo maxime tempore, quum reliqui omnes spem abjecissent seque impares morbo fassi essent.

16. Illa enim re augeri beneficium meum existimo, quod neque filius eo tempore, neque necessariam habens curationis causam, sed in libertate constitutus, alienus, naturali necessitudine solutus, tamen non neglexi patrem; sed sponte, invocatus, meo ipsius instinctu veni, opem tuli, assiduus fui, sanavi, excitavi, patrem servavi mihi, causam de abdicatione dixi, iram illius mea benevolentia sedavi, legem dissolvi pietate, magnoque beneficio reditum in familiam redemi, atque ancipiti adeo

γένος ἐπάνοδον ἐπριάμην καὶ ἐν οὕτως ἐπισφαλεῖ καιρῷ τὴν πρὸς τὸν πατέρα πίστιν ἐπεδειξάμην καὶ μετὰ τῆς τέχνης ἐμαυτὸν εἰσεποίησα καὶ γνήσιος υἱὸς ἐν τοῖς δεινοῖς ἀνεφάνην. Πόσα γὰρ οἴεσθε παθεῖν με, πόσα καμεῖν παρόντα, ὑπηρετοῦντα, καιροφυλακοῦντα, νῦν μὲν εἴκοντα τῇ τοῦ πάθους ἀκμῇ, νῦν δὲ τὴν τέχνην ἐπάγοντα πρὸς ὀλίγον ἐνδιδόντος τοῦ κακοῦ; ἔστι δὲ τῶν ὄντων ἁπάντων τούτων ἐν τῇ ἰατρικῇ τὸ ἐπισφαλέστατον, τοὺς τοιούτους ἰᾶσθαι καὶ πλησιάζειν οὕτω διακειμένοις· ἐς γὰρ τοὺς πλησίον πολλάκις ἀφιᾶσι τὴν λύτταν ἐπιζέσαντος τοῦ πάθους. Καὶ ὅμως πρὸς οὐδὲν τούτων ἀπώκνησα οὐδ᾽ ἀπεδειλίασα, συνὼν δὲ καὶ πάντα τρόπον ἀντεξεταζόμενος τῇ νόσῳ τὸ τελευταῖον ἐκράτησα τῷ φαρμάκῳ.

tempore ostendi meam in parentem fidem, et una cum arte me ipsum quasi adoptavi, germanumque me filium in magno discrimine exhibui. Quæ enim subiisse me putatis? quantum laborasse præsentem, ministrantem, tempora observantem omnia, quum nunc viribus summis morbi concederem, nunc remittenti aliquantum malo artem opponerem? Est autem omnium in medicina hoc periculosissimum, curare tales, et ad ita constitutos accedere: sæpe enim in proximos quosque rabiem, effervescente morbo, emittunt. Ego tamen ad nihil horum vel operam remisi, vel despondi animum: sed congrediens et omni modo contra morbum decertans, medicamento tandem illum expugnavi.

17. Μὴ γὰρ τοῦτ᾽ ἀκούσας εὐθὺς ὑπολάβοι τις, ποῖος δὲ ἢ πόσος ὁ κάματος ἐγχέαι φάρμακον; πολλὰ γὰρ πρὸ τούτου γενέσθαι δεῖ καὶ προοδοποιῆσαι τῇ πόσει καὶ προπαρασκευάσαι ῥᾴδιον εἰς ἴασιν τὸ σῶμα καὶ τῆς ἁπάσης ἕξεως φροντίσαι κενοῦντα καὶ ἰσχναίνοντα καὶ οἷς χρὴ τρέφοντα καὶ κινοῦντα εἰς ὅσον χρήσιμον καὶ ὕπνους ἐπινοοῦντα καὶ ἠρεμίας μηχανώμενον, ὥπερ οἱ μὲν ἄλλο τι νοσοῦντες ῥᾳδίως πεισθεῖεν ἄν, οἱ μεμηνότες δὲ διὰ τὴν ἐλευθερίαν τοῦ νοῦ δυσάγωγοι καὶ δυσηνίοχητοι καὶ τῷ ἰατρῷ ἐπισφαλεῖς καὶ τῇ θεραπείᾳ δυσκαταγώνιστοι. Ὅταν γοῦν πολλάκις ποιήσωμεν ἤδη πλησίον γενέσθαι τοῦ τέλους καὶ ἐλπίσωμεν, ἐμπεσόν τι μικρὸν ἁμάρτημα, ἐπακμάσαντος τοῦ πάθους ἅπαντα ῥᾳδίως ἐκεῖνα ἀνέτρεψε καὶ ἀνεπόδισε τὴν θεραπείαν καὶ τὴν τέχνην διέσφηλε.

17. Noli enim, si quis ista audis, statim putare, Qualis aut quantus labor est infundere medicamentum? Multa enim ante hoc fieri oportet, et viam munire potioni; et parare habile ad curationem corpus, et habitus totius habere rationem, evacuando, extenuando, iis quibus oportet nutriendo, et movendo quantum utile est, et somno parando, et machinanda quiete, ad quæ morbo laborantes alio facile inducantur, furiosi autem propter mentis licentiam duci regique difficiles sunt, periculosi medico et curationi vix superabiles. Quum enim sæpe effecimus ut prope finem simus, quum speramus: incidens parvulum quoddam peccatum, ingravescente denuo morbo, omnia illa facile evertit, retro egit curationem, artem dejecit.

18. Τὸν οὖν ταῦτα πάντα ὑπομεμενηκότα καὶ οὕτω χαλεπῷ νοσήματι προσπαλαίσαντα καὶ πάθος ἁπάντων παθῶν τὸ δυσαλωτότατον νενικηκότα ἔτι τούτῳ ἀποκηρύττειν ἐπιτρέψετε, καὶ τοὺς νόμους ὡς βούλεται ἑρμηνεύειν κατ᾽ εὐεργέτου συγχωρήσετε καὶ τῇ φύσει πολεμεῖν αὐτὸν ἐάσετε; Ἐγὼ τῇ φύσει πειθόμενος, ὦ ἄνδρες δικασταί, σώζω καὶ διαφυλάττω τὸν πατέρα ἐμαυτῷ, κἂν ἀδικῇ· οὑτοσὶ δὲ τὸν εὐηργετηκότα παῖδα τοῖς νόμοις, ὥς φησιν, ἀκολουθῶν διαφθείρει καὶ τοῦ γένους ἀποστερεῖ. Μισόπαις οὗτος, ἐγὼ φιλοπάτωρ γίγνομαι· ἐγὼ τὴν φύσιν ἀσπάζομαι, οὗτος τὰ τῆς φύσεως παρορᾷ καὶ καθυβρίζει. Ὦ πατρὸς μισοῦντος ἀδίκως· ὢ παιδὸς φιλοῦντος ἀδικώτερον. Ἐγκαλῶ γὰρ ἐμαυτῷ, τοῦ πατρὸς ἀναγκάζοντος ὅτι μισούμενος οὐ δέον φιλῶ καὶ φιλῶ πλέον ἢ προσῆκε. Καίτοι γε ἡ φύσις τοῖς πατράσι τοὺς παῖδας μᾶλλον ἢ τοῖς παισὶ τοὺς πατέρας ἐπιτάττει φιλεῖν. Ἀλλ᾽ οὗτος ἑκὼν καὶ τοὺς νόμους παρορᾷ, οἳ τοὺς οὐδὲν ἠδικηκότας παῖδας τῷ γένει φυλάττουσι, καὶ τὴν φύσιν, ἣ τοὺς γεννήσαντας ἕλκει πρὸς πόθον τῶν γεγεννημένων πολύν, οὐχ ὅπως μείζους ἀρχὰς εὐνοίας ἔχων πρὸς ἐμὲ μείζονα τὰ δίκαιά μοι τῆς εὐνοίας εἰσφέρει καὶ ἐπιδίδωσιν, ἢ τό γε ἔλαττον ἐμὲ μιμεῖται καὶ ζηλοῖ τοῦ φίλτρου· ἀλλ᾽, οἴμοι τῆς συμφορᾶς, προσέτι καὶ μισεῖ φιλοῦντα καὶ ἀγαπῶντα ἐλαύνει καὶ εὐεργετοῦντα ἀδικεῖ καὶ ἀσπαζόμενον ἀποκηρύττει καὶ τοὺς

18. Eum igitur, qui illa omnia sustinuit, qui cum gravi adeo ægritudine conflictatus est, qui morbum morborum omnium superatu difficillimum vicit, isti adhuc abdicare permittetis, et pro sua libidine interpretari leges contra optime de se meritum patiemini, et contra ipsam pugnare naturam sinetis? Ego naturæ obsecutus, judices, servo et custodio mihi patrem, etiam si injuriam ipse mihi faciat: at hic filium a quo beneficium accepit, legibus, ut ait, obtemperans, perdit et genere privat. Liberorum osor hic est, amans ego patris; ego amplector naturam, hic naturæ vim despicit et jus ejus contumeliose conculcat. Vah patrem injuste odio habentem! vah filium amantem etiam injustius! Me enim ipsum accuso, patre ita cogente, qui exosus præter officium amem, et magis amem quam convenit: quanquam patribus magis injungat amare liberos, quam hisce patres. Sed iste ultro et leges despicit, quæ liberos nullius injuriæ reos servant generi, et naturam, quæ parentes ad vehementem eorum qui nati sunt amorem trahit; tantum abest ut, quum majores habeat benevolentiæ erga me causas, majora etiam justæ benevolentiæ officia mihi tribuat addatque; aut certe me imitetur, et amoris mei se præbeat æmulum: sed, heu calamitatem! insuper etiam odit amantem, et diligentem exigit, et bene merentem afficit injuria, et amplectentem abdicat, et leges

φιλόπαιδας νόμους ὡς μισόπαιδας κατ' ἐμοῦ μεταχειρίζεται. Ὦ μάχης, ἣν εἰσάγεις, πάτερ, τοῖς νόμοις κατὰ τῆς φύσεως.

19. Οὐκ ἔστι ταῦτα, οὐκ ἔστιν ὡς θέλεις· κακῶς ἑρμηνεύεις, ὦ πάτερ, καλῶς κειμένους τοὺς νόμους. Οὐ πολεμεῖ φύσις καὶ νόμος ἐν ταῖς εὐνοίαις, ἀλλ' ἀκολουθοῦσιν ἐνταῦθα ἀλλήλοις καὶ συναγωνίζονται τῇ λύσει τῶν ἀδικημάτων. Ὑβρίζεις τὸν εὐεργέτην, ἀδικεῖς τὴν φύσιν. Τί καὶ τοὺς νόμους συναδικεῖς τῇ φύσει; οὓς καλοὺς καὶ δικαίους καὶ φιλόπαιδας εἶναι θέλοντας οὐ συγχωρεῖς, καθ' ἑνὸς παιδὸς ὡς κατὰ πολλῶν κινῶν πολλάκις καὶ ἡσυχάζειν οὐκ ἐῶν ἐν ταῖς τιμωρίαις τοὺς ἐν ταῖς τῶν παίδων πρὸς τοὺς πατέρας εὐνοίαις ἡσυχάζειν ἐθέλοντας, καίτοι γε ἐπὶ τοῖς μηδὲν ἡμαρτηκόσι μηδὲ κειμένους. Καὶ μὴν οἵ γε νόμοι καὶ ἀχαριστίας δικάζεσθαι διδόασι κατὰ τῶν τοὺς εὐεργέτας μὴ ἀντ' εὖ ποιούντων. Ὁ δὲ πρὸς τῷ μὴ ἀμείβεσθαι καὶ ἐπ' αὐτοῖς οἷς εὖ πέπονθε κολάζειν ἀξιῶν, σκέψασθε εἴ τινα ὑπερβολὴν ἀδικίας ἀπολέλοιπεν. Ὡς μὲν οὖν οὔτε ἀποκηρύττειν ἔτι τούτῳ ἔξεστιν ἅπαξ ἤδη τὴν πατρικὴν ἐξουσίαν ἀποπληρώσαντι καὶ χρησαμένῳ τοῖς νόμοις οὔτε ἄλλως δίκαιον, εὐεργέτην εἰς τὰ τηλικαῦτα γεγενημένον ἀπωθεῖσθαι καὶ τῆς οἰκίας παραιτεῖσθαι, ἱκανῶς, οἶμαι, δέδεικται.

20. Ἤδη δὲ καὶ ἐπ' αὐτὴν τὴν αἰτίαν ἔλθωμεν τῆς ἀποκηρύξεως καὶ τὸ ἔγκλημα ἐξετάσωμεν ὁποῖόν ἐστιν. Ἀνάγκη δὲ αὖθις ἐπὶ τὴν γνώμην ἀναδραμεῖν τοῦ νομοθέτου. Ἵνα γάρ σοι τοῦτο πρὸς ὀλίγον δῶμεν, τὸ ἐξεῖναι ὁσάκις ἂν ἐθέλῃς ἀποκηρύττειν, καὶ κατά γε τοῦ εὐεργέτου προσέτι τὴν ἐξουσίαν ταύτην συγχωρήσωμεν, οὐχ ἁπλῶς, οἶμαι, οὐδ' ἐπὶ πάσαις αἰτίαις ἀποκηρύξεις. Οὐδὲ τοῦθ' ὁ νομοθέτης φησίν, ὅ τι ἂν τύχῃ ὁ πατὴρ αἰτιασάμενος, ἀποκηρυττέτω, καὶ ἀπόχρη θελῆσαι μόνον καὶ μέμψασθαι· τί γὰρ ἂν ἔδει δικαστηρίου; ἀλλ' ὑμῖν ποιεῖ τοῦτο, ὦ ἄνδρες δικασταί, σκοπεῖν εἴτε ἐπὶ μεγάλοις καὶ δικαίοις ὁ πατὴρ ὀργίζεται εἴτε καὶ μή. Οὐκοῦν τοῦτο ἤδη ἐξετάσατε. Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν μετὰ τὴν μανίαν εὐθύς.

21. Τὰ μὲν δὴ πρῶτα τῆς σωφροσύνης τοῦ πατρὸς λύσις ἦν τῆς ἀποκηρύξεως, καὶ σωτὴρ καὶ εὐεργέτης καὶ πάντα ἦν ἐγώ. Καὶ οὐδὲν, οἶμαι, τούτοις ἔγκλημα προσεῖναι ἐδύνατο. Τὰ μετὰ ταῦτα δὲ τί τῶν πάντων αἰτιᾷ; τίνα θεραπείαν, τίνα ἐπιμέλειαν υἱοῦ παρῆκα; πότε ἀπόκοιτος ἐγενόμην; τίνας πότους ἀκαίρους, τίνας κώμους ἐγκαλεῖς; τίς ἀσωτία, τίς πορνοβοσκὸς ὕβρισται; τίς ᾐτιάσατο; οὐδὲ εἷς. Καὶ μὴν ταῦτ' ἐστὶν ἐφ' οἷς μάλιστα ὁ νόμος ἀποκηρύττειν ἐφίησιν. Ἀλλὰ νοσεῖν ἤρξατο ἡ μητρυιά. Τί οὖν; ἐμοὶ ταῦτ' ἐγκαλεῖς καὶ νόσου δίκην ἀπαιτεῖς; οὐ, φησίν.

22. Ἀλλὰ τί; θεραπεύειν προσταττόμενος οὐκ ἐθέλεις, καὶ διὰ τοῦτ' ἄξιος ἂν εἴης ἀποκηρύξεως ἀπειθῶν τῷ πατρί. Ἐγὼ δὲ τὸ μὲν οἷα προστάττοντι αὐτῷ ὑπακούειν οὐ δυνάμενος ἀπειθεῖν δοκῶ πρὸς ὀλίγον ὑπερθήσομαι· πρότερον δ' ἁπλῶς ἐκεῖνό φημι, ὡς οὐ

liberis faventes, tanquam infensas liberis in me torquet. Vah pugnam, qua committis, pater, leges et naturam!

19. Non sunt, non sunt ista ut tu vis. Male interpretaris, pater, leges bene constitutas. Non pugnant natura et lex circa benevolentiam; sequuntur hac in re se invicem, et mutuo se dissolvendis injuriis adjuvant. Contumeliose tractas bene de te meritum: in naturam injurius es. Quid etiam leges una cum natura injuria complecteris? quas, bonæ, justæ, liberorum amantes esse quum velint, tales esse non concedis, quum eas contra unum filium, tanquam adversus plures, sæpius moveas, et quiescere non patiaris a pœnis eas, quæ in liberorum adversus patres benevolentia quiescere cupiunt, ne propositæ quidem iis qui nihil peccarunt. Et sane ingrati etiam animi judicium dant leges contra eos, qui bene de se meritis gratiam non retulere. Ille vero, qui, præterquam quod vicem non reddit, insuper propter ipsa quibus affectus est beneficia punire cupit, considerate si quem injuriæ excessum reliquerit. Quæ quum ita sint, neque integrum amplius isti esse abdicare, qui semel jam patriam potestatem expleverit et usus sit legibus; neque alioquin justum esse, bene in tantis rebus meritum rejici, et expelli domo, satis, puto, demonstratum est.

20. Jam vero ad ipsam quoque causam veniamus abdicationis, et crimen ipsum, quale sit, examinemus. Opus est vero rursus ad sententiam legislatoris recurrere. Ut enim tibi hoc ad parvum tempus demus, licere abdicare quoties velis, et contra bene meritum insuper hanc tibi potestatem concedamus: non tamen simpliciter, puto, neque omnibus de causis abdicabis. Neque hoc ait legislator, Quicquid accusaverit pater, abdicato, et sufficit velle tantum et insimulare (quid enim opus fuisset judicio?) sed vos, judices, jubet considerare, magnisne et justis de causis irascatur pater, an minus. Igitur hoc jam exquirite. Incipiam autem ab his quæ furorem statim consecuta sunt.

21. Primum quidem quod sanitate restituta egit pater, hoc fuit, quod abdicationem rescidit; tum servator, bene meritus, et omnia eram ego. Neque ullum in his crimen, puto, esse potuit. Eorum autem, quæ secuta sunt, omnium quid incusas? quem cultum, quam curam filii prætermisi? quando abnoctavi? quas compotationes intempestivas, quas comessationes accusas? quæ luxuria mea est? quis leno pulsatus? quis accusavit me? nemo unus. Atqui hæc sunt propter quæ maxime abdicare lex permittit. Sed ægrotare cœpit noverca. Quid igitur? me hoc nomine accusas? et morbi rationem a me repetis? Non, inquit.

22. Quid ergo? Quod curare eam jussus non vis: et propter hoc dignus fueris abdicatione, parere qui recuses patri. Ego vero, qualia præcipienti patri, quum obsequi non possim, obedientiam negare videar, disputare paullum differam: prius vero simpliciter illud dico, Neque isti lex

πάντα προστάττειν οὔτε τούτῳ δίδωσιν ὁ νόμος οὔτ' ἐμοὶ τὸ πείθεσθαι πᾶσι πάντως ἀναγκαῖον. Ἐν δ' οὖν τοῖς τῶν προσταγμάτων τὰ μὲν ἀνεύθυνά ἐστι, τὰ δ' ὀργῆς καὶ τιμωρίας ἄξια· ἐὰν νοσῇς αὐτὸς, ἐγὼ δὲ ἀμελῶ· ἐὰν τῶν κατ' οἶκον ἐπιμελεῖσθαι κελεύῃς, ἐγὼ δὲ ὀλιγωρῶ· ἐὰν τὰ κατ' ἀγρὸν ἐπισκοπεῖν προστάττῃς, ἐγὼ δὲ ὀκνῶ. Πάντα ταῦτα καὶ τὰ τούτοις ὅμοια εὐλόγους ἔχει τὰς προφάσεις καὶ τὰς μέμψεις πατρικάς· τὰ δ' ἄλλα ἐφ' ἡμῖν ἐστι τοῖς παισὶν, ὄντα τῶν τεχνῶν καὶ τῆς τούτων χρήσεως, καὶ μάλιστα, εἰ μηδὲν ὁ πατὴρ αὐτὸς ἀδικοῖτο. Ἐπεί τοι ἂν τῷ γραφεῖ πατὴρ προστάττῃ, ταῦτα μὲν, τέκνον, γράφε, ταυτὶ δὲ μὴ, καὶ τῷ μουσικῷ, τήνδε μὲν τὴν ἁρμονίαν κροῦε, ταύτην δὲ μὴ, καὶ τῷ χαλκεύοντι, τοιαῦτα μὲν χάλκευε, τοιαῦτα δὲ μὴ, ἆρ' ἄν τις ἀνάσχοιτο ἀποκηρύττοντα, ὅτι μὴ κατὰ τὰ ἐκείνῳ δοκοῦντα ὁ παῖς χρῆται τῇ τέχνῃ; οὐδὲ εἷς, οἶμαι.

23. Τὸ δὲ τῆς ἰατρικῆς ὅσῳ σεμνότερόν ἐστι καὶ τῷ βίῳ χρησιμώτερον, τοσούτῳ καὶ ἐλευθεριώτερον εἶναι προσήκει τοῖς χρωμένοις, καί τινα προνομίαν ἔχειν τὴν τέχνην δίκαιον τῇ ἐξουσίᾳ τῆς χρήσεως, ἀναγκάζεσθαι δὲ μηδὲν μηδὲ προστάττεσθαι πρᾶγμα ἱερὸν καὶ θεῶν παίδευμα καὶ ἀνθρώπων σοφῶν ἐπιτήδευμα, μηδ' ὑπὸ δουλείαν γενέσθαι νόμου μηδ' ὑπὸ φόβον καὶ τιμωρίαν δικαστηρίου, μηδ' ὑπὸ ψῆφον καὶ πατρὸς ἀπειλὴν καὶ ὀργὴν ἰδιωτικήν. Ὥστε καὶ εἰ τοῦτό σοι σαφῶς οὑτωσὶ καὶ διαρρήδην ἔλεγον, Οὐ βούλομαι οὐδὲ θεραπεύω δυνάμενος, ἀλλ' ἐμαυτῷ μόνῳ τὴν τέχνην οἶδα καὶ τῷ πατρὶ, τοῖς δ' ἄλλοις ἅπασιν ἰδιώτης εἶναι βούλομαι· τίς τύραννος οὕτω βίαιος, ὡς ἀναγκάσαι ἂν καὶ ἄκοντα χρῆσθαι τῇ τέχνῃ; Τὰ γὰρ τοιαῦτα ἱκετείαις καὶ δεήσεσιν, οὐ νόμοις καὶ ὀργαῖς καὶ δικαστηρίοις ὑπάγειν, οἶμαι, προσήκει· πείθεσθαι τὸν ἰατρὸν χρὴ, οὐ κελεύεσθαι, βούλεσθαι, οὐ φοβεῖσθαι, ἐπὶ τὴν θεραπείαν οὐχ ἄγεσθαι, ἑκόντα δὲ ἐρχόμενον ἥδεσθαι. Πατρικῆς δ' ἀνάγκης ἄμοιρος ἡ ἀτελὴς τέχνη, ὅπου γε τοῖς ἰατροῖς καὶ δημοσίᾳ αἱ πόλεις τιμὰς καὶ προεδρίας καὶ ἀτελείας καὶ προνομίας διδόασι.

24. Ταῦτα μὲν οὖν ἁπλῶς ἂν εἶχον εἰπεῖν ὑπὲρ τῆς τέχνης, εἰ καὶ σοῦ διδαξαμένου με καὶ πολλὰ ἐπιμεληθέντος καὶ ἀναλώσαντος, ὡς μάθοιμι, πρὸς μίαν ὅμως θεραπείαν ταύτην, δυνατὴν οὖσαν, ἀντέλεγον. Νυνὶ δὲ κἀκεῖνο ἐννόησον, ὡς παντάπασιν ἀγνῶμον ποιεῖς οὐκ ἐῶν με χρῆσθαι μετ' ἐλευθερίας ἐμῷ κτήματι. Ταύτην ἐγὼ τὴν τέχνην οὐχ υἱὸς ὢν σὸς ἐξέμαθον οὐδὲ τῷ σῷ νόμῳ ὑποκείμενος, καὶ ὅμως αὐτὴν μεμάθηκά σοι — καὶ πρῶτος αὐτῆς ἀπολέλαυκας — οὐδὲν παρὰ σοῦ πρὸς τὸ μαθεῖν ἔχων. Τίνα διδάσκαλον ἐμισθώσω; τίνα φαρμάκων παρασκευήν; οὐδ' ἡντιναοῦν· ἀλλὰ πενόμενος ἐγὼ καὶ τῶν ἀναγκαίων ἀπορούμενος καὶ ὑπὸ τῶν διδασκάλων ἐλεούμενος ἐπαιδευόμην. Καί μοι τοιαῦτα παρὰ τοῦ πατρὸς ἦν πρὸς τὸ μαθεῖν ἐφόδια, λύπη καὶ ἐρημία καὶ ἀπορία καὶ μῖσος οἰκείων καὶ ἀποστροφὴ συγγενῶν. Ἀντὶ τούτων

permittit injungere omnia, neque parere omnibus omnino mihi necessarium. In his ergo quæ imperantur a patre, alia quidem alieno arbitrio non sunt obnoxia, alia vero ira atque supplicio, si violentur, digna : si ægrotes ipse, ego vero negligam; si rem familiarem curare jubeas, ego vilipendam; si rem rusticam inspicere injungas, ego piger. Omnia hæc, et quæ sunt in eodem genere, rationabiles habent causas et reprehensiones patrias : sed altera illa in nostra, liberorum, potestate sunt, quæ nimirum ad artes earumque usum pertinent, inprimis si ipse pater nulla inde lædatur injuria. Quandoquidem si pictori pater injungat, Ista quidem, fili, pinge, illa non : et musico, Hanc pulsa harmoniam, illam non; et fabro, Talia fabricare, talia non : num quis ferat abdicare volentem, quod filius non prout ipsi placet, arte utatur? Nemo unus, arbitror.

23. Medicina vero quo honestior est et vitæ utilior, tanto liberior esse debet utentibus; et prærogativam aliquam habere hanc artem justum est in ipsa utendi potestate; cogi autem nihil, neque imperari rem sanctam, traditam a diis, sapientium virorum studium et opus; nec servituti legum subjici, neque metui et pœnæ judicii neque suffragio, et minis patris, et iræ hominum imperitorum. Itaque etiamsi hoc ita aperte tibi ac diserte dixissem, Nolo, neque curo, licet possim, sed mihi soli artem novi, atque patri, reliquis omnibus indoctus esse volo : qui tyrannus ita violentus, qui cogere audeat et invitum arte sua uti aliquem velit? Hæc enim talia supplicationibus et precibus, non legibus et iris et judiciis subjicere, puto, convenit. Persuasione vinci medicum oportet, non imperio; velle, non terreri; ad curationem non compelli, sed sponte venientem gaudere. Necessitatis autem a patre impositæ expers esse debet ars alioquin immunis, quandoquidem medicis publice etiam civitates honores et sedem antiquiorem et immunitates et prærogativas tribuunt.

24. Hæc igitur haberem quæ simpliciter pro arte dicerem, etiam si tute docendum me curasses, et providisses multum et in doctrinam meam impendisses, ego tamen in una hac curatione, eaquc meæ potestatis, repugnarem. Jam vero illud etiam cogita, quam præter omnem rationem facias, quum meo me peculio libere uti non pateris. Hanc ego artem, quum tuus non essem filius, edidici, quum tuæ legi subjectus non essem : et tamen tibi eam didici; ac primus fructum illius percepisti, quum nihil a te ad discendum præsidii haberem. Quem magistrum conduxisti? quem medicamentorum apparatum emisti? Non ullum : sed pauper ego et necessariis rebus destitutus, per misericordiam a magistris erudiebar. Atque talia mihi erant a patre ad discendum viatica, tristitia, solitudo, inopia, odium familiarium, aversatio cognatorum. Pro his igitur uti arte mea postulas?

ήσθαί μου τῇ τέχνῃ ἀξιοῖς καὶ δεσπότης εἶναι
ν ὅτ' οὐκ ἦσθα δεσπότης πεπορισμένων; Ἀγά-
ί σε καὶ πρότερον ἑκὼν οὐ προοφείλων εὖ
μηδεμίαν μηδὲ τότε χάριν ἀπαιτεῖσθαι δυνά-

ὐ δὴ δεῖ τὴν εὐποιίαν τὴν ἐμὴν ἀνάγκην ἐς
ν μοι γενέσθαι οὐδὲ τὸ ἑκόντα εὐεργετῆσαι
τοῦ ἄκοντα κελεύεσθαι καταστῆναι οὐδ' ἔθος
τοῦτο, τὸ ἅπαξ τινὰ ἰασάμενον πάντας ἐς ἀεὶ
ιν ὁπόσους ἂν ὁ θεραπευθεὶς θέλῃ· ἐπεὶ δε-
ν οὕτω καθ' ἡμῶν εἴημεν τοὺς θεραπευομένους
νηκότες καὶ μισθὸν τὸ δουλεύειν αὐτοῖς καὶ
α κελεύουσιν ὑπηρετεῖν προσδεδωκότες, οὗ
ἂν ἀδικώτερον; Διότι σε νοσήσαντα χαλεπῶς
έστησα, διὰ τοῦτο νομίζεις ἐξεῖναί σοι κατα-
μου τῇ τέχνῃ;
'αῦτα μὲν οὖν εἶχον ἂν λέγειν, εἰ καὶ δυνατά
προσέταττεν, ἐγὼ δὲ μὴ πάντως ἅπασι μηδὲ
ίγκην ὑπήκουον. Νῦν δὲ ἤδη σκέψασθε καὶ
αὐτοῦ τὰ ἐπιτάγματα· ἐπεὶ γὰρ ἐμὲ ἰάσω,
μηνότα, μέμηνε δὲ καὶ ἡ γυνὴ καὶ τὰ ὅμοια
— τοῦτο γὰρ οἴεται — καὶ ὑπὸ τῶν ἄλλων
πέγνωσται, δύνασαι δὲ σὺ πάντα ὡς ἔδειξας,
εύτην καὶ ἀπάλλαττε ἤδη τῆς νόσου. Τοῦτο
μὲν ἁπλῶς ἀκοῦσαι πάνυ εὔλογον ἂν δόξειε,
ιστα ἰδιώτῃ καὶ ἀπείρῳ ἰατρικῆς· εἰ δέ μου
ε ὑπὲρ τῆς τέχνης δικαιολογουμένου, μάθοιτ'
τε πάντα ἡμῖν δυνατά ἐστιν οὔθ' αἱ τῶν νοση-
σεις παραπλήσιοι οὔτ' ἴασις ἡ αὐτὴ οὔτε φάρ-
αὐτὰ ἐπὶ πάντων ἰσχυρὰ, καὶ τότ' ἔσται δῆλον
ολυ τοῦ μὴ βούλεσθαί τι τὸ μὴ δύνασθαι δια-
Ἀνάσχεσθε δέ μου τὰ περὶ τούτων φιλοσο-
καὶ μὴ ἀπειρόκαλον μηδ' ἐξαγώνιον μηδ' ἀλ-
ἄκαιρον ἡγήσησθε τὸν περὶ τούτων λόγον.
Ιρῶτα μὲν δὴ σωμάτων φύσεις καὶ κράσεις
ὑταὶ, κἂν ὅτι μάλιστα ἐκ τῶν ὁμοίων συνε-
ιολογῶνται, ἀλλὰ τὰ μὲν τῶνδε, τὰ δὲ τῶνδε
ἔλαττον μετέχει. Καὶ λέγω τοῦτο ἔτι περὶ
είων, ὡς οὐδὲ ταῦτα πᾶσιν ἴσα ἢ ὅμοια οὔτε τῇ
ὔτε τῇ συστάσει, διάφορα γὰρ δὴ καὶ μεγέθει
ἀνάγκη καὶ τὰ νοσήματα ἐγγίγνεσθαι αὐτοῖς,
ἐν εὐίατα εἶναι καὶ πρὸς τὴν θεραπείαν ἀναπε-
, τὰ δὲ τέλεον ἀπεγνωσμένα καὶ ῥᾳδίως ἁλι-
καὶ κατὰ κράτος ὑπὸ τῶν νοσημάτων λαμβα-
Τὸ τοίνυν οἴεσθαι πάντα πυρετὸν ἢ πᾶσαν
περιπνευμονίαν ἢ μανίαν μίαν καὶ τὴν αὐτὴν
γένει ὁμοίαν ἐπὶ παντὸς εἶναι σώματος, οὐ
ντων οὐδὲ λελογισμένων οὐδὲ τὰ τοιαῦτα ἐξη-
ἐστὶν ἀνθρώπων, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἐν μὲν τῷδε
σθαι, ἐν δὲ τῷδε οὐκέτι. Ὥσπερ οἶμαι καὶ
τὸν αὐτὸν ἐς διαφόρους χώρας ἐμβάλῃς, ἄλ-
ἐν τῇ πεδινῇ καὶ βαθείᾳ καὶ ποτιζομένῃ καὶ
αὶ εὐηνέμῳ καὶ ἐξειργασμένῃ ἀναφύσεται,
οἶμαι καὶ εὔτροφος καὶ πολύχους καρπὸς, ἄλ-

et dominus esse eorum quæ suppeditata mihi sunt, quum dominus tu non esses? Satis habeto, si quid tibi prius ultro, quum nihil deberem, benefeci, quum nullam, nedum hujusce tanti muneris, gratiam possem reposci.

25. Non sane debet beneficentia mihi mea necessitas reliquo tempore fieri, neque, quod volens bene merui, causa constitui cur invito imperari possit; neque illa consuetudo exsistere, ut qui semel aliquem sanaverit, omnes in perpetuum curet, quotquot is qui curatus est voluerit. Alioquin dominos ea ratione in nos constituerimus quos curamus, et mercedem præterea ipsis dederimus, serviendo illis et quicquid imperent ministrando: quo quid fieri possit injustius? Quoniam te morbo correptum tanto cum labore suscitavi, propter hoc licere tibi putas abuti arte mea?

26. Hæc haberem dicere, etiam si ea mihi iste imperaret quæ possem, ego vero nec omnibus omnino, neque ut necessitate coactus, parerem. Nunc vero jam considerate etiam qualia sint istius imperia. Quum enim me sanaveris, inquit, furiosum; furiosa autem sit etiam uxor eodemque modo affecta (sic enim arbitratur), et ab aliis similiter deposita; possis autem tu omnia, id quod ostendisti: sana hanc etiam, et morbo jam libera. Hoc autem si ita simpliciter audias, rationabile omnino videatur, indocto præsertim et medicinæ imperito: si vero me audieritis causam pro arte dicentem, intelligetis neque omnia esse in nostra potestate, neque naturas morborum esse similes, neque curationem eandem neque eadem medicamenta valida ad omnia: atque tunc apparebit quam immaniter distent, non velle aliquid, et non posse. Sed ferte me de hisce rebus philosophantem, neu ineptam, aut evagantem extra causam, aut alienam, aut intempestivam earum rerum disputationem putate.

27. Ac primum quidem naturæ corporum ac temperamenta non sunt eadem, licet maxime similibus ea constare elementis in confesso sit; sed illorum alia aliorum majorem minoremve partem habent. Et loquor adhuc de solis virorum corporibus, ut ne hæc quidem paria omnibus aut similia sint, neque temperatura, neque consistentia; diversos proinde et magnitudine et specie morbos in illis exsistere necesse est; et alia quidem sanatu esse facilia et curationi opportuna, alia autem plane desperata, quæ et capiantur facile, et vi a morbis superentur. Putare igitur febrim omnem, aut tabem, aut pulmonum morbum, aut furorem, unum eundemque esse in omni corpore et genere similem, non est hominum prudentium, qui rationes harum rerum subduxerint et exquisiverint: verum idem morbus in hoc sanatu facilis est, in alio non item. Quemadmodum, puto, triticum si idem in diversos agros spargas, aliter in campestri, et profundo, et irriguo, et aprico, et bonis ventis opposito, et culto, enascetur; lætum puto, et pingue, et

λως δὲ ἐν ὄρει καὶ ὑπολίθῳ γηδίῳ, ἄλλως δὲ ἐν δυσηλίῳ, ἄλλως δὲ ἐν ὑπωρείᾳ, καὶ ὅλως διαφόρως καθ' ἑκάστους τόπους· οὕτω δὲ καὶ τὰ νοσήματα παρὰ τοὺς ὑποδεξαμένους τόπους ἢ εὔφορα καὶ εὔτροφα ἢ ἐλάττω γίγνεται. Τοῦτο τοίνυν ὑπερβὰς ὁ πατὴρ καὶ ὅλον ἀνεξέταστον καταλιπὼν ἀξιοῖ πᾶσαν μανίαν τὴν ἐν ἅπαντι σώματι ὁμοίαν εἶναι καὶ τὴν θεραπείαν ἴσην.

28. Πρὸς δὲ τούτοις τοιούτοις οὖσιν ὅτι τὰ γυναικεῖα σώματα πάμπολυ τῶν ἀνδρείων διαφέρει πρός τε νόσου διαφορὰν καὶ πρὸς θεραπείας ἐλπίδα ἢ ἀπόγνωσιν ῥᾴδιον καταμαθεῖν· τὰ μὲν γὰρ τῶν ἀνδρῶν εὐπαγῆ καὶ εὔτονα πόνοις καὶ κινήσεσι καὶ ὑπαιθρίῳ διαίτῃ γεγυμνασμένα, τὰ δὲ ἔκλυτα καὶ ἀσυμπαγῆ, ἐσκιατροφημένα καὶ λευκὰ αἵματος ἐνδείᾳ καὶ θερμοῦ ἀπορίᾳ καὶ ὑγροῦ ἐπιρροίᾳ· εὐαλωτότερα τοίνυν τῶν ἀνδρείων καὶ ταῖς νόσοις ἐκκείμενα καὶ τὴν ἴασιν οὐ περιμένοντα καὶ μάλιστα πρὸς μανίας εὐχερέστερα· ἅτε γὰρ πολὺ μὲν τὸ ὀργίλον καὶ κοῦφον καὶ ὀξυκίνητον ἔχουσαι, ὀλίγην δὲ τὴν τοῦ σώματος αὐτοῦ δύναμιν, ῥᾳδίως ἐς τὸ πάθος τοῦτο κατολισθάνουσιν.

29. Οὐ δίκαιον τοίνυν παρὰ τῶν ἰατρῶν τὴν ὁμοίαν ἐπ' ἀμφοῖν θεραπείαν ἀπαιτεῖν, εἰδότας ὡς πολὺ τοὐν μέσῳ, βίῳ παντὶ καὶ πράξεσιν ὅλαις καὶ πᾶσιν ἐπιτηδεύμασιν ἐξ ἀρχῆς εὐθὺς κεχωρισμένων. Ὅταν τοίνυν λέγῃς ὅτι μέμηνε, προστίθει καὶ ὅτι γυνὴ οὖσα μέμηνε, καὶ μὴ σύγχει ταῦτα πάντα τῷ τῆς μανίας ὑπάγων ὀνόματι ἑνὶ καὶ τῷ αὐτῷ δοκοῦντι, ἀλλὰ χωρίσας, ὥσπερ ἐστὶ καὶ ἐν τῇ φύσει, τὸ δυνατὸν ἐφ' ἑκάστου σκόπει· καὶ γὰρ ἡμεῖς, ὅπερ ἐν ἀρχῇ τῶν λόγων εἰπὼν μέμνημαι, τοῦτο πρῶτον ἐπισκοποῦμεν, φύσιν σώματος τοῦ νοσοῦντος καὶ κρᾶσιν, καὶ τίνος πλείονος μετέχει, καὶ εἰ θερμότερον ἢ ψυχρότερον, καὶ ἀκμάζον ἢ παρηβηκὸς, καὶ μέγα ἢ μικρὸν, καὶ πιμελὲς ἢ ὀλιγόσαρκον, καὶ πάντα τὰ τοιαῦτα. Καὶ ὅλως ἄν τις αὐτὰ προεξετάσῃ, πάνυ ἀξιόπιστος ἂν εἴη ἀπογιγνώσκων τι ἢ ὑπισχνούμενος.

30. Ἐπεὶ καὶ τῆς μανίας αὐτῆς μυρία εἴδη ἐστὶ καὶ παμπόλλας ἔχει τὰς αἰτίας καὶ οὐδὲ τὰς προσηγορίας αὐτὰς ὁμοίας· οὐ γὰρ ταὐτὸν παρανοεῖν καὶ παραπαίειν καὶ λυττᾶν καὶ μεμηνέναι, ἀλλὰ ταῦτα πάντα τοῦ μᾶλλον ἢ ἧττον ἔχεσθαι τῇ νόσῳ ὀνόματά ἐστιν· αἰτίαι τε τοῖς μὲν ἀνδράσιν ἄλλαι, ταῖς δὲ γυναιξὶν ἕτεραι, καὶ τῶν ἀνδρῶν αὐτῶν τοῖς μὲν νέοις ἄλλαι, τοῖς δὲ γεγηρακόσι διάφοροι, οἷον νέοις μὲν πλῆθος ὡς τὸ πολὺ, γέροντας δὲ καὶ διαβολὴ ἄκαιρος καὶ ὀργὴ ἄλογος πολλάκις κατ' οἰκείων ἐμπεσοῦσα τὸ μὲν πρῶτον διετάραξεν, εἶτα κατ' ὀλίγον ἐς μανίαν περιέτρεψε· γυναικῶν δὲ πολλὰ καθικνεῖται καὶ ῥᾳδίως ἐς τὴν νόσον ἐπάγεται, μάλιστα δὲ μῖσος κατά τινος πολὺ ἢ φθόνος ἐπ' ἐχθρῷ εὐτυχοῦντι ἢ λύπη τις ἢ ὀργή· κατ' ὀλίγον ταῦτα ὑποτυφόμενα καὶ μακρῷ χρόνῳ ἐντρεφόμενα μανίαν ἀποτελεῖ.

31. Τοιαῦτά σοι, ὦ πάτερ, καὶ ἡ γυνὴ πέπονθε καὶ ἴσως τι λελύπηκεν αὐτὴν ἔναγχος· οὐδένα γὰρ ἐκείνη

fructus inde multiplex : aliter autem in monte, et lapidoso tenuique solo; aliter in eo quod solem non habet, aliter ad montis radices, et in universum pro locorum diversitate diversimode. Sic vero etiam morbi, pro locis qui eos suscipiunt, aut facile augescunt ac nutriuntur, aut minuuntur. Hoc igitur præteriens pater atque universum inexploratum relinquens, postulat furorem omnem, in quocumque sit corpore, similem esse, et parem ejus curationem.

28. Præter hæc vero, quæ sunt ejusmodi, illud etiam facile est ad intelligendum, corpora muliebria plurimum a virilibus distare, tum ad morbi differentiam, tum ad spem vel desperationem curationis. Virorum quippe corpora solida, nervosa, laboribus et motionibus et subdiali victu exercitata : altera vero soluta, mollia, in umbra nutrita, alba sanguinis et caloris defectu et humoris affluentia; magis proinde, quam sunt virilia, obnoxia et exposita morbis, et curationem non sustinentia, et ad furores præsertim magis inclinata. Quum enim multum iracundiæ habeant et levitatis, et valde sint irritabiles, corporis autem parum robusti, facile in hunc morbum labuntur.

29. Injustum ergo fuerit a medicis similem utrorumque curationem poscere, quum sciamus quam multum intersit inter eos qui vita tota et omnibus actionibus et studiis omnibus statim a principio sint separati. Quum ergo dicis eam furere, hoc adde, mulierem furere : neu confunde ista omnia sub furoris nomen cogens, quod unum idemque videtur; sed separa, ut etiam est in natura, ac tum quid in unoquoque fieri possit, considera. Nos etenim, quod initio orationis hujus me dicere memini, primum videmus naturam corporis et temperamentum; et cujus qualitatis plus habeat, et utrum calidius an frigidius, maturæ ætatis an jam inclinatæ, magnum an parvum, pingue an extenuatum, et omnia in eo genere. Et sane si quis ista ante exploraverit, fide omnino dignus fuerit, sive spem superesse neget, sive promittat aliquid.

30. Quandoquidem etiam furoris ipsius sexcentæ sunt species, isque plurimas habet causas, ne appellationibus quidem similes : neque enim idem est desipere, delirare, rabiosum esse, furere; sed hæc omnia vel asperioris vel mitioris morbi nomina sunt. Tum causæ in viris aliæ, aliæ in mulieribus : ipsorumque virorum aliæ in juvenibus, diversæ in senibus; verbi causa, in juvenibus redundantia plerumque; in senibus vero et calumnia intempestiva, et irrationabilis ira, contra familiares sæpe ingruens, primo perturbare solet animum, deinde paullatim in furorem vertere. Mulieres autem multa infestant et facile in hunc morbum conjiciunt, maxime vero odium contra aliquem vehemens, aut invidia adversus inimicum felicem, aut dolor aliquis aut ira : hæc paullatim sub cineribus quasi gliscentia, et alita longo tempore, furorem efficiunt.

31. Talia, pater, uxori quoque tuæ evenerunt, et forte nuper aliquid illam dolore affecit : neminem enim illa ode

, πλὴν ἔχεταί γε καὶ οὐκ ἂν ἐκ τῶν παρόντων
τροῦ θεραπευθῆναι δύναιτο· ὡς εἴ γε ἄλλος τις
οιτο, εἴ τις ἀπαλλάξειε, μίσει τότε ὡς ἀδικοῦντα
Καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὦ πάτερ, οὐκ ἂν ὀκνήσαιμι
, ὅτι εἰ καὶ μὴ τελέως οὕτως ἀπέγνωστο, ἀλλά
σωτηρίας ἐλπὶς ὑπεφαίνετο, οὐκ ἂν οὐδὲ οὕτω
ς προσηψάμην οὐδ' αὖ προχείρως φάρμακον ἐγχέαι
ησα δεδιὼς τὴν τύχην καὶ τὴν παρὰ τῶν πολλῶν
μίαν. Ὁρᾷς ὡς οἴονται πάντες εἶναί τι μῖσος
τοὺς προγόνους πάσαις μητρυιαῖς, κἂν ὦσι χρη-
καί τινα κοινὴν μανίαν ταύτην γυναικείαν αὐτὰς
ἐναι; Τάχ' ἂν οὖν τις ὑπώπτευσεν, ἄλλως χωρή-
ς τοῦ κακοῦ καὶ τῶν φαρμάκων οὐ δυνηθέντων,
θη καὶ δολερὰν τὴν θεραπείαν γεγονέναι.

Καὶ τὰ μὲν τῆς γυναικὸς, ὦ πάτερ, οὕτως ἔχει,
ἔνυ σοι τετηρηκὼς λέγω· οὔ ποτε ῥᾷον ἕξει, κἂν
κις πίῃ τοῦ φαρμάκου· διὰ τοῦτ' ἐπιχειρεῖν οὐκ
εἰ μὴ πρὸς μόνον τὸ ἀποτυχεῖν με κατεπείγεις
κοδοξίᾳ περιβαλεῖν θέλεις. Ἔασον ὑπὸ τῶν ὁμο-
ν φθονεῖσθαι. Ἐὰν δέ με ἀποκηρύξῃς πάλιν,
ἐν καίτοι πάντων ἔρημος γενόμενος οὐδὲν κατὰ
ινὸν εὔξομαι. Τί δ' ἂν, ὅπερ μὴ γένοιτο, αὖθις
ς ἐπανέλθῃ; — φιλεῖ γάρ πως τὰ τοιαῦτα ἐρεθι-
ι παλινδρομεῖν — τί με πρᾶξαι δεήσει; θεραπεύσω
ἴσθι καὶ τότε καὶ οὔ ποτε λείψω τὴν τάξιν, ἣν
παῖδας ἔταξεν ἡ φύσις, οὐδὲ τοῦ γένους τὸ ἐπ'
ῷ ἐπιλήσομαι. Εἶτ' ἂν σωφρονήσῃς, αὖθις ἀνα-
ίνειν πώποτε πιστεῦσαί με δεῖ; Ὁρᾷς; ἤδη καὶ
ποιῶν ἐπισπᾷ τὴν νόσον καὶ ὑπομιμνήσκεις τὸ
. Χθὲς καὶ πρῴην ἐκ τηλικούτων κακῶν ἀνα-
ς διατείνῃ καὶ βοᾷς καὶ τὸ μέγιστον, ὀργίζῃ καὶ
μῖσος τρέπῃ καὶ τοὺς νόμους ἀνακαλεῖς. Οἴμοι,
, ταῦτ' ἦν σου καὶ τῆς πάλαι μανίας τὰ προοί-

XXX.

ΦΑΛΑΡΙΣ ΠΡΩΤΟΣ.

Ἔπεμψεν ἡμᾶς, ὦ Δελφοὶ, ὁ ἡμέτερος δυνάστης
ρις ἄξοντας τῷ θεῷ τὸν ταῦρον τοῦτον καὶ ὑμῖν
ομένους τὰ εἰκότα ὑπέρ τε αὐτοῦ ἐκείνου καὶ τοῦ
ματος. Ὧν μὲν οὖν ἕνεκα ἥκομεν, ταῦτά ἐστιν·
ε πρὸς ὑμᾶς ἐπέστειλεν, ταῦτα· Ἐγὼ, φησὶν, ὦ
, καὶ παρὰ πᾶσι μὲν τοῖς Ἕλλησι τοιοῦτος ὑπο-
ίνεσθαι ὁποῖός εἰμι, ἀλλὰ μὴ ὁποῖον ἡ παρὰ τῶν
των καὶ φθονούντων φήμη ταῖς τῶν ἀγνοούντων
παραδέδωκεν, ἀντὶ τῶν πάντων ἀλλαξαίμην ἂν,
τα δὲ παρ' ὑμῖν, ὅσῳ ἱεροί τέ ἐστε καὶ πάρεδροι
υθίου καὶ μόνον οὐ σύνοικοι καὶ ὁμωρόφιοι τοῦ
Ἡγοῦμαι γὰρ, εἰ ὑμῖν ἀπολογησαίμην καὶ πεί-
μάτην ὠμὸς ὑπειλῆφθαι, καὶ τοῖς ἄλλοις ἅπασι
ῶν ἀπολελογημένος ἔσεσθαι. Καλῶ δὲ ὧν ἐρῶ
ν αὐτὸν μάρτυρα, ὃν οὐκ ἔνι δή που παραλογί-

rat : veruntamen tenetur, neque, ut nunc sunt res, medici opera potest sanari. Quare si quis alius susceperit, si quis liberaverit eam, tum odio me, tanquam injuriæ auctorem, persequere. Quin illud quoque, pater, non pigebit dixisse : etiam si non ita plane desperata res esset, sed aliqua adhuc salutis spes affulgeret, ne sic quidem ita facile attingerem, nec promte medicamentum auderem infundere, fortunam veritus et imminentem a multis infamiam. Vides ut omnes arbitrentur esse quoddam in privignos odium novercis omnibus, quantumvis bonæ sint, et communem quemdam muliebrem furorem omnes furere? Facile igitur aliquis, si secus malum eveniat, nec potentia satis sint medicamenta, suspicetur malignam et subdolam curationem fuisse.

32. Ita se habent, pater, res uxoris tuæ; et post acriter institutam observationem tibi dico : nunquam illa habebit mollius, si decies millies de medicina biberit; propterea conari non est operæ pretium, nisi me ad hoc solum urges, uti excidam conatu, et infamiam vis mihi contrahere. Patere ut invideant mihi artis æmuli. Si vero denuo me abdicaveris, nihil equidem, licet desertus ab omnibus, malum tibi imprecabor. Quid si vero, quod abominor, redeat morbus? solent enim quodammodo talia, si irritentur, recurrere : quid tum mihi faciendum erit? Curabo quidem tunc etiam, bene noveris, et stationem, in qua collocavit natura liberos, nunquam deseram, neque unquam generis mei obliviscar. Deinde ubi resipueris, an rursus aliquando te recepturum me credendum est? Viden'? jam dum ista facis, arcessis morbum, et malum quasi admones. Heri et nudiustertius e tantis malis recreatus contendis, et clamas, et, quod maximum, irasceris, et ad odium verteris, et leges iterum advocas. Hei mihi! pater, talia erant etiam superioris furoris tui exordia!

XXX.

PHALARIS PRIOR.

1. Misit nos, Delphi, dynasta noster Phalaris, qui ferremus deo taurum hunc, et apud vos, quæ opportuna viderentur, de ipso pariter ac de munere dissereremus. Cujus igitur rei gratia venimus, hæc est : quæ autem vobis nunciari jussit, ista : Equidem, inquit, Delphi, quum apud omnes Græcos talis haberi qualis sum, non qualem orta ab inimicis et invidis fama ignorantium auribus tradidit, rebus omnibus redemerim, tum inprimis apud vos, quoniam et sacrosancti estis, et accolæ Pythii, et tantum non contubernales sub eodem tecto dei. Arbitror enim, si probare vobis causam possim, et persuadere, temere crudelem me putari, etiam reliquis omnibus per vos me fore purgatum. Advoco autem eorum quæ dicam testem ipsum deum, qui non potest nimirum arguto sermone falli, vel mendaci ora-

σασθαι καὶ ψευδεῖ λόγῳ παραγαγεῖν· ἀνθρώπους μὲν γὰρ ἴσως ἐξαπατῆσαι ῥᾴδιον, θεὸν δὲ, καὶ μάλιστα τοιοῦτον, διαλαθεῖν ἀδύνατον.

2. Ἐγὼ γὰρ οὐ τῶν ἀφανῶν ἐν Ἀκράγαντι ὤν, ἀλλ' εἴ καί τις ἄλλος εὖ γεγονὼς καὶ τραφεὶς ἐλευθερίως καὶ παιδείᾳ προσεσχηκὼς, ἀεὶ διετέλουν τῇ μὲν πόλει δημοτικὸν ἐμαυτὸν παρέχων, τοῖς δὲ συμπολιτευομένοις ἐπιεικῆ καὶ μέτριον, βίαιον δὲ ἢ σκαιὸν ἢ ὑβριστικὸν ἢ αὐθέκαστον οὐδεὶς οὐδὲν ἐπεκάλει μου τῷ προτέρῳ ἐκείνῳ βίῳ. Ἐπειδὴ δὲ ἑώρων τοὺς τἀναντία μοι πολιτευομένους ἐπιβουλεύοντας καὶ ἐξ ἅπαντος τρόπου ἀνελεῖν με ζητοῦντας — διῄρητο δὲ ἡμῶν τότε ἡ πόλις — μίαν ταύτην ἀποφυγὴν καὶ ἀσφάλειαν εὕρισκον, τὴν αὐτὴν ἅμα καὶ τῇ πόλει σωτηρίαν, εἰ ἐπιθέμενος τῇ ἀρχῇ ἐκείνους μὲν ἀνασταίλαιμι καὶ παύσαιμι ἐπιβουλεύοντας, τὴν πόλιν δὲ σωφρονεῖν καταναγκάσαιμι· καὶ ἦσαν γὰρ οὐκ ὀλίγοι ταῦτ' ἐπαινοῦντες, ἄνδρες μέτριοι καὶ φιλοπόλιδες, οἳ καὶ τὴν γνώμην ᾔδεσαν τὴν ἐμὴν καὶ τῆς ἐπιχειρήσεως τὴν ἀνάγκην. Τούτοις συναγωνισταῖς χρησάμενος ῥᾳδίως ἐκράτησα τῆς ἐπιχειρήσεως.

3. Τοὐντεῦθεν οἱ μὲν οὐκέτι ἐτάραττον, ἀλλ' ὑπήκουον, ἐγὼ δὲ ἦρχον, ἡ πόλις δὲ ἀστασίαστος ἦν. Σφαγὰς δὲ ἢ ἐλάσεις ἢ δημεύσεις οὐδὲ κατὰ τῶν ἐπιβεβουλευκότων εἰργαζόμην, καίτοι ἀναγκαῖον τὰ τοιαῦτα τολμᾶν ἐν ἀρχῇ τῆς δυναστείας μάλιστα· φιλανθρωπίᾳ γὰρ καὶ πρᾳότητι καὶ τῷ ἡμέρῳ κἀξ ἰσοτιμίας θαυμασίως ἐγὼ ἤλπιζον ἐς τὸ πείθεσθαι προσάξεσθαι τούτους. Εὐθὺς γοῦν τοῖς μὲν ἐχθροῖς ἐσπείσμην καὶ διηλλάγμην, καὶ συμβούλοις καὶ συνεστίοις ἐχρώμην τοῖς πλείστοις αὐτῶν. Τὴν δὲ πόλιν αὐτὴν ὁρῶν ὀλιγωρίᾳ τῶν προεστώτων διεφθαρμένην, τῶν πολλῶν κλεπτόντων, μᾶλλον δὲ ἁρπαζόντων τὰ κοινὰ, ὑδάτων τε ἐπιρροίαις ἀνεκτησάμην καὶ οἰκοδομημάτων ἀναστάσεσιν ἐκόσμησα καὶ τειχῶν περιβολῇ ἐκράτυνα καὶ τὰς προσόδους, ὅσαι ἦσαν κοιναὶ, τῇ τῶν ἐφεστώτων ἐπιμελείᾳ ῥᾳδίως ἐπηύξησα καὶ τῆς νεολαίας ἐπεμελούμην καὶ τῶν γερόντων προὐνόουν καὶ τὸν δῆμον ἐν θέαις καὶ διανομαῖς καὶ πανηγύρεσι καὶ δημοθοινίαις διῆγον, ὕβρεις δὲ παρθένων ἢ ἐφήβων διαφθοραὶ ἢ γυναικῶν ἀπαγωγαὶ ἢ δορυφόρων ἐπιπέμψεις ἢ δεσποτική τις ἀπειλὴ ἀποτρόπαιά μοι καὶ ἀκοῦσαι ἦν.

4. Ἤδη δὲ καὶ περὶ τοῦ ἀφεῖναι τὴν ἀρχὴν καὶ καταθέσθαι τὴν δυναστείαν ἐσκοπούμην, ὅπως μόνον ἀσφαλῶς παύσαιτο ἄν τις ἐννοῶν, ἐπεὶ τό γε ἄρχειν αὐτὸ καὶ πάντα πράττειν ἐπαχθὲς ἤδη καὶ σὺν φθόνῳ καματηρὸν ἐδόκει μοι εἶναι· τὸ δ' ὅπως μηκέτι τοιαύτης τινὸς θεραπείας δεήσεται ἡ πόλις, τοῦτ' ἐζήτουν ἔτι. Κἀγὼ μὲν ὁ ἀρχαῖος περὶ ταῦτα εἶχον, οἱ δὲ ἤδη τε συνίσταντο ἐπ' ἐμὲ καὶ περὶ τοῦ τρόπου τῆς ἐπιβουλῆς καὶ ἀποστάσεως ἐσκοποῦντο καὶ συνωμοσίας συνεκρότουν καὶ ὅπλα ἤθροιζον καὶ χρήματα ἐπορίζοντο καὶ τοὺς ἀστυγείτονας ἐπεκαλοῦντο καὶ εἰς τὴν Ἑλλάδα παρὰ Λακεδαιμονίους καὶ Ἀθηναίους ἐπρεσβεύοντο·

tione circumveniri : homines enim fallere facile fortasse fuerit, deum autem, præsertim hunc, ut quis lateat, fieri non potest.

2. Ego enim non ignobilium Agrigenti unus, sed si quis alius bene natus, et educatus liberaliter, studiisque doctrinæ qui animum applicuerim, semper popularem me in civitate præstiti, iisque, qui mecum in republica versarentur, æquum et moderatum : vim autem a me factam, aut sinisteritatem, aut superbam contumeliam, aut nimiam pertinaciam ad suum omnia arbitrium referentem, nemo unquam in priori illa vita mea accusavit. Quum vero viderem adversarios in rebus publicis agendis meos insidias mihi struere et omni modo necem meam quærere (dissidiis autem tum nostra vexabatur civitas), solum illud perfugium et securitatem inveni, eandemque simul salutem civitatis, si vindicato mihi imperio, tum illos compescerem et reprimerem insidiatores, tum civitatem sana sequi consilia cogerem. Erant etenim non pauci qui ista laudarent, viri moderati et civitatis amantes, qui et consilium scirent meum et conatus illius necessitatem. Hisce adjutoribus usus, facile cogita perfeci.

3. Ab eo inde tempore nihil illi amplius turbare, sed obsequi; imperium vero ego tenere, civitas ipsa seditionibus esse libera. Cædes autem aut exilia, aut publicationes bonorum, ne contra eos quidem, qui insidiati mihi fuerant, exercebam, quanquam necessarium est talia audere, in principio potestatis maxime. Humanitate enim, et mansuetudine, et miti atque civili ratione eos tractandi, mirifice sperabam ad obsequium illos me redacturum. Quare celeriter induciis et pace facta conciliatus sum hostibus, et consilio atque convictu plerorumque utebar. Urbem porro ipsam videns magistratuum negligentia perditam, quum vulgo homines furtis, vel rapinis potius, rem publicam vastarent, hinc aquæductibus recreavi, hinc ædificiis excitatis ornavi, hinc mœnibus circumpositis munivi, publicosque reditus eorum, quos præfeci, cura auxi facile, et juventutis curam suscepi, et prospiciebam senibus, et populum spectaculis, congiariis, diebus festis et epulis publicis detinebam : virginum vero contumeliæ, aut corruptiones adolescentum, aut conjuges perductæ, aut immissi satellites, aut heriles minæ, res erant auditu etiam mihi abominabiles.

4. Jamque de dimittendo imperio, de potestate deponenda cogitabam, illud solum deliberans, quomodo secure hoc facere quis posset; quum ipsum imperare et agere omnia jam molestum mihi et cum invidia laboriosum videretur : hoc adhuc quærebam, quomodo eo adduci res posset, ut tali quadam curatione non amplius indigeret civitas. Atque ego, antiquæ nimium simplicitatis homo, hæc agitabam : at illi jam contra me consurgere, ac de insidiarum defectionisque ratione dispicere, et comparare conjurationes, et arma congerere, et conferre pecunias, et vicinos advocare, et in Græciam ad Spartanos Athenienseseque legatos

ἀρ περὶ ἐμοῦ αὐτοῦ, εἰ ληφθείην, ἐδέδοκτο ἤδη
αὶ ὅπως με αὐτοχειρίᾳ διασπάσασθαι ἠπείλουν
ολάσεις ἐπενόουν, δημοσίᾳ στρεβλούμενοι ἐξεῖ-
Τοῦ μὲν δὴ μηδὲν παθεῖν τοιοῦτον οἱ θεοὶ αἴ-
φάσαντες τὴν ἐπιβουλὴν, καὶ μάλιστά γε ὁ Πύ-
ρατά τε προδείξας καὶ τοὺς μηνύσοντας ἕκαστα
των.
Ἐγὼ δὲ ἐνταῦθα ἤδη ὑμᾶς, ὦ Δελφοὶ, ἐπὶ τοῦ
έους νῦν τῷ λογισμῷ γενομένους ἀξιῶ περὶ τῶν
ακτέων μοι συμβουλεῦσαι, ὅτε ἀφύλακτος ὀλί-
ληφθεὶς ἐζήτουν τινὰ σωτηρίαν περὶ τῶν πα-
Πρὸς ὀλίγον οὖν τῇ γνώμῃ ἐς Ἀκράγαντα
ὲ ἀποδημήσαντες καὶ ἰδόντες τὰς παρασκευὰς
αὶ τὰς ἀπειλὰς ἀκούσαντες εἴπατε τί δεῖ ποιεῖν;
ωπίᾳ χρῆσθαι πρὸς αὐτοὺς ἔτι καὶ φείδεσθαι
χεσθαι ὅσον αὐτίκα μελλήσοντα πείσεσθαι τὰ
μᾶλλον δὲ γυμνὴν ἤδη ὑπέχειν τὴν σφαγὴν καὶ
κτα ἐν ὀφθαλμοῖς ὁρᾶν ἀπολλύμενα, ἢ τὰ μὲν
πάνυ ἠλιθίου τινὸς εἶναι, γενναῖα δὲ καὶ ἀν-
ιανοηθέντα καὶ χολὴν ἔμφρονος καὶ ἠδικημένου
όντα μετελθεῖν ἐκείνους, ἐμαυτῷ δ' ἐκ τῶν
τὴν ἐς τὸ ἐπιὸν ἀσφάλειαν παρασχεῖν; ταῦτ'
συνεβουλεύσατε ἄν.
Τί οὖν ἐγὼ μετὰ τοῦτο ἐποίησα; μεταστειλάμε-
ς αἰτίους καὶ λόγου μεταδοὺς αὐτοῖς καὶ τοὺς
ς παραγαγὼν καὶ σαφῶς ἐξελέγξας ἕκαστα,
δ' αὐτοὶ ἔτι ἔξαρνοι ἦσαν, ἠμυνόμην ἀγανακτῶν
ν οὐχ ὅτι ἐπεβεβουλεύμην, ἀλλ' ὅτι μὴ εἰάθην
ῶν ἐν ἐκείνῃ τῇ προαιρέσει μεῖναι, ἣν ἐξ ἀρχῆς
άμην. Καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου φυλάττων μὲν
ν διατελῶ, ἐκείνων δὲ τοὺς ἀεὶ ἐπιβουλεύοντάς
λάζων. Εἶθ' οἱ ἄνθρωποι ἐμὲ τῆς ὠμότητος
αι οὐκέτι λογιζόμενοι παρὰ ποτέρου ἡμῶν ἦν ἡ
τούτων ἀρχὴ, συνελόντες δὲ τὰν μέσῳ καὶ ἐφ'
λάζοντο τὰς τιμωρίας αὐτὰς ᾐτιῶντο καὶ τὰς
ας ἐν αὐταῖς ὠμότητας, ὅμοιον ὡς εἴ τις παρ'
ρόσυλόν τινα ἰδὼν ἀπὸ τῆς πέτρας ῥιπτόμενον ἃ
λμησε μὴ λογίζοιτο, ὡς νύκτωρ ἐς τὸ ἱερὸν πα-
καὶ κατέσπασε τὰ ἀναθήματα καὶ τοῦ ξοάνου
κατηγοροίη δὲ ὑμῶν πολλὴν τὴν ἀγριότητα,
λληνές τε καὶ ἱεροὶ εἶναι λέγοντες ὑπεμείνατε
ον Ἕλληνα πλησίον τοῦ ἱεροῦ — καὶ γὰρ οὐ
όρρω τῆς πόλεως εἶναι λέγεται ἡ πέτρα — κο-
οιαύτῃ περιβαλεῖν. Ἀλλ', οἶμαι, αὐτοί τε κα-
σεσθε, ἢν ταῦτα λέγῃ τις καθ' ὑμῶν, καὶ οἱ
άντες ἐπαινέσονται ὑμῶν τὴν κατὰ τῶν ἀσεβούν-
ιότητα.
Τὸ δ' ὅλον οἱ δῆμοι οὐκ ἐξετάζοντες ὁποῖός τις
πράγμασιν ἐφεστὼς ἐστιν, εἴτε δίκαιος εἴτ' ἄδι-
λῶς αὐτὸ τὸ τῆς τυραννίδος ὄνομα μισοῦσι καὶ
αννον, κἂν Αἰακὸς ἢ Μίνως ἢ Ῥαδάμανθυς ᾖ,
ἐξ ἅπαντος ἀνελεῖν σπεύδουσι, τοὺς μὲν πο-
αὐτῶν πρὸ ὀφθαλμῶν τιθέμενοι, τοὺς δὲ χρη-
τῇ κοινωνίᾳ τῆς προσηγορίας τῷ ὁμοίῳ μίσει

mittere : nam quæ de me ipso, si caperer, jam decreta ipsis essent, et ut suis me manibus discerpere minarentur, quasque pœnas excogitarent, in publica tormentorum quæstione fassi sunt. Quod quidem nihil tale passus sum, dii causa fuerunt deprehendentes insidias, et inprimis quidem Pythius, qui somnia mihi ante ostenderet et indices omnium ad me mitteret.

5. Jam hic ego vos, Delphi, rogo ut in eodem metu animis et cogitatione constituti, ipsi consulatis quid mihi tum faciendum fuerit, quum tantum non per imprudentiam meam captus, salutis aliquam in re præsenti viam quærerem. Parumper igitur animis Agrigentum ad me peregrinati, conspectis illorum apparatibus, minis illorum auditis, dicite mihi quid agendum sit? utrum humanitate porro in illos uti me vultis, et parcere, et tolerare, jam statim ultima ab illis subiturum? aut potius nudum jam jugulum præbere, et præ oculis interire videre quæ mihi sunt carissima? an ista quidem plane stupidi hominis esse censetis, meque fortiter viriliterque cogitantem, ac bile viri prudentis atque injuria læsi assumta, illos ulcisci, mihique pro præsenti facultate futuri temporis securitatem præstare? Hæc, novi ego, mihi consuleretis.

6. Quid igitur post ea feci? Arcessitos noxios, et causæ dicendæ copia illis facta, prolatis argumentis, plane de singulis convictos, quandoquidem nec ipsi amplius negabant, ultus sum, ægerrime ferens, non quod factæ mihi essent insidiæ, sed quod mihi per illos integrum non esset in illa ratione permanere, quam initio institueram. Atque ab eo inde tempore ita vivo, ut me custodiam, illorum vero ex numero eos, quos deprehendo mihi insidiantes, puniam. Deinde crudelitatis me accusant homines, non cogitantes illud, ab utro nostrûm prima horum origo sit. Nimirum omissis iis quæ erant in medio, et propter quæ puniebantur, pœnas accusabant ipsas, et quæ viderentur in illis exerceri crudelitates : perinde ac si quis apud vos sacrilegum de rupe videns præcipitari, quæ ille designarit, non cogitet, ut noctu in templum intraverit ac donaria detraxerit signumque ipsum contrectarit; sed multam vestram feritatem accuset, qui Græcos vos et sanctos homines quum dicatis, sustinueritis tamen Græcum hominem prope templum (etenim non procul ab urbe dicitur esse rupes illa) tali supplicio afficere. Sed ipsi, puto, ridebitis, si quis talia contra vos dicat, et reliqui omnes laudabunt vestram in impios crudelitatem.

7. In universum populi, non explorato qualis sit qui rebus præest, justusne an injustus, ipsum simpliciter nomen tyrannidis odio habent; et tyrannum, etsi Æacus, aut Minos, aut Rhadamanthus fuerit, similiter universe student tollere, dum malos eorum ob oculos sibi ponunt, bonos autem, ob communionem nominis, odio simili complectuntur.

συμπεριλαμβάνοντες. Ἔγωγ' οὖν ἀκούω καὶ παρ' ὑμῖν τοῖς Ἕλλησι πολλοὺς γενέσθαι τυράννους σοφοὺς ὑπὸ φαύλῳ ὀνόματι δοκοῦντι χρηστὸν καὶ ἥμερον ἦθος ἐπιδεδειγμένους, ὧν ἐνίων καὶ λόγους εἶναι βραχεῖς ἐν τῷ ἱερῷ ὑμῶν ἀποκειμένους, ἀγάλματα καὶ ἀναθήματα τῷ Πυθίῳ.

8. Ὁρᾶτε δὲ καὶ τοὺς νομοθέτας τῷ κολαστικῷ εἴδει τὸ πλέον νέμοντας, ὡς τῶν γε ἄλλων οὐδὲν ὄφελος, εἰ μὴ ὁ φόβος προσείη καὶ ἐλπὶς τῆς κολάσεως. Ἡμῖν δὲ τοῦτο πολλῷ ἀναγκαιότερον τοῖς τυράννοις, ὅσῳ πρὸς ἀνάγκην ἐξηγούμεθα καὶ μισοῦσί τε ἅμα καὶ ἐπιβουλεύουσιν ἀνθρώποις σύνεσμεν, ὅπου μηδὲ τῶν μορμολυκείων ὄφελός τι ἡμῖν γίγνεται, ἀλλὰ τῷ περὶ τῆς Ὕδρας μύθῳ τὸ πρᾶγμα ἔοικεν· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐκκόπτωμεν, τοσῷδε πλείους ἡμῖν ἀναφύονται τοῦ κολάζειν ἀφορμαί. Φέρειν δ' ἀνάγκη καὶ τὸ ἀναφυόμενον ἐκκόπτειν ἀεὶ καὶ ἐπικάειν νὴ Δία κατὰ τὸν Ἰόλεων, εἰ μέλλοιμεν ἐπικρατήσειν· τὸν γὰρ ἅπαξ εἰς τὰ τοιαῦτα ἐμπεσεῖν ἠναγκασμένον ὅμοιον χρὴ τῇ ὑποθέσει καὶ αὐτὸν εἶναι, ἢ φειδόμενον τῶν πλησίον ἀπολωλέναι. Ὅλως δὲ, τίνα οἴεσθε οὕτως ἄγριον ἢ ἀνήμερον ἄνθρωπον εἶναι ὡς ἥδεσθαι μαστιγοῦντα καὶ οἰμωγῶν ἀκούοντα καὶ σφαττομένους ὁρῶντα, εἰ μὴ ἔχοι τινὰ μεγάλην τοῦ κολάζειν αἰτίαν; Ποσάκις γοῦν ἐδάκρυσα μαστιγουμένων ἄλλων, ποσάκις δὲ θρηνεῖν καὶ ὀδύρεσθαι τὴν ἐμαυτοῦ τύχην ἀναγκάζομαι μείζω κόλασιν αὐτὸς καὶ χρονιωτέραν ὑπομένων; ἀνδρὶ γὰρ φύσει μὲν ἀγαθῷ, διὰ δ' ἀνάγκην πικρῷ πολὺ τοῦ κολάζεσθαι τὸ κολάζειν χαλεπώτερον.

9. Εἰ δὲ δεῖ μετὰ παρρησίας εἰπεῖν, ἐγὼ μὲν, εἰ αἵρεσίς μοι προτεθείη, πότερα βούλομαι κολάζειν τινὰς ἀδίκως ἢ αὐτὸς ἀποθανεῖν, εὖ ἴστε ὡς οὐδὲν μελλήσας ἑλοίμην ἂν τεθνάναι μᾶλλον ἢ μηδὲν ἀδικοῦντας κολάζειν. Εἰ δέ τις φαίη, Βούλει, ὦ Φάλαρι, τεθνάναι αὐτὸς ἀδίκως ἢ δικαίως κολάζειν τοὺς ἐπιβούλους; τοῦτο βουλοίμην ἄν· αὖθις γὰρ ὑμᾶς, ὦ Δελφοί, συμβούλους καλῶ πότερον ἄμεινον ἀδίκως ἀποθανεῖν ἢ ἀδίκως σώζειν τὸν ἐπιβεβουλευκότα; οὐδεὶς οὕτως, οἶμαι, ἀνόητός ἐστιν ὃς οὐκ ἂν προτιμήσειε ζῆν μᾶλλον ἢ σώζων τοὺς ἐχθροὺς ἀπολωλέναι. Καίτοι πόσους ἐγὼ καὶ τῶν ἐπιχειρησάντων μοι καὶ φανερῶς ἐληλεγμένων ὅμως ἔσωσα; οἷον Ἄκανθον τουτονὶ καὶ Τιμοκράτην καὶ Λεωγόραν τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, παλαιᾶς συνηθείας τῆς πρὸς αὐτοὺς μνημονεύσας.

10. Ὅταν δὲ βουληθῆτε τοὐμὸν εἰδέναι, τοὺς εἰσφοιτῶντας εἰς Ἀκράγαντα ξένους ἐρωτήσατε ὁποῖος ἐγὼ περὶ αὐτούς εἰμι καὶ εἰ φιλανθρώπως προσφέρομαι τοῖς καταίρουσιν, ὅς γε καὶ σκοποὺς ἐπὶ τῶν λιμένων ἔχω καὶ πευθῆνας, καὶ τίνες καὶ ὅθεν καταπεπλεύκασιν, ὡς κατ' ἀξίαν τιμῶν ἀποπέμποιμι αὐτούς. Ἔνιοι δὲ καὶ ἐξεπίτηδες φοιτῶσι παρ' ἐμὲ, οἱ σοφώτατοι τῶν Ἑλλήνων, καὶ οὐ φεύγουσι τὴν συνουσίαν τὴν ἐμὴν, ὥσπερ ἀμέλει καὶ πρῴην ὁ σοφὸς Πυθαγόρας ἧκεν ὡς ἡμᾶς, ἄλλα μὲν ὑπὲρ ἐμοῦ ἀκηκοώς· ἐπεὶ δ' ἐπειράθη,

Equidem audio apud vos etiam Græcos multos tyrannos fuisse sapientes, sub malæ existimationis nomine mansuetum et placidum ostendentes ingenium; et quorundam adeo ex illo numero brevia dicta in vestro templo reposita, quasi ornamenta et donaria Pythio.

8. Videtis legislatores etiam pœnali sanctioni plurimum tribuere, quasi reliquorum nullus sit usus, nisi metus adsit et exspectatio pœnæ. Nobis vero tyrannis multo magis illud necessarium est, in quantum invitis imperamus, et cum hominibus versamur qui odio nos habent et insidiis appetunt, ubi larvatis terriculamentis nihil proficimus, sed Hydræ fabulam res refert: quo plures enim exciderimus, tanto plures subnascuntur puniendi occasiones. Auferre autem oportet quod subnascitur, et excidere semper, et urere hercle Iolai instar, vincere si velimus. Eum enim qui semel in hanc vitam incidere coactus est, oportet aut similem esse argumento quod agendum suscepit, aut, dum aliis parcit, perire ipsum. Quem vero omnino putatis hominem ferum adeo et immitem esse, qui delectetur flagellandis aliis, et ploratu illorum audiendo, et spectandis cædibus, nisi magnam aliquam habeat puniendi causam? Quoties ego, dum flagellis alii cæderentur, illacrimavi! quoties deplorare lamentarique meam fortunam cogor, majorem ipse et longiorem pœnam sustinens! Viro enim natura bono, sed quem acerbum esse cogat necessitas, punire multo quam puniri difficilius est.

9. Si vero libere dicendum est, equidem, optione proposita, utrum malim injuste quosdam punire, quam ipse mori; scitote me nulla cunctatione interposita mortem potius electurum, quam, qui nihil injuste egerint, punire. Si quis vero dicat, Utrum vis, Phalari, ipse injuste mori, an juste punire insidiatores? hoc sane posterius maluerim. Denuo enim vos, Delphi, in consilium mihi advoco, meliusne sit injuste mori, an injuste servare insidiatorem. Nemo ita, puto, stupidus est, quin vivere potius præferat, quam inimicis servandis ipse perire. Quanquam quot ego eorum etiam, qui insidias mihi struxerant, manifeste licet convictos, tamen servavi! velut Acanthum hunc et Timocratem, et Leogoram illius fratrem, memoria antiquæ cum illis consuetudinis vigente.

10. Si vero meam vitæ rationem nosse volueritis, peregrinos Agrigentum venientes interrogate, qualem me illis præbeam et an humane tractem qui eo deferuntur: qui in portibus speculatores habeam et exploraturos qui et unde navibus venerint? ut pro dignitate cujusque honoratos dimittam. Quidam vero etiam dedita opera ad me ventitant, Græcorum sapientissimi, nec consuetudinem meam refugiunt: ut nempe etiam nuper sapiens Pythagoras ad nos venit, qui quum alia de me audisset, experimento facto discessit,

ἐπαινῶν με τῆς δικαιοσύνης καὶ ἐλεῶν τῆς
ας ὠμότητος. Εἶτα οἴεσθε τὸν πρὸς τοὺς
φιλάνθρωπον οὕτως ἀδίκως τοῖς οἰκείοις προσ-
ι, εἰ μή τι διαφερόντως ἠδίκητο;

Ταῦτα μὲν οὖν ὑπὲρ ἐμαυτοῦ ἀπολελόγημαι
ληθῆ καὶ δίκαια καὶ ἐπαίνου μᾶλλον, ὡς ἐμαυ-
ῶ, ἢ μίσους ἄξια. Ὑπὲρ δὲ τοῦ ἀναθήματος
μᾶς ἀκοῦσαι ὅθεν καὶ ὅπως τὸν ταῦρον τοῦτον
ιην οὐκ ἐκδοὺς αὐτὸς τῷ ἀνδριαντοποιῷ. Μὴ
ο μανείην, ὡς τοιούτων ἐπιθυμῆσαι κτημάτων.
Ιερίλαος ἦν τις ἡμεδαπὸς, χαλκεὺς μὲν ἀγαθὸς,
δὲ ἄνθρωπος. Οὗτος πάμπολυ τῆς ἐμῆς γνώμης
ηκὼς ᾤετο χαριεῖσθαί μοι, εἰ καινήν τινα κό-
τινοήσειεν, ὡς ἐξ ἅπαντος κολάζειν ἐπιθυμοῦντι.
κατασκευάσας τὸν βοῦν ἧκέ μοι κομίζων κάλ-
ἰδεῖν καὶ πρὸς τὸ ἀκριβέστατον εἰκασμένον·
ς γὰρ αὐτῷ καὶ μυκηθμοῦ ἔδει μόνον πρὸς τὸ
υχον εἶναι δοκεῖν. Ἰδὼν δὲ ἀνέκραγον εὐθὺς,
κτῆμα τοῦ Πυθίου, πεμπτέος ὁ ταῦρος τῷ θεῷ.
Ιερίλαος παρεστὼς, Τί δ' εἰ μάθοις, ἔφη, τὴν
τὴν ἐν αὐτῷ καὶ τὴν χρείαν ἣν παρέχεται;
ίξας ἅμα τὸν ταῦρον κατὰ τὰ νῶτα, Ἣν τινα,
λάζειν ἐθέλῃς, ἐμβιβάσας ἐς τὸ μηχάνημα τοῦτο
ακλείσας προστιθέναι μὲν τοὺς αὐλοὺς τούσδε
ὺς μυξωτῆρας τοῦ βοὸς, πῦρ δ' ὑποκάειν κε-
καὶ ὁ μὲν οἰμώξεται καὶ βοήσεται ἀλήκτοις ταῖς
ἐχόμενος, ἡ βοὴ δὲ διὰ τῶν αὐλῶν μέλη σοι
έσει οἷα λιγυρώτατα καὶ ἐπαυλήσει θρηνῶδες
κήσεται γοερώτατον, ὡς τὸν μὲν κολάζεσθαι, σὲ
εσθαι μεταξὺ καταυλούμενον.

Ἐγὼ δὲ ὡς τοῦτ' ἤκουσα, ἐμυσάχθην τὴν κα-
νίαν τοῦ ἀνδρὸς καὶ τὴν ἐπίνοιαν ἐμίσησα τοῦ
ευάσματος καὶ οἰκείαν αὐτῷ τιμωρίαν ἐπέθηκα·
γε δὴ, ἔφην, ὦ Περίλαε, εἰ μὴ κενὴ ἄλλως ὑπό-
ταῦτά ἐστι, δεῖξον ἡμῖν αὐτὸς εἰσελθὼν τὴν
αν τῆς τέχνης καὶ μίμησαι τοὺς βοῶντας, ἵν'
ν εἰ καὶ ἃ φὴς μέλη διὰ τῶν αὐλῶν φθέγγεται.
αι μὲν ταῦτα ὁ Περίλαος, ἐγὼ δὲ, ἐπεὶ ἔνδον
τακλείσας αὐτὸν πῦρ ὑφάπτειν ἐκέλευον, Ἀπο-
νε, εἰπὼν, τὸν ἄξιον μισθὸν τῆς θαυμαστῆς σου
, ἵν' ὁ διδάσκαλος τῆς μουσικῆς αὐτὸς πρῶτος
Καὶ ὁ μὲν δίκαια ἔπασχεν ἀπολαύων τῆς αὐτοῦ
ανίας· ἐγὼ δὲ ἔτι ἔμπνουν καὶ ζῶντα τὸν ἄνδρα
ῆναι κελεύσας, ὡς μὴ μιάνειε τὸ ἔργον ἐναπο-
ἐκεῖνον μὲν ἄταφον κατὰ κρημνῶν ῥίπτειν ἐκέ-
καθήρας δὲ τὸν βοῦν ἀπέπεμψα ὑμῖν ἀνατεθη-
ν τῷ θεῷ καὶ ἐπιγράψαι γε ἐπ' αὐτῷ ἐκέλευσα
σαν διήγησιν, τοῦ ἀνατιθέντος ἐμοῦ τοὔνομα, τὸν
ην τὸν Περίλαον, τὴν ἐπίνοιαν τὴν ἐκείνου, τὴν
ύνην τὴν ἐμὴν, τὴν πρέπουσαν τιμωρίαν, τὰ
ροῦ χαλκέως μέλη, τὴν πρώτην πεῖραν τῆς μου-

Ὑμεῖς δὲ, ὦ Δελφοὶ, δίκαια ποιήσετε θύσαντες
ὲρ ἐμοῦ μετὰ τῶν πρέσβεων, ἀναθέντες δὲ τὸν

sit meam laudans justitiam, et necessitate extortæ misertus crudelitatis. Deinde num putatis hominem in peregrinos adeo humanum, injuste tractaturum suos, nisi insigni affectum injuria?

11. Atque hæc quidem pro me dixi, vera, justa, laude potius, ut mihi persuadeo, quam odio digna. Jam de donario vos audire tempus est, unde et quomodo dominus hujus tauri factus sim, quem ipse non locaverim statuario. Absit enim a me ille furor, ut tale quid possidere cupiam. Sed fuit Perilaus aliquis nostras, faber bonus, sed homo idem pessimus. Hic multum a conjectando animo meo aberrans, gratum se mihi facturum rebatur, tanquam universe pœnis gaudenti, si novam quandam pœnam excogitasset. Fabrefactum igitur bovem mihi attulit, pulcherrima specie, et ad exactissimam similitudinem elaboratum : solo enim motu et mugitu deficiebatur, quominus animatus esse videretur. Ad primum autem conspectum statim exclamavi, Dignum opus quod habeat Pythius : mittendus hic taurus deo. Astans autem Perilaus, Quid si, inquit, noris artem in illo reconditam, et quem usum præbeat? et, simul aperiens in tergo bovem, Si quem punire, inquit, volueris, imposito illo in hanc machinam, eaque clausa, applicari has tibias jube naribus bovis, et succendi ignem. Sic iste ejulabit et clamabit, dolore infinito cruciatus; clamor autem iste per tibias modulos tibi efficiet canoros maxime, et threnis aptos sonos accinet, ac lugubre plane mugiet : adeo ut dum ille puniatur, tibiæ tu sonis interim demulceare.

12. Ego vero his auditis, pessimum artificium hominis abominatus, et exosus ingenium hujus machinæ, propriam illi pœnam imposui : et, Age sane, inquam, Perilae, nisi vana temere illa sunt promissa, ostende nobis ingressus ipse veritatem artis tuæ, et imitare clamantes, ut sciamus utrum, quos prædicas modulos, ii per tibias sonent. Obsequitur Perilaus : at ego, quum intus esset, concluso homine, ignem succendi jussi, Habe tibi, dicens, dignam mercedem admirabilis illius artis tuæ, ut magister illius musices primus ipse canas. Atque ille digna factis suis passus est, fructum percipiens ingeniosæ machinationis. Ceterum ego viventem adhuc et spirantem hominem eximi jussi, ne intra moriendo opus pollueret, et insepultum per præceps abjici : expiatum vero bovem vobis misi dedicandum deo, eique inscribi totam narrationem jussi, meum dedicantis nomen, artificem Perilaum, ipsius commentum, meam justitiam, pœnam decentem, sapientis fabri modulos, primum musices experimentum.

13. Vos vero, Delphi, quod justum est feceritis, si pro me cum legatis sacrificaritis, dedicaveritisque taurum in

ταῦρον ἐν καλῷ τοῦ ἱεροῦ, ὡς πάντες εἰδεῖεν οἷος ἐγὼ πρὸς τοὺς πονηρούς εἰμι καὶ ὅπως ἀμύνομαι τὰς περιττὰς ἐς κακίαν ἐπιθυμίας αὐτῶν. Ἱκανὸν γοῦν καὶ τοῦτο μόνον δηλῶσαί μου τὸν τρόπον, Περίλαος κολασθεὶς καὶ ὁ ταῦρος ἀνατεθεὶς καὶ μηκέτι φυλαχθεὶς πρὸς ἄλλων κολαζομένων αὐλήματα μηδὲ μελῳδήσας ἄλλο ἔτι πλὴν μόνα τὰ τοῦ τεχνίτου μυκήματα, καὶ ὅτι ἐν μόνῳ αὐτῷ καὶ πεῖραν ἔλαβον τῆς τέχνης καὶ κατέπαυσα τὴν ἄμουσον ἐκείνην καὶ ἀπάνθρωπον ᾠδήν. Καὶ τὰ μὲν παρόντα ταῦτα παρ' ἐμοῦ τῷ θεῷ· ἀναθήσω δὲ καὶ ἄλλα πολλάκις, ἐπειδάν μοι παράσχῃ μηκέτι δεῖσθαι κολάσεων.

14. Ταῦτα μέν, ὦ Δελφοί, τὰ παρὰ τοῦ Φαλάριδος, ἀληθῆ πάντα καὶ οἷα ἐπράχθη ἕκαστα, καὶ δίκαιοι ἂν εἴημεν πιστεύεσθαι ὑφ' ὑμῶν μαρτυροῦντες, ὡς ἂν καὶ εἰδότες καὶ μηδεμίαν αἰτίαν τοῦ ψεύδεσθαι νῦν ἔχοντες. Εἰ δὲ δεῖ καὶ δεηθῆναι ὑπὲρ ἀνδρὸς μάτην πονηροῦ δοκοῦντος καὶ ἄκοντος κολάζειν ἠναγκασμένου, ἱκετεύομεν ὑμᾶς ἡμεῖς οἱ Ἀκραγαντῖνοι Ἕλληνές τε ὄντες καὶ τὸ ἀρχαῖον Δωριεῖς, προσέσθαι τὸν ἄνδρα φίλον εἶναι ἐθέλοντα καὶ πολλὰ καὶ δημοσίᾳ καὶ ἰδίᾳ ἕκαστον ὑμῶν εὖ ποιῆσαι ὡρμημένον. Λάβετε οὖν αὐτοὶ τὸν ταῦρον καὶ ἀνάθετε καὶ εὔξασθε ὑπέρ τε τῆς Ἀκράγαντος καὶ ὑπὲρ τοῦ Φαλάριδος, καὶ μήτε ἡμᾶς ἀπράκτους ἀποπέμψητε μήτ' ἐκεῖνον ὑβρίσητε μήτε τὸν θεὸν ἀποστερήσητε καλλίστου τε ἅμα καὶ δικαιοτάτου ἀναθήματος.

XXXI.

ΦΑΛΑΡΙΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

1. Οὔτε Ἀκραγαντίνων, ὦ ἄνδρες Δελφοί, πρόξενος ὢν οὔτε ἰδιόξενος αὐτοῦ Φαλάριδος οὔτ' ἄλλην ἔχων πρὸς αὐτὸν ἢ εὐνοίας ἰδίαν αἰτίαν ἢ μελλούσης φιλίας ἐλπίδα, τῶν δὲ πρέσβεων ἀκούσας τῶν ἡκόντων παρ' αὐτοῦ ἐπιεικῆ καὶ μέτρια διεξιόντων, καὶ τὸ εὐσεβὲς ἅμα καὶ τὸ κοινῇ συμφέρον καὶ μάλιστα τὸ Δελφοῖς πρέπον προορώμενος ἀνέστην παραινέσων ὑμῖν μήτε ὑβρίζειν ἄνδρα δυνάστην εὐσεβοῦντα μήτ' ἀνάθημα ἤδη τῷ θεῷ καθωμολογημένον ἀπαλλοτριοῦν, καὶ ταῦτα τριῶν τῶν μεγίστων ὑπόμνημα εἰς ἀεὶ γενησόμενον, τέχνης καλλίστης καὶ ἐπινοίας κακίστης καὶ δικαίας κολάσεως.

2. Ἐγὼ μὲν οὖν καὶ τὸ ἐνδοιάσαι ὑμᾶς ὅλως περὶ τούτου καὶ ἡμῖν προθεῖναι τὴν διάσκεψιν, εἰ χρὴ δέχεσθαι τὸ ἀνάθημα ἢ ὀπίσω αὖθις ἀποπέμπειν, ἀνόσιον ἤδη εἶναι νομίζω, μᾶλλον δὲ οὐδ' ὑπερβολὴν ἀσεβείας ἀπολελοιπέναι· οὐδὲν γὰρ ἀλλ' ἢ ἱεροσυλία τὸ πρᾶγμά ἐστι μακρῷ τῶν ἄλλων χαλεπωτέρα, ὅσῳ τοῦ τὰ ἤδη ἀνατεθέντα συλᾶν τὸ μηδὲ τὴν ἀρχὴν τοῖς ἀνατιθέναι βουλομένοις ἐπιτρέπειν ἀσεβέστερον.

3. Δέομαι δὲ ὑμῶν Δελφὸς καὶ αὐτὸς ὢν καὶ τὸ ἴσον μετέχων τῆς τε δημοσίας εὐκλείας, εἰ φυλάττοιτο, καὶ

honesto sacri loco, ut sciant omnes qualis ego in malos sim, et quomodo ulciscar nimias illorum ad mala cupiditates. Sufficit enim vel hoc solum ad declarandum ingenium meum, Perilaus punitus, dedicatus taurus, neque servatus amplius ad aliorum puniendorum cantus, nulladum alia melodia edita, præter solos artificis mugitus: et quod in illo solo et experimentum cepi artis, et finem imposui cantui illi a Musis et humanitate abhorrenti. Et in præsens ista quidem a me deo oblata sunto : dedicabo autem sæpe etiam alia, si hoc mihi præstiterit, ut pœnis non amplius indigeam.

14. Hæc, Delphi, quæ a Phalaride dicere jussi sumus, vera omnia, et qualia gesta sunt singula : ac digni videmur esse, quibus fides habeatur a vobis, quum perhibeamus testimonium, tanquam qui et sciamus et nullam nunc mentiendi causam habeamus. Si vero etiam preces interponendæ sunt pro viro, qui sine causa perhibétur malus, quique præter voluntatem suam punire coactus est, supplicamus vobis nos Agrigentini, qui Græci sumus et antiqua origine Dorienses, ut admittatis virum, amicum vobis esse cupientem, et multa in vos publice, et privatim in singulos vestrûm bona conferre paratum. Accipite ergo ipsi taurum, et dedicate, et pro Agrigento ipsoque Phalaride vota facite : et nec infecta re nos dimiseritis, neque illum affeceritis contumelia, nec deum pulcherrimo justissimoque donario privaveritis.

XXXI.

PHALARIS ALTER.

1. Neque cura mihi Agrigentinorum hospitum publice data, Delphi, neque privatum cum Phalaride hospitium intercedit, neque aliam habeo aut peculiarem benevolentiæ erga illum causam, aut futuræ spem amicitiæ : verum auditis legatis ab eo venientibus, æqua et moderata disserentibus, atque id quod simul et pium et publice utile est et Delphos maxime decet, spectans, surrexi adhortaturus vos, ut neque contumelia afficiatis virum potentem, religiosum, neque donarium jam nuncupatum deo abalienetis, quod trium maximarum rerum in omne ævum monumentum futurum est artis præstantissimæ, commenti pessimi, et justi supplicii.

2. Equidem ipsum hoc, dubitare vos omnino hac de re, ipsum hoc, quod eam proposuere nobis magistratus disputationem, sitne recipiendum donarium, an retro rursus remittendum, irreligiosum esse arbitror, vel potius, nullum impietati gradum ultra quem ascendat reliquisse. Nihil enim nisi sacrilegium hoc est, longe aliis quibuscunque gravius, quanto nimirum major est impietas, quam spoliare dedicata, ne permittere quidem dedicare volentibus.

3. Rogo autem vos, Delphus ipse quoque, et in partem veniens tum publicæ bonæ famæ, si ea servetur, tum con-

τῆς ἐναντίας δόξης, εἰ ἐκ τῶν παρόντων προσγένοιτο, μήτ' ἀποκλείειν τὸ ἱερὸν τοῖς εὐσεβοῦσι μήτε τὴν πόλιν πρὸς ἅπαντας ἀνθρώπους διαβάλλειν ὡς τὰ πεμπόμενα τῷ θεῷ συκοφαντοῦσαν καὶ ψήφῳ καὶ δικαστηρίῳ δοκιμάζουσαν τοὺς ἀνατιθέντας· οὐδεὶς γὰρ ἔτι ἀναθεῖναι τολμήσειεν ἂν εἰδὼς οὐ προσησόμενον τὸν θεὸν ὅ τι ἂν μὴ πρότερον τοῖς Δελφοῖς δοκῇ.

4. Ὁ μὲν οὖν Πύθιος τὴν δικαίαν ἤδη περὶ τοῦ ἀναθήματος ψῆφον ἤνεγκεν· εἰ γοῦν ἐμίσει τὸν Φάλαριν ἢ τὸ δῶρον αὐτοῦ ἐμυσάττετο, ῥᾴδιον ἦν ἐν τῷ Ἰονίῳ μέσῳ καταδῦσαι αὐτὸ μετὰ τῆς ἀγούσης ὁλκάδος, ὁ δὲ πολὺ τοὐναντίον ἐν εὐδίᾳ τε διαπεραιωθῆναι, ὥς φασι, παρέσχεν αὐτοῖς καὶ σῶς ἐς τὴν Κίρραν καταραι.

5. Ὧι καὶ δῆλον ὅτι προσίεται τὴν τοῦ μονάρχου εὐσέβειαν. Χρὴ δὲ καὶ ὑμᾶς τὰ αὐτὰ ἐκείνῳ ψηφισαμένους προσθεῖναι καὶ τὸν ταῦρον τουτονὶ τῷ ἄλλῳ κόσμῳ τοῦ ἱεροῦ· ἐπεὶ πάντων ἂν εἴη τοῦτ' ἀτοπώτατον, πέμψαντά τινα μεγαλοπρεπὲς οὕτω δῶρον θεῷ τὴν καταδικάζουσαν ἐκ τοῦ ἱεροῦ ψῆφον λαβεῖν καὶ μισθὸν κομίσασθαι τῆς εὐσεβείας τὸ κεκρίσθαι μηδὲ τοῦ ἀνατιθέναι ἄξιος.

6. Ὁ μὲν οὖν τἀναντία μοι ἐγνωκώς, καθάπερ ἐκ τοῦ Ἀκράγαντος ἄρτι καταπεπλευκώς, σφαγάς τινας καὶ βίας καὶ ἁρπαγὰς καὶ ἀπαγωγὰς ἐτραγῳδει τοῦ τυράννου μόνον οὐκ αὐτόπτης γεγενῆσθαι λέγων, ὃν ἴσμεν οὐδ' ἄχρι τοῦ πλοίου ἀποδεδημηκότα. Χρὴ δὲ τὰ μὲν τοιαῦτα μηδὲ τοῖς πεπονθέναι φάσκουσι πάνυ πιστεύειν διηγουμένοις — ἄδηλον γὰρ εἰ ἀληθῆ λέγουσιν — οὐχ ὅπως αὐτοὺς ἃ μὴ ἐπιστάμεθα κατηγορεῖν.

7. Εἰ δ' οὖν τι καὶ πέπρακται τοιοῦτον ἐν Σικελίᾳ, τοῦτ' οὐ Δελφοῖς ἀναγκαῖον πολυπραγμονεῖν, εἰ μὴ ἀντὶ ἱερέων ἤδη δικασταὶ εἶναι ἀξιοῦμεν καί, δέον θύειν καὶ τἆλλα θεραπεύειν τὸν θεὸν καὶ συνανατιθέναι εἰ πέμψειέ τις, σκοποῦντες καθήμεθα εἴ τινες τῶν ὑπὲρ τὸν Ἰόνιον δικαίως ἢ ἀδίκως τυραννοῦνται.

8. Καὶ τὰ μὲν τῶν ἄλλων ἐχέτω ὅπῃ βούλεται· ἡμῖν δὲ ἀναγκαῖον, οἶμαι, τὰ ἡμέτερα αὐτῶν εἰδέναι, ὅπως τε πάλαι διέκειτο καὶ ὅπως νῦν ἔχει καὶ τί ποιοῦσι λῷον ἔσται. Ὅτι μὲν δὴ ἐν κρημνοῖς τε οἰκοῦμεν αὐτοὶ καὶ πέτρας γεωργοῦμεν, οὐχ Ὅμηρον χρὴ περιμένειν δηλώσοντα ἡμῖν, ἀλλ' ὁρᾶν πάρεστι ταῦτα· καὶ ὅσον ἐπὶ τῇ γῇ, βαθεῖ λιμῷ ἀεὶ συνῆμεν ἄν. Τὸ δ' ἱερὸν καὶ ὁ Πύθιος καὶ τὸ χρηστήριον καὶ οἱ θύοντες καὶ οἱ εὐσεβοῦντες ταῦτα Δελφῶν τὰ πεδία, ταῦτα ἡ πρόσοδος, ἐντεῦθεν ἡ εὐπορία, ἐντεῦθεν αἱ τροφαί — χρὴ γὰρ τἀληθῆ πρός γε ἡμᾶς αὐτοὺς λέγειν — καὶ τὸ λεγόμενον ὑπὸ τῶν ποιητῶν, ἄσπαρτα ἡμῖν καὶ ἀνήροτα φύεται τὰ πάντα ὑπὸ γεωργῷ τῷ θεῷ, ὃς οὐ μόνον τὰ παρὰ τοῖς Ἕλλησιν ἀγαθὰ γιγνόμενα παρέχει, ἀλλ' εἴ τι ἐν Φρυξὶν ἢ Λυδοῖς ἢ Πέρσαις ἢ Ἀσσυρίοις ἢ Φοίνιξιν ἢ Ἰταλιώταις ἢ Ὑπερβορέοις αὐτοῖς πάντα ἐς Δελφοὺς ἀφικνεῖται. Καὶ τὰ δεύτερα μετὰ τὸν θεὸν ἡμεῖς τιμώμεθα ὑφ' ἁπάντων καὶ εὐποροῦμεν καὶ εὐδαιμονοῦ-

trariæ opinionis, si qua ex præsenti negotio contrahatur, ne claudatis sacrum religiosis, neu civitati nostræ infamiam apud omnes homines concilietis, quasi ea quæ mittuntur deo calumnietur, et calculo judicioque exploret qui aliquid donant. Nemo enim amplius donare quicquam temere audebit, si sciat non admissurum esse deum, quod non prius Delphis admittendum videatur.

4. Ac Pythius quidem justum jam de donario suffragium tulit: qui si odisset Phalarin, aut munus illius abominaretur, facile illi erat medio in Ionio illud cum ipsa navi, quæ vehebat, demergere. Verum ille contra per serenitatem uti trajicerent, ut aiunt, ipsis tribuit, et salvi ad Cirrham uti appellerent.

5. Qua re etiam manifestum est admitti ab eo monarchæ pietatem. Oportet autem vos quoque eadem decernere, et adjicere hunc taurum reliquis templi ornamentis. Omnium enim absurdissimum fuerit, magnifici adeo muneris deo missi auctorem damnans ex templo suffragium referre, et mercedem hanc pietatis suæ habere, ut ne dignus quidem sit habitus qui aliquid donet.

6. Ille quidem, qui contraria mihi decrevit, quasi qui Agrigento modo huc appulerit, cædes quasdam, et vim factam, et rapinas, et abductiones tyranni tragica oratione retulit, tantum non visa a se narrari dicens; quem tamen neque ad navem usque peregrinatum esse novimus. Oportet autem talia ne his quidem, qui se passos esse dicunt, omnino credere narrantibus; quum, utrum vera dicant, incertum sit: nedum ut ipsi, quæ non certo scimus, accusemus.

7. Utrum igitur tale quicquam in Sicilia factum sit, hoc Delphis necesse non est studiose quærere; nisi pro sacerdotibus jam judices esse postulamus, et quum mactare nos oporteat et reliquum dei cultum peragere, et una ponere donaria si quis mittat, sedemus disceptaturi, si qui trans Ionium mare juste aut injuste reguntur.

8. Aliorum quidem res quomodocumque lubuerit se habeant: nobis vero necessarium arbitror nostra ipsorum scire, tam ut olim constituta fuerint, quam uti nunc se habeant, et quid facientibus melius futurum sit. Ac nos in præcipitiis habitare et saxa arare, non Homerus nobis exspectandus est qui nos doceat; sed videre ista licet: et quantum ad terram nostram, summa semper cum fame essemus. Sed templum, et Pythius, et oraculum, et mactantes, et religiosi, hi Delphorum agri, hi reditus, hinc bona copia, hinc alimenta (oportet enim vera, inter nos quidem certe, dicere), et quod a poetis dicitur, sine semine nostro, sine aratro proveniunt omnia, agrum nostrum colente deo, qui non ea solum, quæ apud reliquos Græcos nascuntur bona nobis præbet; sed si quid apud Phrygas, Lydos, Persas, Assyrios, aut Phœnices, aut Italos, aut ipsos Hyperboreos nascitur, Delphos omnia perveniunt. Et secundo post deum loco nos colimur ab omnibus, et abun-

μεν· ταῦτα τὸ ἀρχαῖον, ταῦτα τὸ μέχρι νῦν, καὶ μὴ παυσαίμεθά γε οὕτω βιοῦντες.

9. Μέμνηται δὲ οὐδεὶς πώποτε ψῆφον ὑπὲρ ἀναθήματος παρ' ἡμῖν ἀναδοθεῖσαν οὐδὲ κωλυθέντα τινὰ θύειν ἢ ἀνατιθέναι. Καὶ διὰ τοῦτ', οἶμαι, καὶ αὐτὸ εἰς ὑπερβολὴν ηὔξηται τὸ ἱερὸν καὶ ὑπερπλουτεῖ ἐν τοῖς ἀναθήμασι. Δεῖ τοίνυν μηδ' ἐν τῷ παρόντι καινοτομεῖν μηδὲν μηδὲ παρὰ τὰ πάτρια νόμον καθιστάναι, φυλοκρινεῖν τὰ ἀναθήματα καὶ γενεαλογεῖν τὰ πεμπόμενα, ὅθεν καὶ ἀφ' ὅτου καὶ ὁποῖα, δεξαμένους δὲ ἀπραγμόνως ἀνατιθέναι ὑπηρετοῦντας ἀμφοῖν, καὶ τῷ θεῷ καὶ τοῖς εὐσεβέσι.

10. Δοκεῖτε δέ μοι, ὦ ἄνδρες Δελφοί, ἄριστα βουλεύεσθαι περὶ τῶν παρόντων, εἰ λογίσαισθε πρῶτον ὑπὲρ ὅσων καὶ ἡλίκων ἐστὶν ἡ σκέψις, πρῶτον μὲν ὑπὲρ τοῦ θεοῦ καὶ τοῦ ἱεροῦ καὶ θυσιῶν καὶ ἀναθημάτων καὶ ἐθῶν ἀρχαίων καὶ θεσμῶν παλαιῶν καὶ δόξης τοῦ μαντείου, ἔπειτα ὑπὲρ τῆς πόλεως ὅλης καὶ τῶν συμφερόντων τῷ τε κοινῷ ἡμῶν καὶ ἰδίᾳ ἑκάστῳ Δελφῶν, ἐπὶ πᾶσι δὲ τῆς παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις εὐκλείας ἢ κακοδοξίας· τούτων γὰρ οὐκ οἶδα εἴ τι μεῖζον, εἰ σωφρονεῖτε, ἢ ἀναγκαιότερον ἡγήσαισθε ἄν.

11. Περὶ μὲν οὖν ὧν βουλευόμεθα, ταῦτά ἐστιν, οὐ Φάλαρις τύραννος εἷς οὐδὲ ταῦρος οὗτος οὐδὲ χαλκὸς μόνον, ἀλλὰ πάντες βασιλεῖς καὶ πάντες δυνάσται, ὅσοι νῦν χρῶνται τῷ ἱερῷ, καὶ χρυσὸς καὶ ἄργυρος καὶ ὅσα ἄλλα τίμια πολλὰ πολλάκις ἀνατεθησόμενα τῷ θεῷ· πρῶτον μὲν γὰρ τὸ κατὰ τὸν θεὸν ἐξετασθῆναι ἄξιον.

12. Τίνος οὖν ἕνεκα μὴ ὡς ἀεὶ μηδὲ ὡς πάλαι τὰ περὶ τῶν ἀναθημάτων ποιήσομεν; ἢ τί μεμφόμενοι τοῖς παλαιοῖς ἔθεσι καινοτομήσομεν; καὶ ὃ μηδὲ πώποτε, ἀφ' οὗ τὴν πόλιν οἰκοῦμεν καὶ ὁ Πύθιος χρᾷ καὶ ὁ τρίπους φθέγγεται καὶ ἡ ἱέρεια ἐμπνεῖται, γεγένηται παρ' ἡμῖν, νῦν καταστησόμεθα, κρίνεσθαι καὶ ἐξετάζεσθαι τοὺς ἀνατιθέντας; Καὶ μὴν ἐξ ἐκείνου μὲν τοῦ παλαιοῦ ἔθους, τοῦ ἀνέδην καὶ πᾶσιν ἐξεῖναι, ὁρᾶτε ὅσων ἀγαθῶν ἐμπέπλησται τὸ ἱερόν, ἁπάντων ἀνατιθέντων καὶ ὑπὲρ τὴν ὑπάρχουσαν δύναμιν ἐνίων δωρουμένων τὸν θεόν.

13. Εἰ δ' ὑμᾶς αὐτοὺς δοκιμαστὰς καὶ ἐξεταστὰς ἐπιστήσετε τοῖς ἀναθήμασιν, ὀκνῶ μὴ ἀπορήσωμεν τῶν δοκιμασθησομένων, ἔτι οὐδενὸς ὑπομένοντος ὑπόδικον αὑτὸν καθιστάναι, καὶ ἀναλίσκοντα καὶ καταδαπανῶντα παρ' αὑτοῦ, κρίνεσθαι καὶ ὑπὲρ τῶν ὅλων κινδυνεύειν. Ἢ τίνι βιωτὸν, εἰ κριθήσεται τοῦ ἀνατιθέναι ἀνάξιος;

XXXII.

ΑΛΕΞΑΝΔΡΟΣ Η ΨΕΥΔΟΜΑΝΤΙΣ.

1. Σὺ μὲν ἴσως, ὦ φίλτατε Κέλσε, μικρόν τι τοῦτο καὶ φαῦλον οἴει τὸ πρόσταγμα, προστάττειν τὸν Ἀλεξάνδρου σοι τοῦ Ἀβωνοτειχίτου τοῦ γόητος βίον καὶ ἐπινοίας αὐτοῦ καὶ τολμήματα καὶ μαγγανείας ἐς βιβλίον

damus, et beati sumus. Hæc antiqua ratio, hæc adhuc obtinet, et utinam ita vivere non desinamus!

9. Recordatur autem nemo unquam suffragium de donario apud nos latum, nec prohibitum quenquam, quominus sacrificaret vel dedicaret aliquid. Ac propter hoc ipsum, puto, supra modum auctum est sacrum, et abundat donariis. Quare nec in præsenti novandum quicquam, neque præter patrium morem lex constituenda, ut scrupulose judicentur donaria, et eorum quæ mittuntur origo inquiratur, unde, a quo, et qualia sint: sed accepta sine operosa quæstione dedicare, ambobus ministrantes, tum deo, tum religiosis.

10. Videmini autem mihi, Delphi, sic demum optime de præsentibus judicaturi, si primum consideraveritis, de quot quantisque rebus sit quæstio. Primo quidem de deo, templo, victimis, donariis, moribus antiquis, legibus vetustis, gloria oraculi : deinde de tota civitate et his quæ cum reipublicæ nostræ, tum privatim unicuique Delphorum conducant : super omnia vero de bona aut mala apud omnes homines fama. Hisce enim si quid majus, magisve necessarium, modo sanum adhibeatis judicium, existimetis, non novi.

11. Hæc ergo sunt de quibus deliberamus, non Phalaris unus tyrannus, neque taurus iste, neque æs tantum; sed reges omnes et omnes dynastæ, qui sacro hodie utuntur, et aurum, et argentum, et quæcumque alia pretiosa dedicabuntur in posterum deo. Primo quidem, quod ad deum pertinet, exploratu dignum.

12. Qua igitur de causa non ut semper neque ut olim ea quæ ad donaria referuntur, faciemus? aut quid reprehendentes in vetusto more novabimus, et quod nunquam a nobis, ex quo urbem habitamus, et Pythius respondet, et tripus loquitur, et sacerdos inspiratur, factum est, nunc constituemus, ut judicentur et explorentur qui aliquid dedicant? Atqui ex antiquo illo more, quo promiscue et omnibus hoc licet, videtis quot quantisque bonis templum impletum sit, dedicantibus omnibus, et supra vires suas quibusdam deo donantibus.

13. Si vero vos cognitores quæsitoresque donariis constitueritis, metuo ne non habeamus amplius quæ explorentur; quum futurum sit ut nemo sustineat judicio se submittere, et sumtibus atque impensis e sua re familiari factis insuper examinari, et periclitari adeo de capite. Quis enim vivendum sibi putet, si indignus, qui donet aliquid, judicetur?

XXXII.

ALEXANDER, SEU PSEUDOMANTIS.

1. Parvum tu forsitan, Celse carissime, et leve aliquid abs te mandatum esse existimas, quod jussisti Alexandri me tibi Abonotichitæ impostoris vitam et commenta et ausus et præstigias in librum relatas mittere : at illud, si

τα πέμψαι· τὸ δὲ, εἴ τις ἐθέλοι πρὸς τὸ ἀκρι-
ον ἐπεξιέναι, οὐ μεῖόν ἐστιν ἢ τὰς Ἀλεξάνδρου
ππου πράξεις ἀναγράψαι· τοσοῦτος ἐν κακίᾳ
ος εἰς ἀρετὴν ἐκεῖνος. Ὅμως δὲ εἰ μετὰ συγ-
ναγνώσεσθαι μέλλοις καὶ τὰ ἐνδέοντα τοῖς ἱστο-
προσλογιεῖσθαι, ὑποστήσομαί σοι τὸν ἆθλον
Αὐγέου βουστασίαν, εἰ καὶ μὴ πᾶσαν, ἀλλ' ἐς
γε τὴν ἐμαυτοῦ ἀνακαθήρασθαι πειράσομαι,
τους τῶν κοφίνων ἐκφορήσας, ὡς ἀπ' ἐκείνων
ιο πόση πᾶσα καὶ ὡς ἀμύθητος ἦν ἡ κόπρος,
λιοι βόες ἐν πολλοῖς ἔτεσι ποιῆσαι ἐδύναντο.

δοῦμαι μὲν οὖν ὑπὲρ ἀμφοῖν, ὑπέρ τε σοῦ καὶ
υτοῦ· σοῦ μὲν, ἀξιοῦντος μνήμῃ καὶ γραφῇ
ναι ἄνδρα τρισκατάρατον, ἐμαυτοῦ δὲ, σπου-
μένου ἐπὶ τοιαύτῃ ἱστορίᾳ καὶ πράξεσιν ἀνθρώ-
ὐκ ἀναγιγνώσκεσθαι πρὸς τῶν πεπαιδευμένων
ἀλλ' ἐν πανδήμῳ τινὶ μεγίστῳ θεάτρῳ ὁρᾶσθαι
κων ἢ ἀλωπέκων σπαραττόμενον. Ἀλλ' ἤν
αύτην ἐπιφέρῃ τὴν αἰτίαν, ἕξομεν καὶ αὐτοὶ ἐς
μά τι τοιοῦτον ἀνενεγκεῖν· καὶ Ἀρριανὸς γὰρ
ικτήτου μαθητὴς, ἀνὴρ Ῥωμαίων ἐν τοῖς πρώ-
αιδείᾳ παρ' ὅλον τὸν βίον συγγενόμενος, ὅμοιόν
ἀπολογήσαιτ' ἂν καὶ ὑπὲρ ἡμῶν· Τιλλιβόρου
λῃστοῦ κἀκεῖνος βίον ἀναγράψαι ἠξίωσεν·
πολὺ ὠμοτέρου λῃστοῦ μνήμην ποιησόμεθα,
ν ὕλαις καὶ ἐν ὄρεσιν, ἀλλ' ἐν πόλεσιν οὗτος
οὐ Μυσίαν μόνην οὐδὲ τὴν Ἴδην κατατρέχων
α τῆς Ἀσίας μέρη τὰ ἐρημότερα λεηλατῶν,
σαν ὡς εἰπεῖν τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν ἐμπλήσας
είας τῆς αὐτοῦ.

ότερον δέ σοι αὐτὸν ὑπογράψω τῷ λόγῳ πρὸς
τατον εἰκάσας τὴν μορφὴν, ὡς ἂν δύνωμαι,
ἡ πάνυ γραφικός τις ὤν· τὸ γὰρ δὴ σῶμα, ἵνα
οῦτο δείξω, μέγας τε ἦν καὶ καλὸς ἰδεῖν καὶ
ς ὡς ἀληθῶς, λευκὸς τὴν χρόαν, τὸ γένειον οὐ
ιος, κόμην τὴν μὲν ἰδίαν, τὴν δὲ καὶ πρόσθε-
ίμενος εὖ μάλα εἰκασμένην καὶ τοὺς πολλοὺς
λοτρία λεληθυῖαν· ὀφθαλμοὶ πολὺ τὸ γοργὸν
ν διεμφαίνοντες, φώνημα ἥδιστόν τε ἅμα καὶ
ατον· καὶ ὅλως οὐδαμόθεν μωμητὸς ἦν ταῦτά

ιόσδε μὲν τὴν μορφήν· ἡ ψυχὴ δὲ καὶ ἡ γνώμη,
ε Ἡράκλεις καὶ Ζεῦ ἀποτρόπαιε καὶ Διόσκου-
ρες, πολεμίοις καὶ ἐχθροῖς ἐντυχεῖν γένοιτο
υγγενέσθαι τοιούτῳ τινί· συνέσει μὲν γὰρ καὶ
καὶ δριμύτητι πάμπολυ τῶν ἄλλων διέφερε, καὶ
ίεργον καὶ εὐμαθὲς καὶ μνημονικὸν καὶ πρὸς
ματα εὐφυὲς, πάντα ταῦτα εἰς ὑπερβολὴν
πῆρχεν αὐτῷ· ἐχρῆτο δὲ αὐτοῖς ἐς τὸ χείρι-
ὄργανα ταῦτα γενναῖα ὑποβεβλημένα ἔχων
άλα τῶν ἐπὶ κακίᾳ διαβοήτων ἀκρότατος ἀπε-
ὑπὲρ τοὺς Κέρκωπας, ὑπὲρ τὸν Εὐρύβατον ἢ
ὰν ἢ Ἀριστόδημον ἢ Σώστρατον. Αὐτὸς μὲν
αμβρῷ Ῥουτιλλιανῷ ποτε γράφων καὶ τὰ με-

quis accurate velit singula persequi, non minus est, quam Alexandri Philippi filii res gestas scripto mandare: quantus enim ille ad virtutem, tantus hic ad malitiam. Verumtamen si cum venia lecturus es, et, quæ deerunt narrationi, adjecturus de tuo, laborem tibi illum sustinebo, et Augiæ stabulum, etsi non universum, certe pro viribus meis repurgare studebo, paucos aliquot cophinos egerens, ut ex illis judicare possis, quantum omne et quam inenarrabile fuerit stercus, quod ter mille boves multorum annorum spatio facere potuerunt.

2. Ac verecundia quadam afficior amborum nomine, tuo pariter ac meo: tuo, qui petas memoriæ et scriptis commendari hominem omnibus modis exsecrabilem; meo, qui studium in tali historia ponam et actionibus hominis, quem non legi conveniebat ab eruditis hominibus, sed in maximo theatro totisque populis confluentibus frequentissimo spectari a simiis lacerandum aut vulpibus. Verum si quis hoc nos crimine accuset, habebimus et ipsi exemplum ad quod illum ablegemus. Nam Arrianus quoque, Epicteti discipulus, vir inter primos Romanorum, et tota vita in doctrinæ studiis versatus, cui simile quid usu venit, causam pro nobis dixerit: Tillibori enim latronis vitam scribere ipse quoque dignatus est. Nos autem crudelioris longe latronis monumentum faciemus, quatenus non in silvis et montibus, sed in urbibus hic latrocinatus est, qui non Mysiam solam neque Idam incursarit, neque paucas Asiæ partes desertiores sit deprædatus; sed universum, fere dixerim, Romanorum imperium latrocinio suo oppleverit.

3. Prius vero ipsum tibi oratione describam, formamque illius quam simillime potero, non multum licet pingendi arte valeam, delineabo. Corpore enim, ut hoc etiam tibi ostendam, et magnus erat, et honesta specie, et quæ deo dignum aliquid revera præ se ferret: colore candidus, mento non nimis hirsuto, comatus tum sua coma, tum ascita, præclare illa assimilata, ut plerosque, alienam esse, fugeret: oculi perquam vivaci lumine, et deo plenum ostendentes: vox suavissima simul et splendidissima: et paucis ut absolvam, nulla parte, quantum ad hæc, reprehensionem habebat.

4. Talis quidem erat forma. Animus autem et mens hominis, averruncator Hercules, et Jupiter depulsor, et servatores Jovis liberi! in hostes nostros et inimicos potius incidamus, quam versemur cum tali! Nam intelligentia, et sollertia, et acumine plurimum alios omnes antecellebat; tum curiositas et docilitas, ac memoria et ingenium disciplinæ capax, omnia hæc et ad excessum usque singula ipsi aderant: verum utebatur illis pessime: et quum instrumenta ista virtutis in potestate haberet, mox famosissimæ malitiæ hominum summus ipse factus est, supra Cercopas, supra Eurybatum, aut Phrynondam, aut Aristodemum, aut Sostratum. Ipse enim suo genero Rutiliano aliquando scri-

τριώτατα ὑπὲρ αὑτοῦ λέγων Πυθαγόρᾳ ὅμοιος εἶναι ἠξίου. Ἀλλ' ἵλεως μὲν ὁ Πυθαγόρας εἴη, σοφὸς ἀνὴρ καὶ τὴν γνώμην θεσπέσιος. Εἰ δὲ κατὰ τοῦτον ἐγεγένητο, παῖς ἂν εὖ οἶδ' ὅτι πρὸς αὐτὸν εἶναι ἔδοξε. Καὶ πρὸς Χαρίτων μή με νομίσῃς ἐφ' ὕβρει ταῦτα τοῦ Πυθαγόρου λέγειν ἢ συνάπτειν πειρώμενον αὐτοὺς πρὸς ὁμοιότητα τῶν πράξεων. Ἀλλ' εἴ τις τὰ χείριστα καὶ βλασφημότατα τῶν ἐπὶ διαβολῇ περὶ τοῦ Πυθαγόρου λεγομένων, οἷς ἔγωγε οὐκ ἂν πεισθείην ὡς ἀληθέσιν οὖσιν, ὅμως συναγάγοι ἐς τὸ αὐτὸ, πολλοστὸν ἂν μέρος ἅπαντα ἐκεῖνα γένοιτο τῆς Ἀλεξάνδρου δεινότητος. Ὅλως γὰρ ἐπινόησόν μοι καὶ τῷ λογισμῷ διατύπωσον ποικιλωτάτην τινὰ ψυχῆς κρᾶσιν ἐκ ψεύδους καὶ δόλων καὶ ἐπιορκιῶν καὶ κακοτεχνιῶν συγκειμένην, ῥᾳδίαν, τολμηρὰν, παράβολον, φιλόπονον ἐξεργάσασθαι τὰ νοηθέντα, καὶ πιθανὴν καὶ ἀξιόπιστον καὶ ὑποκριτικὴν τοῦ βελτίονος καὶ τῷ ἐναντιωτάτῳ τῆς βουλήσεως ἐοικυῖαν. Οὐδεὶς γοῦν τὸ πρῶτον ἐντυχὼν οὐκ ἀπῆλθε δόξαν λαβὼν ὑπὲρ αὐτοῦ ὡς εἴη πάντων ἀνθρώπων χρηστότατος καὶ ἐπιεικέστατος καὶ προσέτι ἁπλοϊκώτατός τε καὶ ἀφελέστατος. Ἐπὶ πᾶσι δὲ τούτοις τὸ μεγαλουργὸν προσῆν καὶ τὸ μηδὲν μικρὸν ἐπινοεῖν, ἀλλ' ἀεὶ τοῖς μεγίστοις ἐπέχειν τὸν νοῦν.

5. Μειράκιον μὲν οὖν ἔτι ὢν πάνυ ὡραῖον, ὡς ἐνῆν ἀπὸ τῆς καλάμης τεκμαίρεσθαι καὶ ἀκούειν τῶν διηγουμένων, ἀνέδην ἐπόρνευε καὶ συνῆν ἐπὶ μισθῷ τοῖς βουλομένοις. Ἐν δὲ τοῖς ἄλλοις λαμβάνει τις αὐτὸν ἐραστὴς γόης τῶν μαγείας καὶ ἐπῳδὰς θεσπεσίους ὑπισχνουμένων καὶ χάριτας ἐπὶ τοῖς ἐρωτικοῖς καὶ ἐπαγωγὰς τοῖς ἐχθροῖς καὶ θησαυρῶν ἀναπομπὰς καὶ κλήρων διαδοχάς. Οὗτος ἰδὼν εὐφυᾶ παῖδα καὶ πρὸς ὑπηρεσίαν τῶν ἑαυτοῦ πράξεων ἑτοιμότατον, οὐ μεῖον ἐρῶντα τῆς κακίας τῆς αὐτοῦ ἢ αὐτὸς τῆς ὥρας τῆς ἐκείνου, ἐξεπαίδευσέ τε αὐτὸν καὶ διετέλει ὑπουργῷ καὶ ὑπηρέτῃ καὶ διακόνῳ χρώμενος. Ὁ δ' αὐτὸς ἐκεῖνος δημοσίᾳ μὲν ἰατρὸς δῆθεν ἦν, ἠπίστατο δὲ κατὰ τὴν Θῶνος τοῦ Αἰγυπτίου γυναῖκα

φάρμακα πολλὰ μὲν ἐσθλὰ μεμιγμένα, πολλὰ δὲ λυγρά·

ὧν ἁπάντων κληρονόμος καὶ διάδοχος οὗτος ἐγένετο. Ἦν δὲ ὁ διδάσκαλος ἐκεῖνος καὶ ἐραστὴς τὸ γένος Τυανεὺς τῶν Ἀπολλωνίῳ τῷ Τυανεῖ συγγενομένων καὶ τὴν πᾶσαν αὐτοῦ τραγῳδίαν εἰδότων. Ὁρᾷς ἐξ οἵας σοι διατριβῆς ἄνθρωπον λέγω.

6. Ἤδη δὲ πώγωνος ὁ Ἀλέξανδρος πιμπλάμενος καὶ τοῦ Τυανέως ἐκείνου ἀποθανόντος ἐν ἀπορίᾳ καθεστὼς, ἀπηνθηκυίας ἅμα τῆς ὥρας, ἀφ' ἧς τρέφεσθαι ἐδύνατο, οὐκέτι μικρὸν οὐδὲν ἐπενόει, ἀλλὰ κοινωνήσας Βυζαντίῳ τινὶ χρονογράφῳ τῶν καθιέντων ἐς τοὺς ἀγῶνας, πολὺ καταρατοτέρῳ τὴν φύσιν — Κοκκωνᾶς δὲ οἶμαι ἐπεκαλεῖτο — περιῄεσαν γοητεύοντες καὶ μαγγανεύοντες καὶ τοὺς παχεῖς τῶν ἀνθρώπων — οὕτως γὰρ αὐτοὶ τῇ πατρίῳ τῶν μάγων φωνῇ τοὺς πολλοὺς ὀνομάζουσιν — ἀποκείροντες. Ἐν δὴ τούτοις καὶ Μακέτιν

bens, et modestissime de se loquens, Pythagoræ similis esse prædicabat. Sed propitius sit Pythagoras, sapiens vir et divina mente præditus. Si vero hujus ætate vixisset, puer, bene novi, ad illum visus esset. Et per Gratiarum numen, noli putare me contumeliæ in Pythagoram causa ista dicere, aut quo componere illos audeam, quantum ad actionum similitudinem. Verum si quis pessima quæque et contumeliosissima, quæ per calumniam dicuntur de Pythagora, quibus ego fidem ut veris nunquam adhibuero, tamen in unum conducat omnia; vix minima pars ea fuerit ejus quæ in Alexandro fuit malæ calliditatis. Omnino enim cogita mihi et animo effinge variam vehementer animæ temperaturam, ex mendacio, dolis, perjuriis, malis artibus compositam, agilem, audacem, periculis se objicientem, laboriosam in perficiendis cogitatis, probabilem, quæ fidem facile inveniat, quæ optima simulet, et maxime his, quæ vult revera, adversari videatur. Nemo igitur, qui primo illum convenisset, non sic ab eo discessit, ut putaret omnium illum hominum optimum et æquissimum, ad hæc simplicissimum et ab omni fuco alienum. Super ea vero omnia inerat quædam in viro magnificentia, et quod nihil unquam cogitaret parvum, sed rebus semper maximis mentem applicaret.

5. Quum igitur adolescens adhuc esset, formosus admodum, quod licebat e stipula quasi et reliquiis formæ colligere, et audire a narrantibus, effuse impudicus, pretio copiam sui faciebat cupientibus. Inter alios ducit illum amator aliquis, præstigiator ex eorum genere, qui magicas artes et divinas incantationes pollicentur, et philtra venerea, et deorum evocationes in inimicos, et thesauros eruendos, et hereditates. Hic videns ingeniosum puerum, et ad suarum actionum ministeria paratissimum, non minus suæ cupidum malitiæ, quam ipse florem illius ætatis deperierat: instituit illum, et adjutore, ministro, atque famulo perpetuo usus est. Ceterum ipse ille, publica quidem professione medicus, sciebat non minus quam Thonis illius Ægyptii uxor,

pharmaca multa remista bona, ast eadem mala multa;

quorum iste omnium heres et successor factus est. Fuerat autem magister ille et amator Tyaneus genere, ex familiaribus Apollonii Tyanei et iis qui omnem illius tragœdiam nossent. Vides ex qua tibi schola hominem narrem.

6. Jam barbatus Alexander, mortuoque illo Tyanensi in paupertate constitutus, quum jam defloruisset ætatula, qua ali poterat, nihil jam parvum cogitabat; sed societate inita cum Byzantio quodam annalium scriptore ex eo genere, qui in certamina descendunt, multum etiam exsecrabilioris ingenii homine (Cocconas, puto, vocabatur), circumibant præstigiis et incantationibus utentes, et pingues hominum (sic ipsi patrio magorum nomine vulgus appellabant) detondentes. In hisce vero etiam e Macedonia mulierem

ναῖκα πλουσίαν, ἔξωρον μὲν, ἐράσμιον δὲ ἔτι εἶναι υλομένην, ἐξευρόντες ἐπεσιτίσαντό τε τὰ ἀρκοῦντα ρ' αὐτῆς καὶ ἠκολούθησαν ἐκ τῆς Βιθυνίας ἐς τὴν ακεδονίαν. Πελλαία δὲ ἦν ἐκείνη, πάλαι μὲν εὐ-ίμονος χωρίου κατὰ τοὺς τῶν Μακεδόνων βασιλέας, ν δὲ ταπεινοὺς καὶ ὀλιγίστους οἰκήτορας ἔχοντος.

7. Ἐνταῦθα ἰδόντες δράκοντας παμμεγέθεις, ἡμέ-υς πάνυ καὶ τιθασοὺς, ὡς καὶ ὑπὸ γυναικῶν τρέφε-αι καὶ παιδίοις συγκαθεύδειν καὶ πατουμένους ἀνέ-σθαι καὶ θλιβομένους μὴ ἀγανακτεῖν καὶ γάλα πίνειν τὸ θηλῆς κατὰ ταὐτὰ τοῖς βρέφεσι — πολλοὶ δὲ γνονται παρ' αὐτοῖς τοιοῦτοι, ὅθεν καὶ τὸν περὶ ς Ὀλυμπιάδος μῦθον διαφοιτῆσαι πάλαι εἰκὸς, ὁπότε ύει τὸν Ἀλέξανδρον, δράκοντος οἶμαι συγκαθεύδοντος τῇ τοιούτου — ὠνοῦνται τῶν ἑρπετῶν ἓν τὸ κάλ-στον ὀλίγων ὀβολῶν.

8. Καὶ κατὰ τὸν Θουκυδίδην ἄρχεται ὁ πόλεμος θένδε ἤδη. Ὡς γὰρ ἂν δύο κάκιστοι καὶ μεγαλό-λμοι καὶ πρὸς τὸ κακουργεῖν προχειρότατοι ἐς τὸ αὐτὸ νελθόντες ῥᾳδίως κατενόησαν τὸν τῶν ἀνθρώπων ον ὑπὸ δυοῖν τούτοιν μεγίστοιν τυραννούμενον, ἐλ-ίδος καὶ φόβου, καὶ ὅτι ὁ τούτων ἑκατέρῳ ἐς δέον ήσασθαι δυνάμενος τάχιστα πλουτήσειεν ἄν· ἀμφο-ροις γὰρ, τῷ τε δεδιότι καὶ τῷ ἐλπίζοντι, ἑώρων τὴν ρόγνωσιν ἀναγκαιοτάτην τε καὶ ποθεινοτάτην οὖσαν, αὶ Δελφοὺς οὕτω πάλαι πλουτῆσαι καὶ ἀοιδίμους γε-έσθαι καὶ Δῆλον καὶ Κλάρον καὶ Βραγχίδας, τῶν ἀνθρώπων ἀεὶ δι' οὓς προεῖπον τυράννους, τὴν ἐλπίδα καὶ τὸν φόβον, φοιτώντων ἐς τὰ ἱερὰ καὶ προμαθεῖν τὰ μέλλοντα δεομένων καὶ δι' αὐτὸ ἑκατόμβας θυόντων καὶ χρυσᾶς πλίνθους ἀνατιθέντων. Ταῦτα πρὸς ἀλ-λήλους στρέφοντες καὶ κυκῶντες μαντεῖον συστήσασθαι καὶ χρηστήριον ἐβουλεύοντο· εἰ γὰρ τοῦτο προχωρήσειεν αὐτοῖς, αὐτίκα πλούσιοί τε καὶ εὐδαίμονες ἔσεσθαι ἤλ-πιζον, ὅπερ ἐπὶ μεῖζον ἢ κατὰ τὴν πρώτην προσδοκίαν ἀπήντησεν αὐτοῖς καὶ κρεῖττον διεφάνη τῆς ἐλπίδος.

9. Τοὐντεῦθεν τὴν σκέψιν ἐποιοῦντο, πρῶτον μὲν περὶ τοῦ χωρίου, δεύτερον δὲ ἥτις ἡ ἀρχὴ καὶ ὁ τρόπος ἂν γένοιτο τῆς ἐπιχειρήσεως. Ὁ μὲν οὖν Κοκκωνᾶς τὴν Χαλκηδόνα ἐδοκίμαζεν ἐπιτήδειον εἶναι, ὡς ἐμπό-ρων χωρίον τῇ τε Θρᾴκῃ καὶ τῇ Βιθυνίᾳ πρόσοικον, οὐχ ἑκὰς οὐδὲ τῆς Ἀσίας καὶ Γαλατίας καὶ τῶν ὑπερ-κειμένων ἐθνῶν ἁπάντων· ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἔμπαλιν τὰ οἴκοι προὔκρινε λέγων ὅπερ ἀληθὲς ἦν, πρὸς τὴν τῶν τοιούτων ἀρχὴν καὶ ἐπιχείρησιν ἀνθρώπων δεῖν πα-χέων καὶ ἠλιθίων τῶν ὑποδεξομένων, οἵους τοὺς Πα-φλαγόνας εἶναι ἔφασκεν ὑπεροικοῦντας τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος, δεισιδαίμονας τοὺς πολλοὺς καὶ πλουσίους, καὶ μόνον εἰ φανείη τις αὐλητὴν ἢ τυμπανιστὴν ἢ κυμβάλοις κροτοῦντα ἐπαγόμενος, κοσκίνῳ τὸ τοῦ λόγου μαν-τευόμενος, αὐτίκα μάλα πάντας κεχηνότας πρὸς αὐτὸν καὶ ὥσπερ τινὰ τῶν ἐπουρανίων προσβλέποντας.

10. Ὀλίγης δὲ περὶ τοῦτο στάσεως αὐτοῖς γενομέ-νης τέλος ἐνίκησεν ὁ Ἀλέξανδρος, καὶ ἀφικόμενοι ἐς

divitem, effœtam illam quidem, sed quæ amabilis etiamnum esse vellet, quum invenissent, annonæ quantum opus esset ab illa nacti, e Bithynia illam in Macedoniam secuti sunt. Ex Pella autem ea fuit, beato quondam oppido Macedonum regum temporibus, jam vero perpaucos eosque humiles cives habente.

7. Hic visis draconibus ingenti specie, mansuetis plane et cicuribus, qui etiam alerentur a mulieribus, et jacerent cum pueris, et calcari se paterentur, atque urgeri non ægre ferrent, et infantum instar lac e mamma sugerent (multi autem tales apud illos nascuntur, unde etiam illam de Olympiade fabulam olim exiisse probabile est, quum Alexandrum utero ferret, tali, puto, angue cum illa cubante), emunt horum serpentium unum pulcherrimum paucis obolis.

8. Et hinc, ut ait Thucydides, jam belli principia. Tanquam enim pessimi duo mortales et audacissimi et ad maleficium promtissimi, societatem coeuntes, facile intelligebant, a duobus hisce maximis quasi tyrannis vitam regi, spe et metu, eumque, qui alterutro horum, prout opus sit, uti queat, ad divitias celeriter perventurum. In utroque enim horum, quando vel metueretur vel speraretur, videbant futuri scientiam et maxime necessariam et inprimis desiderabilem esse : eaque ipsa ratione Delphos olim divites factos esse atque celebres, et Delum, et Clarum, et Branchidas, hominibus semper propter eos quos dixi tyrannos, spem ac metum, ad templa euntibus, et prædiscere futura cupientibus, ac propter ipsum hecatombas sacrificantibus, et aureos lateres dedicantibus. Hæc inter se versantes ac miscentes, de oraculo constituendo deliberabant. Hoc enim si sibi processisset, statim se divites ac beatos sperabant futuros; quæ quidem res magis illis, quam pro prima exspectatione, successit, et spe melior apparuit.

9. Hinc dispiciebant primum de loco, deinde quod principium, quæ ratio esset incepti. Cocconas quidem Chalcedonem judicabat aptam, quod commercia multa haberet, atque Thraciæ pariter ac Bithyniæ esset contermina, nec procul distaret Asia, nec Gallogræci, gentesque quæ superjacent omnes. Vicissim Alexander suam patriam præferre, dicens quod verum erat, ad talium rerum initia et conatum opus esse hominibus pinguibus et stupidis qui recepturi sint, quales esse Paphlagonas dicebat, eos qui supra Aboni castrum habitarent, superstitiosos plerosque et divites; quibus si quis modo se ostendat tibicinem, aut tympanistam, aut strepentem cymbalis secum ducens, qui cribro, ut in proverbio est, vaticinetur, statim omnes hianti ore et tanquam cœlestium quendam, illum aspiciant.

10. Hac de re quum aliquamdiu dissedissent, vincit tandem Alexander : ac delati Chalcedonem (nam utile tamen

τὴν Χαλκηδόνα — χρήσιμον γάρ τι ὅμως ἡ πόλις αὐτοῖς ἔχειν ἔδοξε — τοῦ Ἀπόλλωνος ἐν τῷ ἱερῷ, ὅπερ ἀρχαιότατόν ἐστι τοῖς Χαλκηδονίοις, κατορύττουσι δέλτους χαλκᾶς, λεγούσας ὡς αὐτίκα μάλα ὁ Ἀσκληπιὸς σὺν τῷ πατρὶ Ἀπόλλωνι μέτεισιν ἐς τὸν Πόντον καὶ καθέξει τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος. Αὗται αἱ δέλτοι ἐξεπίτηδες εὑρεθεῖσαι διαφοιτῆσαι ῥᾳδίως τοῦτον τὸν λόγον ἐς πᾶσαν τὴν Βιθυνίαν καὶ τὸν Πόντον ἐποίησαν, καὶ πολὺ πρὸ τῶν ἄλλων ἐς τὸ τοῦ Ἀβώνου τεῖχος· ἐκεῖνοι γοῦν καὶ νεὼν αὐτίκα ἐψηφίσαντο ἐγεῖραι καὶ τοὺς θεμελίους ἤδη ἔσκαπτον. Κἀνταῦθα ὁ μὲν Κοκκωνᾶς ἐν Χαλκηδόνι καταλείπεται, διττούς τινας καὶ ἀμφιβόλους καὶ λοξοὺς χρησμοὺς συγγράφων. Καὶ μετ' ὀλίγον ἐτελεύτησε τὸν βίον ὑπὸ ἐχίδνης οἶμαι δηχθείς.

11. Προεισπέμπεται δὲ ὁ Ἀλέξανδρος κομῶν ἤδη καὶ πλοκάμους καθειμένος καὶ μεσόλευκον χιτῶνα πορφυροῦν ἐνδεδυκὼς καὶ ἱμάτιον ὑπὲρ αὐτοῦ λευκὸν ἀναβεβλημένος ἅρπην ἔχων κατὰ τὸν Περσέα, ἀφ' οὗ ἑαυτὸν ἐγενεαλόγει μητρόθεν, καὶ οἱ ὄλεθροι ἐκεῖνοι Παφλαγόνες εἰδότες αὐτοῦ ἄμφω τοὺς γονέας ἀφανεῖς καὶ ταπεινοὺς ἐπίστευον τῷ χρησμῷ λέγοντι

Περσείδης γενεὴν Φοίβῳ φίλος οὗτος ὁρᾶται,
δῖος Ἀλέξανδρος, Ποδαλειρίου αἷμα λελογχώς.

Οὕτως ἄρα ὁ Ποδαλείριος μάχλος καὶ γυναικομανὴς τὴν φύσιν, ὡς ἀπὸ Τρίκκης ἄχρι Παφλαγονίας στύεσθαι ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρου μητέρα. Εὕρητο δὲ χρησμὸς ἤδη ὡς Σιβύλλης προμαντευσαμένης·

Εὐξείνου Πόντοιο παρ' ἠόσιν ἄγχι Σινώπης
ἔσται τις κατὰ Τύρσιν ὑπ' Αὐσονίοισι προφήτης,
ἐκ πρώτης δεικνὺς μονάδος τρισσῶν δεκάδων τε
πένθ' ἑτέρας μονάδας καὶ εἰκοσάδα τρισάριθμον,
ἀνδρὸς ἀλεξητῆρος ὁμωνυμίην τετράκυκλον.

12. Ἐσβαλὼν οὖν ὁ Ἀλέξανδρος μετὰ τοιαύτης τραγῳδίας διὰ πολλοῦ ἐς τὴν πατρίδα περίβλεπτός τε καὶ λαμπρὸς ἦν, μεμηνέναι προσποιούμενος καὶ ἀφροῦ ἐνίοτε ὑποπιμπλάμενος τὸ στόμα· ῥᾳδίως δὲ τοῦτο ὑπῆρχεν αὐτῷ, στρουθίου τῆς βαφικῆς βοτάνης τὴν ῥίζαν διαμασησαμένῳ· τοῖς δὲ θεῖόν τι καὶ φοβερὸν ἐδόκει καὶ ὁ ἀφρός. Ἐπεποίητο δὲ αὐτοῖς πάλαι καὶ κατεσκεύαστο κεφαλὴ δράκοντος ὀθονίνη ἀνθρωπόμορφόν τι ἐπιφαίνουσα, κατάγραφος, πάνυ εἰκασμένη, ὑπὸ θριξὶν ἱππείαις ἀνοίγουσά τε καὶ αὖθις ἐπικλείουσα τὸ στόμα, καὶ γλῶττα οἷα δράκοντος διττὴ μέλαινα προέκυπτεν, ὑπὸ τριχῶν καὶ αὐτὴ ἑλκομένη. Καὶ ὁ Πελλαῖος δὲ δράκων προϋπῆρχε καὶ οἴκοι ἐτρέφετο, κατὰ καιρὸν ἐπιφανησόμενος αὐτοῖς καὶ συντραγῳδήσων, μᾶλλον δὲ πρωταγωνιστὴς ἐσόμενος.

13. Ἤδη δὲ ἄρχεσθαι δέον, μηχανᾶται τοιόνδε τι· νύκτωρ γὰρ ἐλθὼν ἐπὶ τοὺς θεμελίους τοῦ νεὼ τοὺς ἄρτι ὀρυττομένους — συνειστήκει δὲ ἐν αὐτοῖς ὕδωρ ἢ αὐτόθεν ποθὲν συλλειβόμενον ἢ ἐξ οὐρανοῦ πεσόν — ἐνταῦθα κατατίθεται χήνειον ᾠὸν προκεκενωμένον, ἔνδον φυλάττον ἑρπετόν τι ἀρτιγέννητον, καὶ βυθίσας τοῦτο ἐν μυχῷ τοῦ πηλοῦ ὀπίσω αὖθις ἀπηλλάττετο.

aliquid urbs ea habere illis visa est) in templo Apolli quod antiquissimum est Chalcedonensibus, tabulas diunt æneas, in quibus scriptum esset, propediem Æsc pium cum patre suo Apolline in Pontum adventurum et Aboni castrum inhabitaturum. Hæ tabulæ dedita o inventæ facile hunc sermonem per universam Bithyı atque Pontum distulere, et multum ante alias urbes Aboni castrum. Illi igitur et templum statim excitar creverunt, et fundamentis fossam jam fodiebant. Ist Cocconas quidem Chalcedone relinquitur, ambigua dam et duplicia atque perplexa oracula scribens: ne ita multo post diem supremum obiit, morsus, opin vipera.

11. Præmittitur autem Alexander jam comatus, de sisque cincinnis, tunicam indutus purpuream ex albo gatam, et pallium superinjectum gerens candidum, fal gestans instar Persei, a quo maternum genus deduce Et perditi illi Paphlagones, qui scirent illius parentes miles ambos atque ignobiles, oraculo credidere dicent

Persides genus hic, Phœbo carusque, videtur,
divus Alexander, Podaliri sanguine cretus.

Adeo igitur Podalirius libidinosus et natura ad furor usque mulierum cupidus, ut a Tricca inde usque in phlagoniam in Alexandri matrem arrexerit. Inventum aut jam erat oraculum quasi Sibyllæ prædicentis:

Littora ad Euxini Ponti vicina Sinopæ,
ad Turres erit Ausonio sub rege propheta,
post primam ostendens monadem, ternas decadasque,
quinque alias monadas, viginti et ter numerata:
nomen Alexeteris habens ex orbe quaterno.

12. Irruens igitur cum hac histrionia Alexander p longum tempus in patriam suam, conspicuus erat et spl didus, furere interdum se simulans, et spuma os opp tum habens, quod facile illi contingebat, struthii, t ctoriæ herbæ, radicem mandenti: at illis divinum quidd et terribile spuma illa videbatur. Factum autem illi præparatum olim erat caput draconis linteum, huma formæ affine quiddam habens, pictum, accurate assimi tum, per setas equinas aperiens os et iterum claudens; lingua qualis serpentum, bisulca, nigra, prominebat, s et ipsa mobilis. Pellæus autem ille draco ipsis jam a fuerat, et domi alebatur, suo tempore appariturus illi adjuturus tragœdiam, vel primarum potius partium actor futurus.

13. Quum jam faciendum esset initium, tale quid ma natur. Accedens noctu ad fundamenta templi recens effo in quibus aqua constiterat, vel ibidem undecumque lecta, vel cœlestis, deponit ibidem anserinum ovum excavatum, in quo inclusus serpens recens natus. Ho recessu quodam luti defixo, domum redit. Postridie

Ἕωθεν δὲ γυμνὸς ἐς τὴν ἀγορὰν προπηδήσας, διάζωμα δὲ περὶ τὸ αἰδοῖον ἔχων κατάχρυσον, καὶ τοῦτο καὶ τὴν ἅρπην ἐκείνην φέρων, σείων ἅμα τὴν κόμην ἄνετον ὥσπερ οἱ τῇ μητρὶ ἀγείροντές τε καὶ ἐνθεαζόμενοι, ἐδημηγόρει ἐπὶ βωμόν τινα ὑψηλὸν ἀναβὰς καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζεν αὐτίκα μάλα δεξομένην ἐναργῆ τὸν θεόν. Οἱ παρόντες δὲ — ξυνδεδραμήκει γὰρ σχεδὸν ἅπασα ἡ πόλις ἅμα γυναιξὶ καὶ γέρουσι καὶ παιδίοις — ἐτεθήπεσαν καὶ ηὔχοντο καὶ προσεκύνουν. Ὁ δὲ φωνάς τινας ἀσήμους φθεγγόμενος, οἷαι γένοιντ' ἂν Ἑβραίων ἢ Φοινίκων, ἐξέπληττε τοὺς ἀνθρώπους οὐκ εἰδότας ὅ τι καὶ λέγοι, πλὴν τοῦτο μόνον, ὅτι πᾶσιν ἐγκατεμίγνυ τὸν Ἀπόλλω καὶ τὸν Ἀσκληπιόν.

14. Εἶτ' ἔθει δρόμῳ ἐπὶ τὸν ἐσόμενον νεών· καὶ ἐπὶ τὸ ὄρυγμα ἐλθὼν καὶ τὴν προῳκοδομημένην τοῦ χρηστηρίου πηγήν, ἐμβὰς ἐς τὸ ὕδωρ ὕμνους τε ᾖδεν Ἀσκληπιοῦ καὶ Ἀπόλλωνος μεγάλῃ τῇ φωνῇ καὶ ἐκάλει τὸν θεὸν ἥκειν τύχῃ τῇ ἀγαθῇ ἐς τὴν πόλιν. Εἶτα φιάλην αἰτήσας, ἀναδόντος τινὸς, ῥᾳδίως ὑποβαλὼν ἀνιμᾶται μετὰ τοῦ ὕδατος καὶ τοῦ πηλοῦ τὸ ᾠὸν ἐκεῖνο, ἐν ᾧ ὁ θεὸς αὐτῷ κατεκέκλειστο, κηρῷ λευκῷ καὶ ψιμυθίῳ τὴν ἁρμογὴν τοῦ στόματος ξυγκεκολλημένον· καὶ λαβὼν αὐτὸ ἐς τὰς χεῖρας ἔχειν ἔφασκεν ἤδη τὸν Ἀσκληπιόν. Οἱ δὲ ἀτενὲς ἀπέβλεπον ὅ τι καὶ γίγνοιτο, πολὺ πρότερον θαυμάσαντες τὸ ᾠὸν ἐν τῷ ὕδατι εὑρημένον. Ἐπεὶ δὲ καὶ κατάξας αὐτὸ ἐς κοίλην τὴν χεῖρα ὑπεδέξατο τὸ τοῦ ἑρπετοῦ ἐκείνου ἔμβρυον καὶ οἱ παρόντες εἶδον κινούμενον καὶ περὶ τοῖς δακτύλοις εἱλούμενον, ἀνέκραγον εὐθὺς καὶ ἠσπάζοντο τὸν θεὸν καὶ τὴν πόλιν ἐμακάριζον καὶ χανδὸν ἕκαστος ἐνεπίμπλαντο τῶν εὐχῶν, θησαυροὺς καὶ πλούτους καὶ ὑγίειαν καὶ τἆλλα ἀγαθὰ αἰτῶν παρ' αὐτοῦ. Ὁ δὲ δρομαῖος αὖθις ἐπὶ τὴν οἰκίαν ἵετο φέρων ἅμα καὶ τὸν ἀρτιγέννητον Ἀσκληπιὸν δὶς τεχθέντα, ὅτε ἄλλοι ἅπαξ τίκτονται ἄνθρωποι, οὐκ ἐκ Κορωνίδος μὰ Δί' οὐδέ γε κορώνης, ἀλλ' ἐκ χηνὸς γεγεννημένον. Ὁ δὲ λεὼς ἅπας ἠκολούθει, πάντες ἔνθεοι καὶ μεμηνότες ὑπὸ τῶν ἐλπίδων.

15. Ἡμέρας μὲν οὖν οἴκοι ἔμεινεν ἐλπίζων ὅπερ ἦν, ὑπὸ τῆς φήμης αὐτίκα μάλα παμπόλλους τῶν Παφλαγόνων συνδραμεῖσθαι. Ἐπεὶ δὲ ὑπερεπέπληστο ἀνθρώπων ἡ πόλις, ἁπάντων τοὺς ἐγκεφάλους καὶ τὰς καρδίας προεξῃρημένων οὐδὲν ἐοικότων σιτοφάγοις ἀνδράσιν, ἀλλὰ μόνῃ τῇ μορφῇ μὴ οὐχὶ πρόβατα εἶναι διαφερόντων, ἐν οἰκίσκῳ τινὶ ἐπὶ κλίνης καθεζόμενος μάλα θεοπρεπῶς ἐσταλμένος ἐλάμβανεν ἐς τὸν κόλπον τὸν Πελλαῖον ἐκεῖνον Ἀσκληπιὸν, μέγιστόν τε καὶ κάλλιστον, ὡς ἔφην, ὄντα, καὶ ὅλον τῷ αὐτοῦ τραχήλῳ περιελίξας καὶ τὴν οὐρὰν ἔξω ἀφείς — πολὺς δὲ ἦν, ὡς καὶ ἐν τῷ προκολπίῳ προκεχύσθαι αὐτοῦ καὶ χαμαὶ τὸ μέρος ἐπισύρεσθαι — μόνην τὴν κεφαλὴν ὑπὸ μάλης ἔχων καὶ ἀποκρύπτων, ἀνεχομένου πάντα ἐκείνου, προὔφαινε τὴν ὀθονίνην κεφαλὴν κατὰ θάτερον τοῦ πώγωνος, ὡς δῆθεν ἐκείνου τοῦ φαινομένου πάντως οὖσαν.

mane nudus in forum prosiliens, segestri circa pudenda vinctus aureo, hoc et illam falcem gestans, solutam simul comam quatiens, ut qui matri deorum stipem colligunt fanatici, concionabatur conscenso altari quodam excelso et beatam urbem prædicabat, quæ præsentem jam statim deum susceptura esset. Qui præsentes erant (concurrerat autem tota fere civitas cum mulieribus, senibus, pueris) stupere, precari, adorare. At ille vocibus quibusdam prolatis obscuris, quales fuerint forte Hebræorum aut Phœnicum, percellebat homines, quid sibi vellet nescientes, præter illud solum, quod omnibus immiscebat Apollinem et Æsculapium.

14. Tum curriculo petit futurum templum, delatusque ad fossam structamque ante oraculi scaturiginem, in aquam ingressus, hymnosque magna voce canebat Æsculapii et Apollinis, deumque faustis auspiciis in urbem ut veniret invocabat. Tum phialam poscit, quam quum dedisset aliquis, facile subjicit, hauritque cum aqua et luto ovum illud, in quo deum ipse incluserat, commissuris aperturæ cera alba et cerussa conglutinatis. Hoc in manus sumto, habere se jam proclamat Æsculapium. At illi defixis oculis videre quid tandem fieret, qui multum ante jam admirati essent ovum in aqua inventum. Quum vero fracto illo in cavam manum susciperet fœtum serpentis illius, viderentque præsentes moveri illum et circa digitos volvi, exclamant statim, et deum salutant et beatam civitatem prædicant, et magno hiatu omnes plenisque faucibus precantur, thesauros, divitias, sanitatem, bona reliqua ab eo sibi quisque expetunt. At ille curriculo rursus domum repetit, ferens secum etiam recens natum Æsculapium, bis natum, quum alii semel tantum nascantur homines, non ex Coronide, medius fidius, aut ex cornice, sed ex ansere procreatum. Populus autem universus sequitur, fanatico omnes instinctu pleni et præ spe furentes.

15. Dies igitur aliquot domi manet, sperans futurum quod res erat, ut a fama illa plurimi mox Paphlagones concurrerent. Quum autem supra modum plena hominibus urbs esset, quibus jam ante cerebra pariter et corda exemta essent, ac nulla cum hominibus frumento vesci solitis similitudo, sed qui sola forma ab ovibus distinguerentur, in quadam ædicula in lecto assidens, vestitu, qui plane deum deceret, longo indutus, sinu suscipit Pellæum illum Æsculapium, maximum, ut dixi, pulcherrimumque : ac totum suæ cervici circumponens, cauda extra vestem relicta (adeo autem magnus erat draco, ut et in gremio ipsius provolutus jaceret, et humi pars ipsius traheretur), caput solum sub ala habens et abscondens, sustinente illo omnia, linteum illud caput ab altera parte barbæ protendit, quasi nimirum illius draconis, qui videndum se præbebat, omnino esset.

16. Εἶτά μοι ἐπινόησον οἰκίσκον οὐ πάνυ φαιδρὸν οὐδὲ ἐς χόρον τοῦ φωτὸς δεχόμενον καὶ πλῆθος ἀνθρώπων συγκλύδων τεταραγμένων καὶ προεκπεπληγμένων καὶ ταῖς ἐλπίσιν ἐπαιωρουμένων, οἷς ἐσελθοῦσι τεράστιον ὡς εἰκὸς τὸ πρᾶγμα ἐφαίνετο, ἐκ τοῦ τέως μικροῦ ἑρπετοῦ ἐντὸς ὀλίγων ἡμερῶν τοσοῦτον δράκοντα πεφηνέναι, ἀνθρωπόμορφον καὶ ταῦτα καὶ τιθασόν. Ἠπείγοντο δὲ αὐτίκα πρὸς τὴν ἔξοδον, καὶ πρὶν ἀκριβῶς ἰδεῖν, ἐξηλαύνοντο ὑπὸ τῶν ἀεὶ ἐπεισιόντων. Ἐτετρύπητο δὲ κατὰ τὸ ἀντίθυρον ἄλλη ἔξοδος, οἷόν τι καὶ τοὺς Μακεδόνας ἐν Βαβυλῶνι ποιῆσαι ἐπ' Ἀλεξάνδρῳ νοσοῦντι λόγος, ὅτε ὁ μὲν ἤδη πονήρως εἶχεν, οἱ δὲ περιστάντες τὰ βασίλεια ἐπόθουν ἰδεῖν αὐτὸν καὶ προσειπεῖν τὸ ὕστατον. Τὴν δὲ ἐπίδειξιν ταύτην οὐχ ἅπαξ ὁ μιαρὸς, ἀλλὰ πολλάκις ποιῆσαι λέγεται, καὶ μάλιστα εἴ τινες τῶν πλουσίων ἀφίκοιντο νεαλέστεροι.

17. Ἐνταῦθα, ὦ φίλε Κέλσε, εἰ δεῖ τἀληθῆ λέγειν, συγγνώμην χρὴ ἀπονέμειν τοῖς Παφλαγόσι καὶ Ποντικοῖς ἐκείνοις, παχέσι καὶ ἀπαιδεύτοις ἀνθρώποις, εἰ ἐξηπατήθησαν ἁπτόμενοι τοῦ δράκοντος — καὶ γὰρ τοῦτο παρεῖχε τοῖς βουλομένοις ὁ Ἀλέξανδρος — ὁρῶντες ἐν ἀμυδρῷ τῷ φωτὶ τὴν κεφαλὴν δῆθεν αὐτοῦ ἀνοίγουσάν τε καὶ συγκλείουσαν τὸ στόμα, ὥστε πάνυ τὸ μηχάνημα ἐδεῖτο Δημοκρίτου τινὸς ἢ καὶ αὐτοῦ Ἐπικούρου ἢ Μητροδώρου ἤ τινος ἄλλου ἀδαμαντίνην πρὸς ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα τὴν γνώμην ἔχοντος, ὡς ἀπιστῆσαι καὶ ὅπερ ἦν εἰκάσαι, καὶ εἰ μὴ εὑρεῖν τὸν τρόπον ἐδύνατο, ἐκεῖνο γοῦν προπεπεισμένου, ὅτι λέληθεν αὐτὸν ὁ τρόπος τῆς μαγγανείας, τὸ δ' οὖν πᾶν ψεῦδός ἐστι καὶ γενέσθαι ἀδύνατον.

18. Κατ' ὀλίγον οὖν καὶ ἡ Βιθυνία καὶ ἡ Γαλατία καὶ ἡ Θράκη συνέρρει, ἑκάστου τῶν ἀπαγγελλόντων ὡς τὸ εἰκὸς λέγοντος ὡς καὶ γεννώμενον ἴδοι τὸν θεὸν καὶ ὕστερον ἅψαιτο μετ' ὀλίγον παμμεγέθους αὐτοῦ γεγενημένου καὶ τὸ πρόσωπον ἀνθρώπῳ ἐοικότος. Γραφαί τε ἐπὶ τούτῳ καὶ εἰκόνες καὶ ξόανα, τὰ μὲν ἐκ χαλκοῦ, τὰ δὲ ἐξ ἀργύρου εἰκασμένα, καὶ ὄνομά γε τῷ θεῷ ἐπιτεθέν· Γλύκων γὰρ ἐκαλεῖτο ἔκ τινος ἐμμέτρου καὶ θείου προστάγματος· ἀνεφώνησε γὰρ ὁ Ἀλέξανδρος

Εἰμὶ Γλύκων, τρίτον αἷμα Διὸς, φάος ἀνθρώποισι.

19. Καὶ ἐπειδὴ καιρὸς ἦν, οὗπερ ἕνεκα τὰ πάντα ἐμεμηχάνητο, καὶ χρᾶν τοῖς δεομένοις καὶ θεσπίζειν παρ' Ἀμφιλόχου τοῦ ἐν Κιλικίᾳ τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν — καὶ γὰρ ἐκεῖνος μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς τελευτὴν τοῦ Ἀμφιάρεω καὶ τὸν ἐν Θήβαις ἀφανισμὸν αὐτοῦ ἐκπεσὼν τῆς οἰκίας ἐς τὴν Κιλικίαν ἀφικόμενος οὐ πονήρως ἀπήλλαξε προθεσπίζων καὶ αὐτὸς τοῖς Κίλιξι τὰ μέλλοντα καὶ δύ' ὀβολοὺς ἐφ' ἑκάστῳ χρησμῷ λαμβάνων — ἐκεῖθεν οὖν τὸ ἐνδόσιμον λαβὼν ὁ Ἀλέξανδρος προλέγει πᾶσι τοῖς ἀφικομένοις ὡς μαντεύσεται ὁ θεὸς ῥητήν τινα ἡμέραν. Ἐκέλευσε δὲ ἕκαστον, οὗ δέοιτ'

16. Tum cogita mihi ædiculam non omnino illustrem, neque quantum satis est lucis capientem, et multitudinem hominum confluentium, perturbatorum, et jam ante admiratione perculsorum, et ad spes sublatorum, quibus ad primum ingressum portentosa, nec immerito, res videbatur, ex parvo tum serpente intra paucos dies draconem tantum prodiisse, eumque humana forma capitis et mansuetum. Urgebantur autem statim ad exitum, et antequam accurate vidissent, exigebantur ab his qui novi semper accederent. Perforatus autem fuerat e regione januæ exitus alius, qualem quid Macedonas Babylone fecisse, ægrotante Alexandro, sermo est, quum ille male jam haberet, isti vero regiam circumstantes videre illum desiderarent, et ultimum alloqui. Ceterum hanc ostensionem non semel impurus homo, sed sæpe fecisse dicitur, præsertim si qui ex divitibus advenissent adhuc integri.

17. Hic, mi Celse, si verum dicendum est, ignoscere par est Paphlagonibus illis et Ponticis, pingui ingenio et ineruditis hominibus, si contacto ipsi dracone (nam hoc quoque volentibus dabat Alexander) decepti sunt, quum viderent in tenui luce caput scilicet ipsius, aperiens pariter os et claudens: adeo ut plane indigeret machinatio illa Democrito quodam, aut ipso Epicuro, aut Metrodoro, aut alio quodam, invictam ad hæc et talia mentem habente, qui diffideret, et quod res esset conjiceret, et si ipsum invenire modum non posset, at illud certe jam ante persuasum haberet, licet ipsum ratio præstigiarum fugiat, totum tamen hoc mendacium esse, ac fieri non posse.

18. Paullatim igitur et Bithynia, et Gallogræcia, et Thracia confluxit, unoquoque renunciantium, ut credere par est, dicente, et nascentem a se visum deum, et postea contactum, quum ingens brevi tempore interjecto factus esset et vultum haberet humano similem. Super hæc picturæ, et imagines, et simulacra, ex ære partim, partim ex argento assimilata, et nomen deo impositum: Glycon enim appellabatur, ex divino jussu carmine concluso. Exclamarat enim Alexander:

Tertius ecce, Glycon, sanguis Jovis, atque hominum lux.

19. Et quum tempus esset ejus rei, propter quam instituta fuerant omnia, nimirum oracula edendi rogantibus ac vaticinandi, præcentorem quasi secutus Amphilochum, qui in Cilicia colitur (etenim ille quoque post Amphiarai patris mortem, quum ad Thebas ille periisset, ejectus domo et in Ciliciam delatus, non male rem gessit, prædicens et ipse futura Cilicibus, et duos pro unoquoque oraculo obolos accipiens): ab hoc igitur quasi cantus initio accepto, Alexander advenientibus omnibus denuntiat, oracula redditurum deum præstituto quodam die. Jubet autem unumquemque,

38. Εἶτα ἑξῆς Γιγάντων ἐπανάστασιν, πυρὸς κλοήν, ἀνθρώπων πλάσιν, Προμηθέως κόλασιν, Ἔρωτος χὺν ἀμφοτέρου, καὶ μετὰ ταῦτα Δήλου πλάνην καὶ ητοῦς ὠδῖνας καὶ Πύθωνος ἀναίρεσιν καὶ Τιτυοῦ ἐπιυλὴν καὶ τὸ μέσον τῆς γῆς εὑρισκόμενον πτήσει τῶν ετῶν.

39. Δευκαλίωνα ἐπὶ τούτοις καὶ τὴν μεγάλην ἐπ' κείνου τοῦ βίου ναυαγίαν καὶ λάρνακα μίαν λείψανον οῦ ἀνθρωπείου γένους φυλάττουσαν καὶ ἐκ λίθων ἀνρώπους πάλιν, εἶτα Ἰάκχου σπαραγμὸν καὶ Ἥρας όλον καὶ Σεμέλης κατάφλεξιν καὶ Διονύσου ἀμφοτέρας ὰς γονὰς καὶ ὅσα περὶ Ἀθηνᾶς καὶ ὅσα περὶ Ἡφαίστου αὶ Ἐριχθονίου καὶ τὴν ἔριν τὴν περὶ τῆς Ἀττικῆς αὶ Ἁλιρρόθιον καὶ τὴν πρώτην ἐν Ἀρείῳ πάγῳ κρίσιν, καὶ ὅλως τὴν Ἀττικὴν πᾶσαν μυθολογίαν.

40. Ἐξαιρέτως δὲ τὴν Δήμητρος πλάνην καὶ Κόρης ὕρεσιν καὶ Κελεοῦ ξενίαν καὶ Τριπτολέμου γεωργίαν καὶ Ἰκαρίου ἀμπελουργίαν καὶ τὴν Ἠριγόνης συμφοράν, καὶ ὅσα περὶ Βορέου καὶ ὅσα περὶ Ὠρειθυίας καὶ Θησέως καὶ Αἰγέως· ἔτι δὲ τὴν Μηδείας ὑποδοχὴν καὶ αὖθις ἐς Πέρσας φυγὴν καὶ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας καὶ τὰς Πανδίονος, ἅ τε ἐν Θρᾴκῃ ἔπαθον καὶ ἔπραξαν· ἶτα ὁ Ἀκάμας καὶ ἡ Φυλλὶς καὶ ἡ προτέρα δὲ τῆς Ἑλένης ἁρπαγὴ καὶ ἡ στρατεία τῶν Διοσκούρων ἐπὶ τὴν πόλιν καὶ τὸ Ἱππολύτου πάθος καὶ Ἡρακλειδῶν κάθοδος· Ἀττικὰ γὰρ καὶ ταῦτα εἰκότως ἂν νομίζοιτο. Ταῦτα μὲν τὰ Ἀθηναίων ὀλίγα πάνυ δείγματος ἕνεκα κ πολλῶν τῶν παραλελειμμένων διῆλθον.

41. Ἑξῆς δὲ Μέγαρα καὶ Νῖσος καὶ Σκύλλα καὶ πορφυροῦς πλόκαμος καὶ Μίνωος πόρος καὶ περὶ τὴν ὐεργέτιν ἀχαριστία· οἷς ἑξῆς ὁ Κιθαιρὼν καὶ τὰ Θηβαίων καὶ Λαβδακιδῶν πάθη καὶ Κάδμου ἐπιδημία καὶ βοὸς ὄκλασις καὶ ὄφεως ὀδόντες καὶ Σπαρτῶν ἀνάδοσις καὶ αὖθις τοῦ Κάδμου εἰς δράκοντα μεταβολὴ καὶ πρὸς λύραν τείχισις καὶ μανία τοῦ τειχοποιοῦ καὶ ῆς γυναικὸς αὐτοῦ τῆς Νιόβης ἡ μεγαλαυχία καὶ ἡ πὶ τῷ πένθει σιγὴ καὶ τὰ Πενθέως καὶ Ἀκτέωνος καὶ ὰ Οἰδίποδος καὶ Ἡρακλῆς σὺν τοῖς ἄθλοις αὐτοῦ ἅπασι αὶ ἡ τῶν παίδων σφαγή.

42. Εἶθ' ἡ Κόρινθος πλέα καὶ αὕτη μύθων, τὴν λαύκην καὶ τὸν Κρέοντα ἔχουσα, καὶ τὸν πρὸ αὐτῶν ελλεροφόντην καὶ τὴν Σθενέβοιαν καὶ Ἡλίου μάχην Ποσειδῶνος, καὶ μετὰ ταῦτα τὴν Ἀθάμαντος μα-

37. Apparatus omnis hujus operis antiqua historia est, ut prædixi, et promta illius tum memoria, tum decora repræsentatio. Oportet enim illum, captis ab ipso statim Chao et prima mundi origine initiis, scire omnia, ad Cleopatram usque Ægyptiam. Hoc enim intervallo definiatur nobis saltatoris multiplex scientia, eaque præsertim sciat quæ interjecta sunt, Cœli castrationem, natales Veneris, Titanum pugnam, Jovis nativitatem, fraudem Rheæ, subjectum lapidem, Saturni vincula, fratrum trium sortem.

38. Tum deinceps Gigantum seditionem, ignem furto subductum, homines formatos, Promethei pœnam, vim utriusque Amoris: et post ista Deli insulæ errores, et Latonæ partum, et Pythonem sublatum, Tityi insidias, mediumque telluris locum volatu aquilarum deprehensum.

39. Deucalionem super hæc, et magnum hoc vivente sæculi naufragium, et arcam unam reliquias humani generis servantem, et enatos rursus ex lapidibus homines: tum Iacchum laceratum, et Junonis dolum, et combustam Semelen, et utramque Dionysi nativitatem, et quæcumque traduntur de Minerva, de Vulcano et Erichthonio, et contentionem de Attica, et (interfectum a Marte) Halirrhothium, et primum (de ea re) in Areopago judicium, et Atticam in universum mythologiam omnem.

40. Præter cetera vero errorem Cereris, inventamque Proserpinam, et Celei hospitium, et agriculturam Triptolemi, et vineam ab Icario cultam, et calamitatem Erigones, et quæcumque de Borea, et de Orithyia, et Theseo, et Ægeo narrantur. Ad hæc receptionem Medeæ, et rursus fugam ad Persas, et Erechthei filias, et Pandionis, quæ in Thracia vel passæ sunt vel fecerunt. Postea tenendi sunt Acamas et Phyllis, et prior Helenæ raptus, et Dioscurorum contra urbem expeditio, et quæ acciderunt Hippolyto, et Heraclidarum reditus: Attica enim ista quoque videri possunt merito. Atque ista quidem Atheniensium, pauca sane, speciminis causa de multis omissis retuli.

41. Deinde occurrunt Megara, et Nisus, et Scylla et cincinnus purpureus, et profectio Minois, ingratusque adversus bene de se meritam animus: post quæ sequuntur Cithæron, et Thebanorum Labdacidarumque res tragicæ, et Cadmi adventus, et bos procumbens, et dentes serpentis, et Spartorum exortus, ac rursus Cadmi in serpentem mutatio, et ædificatio Amphionis ad lyram, et furor structoris et uxoris illius Niobes magniloquentia, et in luctu silentium, et Penthei, et Actæonis, et Œdipi res, et Hercules suis cum laboribus omnibus, et liberorum illius cædes.

42. Tum Corinthus plena et ipsa fabularum, quæ Glaucen habeat et Creontem, et ante hos Bellerophontem et Sthenobœam et Solis atque Neptuni pugnam: ac post hæc

πην, τὴν Πασιφάην, τοὺς Ταύρους ἀμφοτέρους, τὸν Λαβύρινθον, τὴν Ἀριάδνην, τὴν Φαίδραν, τὸν Ἀνδρόγεων, τὸν Δαίδαλον, τὸν Ἴκαρον, τὸν Γλαῦκον, τὴν Πολυΐδου μαντικὴν, τὸν Τάλω, τὸν χαλκοῦν τῆς Κρήτης περίπολον.

50. Κἂν εἰς Αἰτωλίαν μετέλθῃς, κἀκεῖ πολλὰ ἡ ὄρχησις καταλαμβάνει, τὴν Ἀλθαίαν, τὸν Μελέαγρον, τὴν Ἀταλάντην, τὸν δαλὸν, καὶ ποταμοῦ καὶ Ἡρακλέους πάλην καὶ Σειρήνων γένεσιν καὶ Ἐχινάδων ἀνάδοσιν καὶ μετὰ τὴν μανίαν Ἀλκμέωνος οἴκησιν· εἶτα Νέσσον καὶ Δηϊανείρας ζηλοτυπίαν, ἐφ' ᾗ τὴν ἐν Οἴτῃ πυράν.

51. Ἔχει καὶ Θρᾴκη πολλὰ τῷ ὀρχησομένῳ ἀναγκαῖα, τὸν Ὀρφέα, τὸν ἐκείνου σπαραγμὸν καὶ τὴν λάλον αὐτοῦ κεφαλὴν τὴν ἐπιπλέουσαν τῇ λύρᾳ, καὶ τὸν Αἷμον καὶ τὴν Ῥοδόπην καὶ τὴν Λυκούργου κόλασιν.

52. Καὶ Θεσσαλία δὲ ἔτι πλείω παρέχεται, τὸν Πελίαν, τὸν Ἰάσονα, τὴν Ἄλκηστιν, τὸν τῶν πεντήκοντα νέων στόλον, τὴν Ἀργὼ, τὴν λάλον αὐτῆς τρόπιν.

53. Τὰ ἐν Λήμνῳ, τὸν Αἰήτην, τὸν Μηδείας ὄνειρον τὸν Ἀψύρτου σπαραγμὸν καὶ τὰ ἐν τῷ παράπλῳ γενόμενα, καὶ μετὰ ταῦτα τὸν Πρωτεσίλαον καὶ τὴν Λαοδάμειαν.

54. Κἂν εἰς τὴν Ἀσίαν πάλιν διαβῇς, πολλὰ κἀκεῖ δράματα· ἡ γὰρ Σάμος εὐθὺς καὶ τὸ Πολυκράτους πάθος καὶ τῆς θυγατρὸς αὐτοῦ μέχρι Περσῶν πλάνη, καὶ τὰ ἔτι ἀρχαιότερα, ἡ τοῦ Ταντάλου φλυαρία καὶ ἡ παρ' αὐτῷ θεῶν ἑστίασις καὶ ἡ Πέλοπος κρεουργία καὶ ὁ ἐλεφάντινος ὦμος αὐτοῦ.

55. Καὶ ἐν Ἰταλίᾳ δὲ ὁ Ἠριδανὸς καὶ Φαέθων καὶ αἴγειροι ἀδελφαὶ θρηνοῦσαι καὶ ἤλεκτρον δακρύουσαι.

56. Εἴσεται δὲ ὁ τοιοῦτος καὶ τὰς Ἑσπερίδας καὶ τὸν φρουρὸν τῆς χρυσῆς ὀπώρας δράκοντα καὶ τὸν Ἄτλαντος μόχθον καὶ τὸν Γηρυόνην καὶ τὴν ἐξ Ἐρυθείας ἔλασιν τῶν βοῶν.

57. Οὐκ ἀγνοήσει δὲ καὶ τὰς μυθικὰς μεταμορφώσεις ἁπάσας, ὅσαι εἰς δένδρα ἢ θηρία ἢ ὄρνεα ἠλλάγησαν καὶ ὅσαι ἐκ γυναικῶν ἄνδρες ἐγένοντο, τὸν Καινέα λέγω καὶ τὸν Τειρεσίαν καὶ τοὺς τοιούτους.

58. Καὶ ἐν Φοινίκῃ δὲ Μύρραν καὶ τὸ Ἀσσύριον ἐκεῖνο πένθος μεριζόμενον, καὶ ταῦτα εἴσεται, καὶ τὰ νεώτερα δὲ ὅσα μετὰ τὴν Μακεδόνων ἀρχὴν ἐτολμήθη ὑπό τε Ἀντιπάτρου καὶ παρὰ Σελεύκου ἐπὶ τῷ Στρατονίκης ἔρωτι.

59. Τὰ γὰρ Αἰγυπτίων μυστικώτερα ὄντα εἴσεται μὲν, συμβολικώτερον δὲ ἐπιδείξεται, τὸν Ἔπαφον λέγω καὶ τὸν Ὄσιριν καὶ τὰς τῶν θεῶν εἰς τὰ ζῷα μεταβολάς· πρὸ πάντων δὲ τὰ περὶ τοὺς ἔρωτας αὐτῶν καὶ αὐτοῦ τοῦ Διὸς καὶ εἰς ὅσα ἑαυτὸν μετεσκεύασεν.

60. Εἴσεται δὲ καὶ τὴν ἐν Ἅιδου ἅπασαν τραγῳδίαν καὶ τὰς κολάσεις καὶ τὰς ἐφ' ἑκάστῃ αἰτίας καὶ τὴν Πειρίθου καὶ Θησέως ἄχρι τοῦ Ἅιδου ἑταιρείαν.

61. Συνελόντι δὲ εἰπεῖν, οὐδὲν τῶν ὑπὸ τοῦ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου καὶ τῶν ἀρίστων ποιητῶν καὶ μάλιστα

phaen, et utriusque Tauros, Labyrinthum, Ariadnen, Phædram, Androgeon, Dædalum, Icarum, Glaucum, Polyidi vaticinandi artem, Talum illum æneum per Cretam erronem.

50. Et in Ætoliam si transieris, etiam ibi multa invenit saltatio: Althæam, Meleagrum, Atalantam, fatalem illum torrem, Herculis cum fluvio luctam, Sirenum natales, et emergentes Echinadas, ab Alcmæone furore discusso habitatas: tum Nessum et Deianiræ zelotypiam, ex eaque Herculis in Œta rogum.

51. Habet etiam Thrace multa saltaturo necessaria: Orpheum, ejus laniationem, caput illius loquax lyræ innatans; et Hæmum, et Rhodopen, et Lycurgi supplicium.

52. Ac Thessalia multo etiam plura exhibet, Peliam, Iasonem, Alcestin, quinquaginta juvenum expeditionem, Argo, loquacem illius carinam.

53. Ea quæ in Lemno acta sunt, Æeten, Medeæ somnium, laceratum Absyrtum, et gesta in prætemavigando: et post ista Protesilaum et Laodamiam.

54. Et si in Asiam rursus transeas, multæ ibi etiam actiones: statim enim occurrit Samus et Polycratis calamitas, filiæque ipsius ad Persas usque error: et antiquiora adhuc, lingua Tantali incontinens, deorum apud illum epulæ, mactatus Pelops, redditusque illi humerus eburneus.

55. In Italia vero Eridanus, et Phaethon, et sorores illius populi plorantes electri lacrimas.

56. Norit talis etiam Hesperidas, et custodem aurei autumni draconem, et Atlantis laborem, et Geryonem, et boves ex Erythea abactos.

57. Neque ignorabit fabulosas formarum immutationes, sed sciet omnes illas quæ in arbores, aut bestias, aut aves mutatæ sunt, et quæ ex mulieribus in viros abierint, Cæneum dico et Tiresiam, et similes.

58. In Phœnice Myrrham, et Assyrium illum luctum alternum. Hæc, inquam, norit: insuper vero etiam recentiora, quæcumque post magnum illud Macedonum imperium constitutum suscepta sunt ab Antipatro et a Seleuco præ amore Stratonices.

59. Ægyptiorum illa occultiora sciet quidem, sed symbolice magis demonstrabit: Epaphum dico, et Osirin, et mutatos in animalia deos: ante omnia vero amores illorum, ipsiusque adeo Jovis, et in quos se habitus mutaverit.

60. Sciet etiam totam illam apud inferos tragœdiam, supplicia, et singulorum causas, et Pirithoi atque Thesei ad inferos usque amicitiam.

61. Ut breviter comprehendam, nihil eorum quæ ab Homero et Hesiodo et optimis poetis, et maxime tragicis,

τῆς τραγῳδίας λεγομένων ἀγνοήσει. Ταῦτα πάνυ ὀλίγα ἐκ πολλῶν, μᾶλλον δὲ ἀπείρων τὸ πλῆθος ἐξελὼν τὰ κεφαλαιωδέστερα κατέλεξα, τὰ ἄλλα τοῖς τε ποιηταῖς ἀφεὶς ᾄδειν καὶ τοῖς ὀρχησταῖς αὐτοῖς δεικνύναι καὶ σοὶ προσεξευρίσκειν καθ' ὁμοιότητα τῶν προειρημένων, ἅπερ ἅπαντα πρόχειρα καὶ πρὸς τὸν καιρὸν ἕκαστον τῷ ὀρχηστῇ προπεπορισμένα καὶ προτεταμιευμένα κεῖσθαι ἀναγκαῖον.

62. Ἐπεὶ δὲ μιμητικός ἐστι καὶ κινήμασι τὰ ᾀδόμενα δείξειν ὑπισχνεῖται, ἀναγκαῖον αὐτῷ ὅπερ καὶ τοῖς ῥήτορσι, σαφήνειαν ἀσκεῖν, ὡς ἕκαστον τῶν δεικνυμένων ὑπ' αὐτοῦ δηλοῦσθαι μηδενὸς ἐξηγητοῦ δεόμενον, ἀλλ' ὅπερ ἔφη ὁ Πυθικὸς χρησμὸς, δεῖ τὸν θεώμενον ὄρχησιν καὶ κωφοῦ συνιέναι καὶ μὴ λαλέοντος (τοῦ ὀρχηστοῦ) ἀκούειν.

63. Ὃ δὴ καὶ Δημήτριον τὸν Κυνικὸν παθεῖν λέγουσιν· ἐπεὶ γὰρ καὶ αὐτὸς ὅμοιά σοι κατηγόρει τῆς ὀρχηστικῆς, λέγων τοῦ αὐλοῦ καὶ τῶν συρίγγων καὶ τῶν κτύπων πάρεργόν τι τὸν ὀρχηστὴν εἶναι, μηδὲν αὐτὸν πρὸς τὸ δρᾶμα συντελοῦντα, κινούμενον δὲ ἄλογον ἄλλως κίνησιν καὶ μάταιον, οὐδενὸς αὐτῇ νοῦ προσόντος, τῶν δ' ἀνθρώπων τοῖς περὶ τὸ πρᾶγμα γοητευομένων, ἐσθῆτι Σηρικῇ καὶ προσωπείῳ εὐπρεπεῖ, αὐλῷ τε καὶ τερετίσμασι καὶ τῇ τῶν ᾀδόντων εὐφωνίᾳ, οἷς κοσμεῖσθαι μηδὲν ὂν τὸ τοῦ ὀρχηστοῦ πρᾶγμα· ὁ τότε κατὰ τὸν Νέρωνα εὐδοκιμῶν ὀρχηστὴς οὐκ ἀσύνετος, ὥς φασιν, ἀλλ' εἰ καί τις ἄλλος ἔν τε ἱστορίας μνήμῃ καὶ κινήσεως κάλλει διενεγκὼν ἐδεήθη τοῦ Δημητρίου εὐγνωμονεστάτην, οἶμαι, τὴν δέησιν, ἰδεῖν ὀρχούμενον, ἔπειτα κατηγορεῖν αὐτοῦ, καὶ ὑπέσχετό γε ἄνευ αὐλοῦ καὶ ᾀσμάτων ἐπιδείξασθαι αὐτῷ· καὶ οὕτως ἐποίησεν· ἡσυχίαν γὰρ τοῖς τε κτυποῦσι καὶ τοῖς αὐλοῦσι καὶ αὐτῷ παραγγείλας τῷ χορῷ αὐτὸς ἐφ' ἑαυτοῦ ὠρχήσατο τὴν Ἀφροδίτης καὶ Ἄρεως μοιχείαν, Ἥλιον μηνύοντα καὶ Ἥφαιστον ἐπιβουλεύοντα καὶ τοῖς δεσμοῖς ἀμφοτέρους, τήν τε Ἀφροδίτην καὶ τὸν Ἄρη, σαγηνεύοντα καὶ τοὺς ἐφεστῶτας θεοὺς ἕκαστον αὐτῶν, καὶ αἰδουμένην μὲν τὴν Ἀφροδίτην, ὑποδεδοικότα δὲ καὶ ἱκετεύοντα τὸν Ἄρη καὶ ὅσα τῇ ἱστορίᾳ ταύτῃ πρόσεστιν, ὥστε τὸν Δημήτριον ὑπερησθέντα τοῖς γιγνομένοις τοῦτον ἔπαινον ἀποδοῦναι τὸν μέγιστον τῷ ὀρχηστῇ· ἀνέκραγε γὰρ καὶ μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀνεφθέγξατο, Ἀκούω, ἄνθρωπε, ἃ ποιεῖς, οὐχ ὁρῶ μόνον, ἀλλά μοι δοκεῖς ταῖς χερσὶν αὐταῖς λαλεῖν.

64. Ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸν Νέρωνά ἐσμεν τῷ λόγῳ, βούλομαι καὶ βαρβάρου ἀνδρὸς τὸ ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ὀρχηστοῦ γενόμενον εἰπεῖν, ὅπερ μέγιστος ἔπαινος ὀρχηστικῆς γένοιτ' ἄν· τῶν γὰρ ἐκ τοῦ Πόντου βαρβάρων βασιλικός τις ἄνθρωπος κατά τι χρέος ἥκων ὡς τὸν Νέρωνα ἐθεᾶτο μετὰ τῶν ἄλλων τὸν ὀρχηστὴν ἐκεῖνον οὕτω σαφῶς ὀρχούμενον, ὡς καίτοι μὴ ἐπακούοντα τῶν ᾀδομένων — ἡμιέλλην γάρ τις ὢν ἐτύγχανε — συνεῖναι ἁπάντων. Καὶ δὴ ἀπιὼν ἤδη ἐς τὴν οἰκείαν, τοῦ Νέρωνος δεξιουμένου καὶ ὅ τι βούλοιτο αἰτεῖν κελεύοντος καὶ δώσειν ὑπισχνουμένου, Τὸν ὀρχηστὴν, ἔφη, δοὺς

dicuntur, ignorabit. Hæc pauca sane de multis, vel potius multitudine infinitis, decerpta enumeravi præcipua, reliqua tum poetis canenda relinquens, tum ipsis ostendenda saltatoribus, tibique ad similitudinem prædictorum invenienda, quæ omnia in promtu, et ad unamquamque occasionem jam ante præparata, et in penu quasi reposita esse saltatori necesse est.

62. Quandoquidem vero imitator est, et motibus se ostensurum ea quæ canuntur promittit, opus est illi, quemadmodum et oratoribus, exercere diluciditatem, ut unumquodque eorum, quæ ostenduntur ab illo, declaretur, neque interprete opus habeat : sed quod dixit oraculum Pythicum, oportet a spectatore saltationis et mutum intelligi, et audiri nihil loquentem saltatorem.

63. Quod etiam Cynico Demetrio accidisse aiunt. Quum enim et ipse similibus argumentis, quibus tu, usus accusaret saltatoriam, dicens tibiæ et fistularum et percussionum accessionem esse saltatorem, qui nihil ipse ad actionem conferat, sed moveatur temere, motu quodam irrationabili atque vano, quippe cui intellectus nullus insit, fascinatis interim hominibus per ea quæ adjuncta rei sunt, vestem Sericam, et personam decentem, et tibiam atque cantillationes, bonasque canentium voces, quibus exornari diceret opus saltatoris, quod per se nihil esset : saltator qui tum floreret, Neronis temporibus, non imprudens, ut aiunt, sed si quis alius et historiæ memoria et motus decentia præstans, petiit a Demetrio rem æquissimam, puto, ut saltantem se videret, deinde accusaret : promisitque, se absque tibia et canticis copiam sui facturum. Idque fecit. Imperato enim scabello pulsantibus et inflantibus tibias, choroque ipsi, silentio, ipse per se saltavit Martis atque Veneris adulterium, Solem indicantem, insidiantem Vulcanum, et vincula ambobus, Veneri ac Marti, injicientem, astantiumque deorum unumquemque : et Venerem quidem pudore suffusam, aliquantum metuentem vero et supplicantem Martem, et quæcumque insunt in hac historia ; adeo ut supra modum his quæ fierent delectatus Demetrius, hanc saltatori laudem maximam tribueret : exclamavit enim et maxima voce : Audio, inquit, homo, quæ facis, non solum video : sed ipsis mihi manibus loqui videris.

64. Quando vero circa Neronem nostra versatur oratio, volo etiam, quid barbaro homini in eodem saltatore acciderit, commemorare, quæ quidem maxima saltatoriæ artis laus fuerit. Regii generis homo de barbaris ad Pontum, qui negotii cujusdam sui causa ad Neronem venerat, spectabat cum aliis saltatorem illum saltantem ita dilucide, ut, licet ea quæ cantabantur non assequeretur (semi-Græcus enim erat), omnia tamen intelligeret. Itaque quum reditum jam pararet in patriam, Nerone illum complectente, et quicquid vellet, jubente petere, atque dare pollicente, Bea-

ὐφρανεῖς. Τοῦ δὲ Νέρωνος ἐρομένου,
ήσιμος γένοιτο ἐκεῖ; Προσοίκους, ἔφη,
ω, οὐχ ὁμογλώττους, καὶ ἑρμηνέων οὐ
ιν πρὸς αὐτούς· ἢν οὖν τινος δέωμαι, δια-
ἕκαστά μοι ἑρμηνεύσει. Τοσοῦτον ἄρα
ῦ ἡ μίμησις τῆς ὀρχήσεως, ἐπίσημός τε
νεῖσα.

πλείστη διατριβὴ καὶ ὁ σκοπὸς τῆς ὀρ-
πόκρισίς ἐστιν, ὡς ἔφην, κατὰ τὰ αὐτὰ
σιν ἐπιτηδευομένη, καὶ μάλιστα τοῖς τὰς
ὐτας μελέτας διεξιοῦσιν· σύνοιδε γὰρ καὶ
λλον ἐπαινουμένη τῷ ἐοικέναι τοῖς ὑπο-
ώποις καὶ μὴ ἀπῳδὰ εἶναι τὰ λεγόμενα
ων ἀριστέων ἢ τυραννοκτόνων ἢ πενήτων
λλ' ἐν ἑκάστῳ τούτων τὸ ἴδιον καὶ τὸ
νυσθαι.

ω γοῦν σοι ἄλλου βαρβάρου ῥῆσιν ἐπὶ
· ἰδὼν γὰρ πέντε πρόσωπα τῷ ὀρχηστῇ
ένα — τοσούτων γὰρ μερῶν τὸ δρᾶμα
ίνα ὁρῶν τὸν ὀρχηστὴν, τίνες οἱ ὀρχησόμε-
ινούμενοι τὰ λοιπὰ προσωπεῖα εἶεν· ἐπεὶ
ὁ αὐτὸς ὑποκρινεῖται καὶ ὑπορχήσεται τὰ
ήθεις, ὦ βέλτιστε, ἔφη, σῶμα μὲν τοῦτο
τὰς ψυχὰς ἔχων.

α μὲν ὁ βάρβαρος. Οὐκ ἀπεικότως δὲ
ται τὸν ὀρχηστὴν παντόμιμον καλοῦσιν,
ιένου σχεδόν· καλὴ γὰρ ἡ ποιητικὴ πα-
η τὸ, « ὦ παῖ, ποντίου θηρὸς πετραίου νόον
πολίεσσιν ὁμίλει, » καὶ τῷ ὀρχηστῇ ἀναγ
ὶ προσφύντα τοῖς πράγμασι συνοικειοῦν
ῳ τῶν δρωμένων. Τὸ δὲ ὅλον ἤθη καὶ
καὶ ὑποκρινεῖσθαι ἡ ὄρχησις ἐπαγγέλλεται
ντα, νῦν δὲ ὀργιζόμενόν τινα εἰσάγουσα,
ιεμηνότα καὶ ἄλλον λελυπημένον, καὶ
α μεμετρημένως· τὸ γοῦν παραδοξότατον,
ιέρας ἄρτι μὲν Ἀθάμας μεμηνὼς, ἄρτι δὲ
νη δείκνυται, καὶ ἄλλοτε Ἀτρεὺς ὁ αὐτὸς,
κρὸν Θυέστης, εἶτα Αἴγισθος ἢ Ἀερόπη·
ντα εἷς ἄνθρωπός ἐστι.

ιὲν οὖν ἄλλα θεάματα καὶ ἀκούσματα ἑνὸς
υ τὴν ἐπίδειξιν ἔχει· ἢ γὰρ αὐλός ἐστιν ἢ
φωνῆς μελῳδία ἢ τραγικὴ δραματουργία
λωτοποιία· ὁ δὲ ὀρχηστὴς τὰ πάντα ἔχει
ὶ ἔνεστι ποικίλην καὶ παμμιγῆ τὴν παρα-
ῦ ἰδεῖν, αὐλὸν, σύριγγα, ποδῶν κτύπον,
φον, ὑποκριτοῦ εὐφωνίαν, ᾀδόντων ὁμο-

δὲ τὰ μὲν ἄλλα θατέρου τῶν ἐν τῷ ἀν-
ἐστὶ, τὰ μὲν ψυχῆς, τὰ δὲ σώματος· ἐν
ι ἀμφότερα συμμέμικται. Καὶ γὰρ δια-
ξιν τὰ γιγνόμενα ἔχει καὶ σωματικῆς
έργειαν, τὸ δὲ μέγιστον ἡ σοφία τῶν δρω-
ηδὲν ἔξω λόγου. Λεσβῶναξ γοῦν ὁ Μυτι-
ὴρ καλὸς καὶ ἀγαθὸς, χειροσόφους τοὺς

veris, inquit, si saltatorem illum mihi dederis. Interrogante autem Nerone, Quinam tibi utilis ibi esse possit? Accolas, inquit, habeo barbaros linguæ diversæ, et difficile est interpretes ad illos nancisci : si quid igitur opus habuero, hic nutibus suis omnia mihi explicabit. Adeo in animum illius descenderat imitatio saltationis, insignis et dilucida illi visa.

65. Ceterum maxima occupatio et finis saltatoriæ artis est actionis assimilatio, uti dixi, cui eodem modo etiam rhetores dant operam, et illi maxime, qui eas quas declamationes vocamus, persequuntur. Scit enim illa in istis quoque magis se laudari, si congrue agat personas subjectas, eaque quæ dicuntur non abhorreant ab his qui introducuntur viris fortibus, aut tyrannicidis, aut pauperibus, aut agricolis; sed in unoquoque horum, quod proprium est, quod exmium, demonstretur.

66. Volo autem tibi etiam alius barbari de hisce rebus dictum ferre. Videns enim quinque personas saltatori paratas (tot nempe partium erat actio), et unum modo videns saltatorem, interrogavit quinam saltaturi et acturi reliquas personas essent : quum vero audisset, eundem acturum et saltatione expressurum omnes, Nesciebam, inquit, vir optime, te corpus quidem hoc unum, animas autem multas habere.

67. Hæc barbarus ille. Non absurde autem Itali saltatorem appellant Pantomimum, quasi dicas, imitatorem omnium, ab eo quod fit fere. Pulchra enim illa quoque poetica adhortatio : « Fili, belluæ in saxis marinæ (polypi) modo adhærens urbes populosque frequenta, » et saltatori necessaria; nam oportet rebus adhærescentem familiarem se et quasi domesticum unicuique eorum, quæ aguntur, reddere. Atque in universum mores atque affectus se demonstraturam atque actione expressuram saltatio pollicetur, nunc amantem, nunc irascentem aliquem inducens, et furentem alium, affectum alium tristitia, et sua unumquodque mensura. Quod enim inprimis admirabile est, eodem die jam quidem Athamas furens, jam perterrita Ino ostenditur : et alias idem est Atreus, ac paullo post Thyestes, tum Ægisthus, aut Aerope, et omnia hæc unus homo est.

68. Igitur spectacula quidem reliqua et acroamata unius cujusdam operis specimen edunt; aut enim tibia est aut cithara, aut vocis cantus, aut tragica actionis repræsentatio, aut comica risus affectatio : saltator autem omnia complexus habet, et licet varium illius et mixtum ex omnibus apparatum videre, tibiam, fistulam, pedum percussionem, cymbali strepitum, actoris vocalitatem, canentium concentum.

69. Porro reliqua alterius utrius partis in homine opera sunt, partim animæ, partim corporis : at in saltatione commixta sunt utraque. Nam et intellectus demonstrationem habent quæ ibi fiunt, et corporalis exercitationis efficaciam : maximum autem est sapientia in his quæ aguntur, et nihil extra rationem. Lesbonax igitur Mytilenæus, vir honestus

ὀρχηστὰς ἀπεκάλει καὶ ᾔει ἐπὶ τὴν θέαν αὐτῶν ὡς βελτίων ἀναστρέψων ἀπὸ τοῦ θεάτρου. Τιμοκράτης δὲ ὁ διδάσκαλος αὐτοῦ ἰδών ποτε ἅπαξ, οὐκ ἐξεπίτηδες ἐπιστὰς, ὀρχηστὴν τὰ αὐτοῦ ποιοῦντα, Οἵου με, ἔφη, θεάματος ἡ πρὸς φιλοσοφίαν αἰδὼς ἀπεστέρηκεν.

70. Εἰ δ' ἔστιν ἀληθῆ ἃ περὶ ψυχῆς ὁ Πλάτων λέγει, τὰ τρία μέρη αὐτῆς καλῶς ὁ ὀρχηστὴς δείκνυσι, τὸ θυμικὸν, ὅταν ὀργιζόμενον ἐπιδεικνύηται, τὸ ἐπιθυμητικὸν, ὅταν ἐρῶντας ὑποκρίνηται, τὸ λογιστικὸν, ὅταν ἕκαστα τῶν παθῶν χαλιναγωγῇ· τοῦτο μέν γε ἐν ἅπαντι μέρει τῆς ὀρχήσεως καθάπερ ἡ ἁφὴ ἐν ταῖς αἰσθήσεσι κατέσπαρται. Κάλλους δὲ προνοῶν καὶ τῆς ἐν τοῖς ὀρχήμασιν εὐμορφίας, τί ἄλλο ἢ τὸ τοῦ Ἀριστοτέλους ἐπαληθεύει, τὸ κάλλος ἐπαινοῦντος καὶ μέρος τρίτον ἡγουμένου τἀγαθοῦ καὶ τοῦτο εἶναι; ἤκουσα δέ τινος καὶ περιττότερόν τι νεανιευομένου ὑπὲρ τῆς τῶν ὀρχηστικῶν προσωπείων σιωπῆς, ὅτι καὶ αὕτη Πυθαγορικόν τι δόγμα αἰνίττεται.

71. Ἔτι δὲ τῶν ἄλλων ἐπιτηδευμάτων τῶν μὲν τὸ τερπνὸν, τῶν δὲ τὸ χρήσιμον ὑπισχουμένων, μόνη ἡ ὄρχησις ἄμφω ἔχει· καὶ πολύ γε τὸ χρήσιμον ὠφελιμώτερον, ὅσῳ μετὰ τοῦ τερπνοῦ γίγνεται. Πόσῳ γὰρ τοῦτο ἥδιον ὁρᾶν ἢ πυκτεύοντας νεανίσκους καὶ αἵματι ῥεομένους καὶ παλαίοντας ἄλλους ἐν κόνει, οὓς ἡ ὄρχησις πολλάκις ἀσφαλέστερον ἅμα καὶ εὐμορφότερον καὶ τερπνότερον ἐπιδείκνυται. Τὴν μὲν οὖν γε σύντονον κίνησιν τῆς ὀρχηστικῆς καὶ στροφὰς αὐτῆς καὶ περιαγωγὰς καὶ πηδήματα καὶ ὑπτιασμοὺς τοῖς μὲν ἄλλοις τερπνὰ εἶναι συμβέβηκεν ὁρῶσι, τοῖς δὲ ἐνεργοῦσιν αὐτοῖς ὑγιεινότατα· γυμνασίων γὰρ τὸ κάλλιστόν τε ἅμα καὶ εὐρυθμότατον τοῦτο φαίην ἂν ἔγωγε εἶναι, μαλάττον μὲν τὸ σῶμα καὶ κάμπτον καὶ κουφίζον καὶ εὐχερὲς εἶναι πρὸς μεταβολὴν διδάσκον ἰσχύν τε οὐ μικρὰν περιποιοῦν τοῖς σώμασι.

72. Πῶς οὖν οὐ παναρμόνιόν τι χρῆμα ἡ ὄρχησις, θήγουσα μὲν τὴν ψυχὴν, ἀσκοῦσα δὲ καὶ τὸ σῶμα, τέρπουσα δὲ τοὺς ὁρῶντας, διδάσκουσα δὲ πολλὰ τῶν πάλαι ὑπ' αὐλοῖς καὶ κυμβάλοις καὶ μελῶν εὐρυθμίᾳ καὶ κηλήσει διά τε ὀφθαλμῶν καὶ ἀκοῆς; εἴτ' οὖν φωνῆς εὐμοιρίαν ζητεῖς, ποῦ ἂν ἀλλαχόθι εὕροις, ἢ ποῖον πολυφωνότερον ἄκουσμα ἢ ἐμμελέστερον; εἴτε αὐλοῦ καὶ σύριγγος τὸ λιγυρώτερον, ἅλις καὶ τούτων ἐν ὀρχήσει ἀπολαῦσαί σοι πάρεστιν. Ἐῶ λέγειν ὡς ἀμείνων τὸ ἦθος ὁμιλῶν τῇ τοιαύτῃ θέᾳ γενήσῃ, ὅταν ὁρᾷς τὸ θέατρον μισοῦν μὲν τὰ κακῶς γιγνόμενα, ἐπιδακρῦον δὲ τοῖς ἀδικουμένοις, καὶ ὅλως τὰ ἤθη τῶν ὁρώντων παιδαγωγοῦν.

73. Ὃ δέ ἐστι μάλιστα ἐπὶ τῶν ὀρχηστῶν ἐπαινέσαι, τοῦτο ἤδη ἐρῶ· τὸ γὰρ ἰσχύν τε ἅμα καὶ ὑγρότητα τῶν μελῶν ἐπιτηδεύειν ὁμοίως παράδοξον εἶναί μοι δοκεῖ ὡς εἴ τις ἐν τῷ αὐτῷ καὶ Ἡρακλέους τὸ καρτερὸν καὶ Ἀφροδίτης τὸ ἁβρὸν δεικνύοι.

74. Ἐθέλω δὲ ἤδη καὶ ὑποδεῖξαί σοι τῷ λόγῳ ὁποῖον χρὴ εἶναι τὸν ἄριστον ὀρχηστὴν ἔν τε ψυχῇ καὶ σώματι. Καίτοι τῆς μὲν ψυχῆς προεῖπον τὰ πλεῖστα·

et bonus, « manu sapientes » vocabat saltatores, atque ad spectacula eorum stabat, tanquam melior e theatro reversurus. Timocrates autem illius magister, quum vidisset semel, non dedita opera astans, edentem opus suum saltatorem, Quali, dixit, spectaculo philosophiæ me verecundia privavit!

70. Si vera sunt quæ de anima dicit Plato, tres partes illius pulchre saltator ostendit: iram, quum irati personam gerit; cupiditatem, quum amantes agit; rationem, quum passionem unamquamque frenis quasi moderatur : quod quidem in unaquaque saltatione, quemadmodum in sensibus tactus, disseminatum est. Pulchritudini vero dum prospicit et bonæ in saltationibus speciei, quid aliud quam verum esse Aristotelis illud demonstrat, laudantis pulchritudinem, et tertiam hanc quoque boni partem esse dicentis? Audivi etiam qui juvenilius lasciviret de personarum saltatoriarum silentio, dicens, etiam hoc Pythagoricum quoddam dogma innui.

71. Præterea quum studia alia partim quidem jucunditatem, partim vero utilitatem promittant, sola utrumque habet saltatio : ac tanto plus prodest ipsius utilitas, quatenus cum jucunditate affertur. Quanto enim hoc videre jucundius, quam pugnis contendentes juvenes, et sanguine fluentes, luctantesque alios in pulvere, quos saltatio sæpe tutius simul et formosius repræsentat et jucundius. Contentior ergo ille motus saltatoriæ, et conversiones ipsius, et circumductiones, et saltus, et resupinati flexus corporis, ceteris jucunda visu accidunt; ipsis vero efficientibus saluberrima. Exercitationum quippe omnium pulcherrimam simul hanc et maxime concinnam esse equidem dixerim, quæ subigat corpus, et flectat, et levius reddat, et ad omnem mutationem expeditum esse doceat, roburque non parvum conciliet corporibus.

72. Quidni ergo res undique conveniens saltatio, animum acuens, exercens corpus, oblectans videntes, multaque antiqua docens, inter tibias, et cymbala, et canticorum concinnitatem oculos auresque demulcens? Si igitur vocis perfectionem quæris, ubi alias invenias? aut quem audias vocum plurium modulatioremque concentum? sive tibiæ fistulæque argutiores sonos, satis etiam his frui in saltatione tibi datur. Omitto dicere, te meliorem etiam quod ad mores futurum, tali in spectaculo si verseris, quum videas theatrum odisse quæ male fiunt, illacrimare autem his qui opprimuntur injuria, et in universum mores spectantium regere.

73. Quod autem maxime in saltatoribus laudandum est illud jam dicam. Quod robori simul et mobilitati membrorum studere hic licet, æque admirabile mihi videtur, ac si quis eodem momento Herculis robur, et delicatos Veneris motus ostendat.

74. Volo jam illud quoque oratione tibi declarare, qualem esse optimum saltatorem anima pariter et corpore oportet. Quanquam animæ pleraque jam dixi : nam et memoria

ιvημονικόν τε γὰρ καὶ εὐφυᾶ καὶ ξυνετὸν καὶ ὀξὺν ἐπι-νοῆσαι καὶ καιροῦ μάλιστα ἐστοχάσθαι φημὶ δεῖν αὐ-τὸν, ἔτι δὲ καὶ κριτικόν τε ποιημάτων καὶ ᾀσμάτων καὶ μελῶν τῶν ἀρίστων διαγνωστικὸν καὶ τῶν κακῶς πεποιημένων ἐλεγκτικόν.

75. Τὸ δὲ σῶμα κατὰ τὸν Πολυκλείτου κανόνα ἤδη ἐπιδείξειν μοι δοκῶ· μήτε γὰρ ὑψηλὸς ἄγαν ἔστω καὶ πέρα τοῦ μετρίου ἐπιμήκης μήτε ταπεινὸς καὶ νανώδης τὴν φύσιν, ἀλλ' ἔμμετρος ἀκριβῶς, οὔτε πολύσαρκος — ἀπίθανον γὰρ — οὔτε λεπτὸς ἐς ὑπερ-βολήν — σκελετῶδες τοῦτο καὶ νεκρικόν —.

76. Ἐθέλω γοῦν σοι καὶ δήμου τινὸς οὐ φαύλου τὰ τοιαῦτα ἐπισημαίνεσθαι βοὰς εἰπεῖν· οἱ γὰρ Ἀντιοχεῖς εὐφυεστάτη πόλις καὶ ὄρχησιν μάλιστα πρεσβεύουσα οὕτως ἐπιτηρεῖ τῶν λεγομένων καὶ τῶν γιγνομένων ἕκαστα, ὡς μηδένα μηδὲν αὐτῶν διαλανθάνειν. Μι-κροῦ μὲν γὰρ ὀρχηστοῦ εἰσελθόντος καὶ τὸν Ἕκτορα ὀρχουμένου μιᾷ φωνῇ πάντες ἀνεβόησαν, Σὺ Ἀστυά-ναξ, Ἕκτωρ δὲ ποῦ; Ἄλλοτε δέ ποτε μηκίστου τινὸς ὑπὲρ τὸ μέτριον ὀρχεῖσθαι τὸν Καπανέα ἐπιχειροῦντος καὶ προσβάλλειν τοῖς Θηβαίων τείχεσιν, Ὑπέρβηθι, ἔφησαν, τὸ τεῖχος, οὐδέν σοι δεῖ κλίμακος. Καὶ ἐπὶ τοῦ παχέος δὲ καὶ πιμελοῦς ὀρχηστοῦ πηδᾶν μεγάλα πειρωμένου, Δεόμεθα, ἔφησαν, πεφεῖσθαι τῆς θυμέλης. Τὸ δὲ ἐναντίον τῷ πάνυ λεπτῷ ἐπεβόησαν, Καλῶς ἔχε, ὡς νοσοῦντι. Τούτων οὐ τοῦ γελοίου ἕνεκα ἐπεμνήσθην, ἀλλ' ὡς ἴδῃς ὅτι καὶ δῆμοι ὅλοι μεγάλην σπουδὴν ἐποιήσαντο ἐπὶ τῇ ὀρχηστικῇ, ὡς καὶ ῥυθμίζειν τὰ καλὰ καὶ τὰ αἰσχρὰ αὐτῆς δύνασθαι.

77. Εὐκίνητος δὲ τὸ μετὰ τοῦτο πάντως ἔστω καὶ τὸ σῶμα λελυμένος τε ἅμα καὶ συμπεπηγώς, ὡς λυγί-ζεσθαί τε ὅπῃ καιρὸς καὶ συνεστάναι καρτερῶς, εἰ τούτου δέοι.

78. Ὅτι δὲ οὐκ ἀπήλλακται ὄρχησις καὶ τῆς ἐνα-γωνίου χειρονομίας, ἀλλὰ μετέχει καὶ τῶν Ἑρμοῦ καὶ Πολυδεύκους καὶ Ἡρακλέους ἐν ἀθλήσει καλῶν, ἴδοις ἂν ἑκάστῃ τῶν μιμήσεων ἐπισχών. Ἡροδότῳ μὲν οὖν τὰ δι' ὀμμάτων φαινόμενα πιστότερα εἶναι τῶν ὤτων δοκεῖ· ὀρχήσει δὲ καὶ τὰ ὤτων καὶ ὀφθαλμῶν πρόσε-στιν.

79. Οὕτω δὲ θέλγει ὄρχησις ὥστε ἂν ἐρῶν τις εἰς τὸ θέατρον παρέλθῃ, ἐσωφρονίσθη ἰδὼν ὅσα ἔρωτος κακὰ τέλη· καὶ λύπῃ ἐχόμενος ἐξέρχεται τοῦ θεάτρου φαιδρότερος ὥσπερ τι φάρμακον ληθεδανὸν καὶ κατὰ τὸν ποιητὴν νηπενθές τε καὶ ἄχολον πιών. Σημεῖον δὲ τῆς πρὸς τὰ γιγνόμενα οἰκειότητος καὶ τοῦ γνωρίζειν ἕκαστον τῶν ὁρώντων τὰ δεικνύμενα τὸ δακρύειν πολ-λάκις τοὺς θεατὰς, ὁπόταν τι οἰκτρὸν καὶ ἐλεεινὸν φαί-νηται. Ἡ μέν γε Βακχικὴ ὄρχησις ἐν Ἰωνίᾳ μάλιστα καὶ ἐν Πόντῳ σπουδαζομένη, καίτοι σατυρικὴ οὖσα, οὕτω κεχείρωται τοὺς ἀνθρώπους τοὺς ἐκεῖ, ὥστε κατὰ τὸν τεταγμένον ἕκαστοι καιρὸν ἁπάντων ἐπιλαθόμενοι τῶν ἄλλων κάθηνται δι' ἡμέρας τιτᾶνας καὶ κορύβαν-τας καὶ σατύρους καὶ βουκόλους ὁρῶντες· καὶ ὀρχοῦνταί

præstare, et ingeniosum esse, et prudentem, et acutum in cogitando, et opportunitatibus recte uti oportere illum aio; ad hæc judicare posse de poematibus, et cantica atque modulos optimos dignoscere, et male factos redarguere.

75. Quantum vero ad corpus, ad Polycleti regulam illum jam demonstraturus mihi videor. Neque enim procerus sit nimium et ultra modum longus, neque humili statura et nano similis; sed justæ exactæque mensuræ; neque carnosus (nam sic extra probabilitatem moveretur), neque ad excessum usque tenuis : sceleton ita referret aut mortuum.

76. Volo tibi etiam populi cujusdam, non mali ad talia notanda, clamores narrare. Antiochenses enim, ingeniosissima civitas, et maxime saltationem in honore habens, ita quæ dicuntur et fiunt singula observat, ut neminem illorum quicquam effugiat. Parvo enim ingresso saltatore et saltante Hectorem, una voce exclamarunt omnes, Hic Astyanax, Hector autem ubi? Alio vero tempore quum ultra modum longissimus aliquis saltare Capaneum inciperet, et invadere Thebanorum mœnia, Transcende murum, dicebant; scala nihil opus habes. Ac de crasso pinguique saltatore magnos tentante saltus, Rogamus, aiunt, ut parcas thymelæ. Contra vehementer attenuato succlamarunt velut ægrotanti, Bene habeas! Horum non ridiculi causa mentionem feci, sed ut videas, populos quoque integros magnum in saltatoria arte studium posuisse, ut etiam quæ deceant illam, quæ dedeceant, quasi ad normam possent exigere.

77. Mobilis deinde omnino sit saltator, et corpore soluto pariter et compacto, ut et inflecti opportune, et firmiter consistere, ubi opus est, possit.

78. Non abhorrere autem saltationem nec ab illa usitata in sacris certaminibus manuum gesticulatione, sed partem habere eorum quæ in Mercurii pariter et Pollucis et Herculis certaminibus pulchra sunt, videas, si unicuique harum imitationum attendere animum volueris. Herodoto quidem ea quæ per oculos ad sensum perveniunt, fideliora esse auribus videntur : at saltationi aurium pariter et oculorum perceptiones adsunt.

79. Ita vero saltatio mulcet, ut si quis amans in theatrum veniat, resipiscat visis multis adeo malis amoris finibus. Et tristitia aliquis affectus exit theatro hilarior, quasi epoto oblivionis quodam poculo, aut secundum poetam, « luctus bilisque medela. » Quam vero familiaria sint naturæ nostræ quæ fiunt in saltatione, et quam agnoscat spectantium unusquisque quæ demonstrantur, illud signum est, quod lacrimantur sæpe spectatores, quum triste aliquid et miserabile apparet. Bacchica quidem saltatio, cui in Ionia præsertim et in Ponto seria datur opera, satyrica licet sit, ita tamen qui ibi sunt homines subegit, ut stato tempore universi, reliquorum omnium obliti, totos dies sedeant, ac Titanas et Corybantes, Satyrosque, et pastores spectent :

γε ταῦτα οἱ εὐγενέστατοι καὶ πρωτεύοντες ἐν ἑκάστῃ τῶν πόλεων οὐχ ὅπως αἰδούμενοι, ἀλλὰ καὶ μέγα φρονοῦντες ἐπὶ τῷ πράγματι μᾶλλον ἤπερ ἐπ' εὐγενείαις καὶ λειτουργίαις καὶ ἀξιώμασι προγονικοῖς.

80. Ἐπεὶ δὲ τὰς ἀρετὰς ἔφην τὰς ὀρχηστικὰς, ἄκουε καὶ τὰς κακίας αὐτῶν. Τὰς μὲν οὖν ἐν σώματι ἤδη ἔδειξα, τὰς δὲ τῆς διανοίας οὕτως ἐπιτηρεῖν οἶμαι δύναιο ἄν· πολλοὶ γὰρ αὐτῶν ὑπ' ἀμαθίας — ἀμήχανον γὰρ ἅπαντας εἶναι σοφούς — καὶ σολοικίας δεινὰς ἐν τῇ ὀρχήσει ἐπιδείκνυνται, οἱ μὲν ἄλογα κινούμενοι καὶ μηδὲν, ὥς φασι, πρὸς τὴν χορδήν· ἕτερα μὲν γὰρ ὁ πούς, ἕτερα δ' ὁ ῥυθμὸς λέγει. Οἱ δὲ εὔρυθμα μὲν, τὰ πράγματα δὲ μετάχρονα ἢ πρόχρονα, οἷον ἐγώ ποτε ἰδὼν μέμνημαι· τὰς γὰρ Διὸς γονὰς ὀρχούμενός τις καὶ τὴν τοῦ Κρόνου τεκνοφαγίαν παρωρχεῖτο καὶ τὰς Θυέστου συμφορὰς τῷ ὁμοίῳ παρηγμένος. Καὶ ἄλλος τὴν Σεμέλην ὑποκρινόμενος βαλλομένην τῷ κεραυνῷ τὴν Γλαύκην αὐτῇ εἴκαζε μεταγενεστέραν οὖσαν. Ἀλλ' οὐκ ἀπό γε τῶν τοιούτων ὀρχηστῶν ὀρχήσεως αὐτῆς, οἶμαι, καταγνωστέον οὐδὲ τὸ ἔργον αὐτὸ μισητέον, ἀλλὰ τοὺς μὲν, ὥσπερ εἰσὶν, ἀμαθεῖς νομιστέον, ἐπαινετέον δὲ τοὺς ἐννόμως καὶ κατὰ ῥυθμὸν τῆς τέχνης ἱκανῶς ἕκαστα δρῶντας.

81. Ὅλως δὲ τὸν ὀρχηστὴν δεῖ πανταχόθεν ἀπηκριβῶσθαι, ὡς εἶναι τὸ πᾶν εὔρυθμον, εὔμορφον, σύμμετρον, αὐτὸ αὑτῷ ἐοικὸς, ἀσυκοφάντητον, ἀνεπίληπτον, μηδαμῶς ἐλλιπὲς, ἐκ τῶν ἀρίστων κεκραμένον, τὰς ἐνθυμήσεις ὀξὺν, τὴν παιδείαν βαθὺν, τὰς ἐννοίας ἀνθρώπινον μάλιστα. Ὁ γοῦν ἔπαινος αὐτῷ τότ' ἂν γίγνοιτο ἐντελὴς παρὰ τῶν θεατῶν, ὅταν ἕκαστος τῶν ὁρώντων γνωρίζῃ τὰ αὑτοῦ, μᾶλλον δὲ ὥσπερ ἐν κατόπτρῳ τῷ ὀρχηστῇ ἑαυτὸν βλέπῃ καὶ ἃ πάσχειν αὐτὸς καὶ ἃ ποιεῖν εἴωθε· τότε γὰρ οὐδὲ κατέχειν ἑαυτοὺς οἱ ἄνθρωποι ὑφ' ἡδονῆς δύνανται, ἀλλ' ἀθρόοι πρὸς τὸν ἔπαινον ἐκχέονται τὰς τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἕκαστος εἰκόνας ὁρῶντες καὶ αὑτοὺς γνωρίζοντες· ἀτεχνῶς γὰρ τὸ Δελφικὸν ἐκεῖνο τὸ Γνῶθι σαυτὸν ἐκ τῆς θέας ἐκείνης αὐτοῖς περιγίγνεται· καὶ ἀπέρχονται ἀπὸ τοῦ θεάτρου ἅ τε χρὴ αἱρεῖσθαι καὶ ἃ φεύγειν μεμαθηκότες καὶ ἃ πρότερον ἠγνόουν διδαχθέντες.

82. Γίγνεται δὲ ὥσπερ ἐν λόγοις, οὕτω δὲ καὶ ἐν ὀρχήσει ἡ πρὸς τῶν πολλῶν λεγομένη κακοζηλία ὑπερβαινόντων τὸ μέτρον τῆς μιμήσεως καὶ πέρα τοῦ δέοντος ἐπιτεινόντων καὶ εἰ μέγα τι δεῖξαι δέοι, ὑπερμέγεθες ἐπιδεικνυμένων, καὶ εἰ ἁπαλὸν, καθ' ὑπερβολὴν θηλυνομένων, καὶ τὰ ἀνδρώδη ἄχρι τοῦ ἀγρίου καὶ θηριώδους προαγόντων.

83. Οἷον ἐγώ ποτε μέμνημαι ἰδὼν ποιοῦντα ὀρχηστὴν εὐδοκιμοῦντα πρότερον, συνετὸν μὲν τὰ ἄλλα καὶ θαυμάζεσθαι ὡς ἀληθῶς ἄξιον, οὐκ οἶδα δὲ ἥτινι τύχῃ εἰς ἀσχήμονα ὑπόκρισιν δι' ὑπερβολὴν μιμήσεως ἐξοκείλαντα· ὀρχούμενος γὰρ τὸν Αἴαντα μετὰ τὴν ἧτταν εὐθὺς μαινόμενον εἰς τοσοῦτον ὑπερεξέπεσεν, ὥστε οὐχ ὑποκρίνασθαι μανίαν, ἀλλὰ μαίνεσθαι αὐτὸς εἰκότως

saltantque ista etiam generosissimi et principes uniuscujusque civitatis, quibus tantum abest ut pudeat ejus rei, ut potius sibi valde in ea placeant, magis quidem, quam in nobilitate, aut muneribus publicis, aut dignitatibus majorum.

80. Quandoquidem vero virtutes dixi saltatorias, audi nunc etiam vitia. Ac corporis quidem quæ sint, jam ostendi: mentis vero vitia sic, puto, observare possis. Multi enim illorum præ inscitia (neque vero fieri potest, ut omnes sint sapientes) etiam graves solœcismos in saltatione committunt: alii quidem irrationabiliter moventes se, et nihil, aiunt, ad chordam: alia enim pes illorum, alia rhythmus indicat. Alii numerose quidem illi, sed res ipsæ aut post tempus justum aut ante fiunt. Quale quid ego quondam videre me memini. Jovis enim natales saltans aliquis et Saturni in liberis suis vorandis crudelitatem, aberrabat saltatione in Thyestæ mala, similitudine abductus. Et alius Semelen agens dum feritur fulmine, Glaucen illi assimilavit tempore posteriorem. Sed non puto tales propter saltatores ipsam damnandam esse saltationem, neque odio ipsum opus esse prosequendum, sed illos quidem pro imperitis, quales sunt, habendos, laudandos vero qui legitime et concinno artis ordine, quantum satis est, omnia faciunt.

81. In universum autem oportet undique perfectum exactumque esse saltatorem, ut omnia sint concinna, formosa, mensuris sibi respondentibus, omnia sibi similia, calumnia et reprehensione superiora, deficiant nusquam, temperata sint ex optimis: saltatorem ipsum acutum in cogitando, profunda eruditione, humanissimo præsertim animo. Nam tum denique laus ipsi perfecta a spectatoribus contigerit, quum spectantium unusquisque sua agnoscet, vel potius tanquam in speculo, sic in saltatore se ipsum videbit, quæque sentire ipse, et quæ soleat facere. Tunc enim se continere quidem se possunt præ gaudio homines, sed confertim in laudes effunduntur, suæ quisque animæ videntes imaginem, agnoscentes se ipsos. Plane enim Delphicum illud Nosce te ipsum ex hoc illis spectaculo paratur: abeuntque e theatro, quæ eligenda sint, quæ fugienda, moniti, edoctique quæ ante ignoraverant.

82. Exsistit autem quemadmodum in oratione, sic in saltatione etiam ea quæ Cacozelia vulgo dicitur, eorum qui egrediuntur modum imitationis, et ultra quam par est contendunt, et si quid magnum ostendendum sit, immensum ostendunt; et si molle, ad excessum usque sese effeminant; eaque quæ virilia sunt, ad agrestem usque feritatem producunt.

83. Quale quid ego quondam memini facientem videre saltatorem, qui ante hæc florebat laudibus, prudentem illum quidem de cetero, et admiratione vere dignum, sed qui nescio quo fato in indecentem actionem per excessum imitationis incidisset. Saltans enim Ajacem quum inferior discessisset, illico furentem, adeo modum omnem egressus est, ut non ageret jam furentem, sed furere ipse facile alicui vi-

ἄν τινι ἔδοξεν· ἑνὸς γὰρ τῶν τῷ σιδηρῷ ὑποδήματι κτυπούντων τὴν ἐσθῆτα κατέρρηξεν, ἑνὸς δὲ τῶν ὑπαυλούντων τὸν αὐλὸν ἁρπάσας τοῦ Ὀδυσσέως πλησίον ἑστῶτος καὶ ἐπὶ τῇ νίκῃ μέγα φρονοῦντος διεῖλε τὴν κεφαλὴν κατενεγκών, καὶ εἴ γε μὴ ὁ πῖλος ἀντέσχε καὶ τὸ πολὺ τῆς πληγῆς ἀπεδέξατο, ἀπωλώλει ἂν ὁ κακοδαίμων Ὀδυσσεὺς ὀρχηστῇ παραπαίοντι περιπεσών. Ἀλλὰ τό γε θέατρον ἅπαν συνεμεμήνει τῷ Αἴαντι καὶ ἐπήδων καὶ ἐβόων καὶ τὰς ἐσθῆτας ἀνερρίπτουν, οἱ μὲν συρφετώδεις καὶ αὐτὸ τοῦτο ἰδιῶται τοῦ μὲν εὐσχήμονος οὐκ ἐστοχασμένοι οὐδὲ τὸ χεῖρον ἢ τὸ κρεῖττον ὁρῶντες, ἄκραν δὲ μίμησιν τοῦ πάθους τὰ τοιαῦτα οἰόμενοι εἶναι· οἱ ἀστειότεροι δὲ συνιέντες μὲν καὶ αἰδούμενοι ἐπὶ τοῖς γιγνομένοις, οὐκ ἐλέγχοντες δὲ σιωπῇ τὸ πρᾶγμα, τοῖς δὲ ἐπαίνοις καὶ αὐτοὶ τὴν ἄνοιαν τῆς ὀρχήσεως ἐπικαλύπτοντες, καὶ ἀκριβῶς ὁρῶντες ὅτι οὐκ Αἴαντος, ἀλλ' ὀρχηστοῦ μανίας τὰ γιγνόμενα ἦν. Οὐ γὰρ ἀρκεσθεὶς τούτοις ὁ γενναῖος ἄλλο μακρῷ τούτου γελοιότερον ἔπραξε· καταβὰς γὰρ εἰς τὸ μέσον ἐν τῇ βουλῇ δύο ὑπατικῶν μέσος ἐκαθέζετο πάνυ δεδιότων μὴ καὶ αὐτῶν τινα ὥσπερ κριὸν μαστιγώσῃ λαβών· καὶ τὸ πρᾶγμα οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ ἐγέλων, οἱ δὲ ὑπώπτευον μὴ ἄρα ἐκ τῆς ἄγαν μιμήσεως εἰς τὴν τοῦ πάθους ἀλήθειαν ὑπηνέχθη.

84. Καὶ αὐτὸν μέντοι, φασίν, ἀνανήψαντα οὕτω μετανοῆσαι ἐφ' οἷς ἐποίησεν, ὥστε καὶ νοσῆσαι ὑπὸ λύπης ὡς ἀληθῶς ἐπὶ μανίᾳ κατεγνωσμένον· καὶ ἐδήλωσέ γε τοῦτο σαφῶς αὐτός. Αἰτούντων γὰρ αὖθις τῶν συστασιωτῶν αὐτὸν τὸν Αἴαντα ὀρχήσασθαι αὐτοῖς, παραστησάμενος τὸν ὑποκριτὴν ἔφη πρὸς τὸ θέατρον· Ἱκανόν ἐστιν ἅπαξ μανῆναι. Μάλιστα δὲ αὐτὸν ἠνίασεν ὁ ἀνταγωνιστὴς καὶ ἀντίτεχνος· τοῦ γὰρ ὁμοίου Αἴαντος αὐτῷ γραφέντος οὕτω κοσμίως καὶ σωφρόνως τὴν μανίαν ὑπεκρίνατο, ὡς ἐπαινεθῆναι μείνας ἐντὸς τῶν τῆς ὀρχήσεως ὅρων καὶ μὴ παροινήσας εἰς τὴν ὑπόκρισιν.

85. Ταῦτά σοι, ὦ φιλότης, ὀλίγα ἐκ παμπόλλων παρέδειξα ὀρχήσεως ἔργα καὶ ἐπιτηδεύματα, ὡς μὴ πάνυ ἄχθοιό μοι ἐρωτικῶς θεωμένῳ αὐτά. Εἰ δὲ βουληθείης κοινωνῆσαί μοι τῆς θέας, εὖ οἶδα ἐγὼ πάνυ ἁλωσόμενόν σε καὶ ὀρχηστομανήσοντά γε προσέτι. Ὥστε οὐδὲν δεήσομαι τὸ τῆς Κίρκης ἐκεῖνο πρὸς σὲ εἰπεῖν τὸ

Θαῦμά μ' ἔχει ὡς οὔτι πιὼν τάδε φάρμακ' ἐθέλχθης.

Θελχθήσῃ γὰρ καὶ μὰ Δί' οὐκ ὄνου κεφαλὴν ἢ συὸς καρδίαν ἕξεις, ἀλλ' ὁ μὲν νόος σοι ἐμπεδώτερος ἔσται, σὺ δὲ ὑφ' ἡδονῆς οὐδὲ ὀλίγον τοῦ κυκεῶνος ἄλλῳ μεταδώσεις πιεῖν· ὅπερ γὰρ ὁ Ὅμηρος περὶ τῆς Ἑρμοῦ ῥάβδου τῆς χρυσῆς λέγει, ὅτι καὶ « ἀνδρῶν ὄμματα θέλγει δι' αὐτῆς »

ὧν ἐθέλει, τοὺς δ' αὖτε καὶ ὑπνώοντας ἐγείρει,

τοῦτο ἀτεχνῶς ὄρχησις ποιεῖ καὶ τὰ ὄμματα θέλγουσα

deretur. Unius enim eorum qui ferrea solea humum feriebant, vestem laceravit, modos autem tibia accinentium uni ereptam tibiam, Ulixis prope astantis et de victoria se efferentis capiti ita impegit, ut divideret, et nisi obstitisset pileus majoremque plagæ partem excepisset, perierat nobis infelix ille Ulixes, qui in insanientem saltatorem incidisset. Verum totum adeo theatrum cum Ajace isto furebat; exsultabant, clamabant, abjiciebant vestes. Nempe de plebe homines, et plane idiotæ, decorum ipsum non assecuti, pejus aut melius quid esset, non videbant, sed talia perfectissimam perturbationis illius esse imitationem putabant: urbaniores autem, licet intelligerent, et puderet eos illorum quæ fierent, silentio tamen non arguebant factum, sed laudibus ipsi quoque tegebant saltatoris amentiam, etsi distincte videbant non Ajacis furores, sed saltatoris esse quæ fierent. Neque enim satis habebat vir fortis ista fecisse, sed aliud multo magis ridiculum hisce designabat: descendens enim in medium, in senatus sedilibus medius inter Consulares duos assidebat, valde metuentes ne de ipsis etiam aliquem velut arietem arreptum flagellaret: eamque rem alii quidem admirari, ridere alii, alii suspicari, numquid ex nimio imitandi studio in verum furorem esset delatus.

84. Ipsum quidem aiunt, quum resipuisset, adeo pœnituisse factorum suorum, ut etiam in morbum ex ægritudine incideret, seque veri ipse furoris damnaret. Et satis aperte hoc declaravit ipse. Quum enim rursus Ajacem ut sibi saltaret, factionis illius homines peterent, actorem alium commendans dixit ad theatrum: Satis est semel insaniisse. Maxima vero illum molestia affecit adversarius in certamine et artis æmulus: quum enim similis illi scriptus esset Ajax, adeo decenter, modeste adeo simulavit furorem, ut laudaretur, quod mansisset intra terminos saltationis, neque ebrioso quasi furore actionem violasset.

85. Hæc tibi, amice, pauca de plurimis proposui saltationis opera atque studia, ne prorsus ægre feras me cupide illa spectare. Si vero in partem venire spectaculi mecum volueris, bene novi te plane captum iri, et insuper ad furorem usque amaturum saltationem. Itaque non opus habebo Circes illud apud te dicere,

Miror demulctum te non esse hocce veneno.

Demulceberis enim, et medius fidius non asini caput, aut suis cor habebis; sed stabilior tibi mens erit, tuque præ voluptate non pauxillum de potione ista alii quoque bibendum imperties. Quod enim de aurea Mercurii virga Homerus dicit,

— Virorum hæc dulci lumina somno
mulcet quum lubuit, somnos dispellit eadem:

hoc planissime facit saltatio, tum demulcens oculos, tum

καὶ ἐγρηγορέναι ποιοῦσα καὶ ἐπεγείρουσα τὴν διάνοιαν πρὸς ἕκαστα τῶν δρωμένων.

ΚΡΑΤ. Καὶ μὴν ἤδη ἐγὼ, ὦ Λυκῖνε, πείθομαί τέ σοι καὶ ἀναπεπταμένα ἔχω καὶ τὰ ὦτα καὶ τὰ ὄμματα. Καὶ μέμνησό γε, ὦ φιλότης, ἐπειδὰν εἰς τὸ θέατρον ἴῃς, κἀμοὶ παρὰ σεαυτῷ θέαν καταλαμβάνειν, ὡς μὴ μόνος ἐκεῖθεν σοφώτερος ἡμῖν ἐπανίῃς.

XXXIV.

ΛΕΞΙΦΑΝΗΣ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Λεξιφάνης ὁ καλὸς μετὰ βιβλίου;

ΛΕΞ. Νὴ Δί', ὦ Λυκῖνε, γράμμα ἐστὶ τητινόν τι τῶν ἐμῶν κομιδῇ νεοχμόν.

ΛΥΚ. Ἤδη γάρ τι καὶ περὶ αὐχμῶν ἡμῖν γράφεις;

ΛΕΞ. Οὐ δῆτα, οὐδὲ αὐχμὸν εἶπον, ἀλλὰ ὥρα σοι τὸ ἀρτιγραφὲς οὕτω καλεῖν. Σὺ δὲ κυψελόβυστα ἔοικας ἔχειν τὰ ὦτα.

ΛΥΚ. Σύγγνωθι, ὦ ἑταῖρε· πολὺ γὰρ τοῦ αὐχμοῦ τὸ νεοχμὸν μετέχει. Ἀλλ' εἰπέ μοι, τίς ὁ νοῦς τῷ συγγράμματι;

ΛΕΞ. Ἀντισυμποσιάζω τῷ Ἀρίστωνος ἐν αὐτῷ.

ΛΥΚ. Πολλοὶ μὲν οἱ Ἀρίστωνες· σὺ δὲ ὅσον ἀπὸ τοῦ συμποσίου τὸν Πλάτωνά μοι ἔδοξας λέγειν.

ΛΕΞ. Ὀρθῶς ἀνέγνως· τὸ δὲ λεγόμενον ὡς ἄλλῳ παντὶ ἀνόητον ἂν ἦν.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ὀλίγα μοι αὐτοῦ ἀνάγνωθι τοῦ βιβλίου, ὅπως μὴ παντάπασιν ἀπολειποίμην τῆς ἑστιάσεως· νέκταρος γάρ τινος ἔοικας οἰνοχοήσειν ἡμῖν ἀπ' αὐτοῦ.

ΛΕΞ. Τὸν μὲν εἴρωνα πεδοῖ κατάβαλε· σὺ δὲ εὔπορα ποιήσας τὰ ὦτα ἤδη ἄκουε. Ἀπέστω δὲ ἡ ἐπιβύστρα ἡ Κυψελίς.

ΛΥΚ. Λέγε θαρρῶν, ὡς ἔμοιγε οὔτε Κύψελός τις οὔτε Περίανδρος ἐν τοῖς ὠσὶ κάθηται.

ΛΕΞ. Σκόπει δὴ μεταξὺ, ὅπως διαπεραίνομαι, ὦ Λυκῖνε, τὸν λόγον, εἰ εὐαρχός τέ ἐστι καὶ πολλὴν τὴν εὐλογίαν ἐπιδεικνύμενος καὶ εὔλεξις, ἔτι δὲ εὐώνυμος.

ΛΥΚ. Ἔοικε τοιοῦτος εἶναι σός γε ὤν. Ἀλλ' ἄρξαι ποτέ.

2. ΛΕΞ. « Εἶτα δειπνήσομεν, ἦ δ' ὃς ὁ Καλλικλῆς, εἶτα τὸ δειλινὸν περιδινησόμεθα ἐν Λυκείῳ, νῦν δὲ ἤδη καιρός ἐστι χρίεσθαι τὸ ἡλιοκαὲς καὶ πρὸς τὴν εἵλην θέρεσθαι καὶ λουσαμένους ἀρτοσιτεῖν· καὶ ἤδη γε ἀπιτητέα. Σὺ δὲ, ὦ παῖ, στλεγγίδα μοι καὶ βύρσαν καὶ φωσώνια καὶ ῥύμματα ναυστολεῖν ἐς τὸ βαλανεῖον καὶ τοὐπίλουτρον κομίζειν· ἔχεις δὲ χαμᾶζε παρὰ τὴν ἐγγυθήκην δύ' ὀβολώ. Σὺ δὲ τί καὶ πράξεις, ὦ Λεξίφανες, ἥξεις ἢ ἐλινύσεις ἔτι αὐτόθι; Κἀγὼ, ἦν δ' ἐγὼ, τρίπαλαι λουτιῶ· οὐκ εὐπόρως τε γὰρ ἔχω καὶ τὰ ἀμφὶ τὴν τράμιν μαλακίζομαι ἐπ' ἀστράβης ὀχηθείς. Ὁ γὰρ

vigilare illos faciens, et mentem ad singula quæ fiunt excitans.

CRAT. Quin jam nunc ego, Lycine, in sententiam tuam traductus sum, apertosque et hiantes habeo cum auribus oculos. Ac memineris, amice, quum in theatrum ieris, etiam mihi juxta te occupare spectandi locum, ut ne solus inde sapientior nobis revertaris.

XXXIV.

LEXIPHANES.

1. LYCINUS. Lexiphanes ille pulcher cum libro?

LEX. Per Jovem, Lycine, scriptum est hornum quoddam de meis, plane musteum.

LYC. Nempe de musto aliquid nobis scribis?

LEX. Minime equidem; neque mustum nominavi: sed memineris musteum vocare quod modo scriptum est. At tu sorditudine (*Gr*. Cypseli) obturatas habere aures mihi videris.

LYC. Ignosce mihi, sodalis: multum enim de musto habet musteum. Sed dic mihi, quod scripti consilium est?

LEX. Convivio instruendo æmulor ibi filium Aristonis.

LYC. Multi sunt Aristones: tu vero, quantum e convivii mentione suspicor, dicere mihi Platonem videris.

LEX. Recte agnovisti: sed quam istud dictum ignorabile fuit cuivis alii!

LYC. Ergo mihi pauca lege de libro, ne omnino convivio illo excludar: videris enim nectar nobis de illo ministraturus.

LEX. Illum quidem cum irrisione simulatorem animum solo allide: tu vero commeabiles fac aures, et jam audi. Absit vero obturatrix illa Cypselis [*aurium sordes*].

LYC. Quin tu audacter dicito: neque enim Cypselus, neque (filius illius) Periander in auribus mihi residet.

LEX. Considera autem interea quomodo peragam, Lycine, sermonem, num bene principiatus sit, multamque beneloquentiam ostendens, et bonis verbis constans, bonisque insuper nominibus.

LYC. Sine dubio est talis, tuus quum sit. Sed incipe tandem.

2. LEX. « Tum cœnabimus, inquit Callicles: tum ad vesperam gyros faciemus in Lyceo. Nunc autem tempus est ungi in sole, et ad calorem illius apricari, et quum laverimus, panem gustare. Et jam abeundum. Tu vero, puer, strigilem mihi, et pellem, et mappas, et sapones, classe advehito in balneum, et ablutionis mercedem ferto: habes autem humi prope incitegam obolos duo. Tu vero quid ages, Lexiphanes, veniesne, an hic adhuc nectes moras? Quin ego etiam, inquam, ter olim est quod lavaturio: nec enim satis bene habeo, et circa perinæum infirmus sum, clitellaria mula vectus. Agaso enim nimis urgebat, quam-

ἰστραβηλάτης ἐπέσπερχε καίτοι ἀσκωλιάζων αὐτός. Ἀλλὰ καὶ ἐν αὐτῷ οὐκ ἀκμὴς ἦν τῷ ἀγρῷ· κατέλαβον γὰρ τοὺς ἐργάτας λιγυρίζοντας τὴν θερινὴν ᾠδήν, τοὺς δὲ τάφον τῷ ἐμῷ πατρὶ κατασκευάζοντας. Συντυμβωρυχήσας οὖν αὐτοῖς καὶ τοῖς ἀναχοῦσι τὰ ἄνδηρα καὶ αὐτὸς ὀλίγα συγχειροπονήσας ἐκείνους μὲν διαφῆκα τοῦ τε κρύους ἕνεκα καὶ ὅτι καύματα ἦν· οἶσθα δὲ ὡς ἐν κρύει σφοδρῷ γίγνεται τὰ καύματα. Ἐγὼ δὲ περιελθὼν τὰ ἀρώματα σκόροδά τε εὗρον ἐν αὐτοῖς πεφυκότα καὶ γηπαττάλους τινὰς ἀνορύξας καὶ τῶν σκανδίκων καὶ βρακάνων λαχανευσάμενος, ἔτι δὲ κάχρυς πριάμενος — οὔπω δὲ οἱ λειμῶνες ἀνθοσμίαι ἦσαν, ὡς αὐτοποδητὶ βαδίζειν — ἀνατεθεὶς ἐπὶ τὴν ἀστράβην ἐδάρην τὸν ὄρρον· καὶ νῦν βαδίζω τε ὀδυνηρῶς καὶ ἰδίω θαμὰ καὶ μαλκιῶ τὸ σῶμα καὶ δέομαι διανεῦσαι ἐν τῷ ὕδατι ἐπὶ πλεῖστον· χαίρω δὲ μετὰ κάματον ἀπολούμενος.

3. Ἀποθρέξομαι οὖν καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν παῖδα, ὃν εἰκὸς ἢ παρὰ τῇ λεκιθοπώλιδι ἢ παρὰ τῷ γρυμεοπώλῃ με περιμένειν· καίτοι προηγόρευτο αὐτῷ ἐπὶ τὰ γέλγη ἀπαντᾶν. Ἀλλ' εἰς καιρὸν οὑτοσὶ αὐτὸς ἐμπολήσας γε, ὡς ὁρῶ, πυριάτην τέ τινα καὶ ἐγκρυφίας καὶ γήτεια καὶ φύσκας καὶ οἶβον τουτονὶ καὶ λωγάνιον καὶ τοῦ βοὸς τὸ πολύπτυχον ἔγκατον καὶ φῶκτας. Εὖ γε, ὦ Ἀττικίων, ὅτι μοι ἄβατον ἐποίησας τὸ πολὺ τῆς ὁδοῦ. Ἐγὼ δέ, ἦ δ' ὅς, ἰλλός, ὦ δέσποτα, γεγένημαι σὲ περιορῶν. Σὺ δὲ ποῦ χθὲς ἐδείπνεις; μῶν παρὰ Ὀνομακρίτῳ; Οὔ, μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ, ἀλλ' ἀγρόνδε ᾠχόμην ψύττα κατατείνας· οἶσθα δὲ ὡς φιλαγρός εἰμι. Ὑμεῖς δὲ ἴσως ᾤεσθέ με λαταγεῖν κοττάβους. Ἀλλ' εἰσιὼν ταῦτά τε καὶ τὰ ἄλλα ἥδυνειν καὶ τὴν κάρδοπον σμῆν, ὡς θριδακίνας μάττοιτε ἡμῖν.

4. Ἐγὼ δὲ ξηραλοιφήσω ἀπελθών. Καὶ ἡμεῖς, ἦ δ' ὃς ὁ Φιλῖνος, ἐγώ τε καὶ Ὀνόμαρχος καὶ Ἑλλάνικος οὑτοσὶ ἑψόμεθα· καὶ γὰρ ὁ γνώμων σκιάζει μέσην τὴν πόλον, καὶ δέος μὴ ἐν λουτρίῳ ἀπολουσώμεθα κατόπιν τῶν Καριμάντων μετὰ τοῦ σύρφακος βύζην ὠστιζόμενοι. Καὶ ὁ Ἑλλάνικος ἔφη, Ἐγὼ δὲ καὶ δυσωπῶ· καὶ γὰρ τὰ κόρα μοι ἐπιτεθόλωσθον καὶ σκαρδαμυκτῶ θαμὰ καὶ ἀρτίδακρύς εἰμι καὶ τὰ ὄμματά μοι φαρμακᾷ καὶ δέομαι Ἀσκληπιάδου τινὸς ὀφθαλμοσόφου, ὃς ταράξας καὶ ἐγχέας μοι φάρμακον ἀπερυθριᾶσαί τε ποιήσει τοὺς ὀφθαλμοὺς καὶ μηκέτι λημαλέους εἶναι μηδὲ διερὸν βλέπειν.

5. Τοιαῦτα ἄττα διεξιόντες ἅπαντες οἱ παρόντες ἀπῄειμεν· κἀπειδήπερ ἥκομεν εἰς τὸ γυμνάσιον ἀπηγκδυμένοι ἤδη, ὁ μέν τις ἀκροχειρισμῷ, ὁ δὲ τραχηλισμῷ καὶ ὀρθοπάλῃ ἐχρῆτο, ὁ δὲ λίπα χρισάμενος ἐλυγίζετο, ὁ δὲ ἀντέβαλλε τῷ κωρύκῳ, ὁ δὲ μολυβδαίνας χερμαδίους ἀράγδην ἔχων ἐχειροβόλει. Εἶτα συντριβέντες καὶ ἀλλήλους κατανωτισάμενοι καὶ ἐμπαίξαντες τῷ γυμνασίῳ ἐγὼ μὲν καὶ Φιλῖνος ἐν τῇ θερμῇ πυέλῳ καταιονηθέντες ἐξῄειμεν· οἱ λοιποὶ δὲ τὸ ψυχροβαφὲς κάρα δελφινίσαντες παρένεον ὑποβρύχιοι θαυμασίως. Ἀναστρέψαντες

quam ipse uno pede velut in utres saltans. Sed neque in ipso rure fatigationis expers eram: deprehendebam enim operas æstivam cantionem minurientes, partim vero sepulcrum parantes meo patri. Quum ergo effodissem cum illis sepulcrum, et his, qui areolas aggerant, et ipse manibus laborem paullum adjuvissem, illos quidem dereliqui, cum frigoris causa, tum quod essent uredines: nosti autem in frigore vehementi uredines exsistere. Ego autem obiens vervacta, alliaque inveni ibi nata, et effossis quibusdam terræ paxillis, et scandicibus, et bracanis pro olere lectis, emtisque insuper cachrybus, (nondum autem odorifera erant prata, ut meis ipse pedibus ambulare mallem), in mulam iterum impositus excoriatus sum podicem: et nunc incedo cum dolore et sudo frequenter, et langueo corpore, atque opus habeo pernatare in aqua plurimum; gaudeo autem fessus ablui.

3. Decurram igitur ipse quoque ad puerum, quem credibile est aut apud pisorum farinæ venditricem, aut venditorem perarum me præstolari: quanquam prædictum ipsi fuerat ut occurreret ad veteramenta. Sed opportune hic ipse adest, mercatus, ut video, clibanarium panem unum et alios subcinericios, et cepas, et pantices, et hoc superarmale, et paleare, et illud multorum foliorum bovis intestinum, et phoctas. Euge Atticio, compendi mihi fecisti majorem viæ partem. Ego vero, inquit ille, strabus, here, factus sum, te dum circumspicio. Tu vero ubi cœnabas heri? num apud Onomacritum? Non per Jovem, inquam, verum rus abieram, citissime tendens: nosti autem quam sim amans ruris. Vos autem forte putabatis me sonare cottabos. Sed intro abi, hæcque et alia condito, et expurga mactram, ut lactucinas subigatis nobis.

21. POL. Non omnem : adhuc enim maxima laudem supersunt. Illud dico, quod in tanto fastigio constituta, neque felicitate illa inflatur, neque supra humanam mensuram effertur fortunæ fiducia, sed in eodem se plano continet, nihil ineptum aut insolens sapit, et adeuntes civiliter atque æqualiter tractat, et in prensationibus salutationibusque præstat humanitatem his, qui cum ipsa versantur, eo jucundiorem, quo major est a qua illæ proficiscuntur, nihil tamen fastus tragici præ se ferentes. Adeo qui magnis opibus non ad superbiam utuntur, sed ad beneficentiam, iidem etiam maxime digni bonis a fortuna datis videntur. Ac soli isti invidiam effugerint merito : neque enim temere quisquam eminenti invideat, si moderate illum uti videat felicitate, neque ad instar Homericæ illius Ates per capita hominum ingredi, et conculcare quicquid est imbecillius : quale quid humilis animi hominibus usu venit, ob indolem pulchri omnis expertem : nam quum fortuna illos, nihil tale sperantes, subito in alatum et sublimem currum sustulit, non manent in statu, nec deorsum respiciunt, sed ardua semper urgent. Itaque, alteri tanquam Icari, liquefacta iis subito cera defluentibusque alis, risum debent, præcipites in mare et fluctus delapsi. Qui vero Dædali exemplo alis suis usi, nec nimium se extulere, memores de cera esse factas; sed humanitus dispensarunt volatum, et satis habuere tantum supra fluctus ferri, ut tamen semper aspergine madescerent alæ, nec uni eas soli præberent : hi vero secure simul et prudenter transvolaverunt. Quod quidem in hac vel maxime laudet aliquis. Quare etiam dignum ab omnibus fructum capit, optantibus et has perpetuo illi alas manere, et plura subinde affluere bona.

22. LYC. Atque ita fiat, Polystrate. Digna enim; quippe quæ non corpore modo, ut Helena ista, pulchra sit, sed pulchriorem et amabiliorem sub illo mentem tegat. Decebat vero etiam, magnum imperatorem, bonus adeo et placidus qui sit, hoc etiam cum aliis, quæ sunt ipsi, bonis beatum esse, ut sub illius imperio et nasceretur talis femina, et juncta illi ipsum amaret. Neque enim parvum felicitatis argumentum mulier, de qua cum ratione aliquis Homericum illud dicat : cum aurea illam Venere de forma contendere, opera autem illam æquiparare Minervæ. Mulierum enim in universum nulla ei comparetur, « non membra, » ut Homerus ait, « aut instar, non mentem aut denique facta. »

ΟΛ. Ἀληθῆ φῄς, ὦ Λυκῖνε· ὥστε εἰ δο-
ίξαντες ἤδη τὰς εἰκόνας, ἥν τε σὺ ἀνέπλασας
τώματος καὶ ἃς ἐγὼ τῆς ψυχῆς ἐγραψάμην,
πασῶν συνθέντες ἐς βιβλίον καταθέμενοι πα-
ἔπασι θαυμάζειν τοῖς τε νῦν οὖσι καὶ τοῖς ἐν
ομένοις· μονιμωτέρα γοῦν τῶν Ἀπελλοῦ καὶ
υ καὶ Πολυγνώτου γένοιτ' ἄν, καὶ αὐτὴ ἐκείνη
ὸ τῶν τοιούτων κεχωρισμένη, ὅσῳ μὴ ξύλου
καὶ χρωμάτων πεποίηται, ἀλλὰ ταῖς παρὰ
πιπνοίαις εἴκασται, ἥπερ ἀκριβεστάτη εἰκὼν
σώματος κάλλος καὶ ψυχῆς ἀρετὴν ἅμα ἐμ-
.

XL.

ΥΠΕΡ ΤΩΝ ΕΙΚΟΝΩΝ.

ΛΥΣΤΡΑΤΟΣ. Ἐγώ σοι, ὦ Λυκῖνε, φη-
, τὰ μὲν ἄλλα πολλὴν ἐνεῖδον τὴν εὔνοιαν
καὶ τιμὴν ἐκ τοῦ συγγράμματος· οὐ γὰρ ἂν
ρεπήνει τις, εἰ μὴ καὶ μετ' εὐνοίας συνέ-
δὲ ἐμὸν ὡς ἂν εἰδῇς, τοιόνδε ἐστίν· οὐδὲ
χαίρω τοῖς κολακικοῖς τὸν τρόπον, ἀλλά
ιν οἱ τοιοῦτοι γόητες εἶναι καὶ ἥκιστα ἐλεύ-
ρύσιν, ἐν δὲ τοῖς ἐπαίνοις μάλιστα, ὅταν τις
φορτικὰς καὶ ὑπερμέτρους ποιούμενος τὰς
, ἐρυθριῶ τε καὶ ὀλίγου δεῖν ἐπιφράττομαι
ι τὸ πρᾶγμα χλεύῃ μᾶλλον ἢ ἐπαίνῳ ἐοικέ-
κεῖ.
ρι γὰρ τοῦδε οἱ ἔπαινοι ἀνεκτοί εἰσιν ἐς
ἐπαινούμενος γνωρίζῃ ἕκαστον τῶν λεγομέ-
ν ἑαυτῷ· τὸ δὲ ὑπὲρ τοῦτο ἀλλότριον ἤδη
ία σαφής. Καίτοι πολλοὺς οἶδα, ἔφη, χαί-
τις αὐτοὺς ἐπαινῶν καὶ ἃ μὴ ἔχουσι προσά-
γῳ, οἷον εἰ γέροντας ὄντας εὐδαιμονίζοι τῆς
μόρφοις οὖσι τὸ Νιρέως κάλλος ἢ τὸ Φάωνος
ίονται γὰρ ὑπὸ τῶν ἐπαίνων ἀλλαγήσεσθαι
τὰς μορφὰς καὶ αὐτοὶ ἀνηβήσειν αὖθις ὥσπερ
ετο.
δὲ οὐχ οὕτως ἔχει· πολλοῦ γὰρ ἂν ὁ ἔπαινος
εἴ τι καὶ ἔργον αὐτοῦ ἀπολαῦσαι δυνατὸν
τοιαύτης ὑπερβολῆς. Νῦν δὲ ὅμοιόν μοι
φη, πάσχειν, ὥσπερ ἂν εἴ τινι ἀμόρφῳ προσ-
μορφον ἐπιθείη τις φέρων, ὁ δὲ μέγα ἐπὶ
φρονοίη, καὶ ταῦτα περιαιρετῷ ὄντι καὶ ὑπὸ
ος συντριβῆναι δυναμένῳ, ὅτε καὶ γελοιότε-
οιτο αὐτοπρόσωπος φανεὶς, οἷος ὢν ὑφ' οἵῳ
ἢ καὶ νὴ Δί' εἴ τις ὑποδησάμενος κοθόρνους
τὸς ὢν ἐρίζοι περὶ μεγέθους τοῖς ἀπὸ ἰσοπέ-
ήχει ὑπερέχουσιν. Ἐμέμνητο γὰρ καὶ τοιού-

η γυναῖκά τινα τῶν ἐπιφανῶν τὰ μὲν ἄλλα
κόσμιον, μικρὰν δὲ καὶ πολὺ τοῦ συμμέ-

23. POL. Vera dicis, Lycine. Quare, si videtur, permissis jam imaginibus, tum ea quam tu finxisti corporis, tum quas ego pinxi animæ, unam ex omnibus compositam in libello proponamus, admirandamque exhibeamus et his qui nunc sunt, et qui erunt in posterum. Durabilior enim Apellis et Parrhasii et Polygnoti tabulis fuerit, quum ipsa quoque multum a talibus differat, quatenus non e ligno et cera et pigmentis facta est, sed Musarum vario affectu efficta, quæ quidem accuratissima imago fuerit, corporis pulchritudinem atque virtutem animæ simul ostendens.

XL.

PRO IMAGINIBUS.

1. POLYSTRATUS. Equidem, Lycine, sic ait mulier, cetera quidem magnam perspexi tuam in me benevolentiam ex scripto tuo et honoris significationem : neque enim adeo supra modum quisquam laudasset, nisi scriberet cum benevolentia : me vero ipsam ut noris, talis sum. Neque alias gaudeo his qui adulatorios mores habent, sed videntur mihi tales impostores esse et ingenio minime liberali : maxime vero in laudibus, si quis me laudet vehementer nimis et ultra modum excedens vera, erubesco et tantum non obturo aures : eaque res irrisioni potius quam laudi similis mihi videtur.

2. In tantum enim tolerabiles sunt laudes, quatenus agnoscit qui laudatur, inesse sibi quæ dicuntur singula : quod autem ultra est, jam alienum est et manifesta assentatio. Quanquam multos, inquit, gaudere novi, si quis in eorum laudibus ea etiam, quæ non habent, orationi adjungat; verbi causa, si senes ob ipsum maturæ ætatis robur beatos prædicet, aut deformibus Nirei pulchritudinem aut Phaonis circumponat : putant enim a laudibus formas quoque sibi mutatum iri, et futurum ut juvenescant denuo, veluti sperabat Pelias.

3. At hoc non ita se habet. Quantivis enim pretii esset prædicatio, si rem ipsam quoque et substantiam illius percipere ex tali excessu liceret. Jam vero idem usu illis, inquit, venire mihi videtur, ac si deformi homini personam formosam aliquis imponat, isque pulchritudine illa superbiat, quum tamen auferri ea facile et ab unoquoque conteri possit, quo facto magis etiam fiat ridiculus, quum sua ipsius facie conspiciendus, et qualis sit, et qua sub re conditus latuerit, appareat : aut etiam, ita me Jupiter, si quis parvus cothurnis subligatis de magnitudine contendat cum hisce qui tota ulna ab æquo solo super ipsum emineant. Nam facti etiam talis meminerat.

4. Dicebat mulierem quandam nobilem, pulchram de cetero et decentem, sed parvam eandem et multum a ju-

τρου ἀποδέουσαν, ἐπαινεῖσθαι πρός τινος ποιητοῦ ἐν ᾄσματι τά τε ἄλλα καὶ ὅτι καλή τε καὶ μεγάλη ἦν· αἰγείρῳ δ' αὐτῆς εἴκαζεν ἐκεῖνος τὸ εὐμηκές τε καὶ ὄρθιον. Τὴν μὲν δὴ γάνυσθαι τῷ ἐπαινῷ καθάπερ αὐξανομένην πρὸς τὸ μέλος καὶ τὴν χεῖρα ἐπισείειν, τὸν ποιητὴν δὲ πολλάκις τὸ αὐτὸ ᾄδειν ὁρῶντα ὡς ἥδοιτο ἐπαινουμένη, ἄχρι δὴ τῶν παρόντων τινὰ προσκύψαντα πρὸς τὸ οὖς εἰπεῖν αὐτῷ, Πέπαυσο, ὦ οὗτος, μὴ ἀναστῆναι ποιήσῃς τὴν γυναῖκα.

5. Παραπλήσιον δὲ καὶ μακρῷ τούτου γελοιότερον Στρατονίκην ποιῆσαι τὴν Σελεύκου γυναῖκα· τοῖς γὰρ ποιηταῖς ἀγῶνα προθεῖναι αὐτὴν περὶ ταλάντου, ὅστις ἂν ἄμεινον ἐπαινέσαι αὐτῆς τὴν κόμην, καίτοι φαλακρὰ ἐτύγχανεν οὖσα καὶ οὐδὲ ὅσας ὀλίγας τὰς ἑαυτῆς τρίχας ἔχουσα. Καὶ ὅμως οὕτω διακειμένη τὴν κεφαλὴν, ἁπάντων εἰδότων ὅτι ἐκ νόσου μακρᾶς τὸ τοιοῦτον ἐπεπόνθει, ἤκουε τῶν καταράτων ποιητῶν ὑακινθίνας τὰς τρίχας αὐτῆς λεγόντων καὶ οὔλους τινὰς πλοκάμους ἀναπλεκόντων καὶ σελίνοις τοὺς μηδὲ ὅλως ὄντας εἰκαζόντων.

6. Ἁπάντων οὖν τῶν τοιούτων κατεγέλα τῶν παρεχόντων αὐτοὺς τοῖς κόλαξι, καὶ προσετίθει δὲ ὅτι μὴ ἐν ἐπαίνοις μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐν γραφαῖς τὰ ὅμοια πολλοὶ κολακεύεσθαί τε καὶ ἐξαπατᾶσθαι θέλουσι. Χαίρουσι γοῦν, ἔφη, τῶν γραφέων ἐκείνοις μάλιστα οἳ ἂν πρὸς τὸ εὐμορφότερον αὐτοὺς εἰκάσωσιν· εἶναι δέ τινας οἳ καὶ προστάττουσι τοῖς τεχνίταις ἢ ἀφελεῖν τι τῆς ῥινὸς ἢ μελάντερα γράψασθαι τὰ ὄμματα ἢ ὅ τι ἂν ἄλλο ἐπιθυμήσωσιν αὐτοῖς προσεῖναι, εἶτα λανθάνειν αὐτοὺς ἀλλοτρίας εἰκόνας στεφανοῦντας καὶ οὐδὲν αὐτοῖς ἐοικυίας.

7. Ταῦτα δὲ καὶ τὰ τοιαῦτα ἔλεγε τὰ μὲν ἄλλα ἐπαινοῦσα τοῦ συγγράμματος, ἓν δὲ τοῦτο οὐ φέρουσα, ὅτι ταῖς θεαῖς αὐτὴν Ἥρᾳ καὶ Ἀφροδίτῃ εἴκασας· ὑπὲρ ἐμὲ γὰρ, φησὶ, μᾶλλον δὲ ὑπὲρ ἅπασαν τὴν ἀνθρωπίνην φύσιν τὰ τοιαῦτα. Ἐγὼ δέ σε οὐδ' ἐκεῖνα ἠξίουν, ταῖς ἡρωΐναις παραθεωρεῖν με Πηνελόπῃ καὶ Ἀρήτῃ καὶ Θεανοῖ, οὐχ ὅπως θεῶν ταῖς ἀρίσταις· καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε, Πάνυ, ἔφη, τὰ πρὸς τοὺς θεοὺς δεισιδαιμόνως καὶ ψοφοδεῶς ἔχω. Δέδια τοίνυν μὴ κατὰ τὴν Κασσιέπειαν εἶναι δόξω τὸν τοιοῦτον ἔπαινον προσιεμένη· καίτοι Νηρηΐσιν ἐκείνη ἀντεξητάζετο, Ἥραν δὲ καὶ Ἀφροδίτην ἔσεβεν.

8. Ὥστε, ὦ Λυκῖνε, μεταγράψαι σε τὰ τοιαῦτα ἐκέλευσεν, ἢ αὐτὴ μὲν μαρτύρασθαι τὰς θεὰς ὡς ἀκούσης αὐτῆς γέγραφας, σὲ δὲ εἰδέναι ὅτι ἀνιάσει αὐτὴν τὸ βιβλίον οὕτω περινοστοῦν, ὥσπερ νῦν σοι διάκειται, οὐ μάλα εὐσεβῶς οὐδὲ ὁσίως τὰ πρὸς τοὺς θεούς. Ἐδόκει τε ἀσέβημα ἑαυτῆς καὶ πλημμέλημα τοῦτο δόξειν, εἰ ὑπομένοι τῇ ἐν Κνίδῳ καὶ τῇ ἐν κήποις ὁμοία λέγεσθαι· καί σε ὑπεμίμνησκε τῶν τελευταίων ἐν τῷ βιβλίῳ περὶ αὐτῆς εἰρημένων, ὅτι μετρίαν καὶ ἄτυφον ἔφης αὐτὴν οὐκ ἀνατεινομένην ὑπὲρ τὸ ἀνθρώπινον μέτρον, ἀλλὰ πρόσγειον τὴν πτῆσιν ποιουμένην, ὁ δὲ ταῦτα εἰπὼν

sta statura deficientem, laudatam a poeta in carmine, quum propter cetera, tum etiam quod pulchra et magna esset, qui populo arbori compararet proceram illius erectamque staturam. Atque illam quidem gestire ad laudem, quasi ad carminis mensuram cresceret, et manum movere; poetam vero sæpe idem canere, videntem nimirum quantum laudibus delectaretur; donec tandem præsentium aliquis ad aurem illius inclinatus diceret, Desine quæso, ne facias ut surgat etiam mulier.

5. Simile huic, et multo magis hoc ridiculum Stratonicen fecisse, uxorem Seleuci. Poetis enim illam certamen proposuisse de talento, quis melius laudaret ipsius comam, licet calva esset, ac ne paucissimos quidem suos capillos haberet. Et tamen quum sic affectum caput haberet, scirentque omnes a longo hoc illi morbo accidisse; audiebat exsecrabiles poetas, quum hyacinthinos illius crines dicerent, et plexus quosdam inflecterent cincinnorum, et apiis eos, qui neque essent omnino, compararent.

6. Hos itaque deridebat omnes, qui præberent se adulatoribus; adjungebatque, non in laudationibus solum, verum etiam in picturis similiter, demulceri multos decipique velle. Gaudent enim, inquit, inter pictores illis maxime, qui pulchriore illos specie exprimunt : esse autem qui injungant etiam artificibus, aut auferre quid a naso, aut nigriores pingere oculos, aut si quid aliud adesse sibi cupiant : deinde imprudentes coronare signa aliena et nihil sibi similia.

7. Hæc vero ac talia dicebat mulier, reliqua laudans in libro, unum autem hoc non ferens, quod deabus illam Junoni et Veneri comparasti. Supra me enim, inquit, quin humanam supra omnem naturam sunt talia. Ego vero ne illud quidem volebam, ut cum heroinis me contenderes, Penelope et Arete et Theanone, nedum ut cum dearum præstantissimis. Etenim istud quoque dixit, Religiose admodum et meticulose adversum deos animo affecta sum. Metuo igitur ne Cassiepeæ fatum simile sustinere videar, laudem ejusmodi si admisero. Et tamen Nereidibus modo se conferebat illa, Junonem autem et Venerem colebat.

8. Talia itaque, Lycine, rescribere te et immutare jussit, alioquin ipsam se deas testari, contra suam voluntatem te scripsisse, quum scias molestum ipsi fore libellum ita oberrantem, uti nunc compositus est, neque pietate erga deos neque religione conservata. Putabat autem impie a se factum et suam culpam visum iri, si Cnidiæ, aut illi quæ in Hortis colitur, Veneri similem se dici patiatur : admonebatque te eorum quæ in fine libri de ipsa a te dicta sunt, quum modestam et a fastu alienam laudasti, quæ ultra humanam se mensuram non extenderet, sed volatum faceret terræ vicinum : quum tu statim post hæc ipsa dicta, supra cœlum

ν τὸν οὐρανὸν ἀναβιβάζει τὴν γυναῖκα, ὡς καὶ
ν ἀπεικάζειν.
ίου δέ σε μηδὲ ἀξυνετωτέραν αὐτὴν ἡγεῖσθαι
ἐνδρου, ὃς τοῦ ἀρχιτέκτονος ὑπισχνουμένου τὸν
μετασχηματιεῖν καὶ μορφώσειν πρὸς αὐτὸν,
ς ἅπαν εἰκόνα γενέσθαι τοῦ βασιλέως, ἔχοντα
ς ἐν ταῖν χεροῖν, οὐ προσήκατο τὴν τερατείαν
ζέσεως, ἀλλ' ὑπὲρ αὐτὸν ἡγησάμενος τὸ τόλ-
υσε τὸν ἄνθρωπον οὐ πιθανῶς κολοσσοὺς ἀνα-
α καὶ τὸν Ἄθω κατὰ χώραν ἐᾶν ἐκέλευσε μηδὲ
ρύνειν ὄρος οὕτω μέγα πρὸς μικροῦ σώματος
ι. Ἐπῄνει δὲ τὸν Ἀλέξανδρον τῆς μεγαλο-
αὶ ἀνδριάντα μείζω τοῦτον τοῦ Ἄθω ἔλεγεν
εστάναι ἐν ταῖς τῶν ἀεὶ μεμνησομένων δια-
γὰρ μικρᾶς εἶναι γνώμης ὑπεριδεῖν οὕτω πα-
ιμῆς.
αὶ ἑαυτὴν οὖν τὸ μὲν πλάσμα σου ἐπαινεῖν καὶ
ιαν τῶν εἰκόνων, μὴ γνωρίζειν δὲ τὴν ὁμοιότη-
ιρ εἶναι τῶν τηλικούτων ἀξίαν, μηδὲ ἐγγὺς, ὅτι
ην τινὰ, γυναῖκά γε οὖσαν· ὥστε ἀφίησί σοι
ὴν τιμὴν καὶ προσκυνεῖ σου τὰ ἀρχέτυπα πα-
τα. Σὺ δὲ τὰ ἀνθρώπινα ταῦτα ἐπαίνει αὐ-
δὲ ὑπὲρ τὸν πόδα ἔστω τὸ ὑπόδημα, μὴ καὶ
ση με, φησὶν, ἐμπεριπατοῦσαν αὐτῷ. Κἀ-
εἰπεῖν σοι ἐνετείλατο.
Ἀκούω, ἔφη, πολλῶν λεγόντων — εἰ δὲ ἀληθὲς,
ἄνδρες ἴστε — μηδ' Ὀλυμπίασιν ἐξεῖναι τοῖς
είζους τῶν σωμάτων ἀνεστάναι τοὺς ἀνδριάν-
ὰ ἐπιμελεῖσθαι τοὺς Ἑλλανοδίκας ὅπως μηδὲ
βάληται τὴν ἀλήθειαν, καὶ τὴν ἐξέτασιν τῶν
ων ἀκριβεστέραν γίγνεσθαι τῆς τῶν ἀθλητῶν
ς. Ὥστε ὅρα, ἔφη, μὴ αἰτίαν λάβωμεν ψεύ-
τῷ μέτρῳ, κᾆτα ἡμῶν ἀνατρέψωσιν οἱ Ἑλ-
ι τὴν εἰκόνα.
Ταῦτα μὲν ἔλεγεν ἐκείνη. Σὺ δὲ σκόπει, ὦ
ὅπως μετακοσμήσεις τὸ βιβλίον καὶ ἀφαιρήσεις
τα, μηδὲ σφαλῇς πρὸς τὸ θεῖον· ὡς ἐκείνη πάνυ
ἐδυσχέραινε καὶ ὑπέφριττε μεταξὺ ἀναγιγνω-
ν καὶ παρῃτεῖτο τὰς θεὰς ἵλεως εἶναι αὐτῇ, καὶ
ιη, εἰ γυναικεῖόν τι ἔπαθε. Καίτοι εἰ χρὴ τά-
πεῖν, καὶ αὐτῷ ἐμοὶ τοιοῦτόν τι εἶναι ἔδοξε· τὸ
πρῶτον ἀκούων οὐδὲν πλημμέλημα ἐνεώρων
ραμμένοις, ἐπεὶ δὲ ἐκείνη ἐπεσημήνατο, καὶ
ρχομαι τὰ ὅμοια γιγνώσκειν περὶ αὐτῶν, καὶ
ήσιόν τι ἔπαθον οἷς ἐπὶ τῶν ὁρωμένων πάσχο-
μὲν πάνυ ἐγγύθεν σκοπῶμέν τι καὶ ὑπὸ τῶν
ῶν αὐτῶν, οὐδὲν ἀκριβὲς διαγιγνώσκομεν, ἣν δὲ
τες ἐκ τοῦ συμμέτρου διαστήματος ἴδωμεν,
σαφῶς καταφαίνεται τὰ εὖ καὶ τὰ μὴ οὕτως

Τὸ δὴ ἄνθρωπον οὖσαν Ἀφροδίτῃ καὶ Ἥρᾳ
τί ἄλλο ἢ ἄντικρύς ἐστιν εὐτελίζειν τὰς θεάς; ἐν
τοιούτοις οὐχ οὕτω τὸ μικρὸν μεῖζον γίγνεται
θέσει, ὡς τὸ μεῖζον ἀποσμικρύνεται πρὸς τὸ

ipsum mulierem extollas, ut ipsis etiam deabus eam dicas similem.

9. Petebat porro ex te, ne Alexandro imprudentiorem se putares, qui, pollicente architecto se toto Atho montis habitu immutato formaturum eum ad ipsius exemplum, ut universus mons statua fieret regis, duas in manibus urbes tenens, non admisit portentosum promissum, sed supra se arbitratus audacem conatum, quiescere hominem jussit, colossos parum probabiliter effingentem, et ut suo loco relinqueret Athon imperavit, nec montem ita magnum ad parvi corporis similitudinem attenuaret. Laudabat vero illam Alexandri magnanimitatem, eamque majorem ipso Atho statuam sibi posuisse aiebat in eorum, qui semper illius recordaturi essent, mentibus. Neque enim parvi animi esse, incredibiliter magnum adeo honorem despicere.

10. Se quoque ipsam igitur commentum illud tuum laudare, et excogitatas imagines; similitudinem autem non agnoscere: neque enim illis se, ac ne propemodum quidem, dignam, quin neque aliam ullam, quæ quidem sit mulier. Itaque remittit tibi hunc honorem, adoratque primigenia illa tua exempla. Tu vero hoc nostro humano more illam lauda, neu pede major esto calceus, Ne supplantet me, inquit, in illo incedentem. Etiam illud dicere me tibi præcepit.

11. Audio, inquit, multis dicentibus (utrum verum sit, vos viri nostis), ne Olympiæ quidem licere victoribus majores corporibus ponere statuas, sed curari ab Hellanodicis, ne quis verum excedat, et accuratius statuarum examen institui, quam ipsorum receptionis athletarum. Ergo vide, inquit, ne culpam contrahamus mendacii circa mensuram, ac nostram deinde imaginem Hellanodicæ dejiciant.

12. Hæc illa. Tu vero vide, Lycine, ut retractes librum, et talia auferas, neve in numen pecces: quum illa ægre admodum ea tulerit, et cohorruerit dum legerentur, et deas, ut propitiæ sibi essent, deprecata fuerit: et ignoscendum illi, si quid muliebre ei accidisset. Ac profecto, si verum fatendum est, mihi quoque ipsi talis esse res videbatur. Nam primo quidem audiens recitantem, peccatum nullum in scriptis animadverti: at postquam illa suam significavit sententiam, ipse quoque affinia iis sentire incipio. Atque simile quid mihi usu venit iis quæ in rebus illis observamus, quas oculis cernimus: si enim plane ex proximo, et sub ipsis oculis videmus aliquid, nihil accurate discernimus; si vero recedentes aliquantulum ex proportionis distantia spectamus, dilucide omnia apparent, quæque recte, quæque non ita habent.

13. Nimirum homo quæ sit, eam Veneri et Junoni similem pronunciare, quid aliud est, quam aperte detrahere deabus? In talibus enim non tam quod parvum est majus fit illa compositione, quam minuitur majus, dum ad hu-

ταπεινότερον κατασπώμενον· οἷον εἴ τινες ἅμα βαδίζοιεν, ὁ μὲν μέγιστος, ὁ δὲ πάνυ τῇ ἡλικίᾳ χαμαίζηλος, εἶτα δεήσειεν ἀπισῶσαι αὐτοὺς, ὡς μὴ ὑπερέχειν θατέρου τὸν ἕτερον, οὐ τοῦ βραχυτέρου ὑπερανατεινομένου τοῦτο γένοιτ' ἂν, κἂν ὅτι μάλιστα ἀκροποδητὶ ἐπεγείρῃ ἑαυτόν· ἀλλ' εἰ μέλλουσιν ὁμήλικες φανεῖσθαι, ὁ μείζων ἐκεῖνος ἐπικύψει καὶ ταπεινότερον ἀποφανεῖ ἑαυτόν. Ὡσαύτως δὲ καὶ ἐν ταῖς τοιαύταις εἰκόσιν οὐχ οὕτως ἄνθρωπος μείζων γίγνεται, ἤν τις αὐτὸν θεῷ ἀπεικάζῃ, ὡς τὸ θεῖον ἀνάγκη ἐλαττοῦσθαι πρὸς τὸ ἐνδέον ἐπικλώμενον· καὶ γὰρ εἰ μὲν ὑπὸ ἀπορίας τῶν ἐπιγείων ἐπὶ τὰ οὐράνια ἐκτείνοι τις τὸν λόγον, ἧττονα ἂν ὁ τοιοῦτος αἰτίαν ἔχοι ὑπὸ ἀσεβείας αὐτὸ δρᾶν· σὺ δὲ τοσαῦτα ἔχων κάλλη γυναικῶν Ἀφροδίτῃ καὶ Ἥρᾳ εἰκάσαι αὐτὴν ἐτόλμησας οὐδὲν δέον.

14. Ὥστε τὸ ἄγαν τοῦτο καὶ ἐπίφθονον ἀφαίρει, ὦ Λυκῖνε· οὐ γὰρ πρὸς τοῦ σοῦ τρόπου τὸ τοιοῦτον, ὃς οὐδὲ ἄλλως ῥᾴδιος πρὸς τοὺς ἐπαίνους καὶ πρόχειρος ὢν ἐτύγχανες· ἀλλὰ νῦν οὐκ οἶδ' ὅπως ἀθρόαν πεποίησαι τὴν μεταβολὴν ἐπιδαψιλευόμενος καὶ ἐκ τοῦ τέως φειδομένου ἄσωτος ἐν τοῖς ἐπαίνοις ἀναπέφηνας. Ἀλλὰ μηδὲ ἐκεῖνον αἰσχυνθῇς, εἰ μεταρρυθμιεῖς τὸν λόγον ἤδη διαδεδομένον· ἐπεὶ καὶ Φειδίαν φασὶν οὕτω ποιῆσαι, ὁπότε ἐξειργάσατο τοῖς Ἠλείοις τὸν Δία· στάντα γὰρ αὐτὸν κατόπιν τῶν θυρῶν, ὁπότε τὸ πρῶτον ἀναπετάσας ἐπεδείκνυε τὸ ἔργον, ἐπακούειν τῶν αἰτιωμένων τι ἢ ἐπαινούντων· ᾐτιᾶτο δὲ ὁ μὲν τὴν ῥῖνα ὡς παχεῖαν, ὁ δὲ ὡς ἐπιμηκέστερον τὸ πρόσωπον, ὁ δὲ ἄλλος ἄλλο τι. Εἶτ' ἐπειδὴ ἀπηλλάγησαν οἱ θεαταὶ, αὖθις τὸν Φειδίαν ἐγκλεισάμενον ἑαυτὸν ἐπανορθοῦν καὶ ῥυθμίζειν τὸ ἄγαλμα πρὸς τὸ τοῖς πλείστοις δοκοῦν· οὐ γὰρ ἡγεῖτο μικρὰν εἶναι συμβουλὴν δήμου τοσούτου, ἀλλ' ἀεὶ ἀναγκαῖον ὑπάρχειν τοὺς πολλοὺς περιττότερον ὁρᾶν τοῦ ἑνὸς, κἂν Φειδίας ᾖ. Ταῦτά σοι παρ' ἐκείνης κομίζω καὶ αὐτὸς παραινῶ ἑταῖρός τε καὶ εὔνους ὤν.

16. ΛΥΚΙΝΟΣ. Πολύστρατε, οἷος ὢν ῥήτωρ ἐλελήθεις με· ῥῆσιν γοῦν οὕτω μακρὰν καὶ κατηγορίαν τοσαύτην ἐξενήνοχας κατὰ τοῦ συγγράμματος, ὥστε μηδὲ ἐλπίδα μοι ἀπολογίας ἔτι καταλείπεσθαι. Πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνό γε οὐ δικαστικὸν ἐποιήσατε, καὶ μάλιστα σὺ ἐρήμην καταδιαιτήσας τοῦ βιβλίου μὴ παρόντος αὐτῷ τοῦ συνηγόρου. Ῥᾷστον δὲ, οἶμαι, τοῦτό ἐστι κατὰ τὴν παροιμίαν, μόνον θέοντα κρατεῖν. Ὥστε οὐδὲν θαυμαστὸν, εἰ καὶ ἡμεῖς ἑάλωμεν οὔτε ὕδατος ἡμῖν ἐγχυθέντος οὔτε ἀπολογίας ἀποδοθείσης. Μᾶλλον δὲ τοῦτο πάντων ἀτοπώτατον, οἱ αὐτοὶ κατήγοροι καὶ δικασταὶ ἦτε. Πότερα δ' οὖν ἐθέλεις, ἀγαπήσας τοῖς ἐγνωσμένοις ἡσυχίαν ἄγω ἢ κατὰ τὸν Ἱμεραῖον ποιητὴν παλινῳδίαν τινὰ συγγράφω, ἢ δώσετέ μοι ἐφέσιμον ἀγωνίσασθαι τὴν δίκην;

ΠΟΛ. Νὴ Δί', ἤνπερ ἔχῃς τι δίκαιον εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἐν ἀντιδίκοις, ὡς σὺ φῄς, ἀλλ' ἐν φίλοις ποιήσῃ τὴν ἀπολογίαν. Ἐγὼ δὲ καὶ συνεξετάζεσθαί σοι ἕτοιμος ἐπὶ τῆς δίκης.

milius deprimitur. Velut, si qui una eant, unus quidem admodum procerus, at alter statura valde humili; deinde oporteat æquare illos, ne alter supra alterum emineat: non minore supra modum extendente se hoc fiat, si vel maxime in summos se digitos erigat; sed si debent æqualis staturæ videri, major ille inclinabit se scilicet, et se ostendet humiliorem. Similiter in hujusmodi comparationibus non tam homo fit excelsior, deo si eum assimiles, quam divina natura minuitur necessario, ad imperfectum illud depressa. Ac si præ inopia terrestrium ad cœlestia sermonem extendat aliquis, minorem ille culpam sustinuerit, quasi præ impietate hoc faciat: tu vero, tot quum habeas mulierum formas, Veneri illam et Junoni similem dicere ausus es sine ulla necessitate.

14. Itaque quod nimium est et invidiosum aufer, Lycine: neque enim tuorum tale quid morum est, qui neque alias facilis ad laudes et promtus esse soleas, sed nunc nescio quomodo subitam mutationem feceris plane jam luxurians, atque ex parco ad illum diem prodigus in laudando exstiteris. Verum neque illud te pudeat, si retractes librum jam in vulgus editum: quandoquidem etiam Phidiam sic fecisse aiunt, quum Jovem Eleis elaborasset. Stantem enim post valvas ædiculæ, quum primum illis remotis opus ostenderet, auscultasse reprehendentes aliquid, aut laudantes: reprehendebat autem alius quidem nasum, ut nimis crassum, alius faciem ut longiorem, alius aliud quid. Deinde quum discessissent, rursus Phidiam inclusum emendasse et correxisse signum de plurium sententia. Neque enim putabat parvum esse consilium tanti populi, sed necesse semper esse, ut multi plus videant uno, si vel sit Phidias. Hæc tibi ab illa affero, et ipse hortor sodalis tuus atque amicus.

15. LYCINUS. Quantum te oratorem, Polystrate, ignoravi! Orationem quidem adeo longam, et tantam contra scriptum meum accusationem protulisti, ut ne spes quidem mihi defensionis ulla relicta sit. Verum enim vero hoc non pro forma et consuetudine judiciorum fecistis, tu maxime, quod indicta causa judicium dedisti contra libellum, non præsente ipsius advocato. Facillimum autem, puto, hoc est ex proverbio, vincere quum solus curras. Itaque nihil mirum, si et nos causa cecidimus, neque aqua nobis infusa, neque concessa causæ dicendæ facultate. Potius autem, quod quidem omnium minime conveniebat, accusatores iidem fuistis et judices. Utrum igitur vis, contentus decretis vestris quiescam, an Himeræi poetæ exemplo palinodiam scribam; an vero provocandi mihi copiam dabitis?

POL. Per Jovem, si quidem habueris quod de jure dicas. Neque enim inter adversarios, ut tu vocas, sed inter amicos causam dices. Ego vero etiam idem tecum judicium subire paratus sum.

16. ΛΥΚ. Ἀλλ' ἐκεῖνο ἀνιαρὸν, ὦ Πολύστρατε, ὅτι μὴ ἐκείνης παρούσης ποιήσομαι τοὺς λόγους· μακρῷ γὰρ ἂν οὕτως ἄμεινον ἦν. Νῦν δὲ ἀνάγκη ἀπ' ἐντολῆς ἀπολογήσασθαι. Ἀλλ' εἴ μοι τοιοῦτος ἀγγελιαφόρος γένοιο πρὸς αὐτὴν οἷος παρ' ἐκείνης πρός με γεγένησαι, τολμήσω ἀναρρῖψαι τὸν κύβον.

ΠΟΛ. Θάρρει, ὦ Λυκῖνε, τούτου γε ἕνεκα, ὡς οὐ φαῦλόν με ὑποκριτὴν ἕξων τῆς ἀπολογίας, πειρώμενος διὰ βραχέων εἰπεῖν, ὡς ἂν μᾶλλον μνημονεύσαιμι.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν πάνυ μὲν ἔδει μοι μακρῶν τῶν λόγων πρὸς οὕτω σφοδρὰν τὴν κατηγορίαν. Ὅμως δὲ σοῦ ἕνεκα ἐπιτεμοῦμαι τὴν ἀπολογίαν. Καὶ παρ' ἐμοῦ τοίνυν τάδε αὐτῇ ἀπάγγελλε.

ΠΟΛ. Μηδαμῶς, ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ὥσπερ αὐτῆς ἐκείνης παρούσης λέγε τὸν λόγον, εἶτ' ἐγὼ μιμήσομαί σε πρὸς αὐτήν.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὕτω σοι δοκεῖ, ὦ Πολύστρατε, ἡ μὲν πάρεστι καὶ προείρηκε δηλαδὴ ἐκεῖνα ὁπόσα σὺ παρ' αὐτῆς ἀπήγγειλας, ἡμᾶς δὲ χρὴ τῶν δευτέρων λόγων ἐνάρχεσθαι. Καίτοι — οὐ γὰρ ὀκνήσω πρὸς σὲ εἰπεῖν ὃ πέπονθα — οὐκ οἶδ' ὅπως φοβερώτερόν μοι τὸ πρᾶγμα πεποίηκας, καὶ ὡς ὁρᾷς ἱδρῶ τε ἤδη καὶ δέδοικα καὶ μονονουχὶ καὶ ὁρᾶν αὐτὴν οἴομαι καὶ τὸ πρᾶγμα πολλήν μοι τὴν ταραχὴν ἐμπεποίηκεν. Ἄρξομαι δ' ὅμως· οὐ γὰρ οἷόν τε ἀναδῦναι ἤδη παρούσης.

ΠΟΛ. Καὶ νὴ Δία πολλὴν τὴν εὐμένειαν ἐπιφαίνει τῷ προσώπῳ· φαιδρὰ γὰρ ὡς ὁρᾷς καὶ προσηνής· ὥστε θαρρῶν λέγε τὸν λόγον.

17. ΛΥΚ. Ἐγώ σε, ὦ γυναικῶν ἀρίστη, μεγάλα, ὡς φῄς, καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἐπαινέσας οὐχ ὁρῶ ὅ τι τηλικοῦτον ἐπῄνεσα, ἡλίκον αὐτὴ σὺ τοῦτο ἐγκώμιον ὑπὲρ σεαυτῆς ἐξενήνοχας τὴν πρὸς τὸ θεῖον τιμὴν ἐν μεγάλῳ τιθεμένη· σχεδὸν γὰρ ἁπάντων τοῦτο μεῖζον ὧν εἴρηκα περὶ σοῦ, καὶ συγγνώμη, εἰ μὴ καὶ ταύτην σοι προσέγραψα τὴν εἰκόνα ὑπ' ἀγνοίας με διαλαθοῦσαν· οὐ γὰρ ἂν ἄλλην πρὸ αὐτῆς ἐγραψάμην. Ὥστε ταύτῃ γε οὐχ ὅπως ὑπερβάλλεσθαι τοὺς ἐπαίνους, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερόν μοι δοκῶ τῆς ἀξίας εἰρηκέναι. Σκόπει γοῦν ἡλίκον τοῦτο παρέλιπον, ὡς παμμέγεθες εἰς ἐπίδειξιν τρόπου χρηστοῦ καὶ γνώμης ὀρθῆς· ὡς ὅσοι τὸ θεῖον μὴ ἐν παρέργῳ σέβουσιν, οὗτοι καὶ τὰ πρὸς ἀνθρώπους ἄριστοι ἂν εἶεν. Ὥστε εἰ πάντως μετακοσμῆσαι δέοι τὸν λόγον καὶ τὸ ἄγαλμα ἐπανορθώσασθαι, ἀφελεῖν μὲν οὐκ ἄν τι τολμήσαιμι αὐτοῦ, προσθήσω δὲ καὶ τοῦτο ὥς τινα κεφαλὴν τοῦ παντὸς ἔργου καὶ κορυφήν. Ἐπ' ἐκείνῳ μέντοι καὶ πάνυ πολλήν σοι εἰδέναι τὴν χάριν ὁμολογῶ· ἐμοῦ γὰρ ἐπαινέσαντος τοῦ σοῦ τρόπου τὸ μέτριον καὶ ὅτι μηδὲν ὑπερπετὲς μηδὲ τύφου μεστὸν ἐνεποίησέ σοι ὁ παρὼν ὄγκος τῶν πραγμάτων, σὺ τὰ τοιαῦτα αἰτιασαμένη τοῦ λόγου ἐπιστώσω τοῦ ἐπαίνου τὴν ἀλήθειαν· τὸ γὰρ μὴ προσαρμόζειν τὰ τοιαῦτα τῶν ἐγκωμίων, ἀλλ' αἰδεῖσθαι ἐπ' αὐτοῖς καὶ μείζω ἢ κατὰ σὲ εἶναι λέγειν, μετρίας καὶ δημοτικῆς τινος διανοίας δεῖγμά ἐστι. Πλὴν ἀλλὰ ἐς ὅσονπερ ἂν πρὸς τὸ ἐπαι-

16. LYC. At illud molestum, Polystrate, quod non illa præsente habebo orationem : longe enim sic esset melius. Jam vero necesse est per mandatum causam dicere. Verum si talis mihi ad illam internuncius fueris, qualis ab illa ad me fuisti, jacere aleam audebo.

POL. Bono animo esto, quantum ad hoc, Lycine; nec enim malum me defensionis tuæ apud illam actorem habebis, si breviter dicere studeas, quo facilius memoria complectar.

LYC. Atqui longissima mihi oratione opus erat, adversus vehementem adeo accusationem. Verumtamen tua causa in compendium mittam defensionem. A me igitur ista illi renuncia.

POL. Nequaquam, Lycine : sed tanquam illa præsente habe orationem : tum ego apud illam te imitabor.

LYC. Igitur, quando ita tibi videtur, Polystrate, ipsa jam adest, et prior dixit nimirum quæcumque tu ab ipsa mihi renunciasti : nos autem oportet altero jam loco dicere incipere. Quanquam (neque enim dicere apud te piget, quid mihi acciderit) terribilius mihi nescio qua ratione hoc negotium reddidisti : atque, ut vides, sudo jam, et pertimui, ac tantum non videre etiam ipsam mihi videor, multamque mihi perturbationem hæc res objecit. Verumtamen incipiam; nam subducere me, ipsa jam præsente, non est integrum.

POL. Ac multam, ita me Jupiter, benevolentiam ipso vultu præ se fert : hilaris enim, ut vides, et propitia est. Itaque fidenter orationem habe.

17. LYC. Ego te, mulierum præstantissima, quum vehementer, ut ais, et ultra modum laudaverim, non video qua in re laudaverim tantum, quantum ipsa de te præconium illud protulisti, quod magni adeo facis honorem numinis. Prope enim illis quæ de te dixi omnibus illud majus est : et venia mihi debetur, si non hanc quoque tibi imaginem depinxi, quæ propter ignorantiam me fugerit : neque enim aliam ante illam pinxissem. Itaque hac quidem parte adeo non excessisse modum in laudando mihi videor, ut potius multo tenuius quam pro dignitate dixerim. Considera igitur quantum hoc sit quod prætermisi, quam immensum ad boni moris et recti animi demonstrationem; quatenus, quicumque divinum numen non obiter colunt, iidem etiam adversus homines optimi fuerint. Itaque si omnino retractare orationem oporteat et simulacrum corrigere, auferre quidem de illo nihil ausim, sed illud tanquam caput totius operis atque verticem adjecerim. Verum eo nomine gratiam tibi me, et magnam quidem, habere fateor. Quum enim illam animi tui moderationem laudaverim, et quod nihil in te superbum, nihil tumidum præsens rerum amplitudo produxit; tu tales ob causas libellum accusans, veritatis fidem laudationi fecisti. Etenim non referre ad se talia præconia, sed pudore propter ea confundi, et majora quam quæ tibi conveniant dicere, id ipsum vero moderati et civilis animi specimen est. Verum quanto magis

νεῖσθαι αὐτὸ οὕτω διακειμένη τυγχάνῃς, τοσοῦτον ἀξιωτέραν ὑπερεπαινεῖσθαι ἀποφαίνεις σεαυτήν. Καὶ σχεδὸν ἐς τὸν τοῦ Διογένους λόγον περιελήλυθέ σοι τὸ πρᾶγμα, ὃς ἐρομένου τινὸς, ὅπως ἂν τις ἔνδοξος γένοιτο, Εἰ δόξης, ἔφη, καταφρονήσειε· φαίην γὰρ ἂν καὶ αὐτὸς, εἴ τις ἔροιτό με, Τίνες εἰσὶ μάλιστα ἐπαίνου ἄξιοι; Ὁπόσοι ἐπαινεῖσθαι μὴ θέλουσιν.

18. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἴσως ἐξαγώνια καὶ πόρρω τοῦ πράγματος. Ὑπὲρ δὲ οὗ χρὴ ἀπολογήσασθαι, τοῦτό ἐστιν, ὅτι τῇ ἐν Κνίδῳ καὶ τῇ ἐν κήποις καὶ Ἥρᾳ καὶ Ἀθηνᾷ τὴν μορφὴν ἀναπλάττων εἴκασα· ταῦτά σοι ἔκμετρα ἔδοξε καὶ ὑπὲρ τὸν πόδα. Περὶ αὐτῶν δὴ τούτων ἐρῶ. Καίτοι παλαιὸς οὗτος ὁ λόγος, ἀνευθύνους εἶναι καὶ ποιητὰς καὶ γραφέας, τοὺς δὲ ἐπαινοῦντας καὶ μᾶλλον, οἶμαι, εἰ καὶ χαμαὶ καὶ βάδην ὥσπερ ἡμεῖς, ἀλλὰ μὴ ἐπὶ μέτρων φέροιντο. Ἐλεύθερον γάρ τι ὁ ἔπαινος οὐδ' ἔστιν αὐτοῦ μέτρον εἰς μέγεθος ἢ βραχύτητα νενομοθετημένον, ἀλλὰ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος ὁρᾷ, ὅπως ὑπερθαυμάσεται καὶ ζηλωτὸν ἀποφανεῖ τὸν ἐπαινούμενον. Οὐ μὴν ταύτην ἐγὼ βαδιοῦμαι, μὴ καὶ σοὶ δόξω ὑπ' ἀπορίας αὐτὸ δρᾶν.

19. Ἐκεῖνο δέ σοί φημι, τοιαύτας ἡμῖν τὰς ἀφορμὰς τῶν ἐπαινετικῶν τούτων λόγων εἶναι, ὡς χρὴ τὸν ἐπαινοῦντα καὶ εἰκόσι καὶ ὁμοιώσεσι προσχρῆσθαι, καὶ σχεδὸν ἐν τούτῳ τὸ μέγιστόν ἐστιν εὖ εἰκάσαι· τὸ δὲ εὖ ὧδε μάλιστ' ἂν κρίνοιτο, οὐχ ἢν τις τοῖς ὁμοίοις παραβάλλῃ οὐδ' ἢν πρὸς τὸ ὑποδεέστερον ποιῆται τὴν παράθεσιν, ἀλλ' ἢν πρὸς τὸ ὑπερέχον ὡς οἷόν τε προσβιβάζῃ τὸ ἐπαινούμενον. Οἷον εἴ τις κύνα ἐπαινῶν εἴποι ἀλώπεκος εἶναι μείζω αὐτὸν ἢ αἰλούρου, ἆρά σοι δοκεῖ ὁ τοιοῦτος ἐπαινεῖν εἰδέναι; Οὐκ ἂν εἴποις. Οὐ μὴν οὐδ' εἰ λύκῳ φαίη ἴσον αὐτὸν ὑπάρχειν, οὐδὲ οὕτω μεγαλωστὶ ἐπήνεσεν. Ἀλλὰ ποῦ τὸ ἴδιον τοῦ ἐπαίνου ἀποτελεῖται; ἢν ὁ κύων τῷ λέοντι ἐοικέναι λέγηται καὶ μέγεθος καὶ ἀλκήν. Ὡς ὁ τὸν Ὠρίωνος κύνα ἐπαινῶν ἔφη ποιητὴς λεοντοδάμαν αὐτόν· οὗτος γὰρ δὴ κυνὸς ἐντελὴς ἔπαινος. Καὶ πάλιν εἴ τις Μίλωνα τὸν ἐκ Κρότωνος ἢ Γλαῦκον τὸν ἐκ Καρύστου ἢ Πολυδάμαντα ἐπαινέσαι θέλων ἔπειτα λέγοι ἰσχυρότερον ἕκαστον αὐτῶν γυναικὸς γενέσθαι, οὐκ ἂν οἴει γελασθῆναι αὐτὸν ἐπὶ τῇ ἀνοίᾳ τοῦ ἐπαίνου; ὅπου γε καὶ εἰ ἑνὸς ἀνδρὸς ἔλεγεν ἀμείνω εἶναι αὐτὸν, οὐδὲ τοῦτο ἀπέχρησεν ἂν εἰς ἔπαινον. Ἀλλὰ πῶς ἐπῄνεσε ποιητὴς εὐδόκιμος τὸν Γλαῦκον, οὐδὲ Πολυδεύκεος βίαν φήσας ἀνατείνασθαι ἂν αὐτῷ ἐναντίας τὰς χεῖρας οὐδὲ σιδάρεον Ἀλκμήνας τέκος; Ὁρᾷς ὁποίοις αὐτὸν θεοῖς εἴκασε; μᾶλλον δὲ καὶ αὐτῶν ἐκείνων ἀμείνω ἀπέφηνε. Καὶ οὔτε αὐτὸς ὁ Γλαῦκος ἠγανάκτησε τοῖς ἐφόροις τῶν ἀθλητῶν θεοῖς ἀντεπαινούμενος οὔτε ἐκεῖνοι ἠμύναντο ἢ τὸν Γλαῦκον ἢ τὸν ποιητὴν ὡς ἀσεβοῦντα περὶ τὸν ἔπαινον, ἀλλὰ εὐδοκίμουν ἄμφω καὶ ἐτιμῶντο ὑπὸ τῶν Ἑλλήνων, ὁ μὲν ἐπὶ τῇ ἀλκῇ, ὁ δὲ ποιητὴς ἐπί τε τοῖς ἄλλοις καὶ ἐπ' αὐτῷ τούτῳ μάλιστα τῷ ᾄσματι. Μὴ δὴ θαυμάσῃς, εἰ καὶ αὐτὸς εἰκάσαι βουλόμενος, ὅπερ ἦν τῷ ἐπαινοῦντι ἀναγκαῖον,

ad ipsas laudes sic affecta animo es, tanto te demonstras summis laudibus digniorem. Ac pæne ad illud Diogenis dictum tibi res devenit, qui interrogante quodam, quomodo gloriam quis posset consequi, Si gloriam, inquit, contempserit. Nam ipse quoque, si quis ex me quærat, Qui sunt maxima laude digni? dixerim, Qui laudari minime volunt.

18. Sed ista forte extra quæstionem sunt, et a causa sejuncta. Pro quo autem nunc jam causa dicenda, illud est, quod Cnidiæ Veneri, et quæ in Hortis colitur, et Junoni, et Minervæ similem dixi, quum formam tuam effingerem : hæc modum tibi pedemque excedere visa sunt : de his igitur ipsis dicam. Quanquam antiquum illud dictum est, ad causam dicendam non vocari poetas et pictores : verum qui laudant, etiam minus, puto, etsi humi et pedestri, ut nos, oratione, sed non per metra ferantur. Liberum enim quiddam laus est, nec est modus illius ad magnitudinem aut brevitatem lege constitutus ; sed hoc solum omni modo videt, ut in summa admiratione ponat et æmulatione dignum ostendat eum qui laudatur. Verum hoc non incedam equidem, ne consilii inopia hoc facere tibi etiam videar.

19. At illud dico, tales esse nobis in laudum scriptione locos et formas, ut is qui laudat, imaginibus etiam similitudinibusque utatur : et est fere in hoc laudandi opere illud maximum, bene comparare. Porro illud bene sic maxime judicetur, non si quis paribus aliquid comparet, neque si ad vilius quid collationem instituat ; verum si quis ad aliquid excellentius, quantum ejus fieri potest, illud quod laudatur admoveat. Velut si quis in laude canis dicat, illum vulpe majorem esse, aut fele, numquid talis videtur tibi laudare scire? Non sane dixeris. Sed neque si lupo dicat parem illum esse, neque sic magno opere laudaverit. Sed ubi id quod proprium est laudis efficitur? si canis leoni par dicatur et magnitudine et robore. Ut Orionis canem laudans poeta « leonum domitorem » vocavit : hæc enim sane perfecta canis laus est. Et rursus si quis Milonem Crotoniaten, aut Glaucum ex Carysto, aut Polydamantem laudare volens, deinde dicat, fortiorem unumquemque illorum fuisse muliere, non derisum illum iri putas ob laudis vecordiam? quum etiam si uno illum viro superiorem esse diceret, neque hoc satis esset ad laudem. Sed quomodo laudavit Glaucum nobilis poeta, neque Pollucis vim, dicens, protensurum adversarias illi manus, neque ferreum Alcmenæ natum! Viden' qualibus illum diis comparaverit? imo potius illis ipsis præstantiorem ostendit. Ac neque Glaucus indignatus est, se præsidibus athletarum diis oppositum laudari; neque illi vel Glaucum vel poetam ulti sunt, tanquam impie se in laude illa gerentem ; sed in gloria et honore ambo apud Græcos fuere, alter roboris causa ; poeta vero quum propter alia, tum propter hoc ipsum maxime carmen. Noli ergo admirari, si et ipse, comparatione uti quum vellem, quod erat

ὑψηλοτέρῳ ἐχρησάμην τῷ παραδείγματι, τοῦτο ὑποβαλόντος τοῦ λόγου.

20. Ἐπεὶ δὲ καὶ κολακείας ἐπεμνήσθης, ὅτι μὲν καὶ σὺ μισεῖς τοὺς κολακικούς, ἐπαινῶ μέν σε, καὶ οὐκ ἐχρῆν ἄλλως. Ἐθέλω δέ σοι διακρῖναι καὶ διορίσαι τό τε τοῦ ἐπαινοῦντος ἔργον καὶ τὴν τοῦ κόλακος ὑπερβολήν. Ὁ μὲν οὖν κόλαξ ἅτε τῆς χρείας ἕνεκα τῆς ἑαυτοῦ ἐπαινῶν, ἀληθείας δὲ ὀλίγην ποιούμενος τὴν πρόνοιαν, ἅπαντα ὑπερεπαινεῖν οἴεται δεῖν, ἐπιψευδόμενος καὶ προστιθεὶς παρ' αὑτοῦ τὰ πλείω, ὡς μὴ ἂν ὀκνῆσαι καὶ τὸν Θερσίτην εὐμορφότερον ἀποφῆναι τοῦ Ἀχιλλέως καὶ τὸν Νέστορα φάναι τῶν ἐπὶ Ἴλιον στρατευσάντων τὸν νεώτατον εἶναι· διομόσαιτο δ' ἂν καὶ τον Κροίσου παῖδα ὀξυηκοώτερον εἶναι τοῦ Μελάμποδος καὶ τὸν Φινέα ὀξύτερον δεδορκέναι τοῦ Λυγκέως, ἤνπερ μόνον κερδᾶναί τι ἐλπίσῃ ἐπὶ τῷ ψεύσματι. Ὁ δέ γε αὐτὸ τοῦτο ἐπαινῶν οὐχ ὅπως οὐδ' ἂν ψεύσαιτό τι ἢ προσθείη τῶν μηδὲ ὅλως προσόντων, τὰ δ' ὑπάρχοντα αὐτῷ φύσει ἀγαθὰ κἂν μὴ πάνυ μεγάλα ᾖ, παραλαβὼν ἐπηύξησε καὶ μείζω ἀπέφηνε· καὶ τολμήσειεν ἂν εἰπεῖν, ἵππον ἐπαινέσαι θέλων φύσει κοῦφον ὧν ἴσμεν ζῴων καὶ δρομικὸν, ὅτι

Ἄκρον ἐπ' ἀνθερίκων καρπὸν θέεν οὐδὲ κατέκλα.

καὶ πάλιν οὐκ ἂν ὀκνήσειε φάναι « ἀελλοπόδων δρόμον ἵππων. » Καὶ ἣν οἰκίαν ἐπαινῇ καλὴν καὶ ἄριστα κατεσκευασμένην, εἴποι ἂν,

Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

Ὁ δὲ κόλαξ τοῦτο τὸ ἔπος κἂν περὶ τῆς συβώτου καλύβης εἴποι, εἰ μόνον τι παρὰ τοῦ συβώτου λαβεῖν ἐλπίσειεν· ὅπου Κύναιθος ὁ Δημητρίου τοῦ Πολιορκητοῦ κόλαξ ἁπάντων αὐτῷ τῶν πρὸς τὴν κολακείαν καταναλωμένων ἐπῄνει ὑπὸ βηχὸς ἐνοχλούμενον τὸν Δημήτριον, ὅτι ἐμμελῶς ἐχρέμπτετο.

21. Οὐ μόνον δὲ τοῦτο ἑκατέρου αὐτῶν γνώρισμά ἐστι, τὸ τοὺς μὲν κόλακας οὐκ ὀκνεῖν καὶ ψεύδεσθαι τοῦ χαρίσασθαι ἕνεκα τοῖς ἐπαινουμένοις, ἐξαίρειν δὲ τοὺς ἐπαινοῦντας τὰ ὑπάρχοντα πειρᾶσθαι· ἀλλὰ κἀκείνῳ οὐ σμικρῷ διαλλάττουσιν, ὅτι οἱ μὲν κόλακες, ἐφ' ὅσον οἷόν τε αὐτοῖς, χρῶνται ταῖς ὑπερβολαῖς, οἱ ἐπαινοῦντες δὲ καὶ ἐν αὐταῖς ταύταις σωφρονοῦσι καὶ ἐντὸς τῶν ὅρων μένουσι. Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα κολακείας καὶ ἐπαίνου ἀληθοῦς δείγματα, ὡς μὴ πάντας ὑποπτεύῃς τοὺς ἐπαινοῦντας, ἀλλὰ διακρίνῃς καὶ παραμετρῇς τῷ οἰκείῳ μέτρῳ ἑκάτερον.

22. Φέρ' οὖν, εἰ δοκεῖ, πρόσαγε τοῖς ὑπ' ἐμοῦ εἰρημένοις τοὺς κανόνας ἀμφοτέρους, ὡς μάθῃς εἴτε τούτῳ εἴτ' ἐκείνῳ ἐοίκασιν· ἐγὼ γὰρ εἰ μέν τινα ἄμορφον οὖσαν ἔφην τῷ ἐν Κνίδῳ ἀγάλματι ὁμοίαν, γόης ἂν καὶ τοῦ Κυναίθου κολακικώτερος ὄντως νομιζοίμην· εἰ δὲ τοιαύτην ὑπάρχουσαν οἵαν πάντες ἴσασιν, οὐ πάνυ ἐκ πολλοῦ διαστήματος ἦν τὸ τόλμημα.

23. Τάχ' ἂν οὖν φαίης, μᾶλλον δὲ ἤδη εἴρηκας, ἐπαινεῖν μέν σοι ἐς τὸ κάλλος ἐφείσθω· ἀνεπίφθονον

laudaturo necessarium, exemplo usus sum altiore, ratione hoc ipsa subjiciente.

20. Quandoquidem autem adulationis mentionem fecisti; quod odio habes adulatores, laudo te equidem, neque aliter oportebat. Volo autem tibi jam discernere ac finire tum laudantis opus, tum adulatoris excessum. Adulator igitur, quippe qui suæ ipsius utilitatis causa laudet, veritatis autem parvam admodum curam habeat, supra modum laudanda censet omnia, mentiens plurima ac de suo addens, ut neque Thersiten Achille pulchriorem pronunciare pigretur, et Nestorem dicat eorum, qui ad Ilium pugnarunt, maxime juvenem fuisse : juraverit autem etiam Crœsi filium audire acutius Melampode, et Phineum acutius cernere Lynceo; modo lucrifacere aliquid mendacio suo speret. At alter, qui id ipsum usque facit, ut laudet, non ille quidem is est qui mentiatur quicquam vel addat eorum, quæ plane non adsunt; sed quæ natura illi bona insunt, etiamsi non nimis magna fuerint, ea sumit, auget et facit majora. Et ausit ille dicere, quum equum laudare vult, levem inter ea quæ novimus animalia et ad cursum aptum,

Per summas currat nec eas confringat aristas :

et rursus non dubitet dicere « procellipedum cursum equorum. » Et si domum laudet pulchram et optime ædificatam, dicat :

Talis nimirum Jovis intus regia Olympi.

At adulator hunc versum etiam de subulci tugurio dicat, si modo accipere aliquid a subulco speret : quum Cynæthus Poliorcetæ Demetrii adulator, omnibus adulandi rationibus, sibi consumtis, laudaverit vexatum a tussi Demetrium, quod modulate screaret.

21. Non solum autem hic utriusque generis character est, quod adulatores non dubitant etiam mentiri in gratiam eorum quos laudant; laudatores autem extollere student quæ adsunt : verum etiam illa re non parva distant, quod adulatores quantum possunt utuntur hyperbolis, laudatores autem in his ipsis quoque sobrii sunt et intra terminos se continent. Hæc tibi pauca de multis sunto adulationis ac veræ laudis specimina, ne omnes omnino laudantes suspectos habeas, sed ut discernas et sua utrumque mensura metiaris.

22. Age igitur, si videtur, admove his, quæ dicta a me sunt, regulam utramque, ut videas, huicne an illi conveniant. Etenim si deformem quandam statuæ Cnidiæ dixissem similem, impostor sane, et Cynætho ipso magis adulator vere haberer : si vero talem, qualem omnes norunt, non sane magni ille ausus intervalli fuerit.

23. At forte jam dixeris, quin jam dixisti, laudare quidem pulchritudinis nomine tibi permissum esto : verum

μέντοι ποιήσασθαι τὸν ἔπαινον ἐχρῆν, ἀλλὰ μὴ θεαῖς ἀπεικάζειν ἄνθρωπον οὖσαν. Ἐγὼ δὲ — ἤδη γάρ με προάξεται τἀληθὲς εἰπεῖν — οὐ θεαῖς σε, ὦ βελτίστη, εἴκασα, τεχνιτῶν δ' ἀγαθῶν δημιουργήμασι λίθου καὶ χαλκοῦ ἢ ἐλέφαντος πεποιημένοις. Τὰ δὲ ὑπ' ἀνθρώπων γεγενημένα οὐκ ἀσεβὲς οἶμαι ἀνθρώποις εἰκάζειν· ἐκτὸς εἰ μὴ σὺ τοῦτο εἶναι τὴν Ἀθηνᾶν ὑπείληφας τὸ ὑπὸ Φειδίου πεπλασμένον ἢ τοῦτο τὴν οὐρανίαν Ἀφροδίτην, ὃ ἐποίησε Πραξιτέλης ἐν Κνίδῳ οὐ πάνυ πολλῶν ἐτῶν. Ἀλλ' ὅρα μὴ ἄσεμνον ᾖ τὰ τοιαῦτα περὶ θεῶν δοξάζειν, ὧν τάς γε ἀληθεῖς εἰκόνας ἀνεφίκτους εἶναι ἀνθρωπίνῃ μιμήσει ἔγωγε ὑπολαμβάνω.

24. Εἰ δὲ καὶ ὅτι μάλιστά σε αὐταῖς ἐκείναις εἴκασα, οὐκ ἐμὸν τοῦτο οὐδὲ ἐγὼ πρῶτος ταύτην ἐτεμόμην τὴν ὁδὸν, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἀγαθοὶ ποιηταὶ, καὶ μάλιστα ὁ πολίτης ὁ σὸς Ὅμηρος, ὃν καὶ νῦν ἀναβιβάσομαι συναγορεύσοντά μοι, ἢ οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ καὶ αὐτὸν σὺν ἐμοὶ ἁλῶναι. Ἐρήσομαι τοίνυν αὐτὸν, μᾶλλον δὲ σὲ ὑπὲρ αὐτοῦ — καὶ γὰρ διαμνημονεύεις εὖ ποιοῦσα τὰ χαριέστατα τῶν ἐρραψῳδημένων αὐτῷ — τί σοι ἐκεῖνος δοκεῖ, ὁπόταν περὶ τῆς αἰχμαλώτου λέγῃ τῆς Βρισηΐδος, ὅτι χρυσῇ Ἀφροδίτῃ ἴκελη ἐπένθει τὸν Πάτροκλον· εἶτα μετὰ μικρὸν, ὡς οὐχ ἱκανὸν εἰ μόνῃ τῇ Ἀφροδίτῃ ἐοικυῖα ἔσται,

> Εἶπε δ' ἄρα — φησί — κλαίουσα γυνὴ εἰκυῖα θεῇσιν.

Ὁπόταν οὖν τὰ τοιαῦτα λέγῃ, μισεῖς κἀκεῖνον, καὶ ἀπορρίπτεις τὸ βιβλίον, ἢ δίδως αὐτῷ ἐλευθεριάζειν ἐν τῷ ἐπαίνῳ; ἀλλὰ κἂν σὺ μὴ δῷς, ὅ γε τοσοῦτος αἰὼν δέδωκεν, οὐδ' ἔστιν ὅστις αὐτὸν ἐπὶ τούτῳ ᾐτιάσατο, οὐδὲ ὁ μαστίξαι τολμήσας αὐτοῦ τὴν εἰκόνα οὐδ' ὁ τὰ νόθα ἐπισημηνάμενος τῶν ἐπῶν ἐν τῇ παραγραφῇ τῶν ὀβελῶν. Εἶτα ἐκείνῳ μὲν ἐφεθήσεται βάρβαρον γυναῖκα, καὶ ταῦτα κλάουσαν, τῇ χρυσῇ Ἀφροδίτῃ εἰκάσαι, ἐγὼ δὲ, ἵνα μὴ τὸ κάλλος εἴπω, διότι μὴ ἀνέχῃ ἀκούουσα, οὐκ ἂν παραβάλλοιμι θεῶν εἰκόσι γυναῖκα φαιδρὰν καὶ μειδιῶσαν τὰ πολλὰ, ὅπερ θεοῖς ὅμοιον ἄνθρωποι ἔχουσιν;

25. Ἐπὶ μέν γε τοῦ Ἀγαμέμνονος ὅρα ὅσην αὐτὸς φειδὼ ἐποιήσατο τῶν θεῶν καὶ ὡς ἐταμιεύσατο τὰς εἰκόνας ἐς τὸ σύμμετρον, ὡς ὄμματα μέν φησι καὶ κεφαλὴν ἴκελον αὐτὸν εἶναι τῷ Διὶ, τῷ Ἄρεϊ δὲ τὴν ζώνην, στέρνον δὲ τῷ Ποσειδῶνι, διαιρῶν τὸν ἄνθρωπον κατὰ μέλη πρὸς τοσούτων θεῶν εἰκόνας· καὶ αὖ πάλιν βροτολοιγῷ Ἄρεϊ φησιν ὅμοιον εἶναι καὶ ἄλλον ἄλλῳ, θεοειδῆ τὸν Φρύγα τὸν Πριάμου, καὶ θεοείκελον πολλάκις τὸν Πηλέως. Ἀλλὰ ἐπάνειμι αὖθις ἐπὶ τὰ γυναικεῖα τῶν παραδειγμάτων· ἀκούεις γὰρ δή που αὐτοῦ λέγοντος,

> Ἀρτέμιδι ἰκέλη ἠὲ χρυσέῃ Ἀφροδίτῃ,

καὶ

> Οἵη δ' Ἄρτεμις εἶσι κατ' οὔρεος.

26. Οὐ μόνον δὲ τοὺς ἀνθρώπους αὐτοὺς θεοῖς ἀπει-

invidiæ non obnoxiam oportebat laudationem facere, nec similem deabus dicere hominem. Verum ego (jam enim ipsum me verum ad se dicendum invitabit) non profecto deabus, o præstantissima, similem dixi te, sed bonorum artificum operibus, e lapide, et ære, vel ebore fabrefactis. Quæ autem facta sunt ab hominibus, ea similia hominibus dicere, non puto impium : nisi forte hoc tu Minervam existimas, quod est effictum a Phidia, aut illud cœlestem Venerem, quod in Cnido fecit Praxiteles annis post non ita multis. Sed vide ne non satis grave sit talia de diis sentire, quorum veras imagines supra humanam imitationem esse positas, equidem arbitror.

24. Si vero vel maxime illis ipsis deabus similem te dixissem, non meum istuc esset, neque primus ego istam viam secuissem; sed fecerunt hoc multi ac boni poetæ, et maxime civis ille tuus Homerus, quem nunc etiam excitabo advocatum mihi, aut fieri non potest quin ipse mecum damnetur. Interrogabo igitur illum, potius vero te pro illo (meministi enim, in quo bene facis, venustissima quævis illius carminum), quid de illo tibi videtur, quum de captiva dicit Briseide, aureæ eam Veneri similem luxisse mortem Patrocli : tum paullo post, quasi non satis foret si soli similis Veneri sit,

> Sic fatur (inquit) lacrimans par sanctis femina divis.

Quum igitur dicit talia, odistine ipsum quoque, et abjicis librum, an das illi, ut libertate in laudando utatur? Verum etsi tu non dederis, tantum certe ævum illi dedit, nec est qui hoc illum nomine accusaverit, ne iste quidem qui flagellis cædere statuam ipsius ausus est, neque qui obelis ascribendis supposititios illius versus notavit. Deinde huic quidem licebit, barbaram mulierem, eamque plorantem, aureæ Veneri dicere similem : ego vero, ne de pulchritudine dicam, quoniam de hac audire non sustines, non comparem statuis dearum mulierem læti vultus et plerumque subridentem, quod deorum simile habent homines?

25. Verum in Agamemnone vide quam diis ipse pepercerit, et quam illorum imagines proportione quadam dispensarit, qui oculis quidem et capite similem eum dicat Jovi, quod ad balteum autem, Marti, ac pectus Neptuno, in suos hominem membra dividens pro totidem deorum imaginibus. Ac rursus homicidæ Marti similem ait esse, et alium alii, dei specie Phrygem Priami, dei similem sæpe natum Pelei. Sed redeo rursus ad exempla muliebria. Audis enim sane illum dicentem,

> Dianæ similis, vel quæ Venus aurea fertur,

et

> Qualis Diana in montibus errat.

26. Non solum autem ipsos homines diis facit similes,

λὰ καὶ τὴν Εὐφόρβου κόμην ταῖς Χάρισιν καὶ ταῦτα αἵματι δεδευμένην. Καὶ ὅλως ἔστι τὰ τοιαῦτα, ὡς μηδὲν εἶναι μέρος τῆς ὃ μὴ ταῖς θείαις εἰκόσι διακεκόσμηται. κἀκεῖνα ἐξαληλίφθω, ἢ καὶ ἡμῖν τὰ ὅμοια ρείσθω. Οὕτω δὲ τὸ κατὰ τὰς εἰκόνας καὶ σεις ἀνεύθυνόν ἐστιν, ὥστε Ὅμηρος καὶ τὰς ; οὐκ ὤκνησεν ἀπὸ τῶν ἐλαττόνων ἐπαινέσαι· τῆς Ἥρας ὀφθαλμοὺς τοῖς τῶν βοῶν εἴκασεν· τις ἰοβλέφαρον τὴν Ἀφροδίτην εἶπε. Τὴν ροδοδάκτυλον τίς ἀγνοεῖ τῶν κἂν ἐπ' ἐλάχι- Ὁμήρου ποιήσει ὡμιληκότων;

αίτοι τὰ μὲν τῆς μορφῆς ἔτι μετριώτερα, εἴ ικέναι λέγεται· ἀλλὰ τὰς προσηγορίας αὐτὰς ιήσαντο τὰς τῶν θεῶν Διονύσιοι καὶ Ἡφαι- ὶ Ζήνωνες καὶ Ποσειδώνιοι καὶ Ἑρμαῖοι προσ- νοι; Λητὼ δὲ γυνή τις ἐγένετο Εὐαγόρου τοῦ βασιλέως, καὶ ὅμως οὐκ ἠγανάκτησεν ἡ θεὸς λίθον αὐτὴν ὥσπερ τὴν Νιόβην ἀπεργάσα- ῶ γὰρ τοὺς Αἰγυπτίους, οἵπερ καὶ δεισιδαι- ί εἰσι πάντων, ὅμως τοῖς θείοις ὀνόμασιν ἐς ρωμένους· σχεδὸν γοῦν τὰ πλεῖστα αὐτοῖς ἐξ στιν.

ὥστε οὐ πρός γε σοῦ τὸ τοιοῦτον, ψοφοδεῶς πρὸς τὸν ἔπαινον· εἰ γάρ τι ἐν τῷ συγγράμματι ληται ἐς τὸ θεῖον, σὺ μὲν ἀνεύθυνος αὐτοῦ, ή τινα νομίζεις ἀκροάσεως εὐθύνην εἶναι, ἐμὲ ῦνται οἱ θεοί, ἐπειδὰν πρὸ ἐμοῦ τὸν Ὅμηρον ἄλλους ποιητὰς ἀμύνωνται. Ἀλλ' οὐδέπω ριστον τῶν φιλοσόφων ἠμύναντο εἰκόνα θεοῦ πον εἰπόντα εἶναι. Πολλὰ ἔτι ἔχων πρὸς σὲ λυστράτου ἕνεκα τούτου παύσομαι, ἵνα καὶ νεῦσαι δυνηθῇ τὰ εἰρημένα.

ΟΛ. Οὐκ οἶδα εἴ μοι τοῦτο δυνατὸν ἔτι, ὦ ακρὰ γὰρ εἴρηταί σοι ταῦτα καὶ ὑπὲρ τὸ ἐγκεχυμένον. Πειράσομαι δὲ ὅμως ἐπιμνη- τῶν. Καὶ ὡς ὁρᾷς, ἤδη ἀποσοβῶ παρ' αὐτὴν ενος τὰ ὦτα, ὡς μή τι παρεμπεσὸν ἄλλο συγ- τάξιν αὐτῶν, εἶτά μοι συρίττεσθαι συμβῇ θεατῶν.

Αὐτῷ σοι μελήσει, ὦ Πολύστρατε, ὅπως οκρίνῃ. Ἐγὼ δὲ ἐπείπερ ἅπαξ σοι τὸ δρᾶμα κα, νῦν μὲν ἐκποδὼν ἀποστήσομαι· ὁπόταν φους ἀνακηρύττωσι τῶν κριτῶν, τότε ἤδη καὶ ρέσομαι ὀψόμενος ὁποῖόν τι τὸ τέλος τοῦ ἀγῶ-

---

XLI.

ΤΟΞΑΡΙΣ Η ΦΙΛΙΑ.

ΗΣΙΠΠΟΣ. Τί φῄς, ὦ Τόξαρι; θύετε Ὀρέ- Πυλάδῃ ὑμεῖς οἱ Σκύθαι καὶ θεοὺς εἶναι πεπι- αὐτούς;

sed Euphorbi etiam comam Gratiis similem dixit, eamque infectam sanguine. Atque in universum tanta sunt in hoc genere, ut nulla poeseos pars sit, quin divinis imaginibus exornata cernatur. Itaque aut illa etiam deleantur, aut nobis quoque audere similia concessum esto. Adeo autem illa imaginum et similitudinum ratio a censura libera est, ut Homerus deas ipsas non dubitaverit laudare a deterioribus: Junonis enim oculos comparavit bubulis : alius autem aliquis superciliis violaceis Venerem dixit : roseis enim digitis insignem quis eorum ignorat, qui vel pauxillum in Homeri poematibus sunt versati?

27. Quanquam quæ ad formam pertinent adhuc moderatiora sunt iis, si quis deo similis esse dicatur : verum ipsas appellationes deorum quot jam sunt imitati, Dionysii, et Hephæstiones, et Zenones, et Posidonii et Hermæi cognominati? Latona autem mulier quædam fuit Evagoræ Cypriorum regis : et tamen non indignata est dea, quum posset illam, Niobes instar, lapidem facere. Omitto enim Ægyptios, qui quidem omnium sunt superstitiosissimi, tamen divinis nominibus ad satietatem abutentes : fere enim pleraque apud illos de cœlo sunt.

28. Itaque tuum non est, meticulose adeo affectam esse ad laudes. Si quid enim in illo scripto adversus numen peccatum sit, tu quidem minime es rea illius; nisi quam putas etiam auditionis pœnam esse : me vero tum dii punient, quum ante me Homerum et alios poetas ulti fuerint. At illi nondum nec optimum philosophorum ulti sunt, qui dei imaginem esse dixit hominem. Multa adhuc ad te dicenda quum habeam, Polystrati hujus causa desinam, ut meminisse possit dictorum.

29. POL. Nescio si adhuc possim hoc, Lycine : longa enim a te habita est oratio, atque adeo ultra infusam tibi aquam. Studebo tamen illorum meminisse : et ut vides jam ad illam abire festino, obturatis auribus, ut ne quid incidens aliud ordinem illorum confundat, ac deinde accidat mihi, ut exsibiler a spectatoribus.

LYC. Ipsi tibi curæ erit, Polystrate, ut optime agas. Ego vero quandoquidem semel agendam tibi tradidi fabulam, nunc quidem statim discedam : quum vero sententias renunciabunt judicum, tum jam ipse quoque adero, visurus qualisnam certaminis exitus futurus sit.

XLI.

TOXARIS SEU AMICITIA.

MNESIPPUS. Ain' tu, Toxari? sacra facitis Oresti ac Pyladi vos Scythæ, et deos esse illos creditis?

ΤΟΞΑΡΙΣ. Θύομεν, ὦ Μνήσιππε, θύομεν, οὐ μὴν θεούς γε οἰόμενοι εἶναι, ἀλλὰ ἄνδρας ἀγαθούς.

ΜΝΗΣ. Νόμος δὲ ὑμῖν καὶ ἀνδράσιν ἀγαθοῖς ἀποθανοῦσι θύειν, ὥσπερ θεοῖς;

ΤΟΞ. Οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑορταῖς καὶ πανηγύρεσι τιμῶμεν αὐτούς.

ΜΝΗΣ. Τί θηρώμενοι παρ' αὐτῶν; οὐ γὰρ δὴ ἐπ' εὐμενείᾳ θύετε αὐτοῖς, νεκροῖς γε οὖσιν.

ΤΟΞ. Οὐ χεῖρον μὲν ἴσως, εἰ καὶ οἱ νεκροὶ ἡμῖν εὐμενεῖς εἶεν· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ πρὸς τοὺς ζῶντας ἄμεινον οἰόμεθα πράξειν μεμνημένοι τῶν ἀρίστων, καὶ τιμῶμεν ἀποθανόντας· ἡγούμεθα γὰρ οὕτως ἂν ἡμῖν πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐθελῆσαι γενέσθαι.

2. ΜΝΗΣ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ὀρθῶς γιγνώσκετε. Ὀρέστην δὲ καὶ Πυλάδην τίνος μάλιστα θαυμάσαντες ἰσοθέους ἐποιήσασθε, καὶ ταῦτα ἐπήλυδας ὑμῖν ὄντας, καὶ τὸ μέγιστον πολεμίους; οἵ γε, ἐπεὶ σφᾶς ναυαγίᾳ περιπεσόντας οἱ τότε Σκύθαι συλλαβόντες ἀπήγαγον ὡς τῇ Ἀρτέμιδι καταθύσοντες, ἐπιθέμενοι τοῖς δεσμοφύλαξι καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες τόν τε βασιλέα κτείνουσι καὶ τὴν ἱέρειαν παραλαβόντες, ἀλλὰ καὶ τὴν Ἄρτεμιν αὐτὴν ἀποσυλήσαντες ᾤχοντο ἀποπλέοντες, καταγελάσαντες τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν. Ὥστε εἰ διὰ ταῦτα τιμᾶτε τοὺς ἄνδρας, οὐκ ἂν φθάνοιτε πολλοὺς ὁμοίους αὐτοῖς ἐξεργασάμενοι. Καὶ τοὐντεῦθεν αὐτοὶ ἤδη πρὸς τὰ παλαιὰ σκοπεῖτε, εἰ καλῶς ἔχει ὑμῖν πολλοὺς εἰς τὴν Σκυθίαν Ὀρέστας καὶ Πυλάδας καταίρειν. Ἐμοὶ μὲν γὰρ δοκεῖτε τάχιστα ἂν οὕτως ἀσεβεῖς αὐτοὶ καὶ ἄθεοι γενέσθαι τῶν περιλοίπων θεῶν τὸν αὐτὸν τρόπον ὑμῖν ἐκ τῆς χώρας ἀποξενωθέντων· εἶτ', οἶμαι, ἀντὶ τῶν θεῶν ἁπάντων τοὺς ἐπ' ἐξαγωγῇ αὐτῶν ἥκοντας ἄνδρας ἐκθειάσετε καὶ ἱεροσύλοις ὑμῶν θύσετε ὡς θεοῖς.

3. Εἰ γὰρ μὴ ἀντὶ τούτων Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμᾶτε, ἀλλ' εἰπὲ, τί ἄλλο, ὦ Τόξαρι, ἀγαθὸν ὑμᾶς εἰργάσαντο, ἀνθ' ὅτου, πάλαι οὐ θεοὺς εἶναι δικαιώσαντες αὐτοὺς, νῦν τὸ ἔμπαλιν θύσαντες αὐτοῖς θεοὺς νενομίκατε καὶ ἱερείοις ὀλίγου δεῖν τότε γενομένοις ἱερεῖα νῦν προσάγετε; γελοῖα γὰρ ἂν ταῦτα δόξειε καὶ ὑπεναντία τοῖς πάλαι.

ΤΟΞ. Καὶ ταῦτα μὲν, ὦ Μνήσιππε, γενναῖα τῶν ἀνδρῶν ἐκείνων, ἃ κατέλεξας. Τὸ γὰρ δύο ὄντας οὕτω μέγα τόλμημα τολμῆσαι καὶ τοσοῦτον ἀπὸ τῆς αὐτῶν ἀπάραντας ἐκπλεῦσαι εἰς τὸν Πόντον ἀπείρατον ἔτι τοῖς Ἕλλησιν ὄντα πλὴν μόνων τῶν ἐπὶ τῆς Ἀργοῦς ἐς τὴν Κολχίδα στρατευσάντων, μὴ καταπλαγέντας μήτε τοὺς μύθους τοὺς ἐπ' αὐτῷ μήτε τὴν προσηγορίαν καταδείσαντας, ὅτι ἄξενος ἐκαλεῖτο, οἷα, οἶμαι, ἀγρίων ἐθνῶν περιοικούντων, καὶ ἐπειδὴ ἑάλωσαν, οὕτως ἀνδρείως χρήσασθαι τῷ πράγματι καὶ μὴ ἀγαπῆσαι εἰ διαφεύγονται μόνον, ἀλλὰ τιμωρησαμένους τὸν βασιλέα τῆς ὕβρεως καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀναλαβόντας ἀποπλεῦσαι, πῶς ταῦτα οὐ θαυμαστὰ καὶ θείας τινὸς τιμῆς ἄξια παρὰ πάντων ὁπόσοι ἀρετὴν ἐπαινοῦσιν; Ἀτὰρ οὐ ταῦτα

TOX. Sacra facimus, Mnesippe, sacra facimus : verum non quo deos arbitremur esse, sed viros bonos.

MNES. Lex autem apud vos viris etiam bonis post mortem sacrificare tanquam diis?

TOX. Non hoc modo, sed diebus festis etiam celebritatibusque illos honoramus.

MNES. Quid inde venantes? neque enim sane, ut propitii vobis sint, sacrificatis illis, utpote mortuis.

TOX. Fortasse neque istuc male, si mortui etiam sint nobis propitii : veruntamen viventibus quoque melius nos arbitramur facturos, si memoriam virorum præstantissimorum usurpemus, et honore prosequimur mortuos : putamus enim sic futurum ut plures nobis illorum similes velint fieri.

2. MNES. Recte ista quidem statuitis. Sed quo inprimis nomine admirati Oresten ac Pyladen honore diis æquastis, idque, apud vos advenæ quum essent, et quod maximum, hostes? qui quidem, quum illos naufragio ejectos, qui tum erant Scythæ, comprehensos abduxissent, immolandos Dianæ, insidiati carceris custodibus superatoque præsidio, et regem interfecerint, et ascita sibi sacerdote, quin ipsa derepta Diana, navigio, derisa Scytharum civitate, evaserint. Itaque propter ista si honoratis illos viros, non effugeritis quin multos illis reddatis similes. Atque hinc ipsi jam ad antiqua respicite, an bonum vobis sit multos in Scythiam Orestes et Pyladas appellere. Etenim mihi quidem videmini quam celerrime hac ratione impii ipsi et sine diis futuri, si reliqui dii eodem modo e vestra vobis regione in peregrinam abducantur. Nempe deinde puto, pro diis universis viros qui eorum educendorum causa venerint, consecrabitis, et sacrilegi qui apud vos fuerint, iis tanquam diis sacra facietis.

3. Quodsi enim non harum rerum causa Oresten ac Pyladen honoratis; dic tandem, quod aliud, Toxari, beneficium vobis præstitere, cujus nomine illos, quum olim deos non haberetis, jam contra ea sacrificando deos judicastis, atque his qui parum aberat quin fierent tum victimæ, victimas nunc offertis? ridicula enim istæc videri possunt, et rebus olim gestis contraria.

TOX. Etiam ista, Mnesippe, generosa sunt illorum virorum facta, quæ enarrasti. Quod enim, duo quum essent, magnum adeo facinus ausi, longam adeo a sua patria navigationem ingressi, expeditionem in Pontum suscepere, intentatum adhuc Græcis, præter illos qui Argo vecti bellum Colchidi intulerant; nec perhorrescentes portentosas de illo fabulas, neque appellationem timentes, quum Inhospitalis vocaretur, feris nimirum, ut interpretor, populis circum eum habitantibus; quod capti quum essent, viriliter adeo in ea re se gesserunt, nec satis habuere si incolumes ipsi evaderent, verum vindicata regis injuria et ablata Diana inde solverunt : quomodo hæc non admiranda, non divino quodam apud omnes, qui virtutem laudant, honore digna?

έστη καὶ Πυλάδη ἐνιδόντες ἥρωσιν αὐτοῖς

ΗΣ. Λέγοις ἂν ἤδη ὅ τι τὸ σεμνὸν καὶ θεῖον γάσαντο. Ἐπεὶ ὅσον ἐπὶ τῷ πλῷ καὶ τῇ πολλοὺς ἄν σοι θειοτέρους ἐκείνων ἀποδεί- ἐμπόρους, καὶ μάλιστα τοὺς Φοίνικας αὐ- ἐς τὸν Πόντον οὐδὲ ἄχρι τῆς Μαιώτιδος καὶ ρου μόνον ἐσπλέοντας, ἀλλὰ πανταχοῦ τῆς ς καὶ βαρβαρικῆς θαλάττης ναυτιλλομένους· ρ οὗτοι ἀκτὴν καὶ πάντα αἰγιαλὸν, ὡς εἰπεῖν, μενοι καθ' ἕκαστον ἔτος ὀψὲ τοῦ μετοπώρου τῶν ἐπανίασιν. Οὓς κατὰ τὸν αὐτὸν λόγον ζε, καὶ ταῦτα καπήλους καὶ ταριχοπώλας, εἰ ς πολλοὺς αὐτῶν ὄντας.

Ξ. Ἄκουε δὴ, ὦ θαυμάσιε, καὶ σκόπει καθ' οἱ βάρβαροι εὐγνωμονέστερον ὑμῶν περὶ τῶν δρῶν κρίνομεν, εἴ γε ἐν Ἄργει μὲν καὶ Μυ- ὲ τάφον ἔνδοξόν ἐστιν ἰδεῖν Ὀρέστου ἢ Πυ- ρ' ἡμῖν δὲ καὶ νεὼς ἀποδέδεικται αὐτοῖς ἅμα ς, ὥσπερ εἰκὸς ἦν, ἑταίροις γε οὖσι, καὶ θυ- άγονται καὶ ἡ ἄλλη τιμὴ ἅπασα· κωλύει τε ξένοι ἦσαν, ἀλλὰ μὴ Σκύθαι, ἀγαθοὺς κεκρί- ὰρ ἐξετάζομεν ὅθεν οἱ καλοὶ καὶ ἀγαθοί εἰσιν, οῦμεν, εἰ μὴ φίλοι ὄντες ἀγαθὰ εἰργάσαντο, ες δὲ ἃ ἔπραξαν, οἰκείους αὐτοὺς ἀπὸ τῶν ἔρ- ύμεθα. Ὃ δὲ δὴ μάλιστα καταπλαγέντες ῶν ἐκείνων ἐπαινοῦμεν, τοῦτό ἐστιν, ὅτι αν φίλοι οὗτοι δὴ ἄριστοι ἁπάντων γεγενῆ- τοῖς ἄλλοις νομοθέται καταστῆναι ὡς χρὴ ἁπάσης τῆς τύχης κοινωνεῖν καὶ ὑπὸ Σκυθῶν των θεραπεύεσθαι.

ὰ ἅ γε μετ' ἀλλήλων ἢ ὑπὲρ ἀλλήλων ἔπα- ράψαντες οἱ πρόγονοι ἡμῶν ἐπὶ στήλης χαλκῆς εἰς τὸ Ὀρέστειον καὶ νόμον ἐποιήσαντο, τοῦτο μάθημα καὶ παίδευμα τοῖς παισὶ τοῖς εἶναι τὴν στήλην ταύτην καὶ τὰ ἐπ' αὐτῆς ένα διαμνημονεῦσαι. Θᾶττον γοῦν τοὔνομα ν αὐτῶν ἐπιλάθοιτο τοῦ πατρὸς ἢ τὰς Ὀρέστου ἴδου πράξεις ἀγνοήσειεν· ἀλλὰ καὶ ἐν τῷ πε- οῦ νεὼ τὰ αὐτὰ ὁπόσα ἡ στήλη δηλοῖ, γραφαῖς παλαιῶν εἰκασμένα δείκνυται, πλέων Ὀρέστης φίλῳ, εἶτα ἐν τοῖς κρημνοῖς διαφθαρείσης αὐτῷ συνειλημμένος καὶ πρὸς τὴν θυσίαν παρεσκευ- καὶ ἡ Ἰφιγένεια ἤδη κατάρχεται αὐτῶν· κα- δὲ ἐπὶ τοῦ ἑτέρου τοίχου ἤδη ἐκδεδυκὼς τὰ γραπται καὶ φονεύων τὸν Θόαντα καὶ πολλοὺς ῶν Σκυθῶν, καὶ τέλος ἀποπλέοντες, ἔχοντες τὴν αν καὶ τὴν θεόν· οἱ Σκύθαι δὲ ἄλλως ἐπιλαμ- τοῦ σκάφους ἤδη πλέοντος ἐκκρεμαννύμενοι λίων καὶ ἐπαναβαίνειν πειρώμενοι, εἶτ' οὐδὲν ες οἱ μὲν αὐτῶν τραυματίαι, οἱ δὲ καὶ δέει τοὺ- ήχονται πρὸς τὴν γῆν. Ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ν ὁπόσην ὑπὲρ ἀλλήλων εὔνοιαν ἐπεδείκνυντο, ρὸς τοὺς Σκύθας συμπλοκῇ. Πεποίηκε γὰρ ὁ

Verum non ista nos in Oreste et Pylade spectantes pro heroibus illos tractamus.

4. MNES. Dic ergo jam quid præclarum et divinum aliud perfecerint. Quantum enim ad navigationem profectionemque, multos ego tibi diviniores illis mercatores ostenderim, et eos maxime qui sunt Phœnices, non in Pontum modo, neque ad Mæotida usque et Bosporum navigantes, sed ubique et Græcum mare percurrentes et barbarum : omne enim isti litus et oram omnem, ut ita loquar, perscrutati, singulis annis sero auctumni domum suam revertuntur. Hos tu eadem ratione deos puta, idque, quum caupones fere et salsamentarii sint eorum plerique.

5. TOX. Quin audi, mire vir, et vide quantum barbari nos æquius de bonis viris quam vos judicemus : quandoquidem Argis et Mycenis ne sepulcrum quidem nobile videre est Orestæ aut Pyladæ; apud nos autem et templum illis exhibitum est simul ambobus, ut conveniebat sodalibus, et sacrificia offeruntur, et alius omnis honos habetur. Neque quicquam obstat quod peregrini, non Scythæ fuerunt, quominus boni viri judicati sint : non hoc enim inquirimus, cujates sint honesti bonique viri, neque invidemus si amici non fuerunt, qui honesta perpetrarunt : imo vero laudando ea quæ gessere, nostrates, quantum ad res gestas, facimus. Quod autem maxime attoniti in viris illis laudamus, hoc est, quod nobis visi sunt amici hi optimi omnium fuisse, et velut legislatores aliis constituti, quomodo oporteat in societatem omnis fortunæ cum amicis venire, et sic ab optimis quibusque Scytharum coli.

6. Et, quæ secum invicem aut pro se subierunt, ea relata in literas majores nostri in ærea columna dedicarunt in Oresteo, lata lege, primam disciplinam et institutionem pueris suis esse hanc columnam, et quæ scripta in illa sunt, uti memoria comprehendant. Itaque facilius sui patris nomen unusquisque illorum obliviscatur, quam Orestæ atque Pyladæ facta ignoret. Sed in consepto etiam templi eadem, quæ columna indicat, picturis expressa ab antiquis, ostenduntur : navigans Orestes simul cum amico; deinde inter rupes fracta illorum navi comprehensus, et ad sacrificium paratus; et Iphigenia jam illos immolat : e regione vero in altero muro jam exutus vinculis depictus est, Thoantem interficiens et Scytharum multos alios; ac denique ut solvunt, Iphigeniam habentes ac deam; Scythæ autem frustra manus injiciunt navi jam eunti, suspensi e gubernaculis, ac tentantes inscendere; tum ut nihil proficiunt, partim jam vulnerati, partim ejus rei metu, terram natatu repetunt. Hic vero vel maxime videat aliquis quantam sibi invicem benevolentiam exhibuerint in conflictu cum Scythis. Fecit

γραφεὺς ἑκάτερον ἀμελοῦντα μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν πολεμίων, ἀμυνόμενον δὲ τοὺς ἐπιφερομένους θατέρῳ καὶ πρὸ ἐκείνου ἀπαντᾶν πειρώμενον τοῖς τοξεύμασι καὶ παρ' οὐδὲν τιθέμενον, εἰ ἀποθανεῖται σώσας τὸν φίλον, καὶ τὴν ἐπ' ἐκεῖνον φερομένην πληγὴν προαρπάσας τῷ ἑαυτοῦ σώματι.

7. Τὴν δὴ τοσαύτην εὔνοιαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τοῖς δεινοῖς κοινωνίαν καὶ τὸ πιστὸν καὶ φιλέταιρον καὶ τὸ ἀληθὲς καὶ βέβαιον τοῦ πρὸς ἀλλήλους ἔρωτος οὐκ ἀνθρώπινα ταῦτα ᾠήθημεν εἶναι, ἀλλά τινος γνώμης βελτίονος ἢ κατὰ τοὺς πολλοὺς τούτους ἀνθρώπους, οἳ μέχρι μὲν κατ' οὖρον ὁ πλοῦς εἴη, τοῖς φίλοις ἀγανακτοῦσιν εἰ μὴ ἐπ' ἴσης κοινωνήσουσι τῶν ἡδέων, εἰ δέ τι καὶ μικρὸν ἀντιπνεύσῃ αὐτοῖς, οἴχονται μόνους τοῖς κινδύνοις ἀπολιπόντες. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε ὅπως εἰδῇς, οὐδὲν Σκύθαι φιλίας μεῖζον οἴονται εἶναι, οὐδὲ ἔστιν ἐφ' ὅτῳ ἄν τις Σκύθης μᾶλλον σεμνύναιτο ἢ ἐπὶ τῷ συμπονῆσαι φίλῳ ἀνδρὶ καὶ κοινωνῆσαι τῶν δεινῶν, ὥσπερ οὐδὲν ὄνειδος μεῖζον παρ' ἡμῖν τοῦ προδότην φιλίας γεγενῆσθαι δοκεῖν. Διὰ ταῦτα Ὀρέστην καὶ Πυλάδην τιμῶμεν, ἀρίστους γενομένους τὰ Σκυθῶν ἀγαθὰ καὶ ἐν φιλίᾳ διενεγκόντας, ὃ πρῶτον ἡμεῖς ἁπάντων θαυμάζομεν, καὶ τοὔνομα ἐπὶ τούτοις αὐτῶν ἐθέμεθα, Κοράκους καλεῖσθαι, τοῦτο δέ ἐστιν ἐν τῇ ἡμετέρᾳ φωνῇ ὥσπερ ἂν εἴ τις λέγοι, φίλιοι δαίμονες.

8. ΜΝΗΣ. Ὦ Τόξαρι, οὐ μόνον ἄρα τοξεύειν ἀγαθοὶ ἦσαν Σκύθαι καὶ τὰ πολεμικὰ τῶν ἄλλων ἀμείνους, ἀλλὰ καὶ ῥῆσιν εἰπεῖν ἁπάντων πιθανώτατοι. Ἐμοὶ γοῦν τέως ἄλλως γιγνώσκοντι ἤδη καὶ αὐτῷ δίκαια ποιεῖν δοκεῖτε οὕτως Ὀρέστην καὶ Πυλάδην ἐκθειάσαντες. Ἐλελήθεις δέ με, ὦ γενναῖε, καὶ γραφεὺς ἀγαθὸς ὤν. Πάνυ γοῦν ἐναργῶς ἐπέδειξας ἡμῖν τὰς ἐν τῷ Ὀρεστείῳ εἰκόνας καὶ τὴν μάχην τῶν ἀνδρῶν καὶ τὰ ὑπὲρ ἀλλήλων τραύματα. Πλὴν ἀλλ' οὐκ ᾤήθην ἄν ποτε οὕτω περισπούδαστον εἶναι φιλίαν ἐν Σκύθαις· ἅτε γὰρ ἀξένους καὶ ἀγρίους ὄντας αὐτοὺς ἔχθρᾳ μὲν ἀεὶ συνεῖναι καὶ ὀργῇ καὶ θυμῷ, φιλίαν δὲ μηδὲ πρὸς τοὺς οἰκειοτάτους ἐπαναιρεῖσθαι, τεκμαιρόμενος τοῖς τε ἄλλοις ἃ περὶ αὐτῶν ἀκούομεν, καὶ ὅτι κατεσθίουσι τοὺς πατέρας ἀποθανόντας.

9. ΤΟΞ. Εἰ μὲν καὶ τὰ ἄλλα ἡμεῖς τῶν Ἑλλήνων καὶ δικαιότεροι τὰ πρὸς τοὺς γονέας καὶ ὁσιώτεροι ἐσμέν, οὐκ ἂν ἐν τῷ παρόντι φιλοτιμηθείην πρὸς σέ· ὅτι δὲ οἱ φίλοι Σκύθαι πολὺ πιστότεροι τῶν Ἑλλήνων φίλων εἰσὶ καὶ ὅτι πλείων φιλίας λόγος παρ' ἡμῖν ἢ παρ' ὑμῖν, ῥᾴδιον ἐπιδεῖξαι· καὶ πρὸς θεῶν τῶν Ἑλλήνων μὴ πρὸς ἀχθηδόνα μου ἀκούσῃς, ἤν εἴπω τι ὧν κατανενόηκα πολὺν ἤδη χρόνον ὑμῖν συγγιγνόμενος. Ὑμεῖς γάρ μοι δοκεῖτε τοὺς μὲν περὶ φιλίας λόγους ἄμεινον ἄλλων ἂν εἰπεῖν δύνασθαι, τἄργα δὲ αὐτῆς οὐ μόνον οὐ κατ' ἀξίαν τῶν λόγων ἐκμελετᾶν, ἀλλ' ἀπόχρη ὑμῖν ἐπαινέσαι τε αὐτὴν καὶ δεῖξαι ἡλίκον ἀγαθόν ἐστιν· ἐν δὲ ταῖς χρείαις προδόντες τοὺς λόγους δραπετεύετε οὐκ οἶδ' ὅπως ἐκ μέσων τῶν

enim pictor utrumque negligentem sibi oppositos hostes, depellentem autem qui irruunt in alterum, et pro illo occurrere tentantem telis, et nihili curantem si ipse moriatur, modo servet amicum, et intentatam illi plagam suo corpore velut præripiat.

7. Hanc nempe tantam illorum benevolentiam, et malorum communionem, et fidem, et socialitatem, et veritatem firmitatemque amoris mutui; hæc, inquam, non humana esse putavimus, sed præstantioris cujusdam animi, quam est in plerisque his hominibus, qui, dum secundus est cursus, indignantur amicis si non in æquam jucundorum partem veniant; si vero vel paullum quiddam illis reflaverit, ilicet abeunt, solos periculis relinquentes. Etenim ut hoc etiam scias, nihil Scythæ amicitia majus esse existimant; neque est in quo Scytha magis sibi placeat, quam si cum amico laborare illi contingat, et in societatem adversorum illius venire : quemadmodum majus nullum apud nos probrum, quam si quis prodidisse amicitiam videatur. Propter hæc Oresten honoramus et Pyladen, qui præstiterint Scytharum bonis, et in amicitia eminuerint, quod primum omnium admiramur : atque nomen etiam propterea illis posuimus, ut Coracos appellaremus; id autem est nostra lingua, ut si quis « præsides amicitiæ genios » dicat.

8. MNES. Igitur non sagittis modo, Toxari, boni fuerunt Scythæ, et rebus bellicis præstantiores aliis, verum etiam in dicendo maxime omnium probabiles. Mihi quidem, aliter ad hunc diem sentienti, jam èt ipsi recte facere videmini, quum divinis adeo honoribus Oresten Pyladenque afficitis. Sed nesciebam, vir optime, te pictorem etiam bonum esse. Lucidissime enim nobis, quæ sunt in Oresteo, imagines ostendisti, et pugnam virorum, et quæ pro se invicem excepere vulnera. Verum hoc nunquam putaram, ita studiose coli inter Scythas amicitiam, quippe ut inhospitales et agrestes in inimicitiis semper versari illos arbitrabar, et ira, et excandescentia; amicitiam vero neque inter conjunctissimos suscipi; colligens ista tum e reliquis quæ de iis audimus, tum inde, quod parentes mortuos in cibo habent.

9. TOX. Utrum in reliquis etiam nos et justiores adversum parentes Græcis et religiosiores simus, de eo in præsenti tecum non contenderim : amicos vero Scythas multo Græcis amicis fideliores esse, et majorem amicitiæ rationem inter nos haberi quam apud vos, demonstratu facile est. Et, per ego te Græcorum deos oro, ne moleste me audias, si quid eorum dixero, quæ, postquam diu inter vos versor, observavi. Vos enim mihi videmini verba quidem de amicitia melius aliis posse facere; at opera illius non tantum non pro dignitate illorum verborum meditari atque exercere, sed sufficit vobis laudasse illam, et quantum sit bonum ostendisse; quum autem opus ea est, proditores orationis vestræ, nescio quomodo mediis ex operibus trans-

Καὶ ὁπόταν ὑμῖν οἱ τραγῳδοὶ τὰς τοιαύτας
ὶ τὴν σκηνὴν ἀναβιβάσαντες δεικνύωσιν, ἐπαι-
ἐπικροτεῖτε καὶ κινδυνεύουσιν αὐτοῖς ὑπὲρ
οἱ πολλοὶ καὶ ἐπιδακρύετε, αὐτοὶ δὲ οὐδὲν
αίνου ὑπὲρ τῶν φίλων παρέχεσθαι τολμᾶτε,
του φίλος δεηθεὶς τύχῃ, αὐτίκα μάλα ὥσπερ
ιτα οἴχονται ὑμῖν ἐκποδὼν ἀποπτάμεναι αἱ
κεῖναι τραγῳδίαι, τοῖς κενοῖς τούτοις καὶ κω-
ωπείοις ἐοικότας ὑμᾶς ἀπολιποῦσαι, ἃ διηρ-
στόμα καὶ παμμέγεθες κεχηνότα οὐδὲ τὸ σμι-
φθέγγεται· ἡμεῖς δὲ ἔμπαλιν· ὅσῳ γὰρ δὴ
α ἐν τοῖς περὶ φιλίας λόγοις, τοσούτῳ ἐν τοῖς
τῆς πλεονεκτοῦμεν.

Ἴ γ' οὖν δοκεῖ, οὕτω νῦν ποιῶμεν, τοὺς μὲν
φίλους ἀτρεμεῖν ἐάσωμεν, εἴ τινας ἢ ἡμεῖς ἢ
πάλαι καταριθμεῖν ἔχομεν — ἐπεὶ κατά γε
ονεκτοῖτε ἂν πολλοὺς καὶ ἀξιοπίστους μάρτυρας
τὰς παρεχόμενοι, τὴν Ἀχιλλέως καὶ Πατρόκλου
ὶ τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου καὶ τῶν ἄλλων ἑται-
αλλίστοις ἔπεσι καὶ μέτροις ῥαψῳδοῦντας —
έ τινας προχειρισάμενοι τῶν καθ' ἡμᾶς αὐτοὺς
γα αὐτῶν διηγησάμενοι, ἐγὼ μὲν τὰ Σκυθικά,
Ἑλληνικά, καὶ ὁπότερος ἂν ἐν τούτοις κρατῇ
ους παράσχηται τοὺς φίλους, αὐτός τε νενι-
αι καὶ τὴν αὑτοῦ ἀνακηρύξει κάλλιστον ἀγῶνα
τατον ἀγωνισάμενος· ὡς ἔγωγε πολὺ ἥδιον ἂν
μονομαχῶν ἡττηθεὶς ἀποτμηθῆναι τὴν δεξιάν,
Σκυθικῆς ἐπιτίμιόν ἐστιν, ἢ χείρων ἄλλου
ίαν κεκρίσθαι, καὶ ταῦτα Ἕλληνος Σκύθης

ΝΗΣ. Ἔστι μέν, ὦ Τόξαρι, οὐ φαῦλον τὸ
δρὶ οἵῳ σοὶ πολεμιστῇ μονομαχῆσαι πάνυ
; καὶ τεθηγμένους παρεσκευασμένῳ τοὺς λό-
ὐ μὴν ἀγεννῶς γε οὕτω καταπροδοὺς ἐν βρα-
λληνικὸν ἅπαν ὑποχωρήσομαί σοι· καὶ γὰρ ἂν
ινον, ὑπὸ δυοῖν μὲν ἐκείνοιν ἡττηθῆναι τοσού-
Σκυθῶν, ὁπόσους οἵ τε μῦθοι δηλοῦσι καὶ αἱ
παλαιαὶ γραφαί, ἃς μικρῷ πρόσθεν εὖ μάλα
δησας· Ἕλληνας δὲ πάντας, τοσαῦτα ἔθνη
ας πόλεις ἐρήμην ὑπὸ σοῦ ἁλῶναι. Εἰ γὰρ
οιτο, οὐ τὴν δεξιὰν ὥσπερ ὑμεῖς, ἀλλὰ τὴν
ἀποτμηθῆναι καλόν. Πότερον δὲ ὡρίσθαι
ριθμὸν ἡμῖν τῶν φιλικῶν τούτων πράξεων, ἢ
τις πλείους ἔχῃ λέγειν, τοσούτῳ εὐπορώτερος
πρὸς τὴν νίκην;

Οὐδαμῶς, ἀλλ' ὡρίσθω μὴ ἐν τῷ πλήθει
κράτος, ἀλλ' εἰ ἀμείνους καὶ τομώτεραι φαί-
σαι τῶν ἐμῶν ἴσαι τὸν ἀριθμὸν οὖσαι, και-
ῆλον ὅτι ἐργάσονταί μοι τραύματα καὶ θᾶττον
ρὸς τὰς πληγάς.

Σ. Εὖ λέγεις, καὶ ὡρίσθωσαν ὁπόσαι ἱκαναί.
οιγε δοκοῦσιν ἑκατέρῳ.

Κἀμοὶ δοκεῖ, πρότερος δὲ λέγε, ἀλλ' ἐπομο-
μὴν ἀληθῆ ἐρεῖν· ἄλλως γὰρ πλάττειν τὰ

fugitis. Et quando vobis tragœdi tales amicitias in scenam productas ostendunt, laudatis et plauditis, illisque pro se invicem periclitantibus plerique etiam illacrimamini: ipsi vero nihil laude dignum præstare pro amicis audetis; sed si qua re indigeat forte amicus, subito, velut insomnia, aufugiunt vobis avolantque e vestigio multæ illæ tragœdiæ, inanibusque his et mutis personis similes vos destituunt, quæ diducto rictu et immane quantum hiantes ne minimum quidem sonum edunt. Nos contra ea, quantumcumque disputationibus de amicitia habendis inferiores sumus, tantum in operibus quæ illa imperat præstamus.

10. Quare, si videtur, ita nunc agamus. Antiquos amicos patiamur quiescere, si quos aut nos, aut vos de prisco ævo annumerare possimus: nam hac quidem parte vos viceritis, multos eosque dignos fide testes dantes poetas, qui Achillis et Patrocli amicitiam, et Thesei atque Pirithoi, reliquorumque sodalitium pulcherrimis versibus et numeris canant: sed paucos quosdam de his, qui nostro ipsorum tempore vixerunt, promamus, quorum enarremus facta, ego quidem Scythica, tu autem Græca: et in his uter vicerit et meliores produxerit amicos, ille victor erit, suamque præconio victoriam ornabit, pulcherrimo et honestissimo peracto certamine. Nam multo equidem libentius mihi videor solitaria pugna superatus dextram præcidendam præbere, quæ Scythicæ gentis pœna est, quam deterior alio in amicitia judicari, idque Græco, quum ipse sim Scytha.

11. MNES. Est quidem, Toxari, opus minime contemtibile, cum viro, qualis tu, bellatore pugnam solitariam inire, qui tam apta ad scopum et acuta argumenta habeas. Verumtamen non ignave adeo proditam cito Græciam omnem tibi concessero: indignissimum etenim fuerit, a duobus illis tantum Scytharum esse superatum, quantos et fabulæ indicant, et antiquæ vestræ picturæ, quas paullo ante præclare velut in tragica scena enarrasti: Græcos vero universos, tot gentes et tot urbes, deserta causa a te superari. Hoc enim si fiat, non dextram, ut vobis, sed linguam mihi abscidi justum fuerit. Utrum vero finiri nobis oportet numerum amicarum ejusmodi actionum; an quo plures quis proferendas habuerit, tanto ad victoriam videbitur instructior?

TOX. Nequaquam: sed definitum esto non in multitudine earum robur, sed si præstantiores et quasi penetrabiliores tuæ videantur amicitiæ meis, æquales ceteroqui numero utræque, graviora nempe facient mihi vulnera, eoque celerius plagis concedam.

MNES. Recte dicis: et finiantur quot satis sint. Quinque mihi quidem unicuique videntur sufficere.

TOX. Et mihi videtur. Dic tu prior, sed jurato prius, te vera dicturum: alioquin enim fingere talia non admodum

τοιαῦτα οὐ πάνυ χαλεπὸν καὶ ὁ ἔλεγχος ἀφανής. Εἰ δὲ ὀμόσειας, οὐχ ὅσιον ἀπιστεῖν.

ΜΝΗΣ. Ὀμούμεθα, εἴ τι καὶ ὅρκου δεῖν νομίζεις. Τίς δέ σοι τῶν ἡμετέρων θεῶν.... ἆρ' ἱκανὸς ὁ Φίλιος;

ΤΟΞ. Καὶ μάλα· ἐγὼ δὲ τὸν ἐπιχώριον ὀμοῦμαί σοι ἐν τῷ ἐμαυτοῦ λόγῳ.

12. ΜΝΗΣ. Ἴστω τοίνυν ὁ Ζεὺς ὁ φίλιος, ἦ μὴν ὁπόσα ἂν λέγω πρὸς σὲ ἢ αὐτὸς εἰδὼς ἢ παρ' ἄλλων, ὁπόσον οἷόν τε ἦν, δι' ἀκριβείας ἐκπυνθανόμενος ἐρεῖν, μηδὲν παρ' ἐμαυτοῦ ἐπιτραγῳδῶν. Καὶ πρώτην γέ σοι τὴν Ἀγαθοκλέους καὶ Δεινίου φιλίαν διηγήσομαι ἀοίδιμον ἐν τοῖς Ἴωσι γενομένην· Ἀγαθοκλῆς γὰρ οὗτος ὁ Σάμιος οὐ πρὸ πολλοῦ ἐγένετο, ἄριστος μὲν πρὸς φιλίαν, ὡς ἔδειξε, τἄλλα δὲ οὐδὲν Σαμίων τῶν πολλῶν ἀμείνων οὔτε ἐς τὸ γένος οὔτε ἐς τὴν ἄλλην περιουσίαν· Δεινίᾳ δὲ τῷ Λύσωνος Ἐφεσίῳ φίλος ἐκ παίδων ἦν· ὁ δὲ Δεινίας ἐπλούτει ἄρα εἰς ὑπερβολήν· καὶ ὥσπερ εἰκὸς νεόπλουτον ὄντα, πολλοὺς καὶ ἄλλους εἶχε περὶ ἑαυτὸν ἱκανοὺς μὲν συμπιεῖν καὶ πρὸς ἡδονὴν συνεῖναι, φιλίας δὲ πλεῖστον ὅσον ἀποδέοντας. Τέως μὲν οὖν ἐν τούτοις καὶ ὁ Ἀγαθοκλῆς ἐξητάζετο καὶ συνῆν καὶ συνέπινεν αὐτοῖς οὐ πάνυ χαίρων τῇ τοιαύτῃ διατριβῇ, καὶ ὁ Δεινίας οὐδὲν αὐτὸν ἐντιμότερον εἶχε τῶν κολάκων· τελευταῖον δὲ καὶ προσέκρουε τὰ πολλὰ ἐπιτιμῶν, καὶ φορτικὸς ἐδόκει ὑπομιμνήσκων ἀεὶ τῶν προγόνων καὶ φυλάττειν παραγγέλλων ἃ μετὰ πολλῶν καμάτων ὁ πατὴρ αὐτῷ κτησάμενος κατέλιπεν· ὥστε διὰ ταῦτα οὐδὲ ἐπὶ τοὺς κώμους ἐπῆγεν ἔτι αὐτόν, ἀλλὰ μόνος μετ' ἐκείνων ἐκώμαζε λανθάνειν πειρώμενος τὸν Ἀγαθοκλέα.

13. Καὶ δή ποτε ὑπὸ τῶν κολάκων ἐκείνων ὁ ἄθλιος ἀναπείθεται ὡς ἐρῴη αὐτοῦ Χαρίκλεια Δημώνακτος γυνὴ ἀνδρὸς ἐπιφανοῦς καὶ πρώτου Ἐφεσίων τὰ πολιτικά· καὶ γραμματίδιά τε εἰσεφοίτα αὐτῷ παρὰ τῆς γυναικὸς καὶ στέφανοι ἡμιμάραντοι καὶ μῆλά τινα ἀποδεδηγμένα καὶ ἄλλα ὁπόσα αἱ μαστροποὶ τοῖς νέοις ἐπιμηχανῶνται, κατὰ μικρὸν αὐτοῖς ἐπιτεχνώμεναι τοὺς ἔρωτας καὶ ἀναφλέγουσαι τὸ πρῶτον ἐρᾶσθαι νομίζοντας· ἐπαγωγότατον γὰρ τοῦτό γε, καὶ μάλιστα τοῖς καλοῖς εἶναι οἰομένοις, ἄχρι ἂν λάθωσιν εἰς τὰ δίκτυα ἐμπεσόντες. Ἡ Χαρίκλεια δὲ ἦν ἀστεῖον μέν τι γύναιον, ἑταιρικὸν δὲ ἐκτόπως καὶ τοῦ προστυχόντος ἀεί, καὶ εἰ πάνυ ἐπ' ὀλίγῳ ἐθελήσειέ τις καὶ εἰ προσίδοι τις μόνον, εὐθὺς ἐπένευε καὶ δέος οὐδὲν ἦν μή τι ἀντείποι Χαρίκλεια. Δεινὴ δὲ καὶ τἄλλα τεχνῖτις παρ' ἥντινα βούλει τῶν ἑταιρῶν ἐπισπάσασθαι ἐραστὴν καὶ ἀμφίβολον ἔτι ὄντα ὅλον ὑποποιήσασθαι καὶ ἐνεχόμενον ἤδη ἐπιτεῖναι καὶ προσεκκαῦσαι ἄρτι μὲν ὀργῇ, ἄρτι δὲ κολακείᾳ καὶ μετὰ μικρὸν ὑπεροψίᾳ καὶ τῷ πρὸς ἕτερον ἀποκλίνειν δοκεῖν, καὶ ὅλη συνεκεκρότητο ἁπανταχόθεν ἡ γυνὴ καὶ πολλὰ μηχανήματα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἐραστῶν.

14. Ταύτην οὖν τότε οἱ Δεινίου κόλακες παραλαμβάνουσιν ἐπὶ τὸ μειράκιον καὶ τὰ πολλὰ ὑπεκωμῴδουν συνωθοῦντες αὐτὸν εἰς τὸν ἔρωτα τῆς Χαρικλείας. Ἡ

difficile, et convincendi obscura ratio. Si vero juraveris, fidem negare irreligiosum fuerit.

MNES. Juremus, si quid opus esse jurato arbitraris. Quis vero tibi deorum nostrorum.... num idoneus est Philius?

TOX. Sane. Ego autem per patrium tibi in mea oratione jurabo.

12. MNES. Audiat igitur Jupiter Philius, me, quæcumque ad te dixero, aut quæ ipse sciam dicturum, aut quæ ab aliis quanta fieri potuit cura exquisiverim, neque quicquam de meo tragicæ fabulositatis additurum. Ac primum tibi Agathoclis et Diniæ amicitiam enarrabo, decantatam inter Iones. Nempe Agathocles hic Samius non diu est quum vixit, ad amicitiam quidem, ut ostendit, præstantissimus, ceterum vulgo Samiorum nihil melior, neque genere, neque copiis ceteris : Diniæ autem Lysonis filio, Ephesio, amicus a pueris fuerat. Ac dives erat Dinias ultra fidem, et, quod facile credas de homine divitias nuper demum nacto, multos quoque alios circa se habebat, ad compotandum quidem idoneos et voluptatem eo convictu parandam, ab amicitia autem tantum, quantum est maximum, remotos. Igitur adhuc quidem in hisce numerari etiam Agathocles, et una esse, et una potare, quanquam non valde illa consuetudine gauderet; Dinias etiam nihilo majore illum in pretio habere, quam adulatores. Tandem etiam offensus est, quod crebro illum reprehenderet, et importunus visus, qui majorum illum admoneret suorum, et servare juberet quæ multo labore parta pater ipsi reliquisset. Itaque propter ista neque ad comissationes amplius illum adhibebat, sed solus cum istis potare, subducere se Agathocli studens.

13. Jamque ab adulatoribus istis persuaderi sibi miser ille patitur, amore ipsius accensam Charicleam Demonactis uxorem, clarissimi viri, et in civitate Ephesiorum primi : et ventitant illi a muliere codicilli, et coronæ semimarcidulæ, et mala quædam demorsa, et alia quæ machinantur contra adolescentulos lenæ, dum paullatim suis artificiis amores illis instruunt, et accendunt ultro amari se putantes : maxime enim hoc ad illiciendum valet, apud eos præsertim qui pulchri sibi videntur, dum imprudentes in retia incidant. Erat autem Chariclea muliercula haud illepida, sed meretricii supra modum ingenii, quæ ejus semper esset, in quem forte incideret, etiam si parvo admodum amare quis vellet : et si quis aspiceret modo, innuebat statim, neque unquam metus ne Chariclea repugnaret. Erat etiam alioquin mira artifex, supra quamvis meretricem, alliciendi amatorem, et ambiguum qui adhuc esset, subjugandi totum, et qui jam teneretur intendendi et magis accendendi nunc ira, nunc adulatione, et paullo post fastidio, et simulata ad alium inclinatione : ac tota undique ad hæc composita erat mulier, multasque paraverat in amatores machinas.

14. Hanc ergo tum asciscunt Diniæ adulatores contra adolescentem, et fere ut secundarum actores subserviunt, in Charicleæ illum amorem impellentes. Illa vero,

ς ἤδη νέους ἐκτραχηλίσασα καὶ μυρίους ἔρω-
ρινομένη καὶ οἴκους πολυταλάντους ἀνατρέ-
ιχίλον τι καὶ πολυγύμναστον κακὸν, παραλα-
τὰς χεῖρας ἁπλοϊκὸν καὶ ἄπειρον τῶν τοιούτων
άτων νεανίσκον οὐκ ἀνῆκεν ἐκ τῶν ὀνύχων,
ιέχουσα πανταχόθεν καὶ διαπείρασα, ὅτε ἤδη
τιν ἐκράτει, αὐτή τε ἀπώλετο ὑπὸ τῆς ἄγρας
ακοδαίμονι Δεινίᾳ μυρίων κακῶν αἰτία ἐγέ-
μὲν γὰρ πρῶτον εὐθὺς ἐκεῖνα ἐπ' αὐτὸν καθίει
ιάτια, καὶ συνεχῶς πεμπομένη τὴν ἅβραν, ὡς
καὶ ἐπηγρύπνησε καὶ τέλος ὡς ἀπάγξει ἑαυτὴν
ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, ἕως δὴ ὁ μακάριος ἐπείσθη
αι καὶ ταῖς Ἐφεσίων γυναιξὶ περιπόθητος.
αί που συνηνέχθη πολλὰ ἱκετευθείς. Καὶ τὸ
ἤδη ῥᾷον, ὡς τὸ εἰκὸς, ἁλώσεσθαι ἔμελλεν ὑπὸ
καλῆς καὶ πρὸς ἡδονήν τε ὁμιλῆσαι ἐπιστα-
ὶ ἐν καιρῷ δακρῦσαι καὶ μεταξὺ τῶν λόγων
ὑποστενάξαι καὶ ἀπιόντος ἤδη λαβέσθαι καὶ
ι προσδραμεῖν καὶ καλλωπίζεσθαι, ὡς ἂν μά-
ίσειε, καί που καὶ ᾆσαι καὶ κιθαρίσαι· οἷς ἅπασι
Δεινίου ἐκέχρητο. Καὶ ἐπεὶ ᾔσθετο πονηρῶς
αὶ διάβροχον ἤδη τῷ ἔρωτι καὶ τακερὸν γεγενη-
λο ἐπὶ τούτοις ἐπενόει καὶ τὸν ἄθλιον ἀπώλλυε·
γὰρ ἐξ αὐτοῦ σκήπτεται — ἱκανὸν δὲ καὶ τοῦτο
αστὴν προσεκπυρῶσαι — καὶ οὐκέτι ἐφοίτα
ὸν φυλάττεσθαι ὑπὸ τἀνδρὸς λέγουσα πεπυσμέ-
ρωτα· ὁ δ' οὐκέτι οἷός τε ἦν φέρειν τὸ πρᾶγμα,
χετο μὴ ὁρῶν αὐτήν. ἀλλὰ ἐδάκρυε καὶ τοὺς κό-
σέπεμπε καὶ τοὔνομα τῆς Χαρικλείας ἐπεβοᾶτο
ἰκόνα περιβαλὼν αὐτῆς — ἐπεποίητο δὲ λίθου
— ἐκώκυε καὶ τέλος καταβαλὼν ἑαυτὸν εἰς τοὔ-
υλίνδετο καὶ λύττα ἦν ἀκριβὴς τὸ πρᾶγμα· τὰ
δῶρα οὐ κατὰ μῆλα καὶ στεφάνους ἀντεδίδοτο
λλὰ συνοικίαι ὅλαι καὶ ἀγροὶ καὶ θεράπαιναι
τες εὐανθεῖς καὶ χρυσὸν ὁπόσον ἐθελήσειε. Καὶ
ἐν βραχεῖ ὁ Λύσωνος οἶκος ὀνομαστότατος τῶν
ι γενόμενος ἐξήντλητο ἤδη καὶ ἐξεκεκένωτο.
Εἶτα ὡς ἤδη αὖος ἦν, ἀπολιποῦσα αὐτὸν ἄλλον
ῆτα νεανίσκον τῶν ὑποχρύσων ἐθήρα καὶ με-
ἐπ' ἐκεῖνον καὶ ἤρα ἤδη αὐτοῦ κἀκεῖνος ἐπί-
Ἀμελούμενος οὖν ὁ Δεινίας οὐχ ὑπὸ τῆς
ίας μόνον, ἀλλὰ καὶ ὑπὸ τῶν κολάκων —
γὰρ ἐπὶ τῶν Κρῆτα ἤδη τὸν ἐρώμενον
ύθεσαν — ἔρχεται παρὰ τὸν Ἀγαθοκλέα καὶ
ἰδότα ὡς ἔχει πονηρῶς τὰ πράγματα αὐτῷ.
ούμενος τὸ πρῶτον ὅμως διηγεῖτο πάντα, τὸν
τὴν ἀπορίαν, τὴν ὑπεροψίαν τῆς γυναικὸς, τὸν
τὴν τὸν Κρῆτα, καὶ τέλος ὡς οὐ βιώσεται μὴ
ὼν τῇ Χαρικλείᾳ. Ὁ δὲ ἄκαιρον εἶναι νομίσας
ἀπομνημονεύειν τῷ Δεινίᾳ, διότι οὐ προσίετο
ὸν φίλων αὐτὸν, ἀλλὰ τοὺς κόλακας αὐτοῦ προε-
τε, ἣν μόνον εἶχε πατρῴαν οἰκίαν ἐν Σάμῳ
λήσας ἧκεν αὐτῷ τὴν τιμὴν κομίζων τρία τά-
Λαβὼν δὲ ὁ Δεινίας οὐκ ἀφανὴς εὐθὺς ἦν τῇ

multos jam adolescentes supplantaverat, et mille amores simulaverat, et domus opulentissimas everterat, multiplex quoddam et subactum longa exercitatione infortunium; hæc igitur nacta intra manus suas simplicem et imperitum talium artificiorum juvenem, non dimisit ex unguibus, sed complexa undique et configens, quum jam ex omni parte illum teneret, et ipsa a sua præda periit, et misero Diniæ mille malorum causa fuit. Nam primo statim illos demittit in eum hami instar codicillos, et continue legat ancillam suam, ut lacrimetur, et pervigilet, tandem ut suspensura se sit præ amore misera, significaturam: donec persuasum est beatulo, pulchrum esse et Ephesiorum uxoribus expetitum.

15. Ac tandem multis precibus exoratus cum ea congreditur. Et hinc jam facile, ut apparet, fuit illum expugnari a pulchra muliere, quæ sciret ad voluptatem attemperare suos sermones, et plorare opportune, et inter sermones miserabiliter ingemiscere, et abeuntem jam complecti, et ingredienti occurrere, et eum ornatum adhibere quo maxime placeret, et interdum canere etiam ac citharam pulsare: quibus illa omnibus adversus Diniam usa est. Et quum sentiret jam illum laborare, et madefactum amore mersumque esse, hinc aliud excogitat, quo perderet miserum, nempe uterum se etiam ex illo gerere: valet autem hoc etiam ad stolidum amatorem magis accendendum: neque amplius ad illum ventitat, custodiri se a viro dicens, qui audierit de amore. At ille rem non ferre, neque pati posse, quod non videret illam, sed lacrimari, et intro mittere adulatores, et nomen Chariclеæ inclamare, ejusque statuam (de candido marmore facta erat) amplectens ejulare, tandem humi se abjiciens volvitur, resque in confessum furorem exit. Dona enim non pro portione malorum et corollarum illi reddebantur, sed ædes totæ, et agri, et servæ, et vestes floridæ, et auri quantum vellet. Et quid multa? brevi tempore Lysonis domus nobilissima per Ioniam quæ fuerat, exhausta jam et vacuefacta erat.

16. Deinde quum jam siccus ille et aridus esset, eo relicto, alium quendam Cretensem juvenem, de auratis illis, venata, ad illum transiit; et illum jam amabat, et ille amari se credebat. Dinias igitur, neglectus jam non a Chariclea solum, sed etiam ab adulatoribus (nam hi quoque jam ad Cretensem illum amasium transierant), venit ad Agathoclem, qui jam diu sciret quam malo loco res ipsius essent. Ac primum non sine pudore, enarrat tamen omnia, amorem, indigentiam, superbiam mulieris, rivalem Cretensem, et denique se vivere non posse, nisi esset cum Chariclea. At ille intempestivum ratus eo tempore exprobrare Diniæ, quod solum se amicorum non admisisset, sed adulatores prætulisset tum sibi: vendita, quam solam habebat Sami, domo paterna, venit pretium illi ferens tria talenta. His acceptis

Χαρικλείᾳ καλός ποθεν ἄρτι γεγενημένος· καὶ αὖθις ἡ ἅβρα καὶ τὰ γραμμάτια καὶ μέμψις, ὅτι μὴ πολλοῦ χρόνου ἀφίκετο, καὶ οἱ κόλακες συνέθεον ἐπικαλαμησόμενοι ὁρῶντες ἐδώδιμον ἔτι ὄντα τὸν Δεινίαν.

17. Ὡς δὲ ὑπέσχετο ἥξειν παρ' αὐτὴν καὶ ἧκε περὶ πρῶτον ὕπνον καὶ ἔνδον ἦν, ὁ Δημῶναξ ὁ τῆς Χαρικλείας ἀνὴρ εἴτε ἄλλως αἰσθόμενος εἴτε καὶ ἀπὸ συνθήματος τῆς γυναικός — ἄμφω γὰρ λέγεται — ἐπαναστὰς ὥσπερ ἐκ λόχου τήν τε αὔλειον ἀποκλείειν ἐκέλευε καὶ συλλαμβάνειν τὸν Δεινίαν, πῦρ καὶ μάστιγας ἀπειλῶν καὶ ξίφος ὡς ἐπὶ μοιχὸν σπασάμενος. Ὁ δὲ συνιδὼν οὗ κακῶν ἦν, μοχλόν τινα πλησίον κείμενον ἁρπάσας αὐτόν τε ἀποκτείνει τὸν Δημώνακτα πατάξας εἰς τὸν κρόταφον καὶ τὴν Χαρίκλειαν, οὐ μιᾷ πληγῇ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τῷ μοχλῷ πολλάκις καὶ τῷ ξίφει τοῦ Δημώνακτος ὕστερον. Οἱ δ' οἰκέται τέως μὲν ἑστήκεσαν ἄφωνοι τῷ παραδόξῳ τοῦ πράγματος ἐκπεπληγμένοι, εἶτα πειρώμενοι συλλαμβάνειν, ὡς καὶ αὐτοῖς ἐπῄει μετὰ τοῦ ξίφους, ἐκεῖνοι μὲν ἔφευγον, ὁ Δεινίας δὲ ὑπεξέρχεται τηλικοῦτον ἔργον εἰργασμένος· καὶ τὸ μέχρι τῆς ἕω παρὰ τῷ Ἀγαθοκλεῖ διέτριβεν, ἀναλογιζόμενοι τὰ πεπραγμένα καὶ περὶ τῶν μελλόντων ὅ τι ἀποβήσεται σκοποῦντες· ἕωθεν δὲ οἱ στρατηγοὶ παρῆσαν — ἤδη γὰρ τὸ πρᾶγμα διεβεβόητο — καὶ συλλαβόντες τὸν Δεινίαν, οὐδ' αὐτὸν ἔξαρνον ὄντα μὴ οὐχὶ πεφονευκέναι, ἀπάγουσι παρὰ τὸν ἁρμοστήν, ὃς ἥρμοζε τὴν Ἀσίαν τότε· ὁ δὲ βασιλεῖ τῷ μεγάλῳ ἀναπέμπει αὐτόν· καὶ μετ' οὐ πολὺ κατεπέμφθη ὁ Δεινίας εἰς Γύαρον νῆσον τῶν Κυκλάδων ἐν ταύτῃ φεύγειν εἰς ἀεὶ τεταγμένος ὑπὸ βασιλέως.

18. Ὁ δὲ Ἀγαθοκλῆς καὶ τἄλλα μὲν συνῆν καὶ συναπῆρεν εἰς τὴν Ἰταλίαν καὶ συνεισῆλθεν εἰς τὸ δικαστήριον μόνος τῶν φίλων καὶ πρὸς οὐδὲν ἐνεδέησεν. Ἐπεὶ δὲ ἤδη ἔφευγεν ὁ Δεινίας, οὐδὲ τότε ἀπελείφθη τοῦ ἑταίρου, καταδικάσας δὲ αὐτὸς αὑτοῦ διέτριβεν ἐν Γυάρῳ καὶ συνέφευγεν αὐτῷ, καὶ ἐπειδὴ παντάπασιν ἠπόρουν τῶν ἀναγκαίων, παραδοὺς ἑαυτὸν τοῖς πορφυρεῦσι συγκατεδύετο καὶ τὸ γιγνόμενον ἐκ τούτου ἀποφέρων ἔτρεφε τὸν Δεινίαν καὶ νοσήσαντά τε ἐπὶ μήκιστον ἐθεράπευσε καὶ ἀποθανόντος οὐκέτι ἐπανελθεῖν εἰς τὴν ἑαυτοῦ ἠθέλησεν, ἀλλ' αὐτοῦ ἐν τῇ νήσῳ ἔμεινεν αἰσχυνόμενος καὶ τεθνεῶτα ἀπολιπεῖν τὸν φίλον. Τοῦτό σοι ἔργον φίλου Ἕλληνος οὐ πρὸ πολλοῦ γενόμενον· ἔτη γὰρ οὐκ οἶδα εἰ πέντε ἤδη διελήλυθεν, ἀφ' οὗ Ἀγαθοκλῆς ἐν Γυάρῳ ἀπέθανε.

ΤΟΞ. Καὶ εἴθε γε, ὦ Μνήσιππε, ἀνώμοτος ὢν ταῦτα ἔλεγες, ἵνα καὶ ἀπιστεῖν ἂν ἐδυνάμην αὐτοῖς· οὕτω Σκυθικόν τινα φίλον τὸν Ἀγαθοκλέα τοῦτον διηγήσω. Πλὴν οὖν δέδια μή τινα καὶ ἄλλον ὅμοιον εἴπῃς αὐτῷ.

19. ΜΝΗΣ. Ἄκουε τοίνυν καὶ ἄλλον, ὦ Τόξαρι, Εὐθύδικον τὸν Χαλκιδέα. Διηγεῖτο δέ μοι περὶ αὐτοῦ Σιμύλος ὁ ναύκληρος ὁ Μεγαρικὸς ἐπομοσάμενος ἦ μὴν αὐτὸς ἑορακέναι τὸ ἔργον· πλεῖν μὲν γὰρ ἔφη ἐξ

Dinias jam non obscurus esse Charicleæ pulcher quodam modo factus denuo : et rursus ancilla, et codicilli, et reprehensio, quod diu non venisset : adulatores etiam concurrere, facturi spicilegium quum viderent esse adhuc Diniam talem, quem comederent.

17. Quum autem venturum se ad illam condixisset, et venisset circa primam quietem, et intus esset, Demonax, Charicleæ maritus, sive forte fortuna illud senserit, sive re cum uxore composita (utrumque enim dicitur), consurgens velut ex insidiis claudi jubet januam aulæ, et comprehendi Diniam, ignem minans ac flagella, strictoque velut in adulterum gladio. At ille videns quantis in malis esset, correpto vecti quodam prope jacente, tum ipsum Demonactem percusso tempore interficit, tum Charicleam, nec una hanc plaga, verum et vecti sæpius, et deinde Demonactis gladio. Servi autem, qui muti adhuc astiterant inopinata re perculsi, jam comprehendere illum tentantes, quum ipsos quoque gladio invaderet, se subducebant, et Dinias, tanto patrato facinore, clanculum exit, inde ad auroram usque moratur apud Agathoclem, ubi perpendunt acta, et de futuris, quem res exitum habitura esset, considerant. Mane vero adsunt magistratus, re jam rumoribus dilata, et comprehensum Diniam, qui nec ipse cædem a se factam negaret, ad Præsidem, qui tum regebat Asiam, abducunt. At ille mittit ad Imperatorem : neque ita multo post relegatur Dinias in Gyarum insulam, unam Cycladum, exulare in ea perpetuo jussus ab Imperatore.

18. Agathocles autem quum alias illum comitatus est, tum navigavit cum illo in Italiam, et in judicium venit amicorum solus, et nulla in re illi defuit. Et quum jam exularet Dinias, ne tum quidem a sodali destitutus est, qui velut ipse se damnans, in Gyaro moraretur, exulans cum illo; et quum omnino rebus necessariis deficerentur, locata purpurariis opera, cum his urinabat, mercedulaque inde accepta alebat Diniam. Ægrotantem quoque diutissime curavit; ac ne mortuo quidem illo redire in patriam voluit, sed ibidem in insula mansit, qui mortuum etiam amicum relinquere pudori sibi duceret. Hoc tibi factum amici Græci non ita diu est ex quo contigit : anni enim nescio an quinque abierint, a quo Gyaris mortuus est Agathocles.

TOX. Utinam vero injuratus, Mnesippe, ista narrasses, ut etiam fidem negare illis possem : adeo Scythicum quendam amicum Agathoclem istum narrasti. Verum enim metuo ne quem alium dicas illi similem.

19. MNES. Audi ergo alium etiam, Toxari, Euthydicum Chalcidensem. Narravit autem mihi de illo Simylus nauclerus Megarensis jurans, se rem vidisse ipsum. Navigasse

ταλίας Ἀθήναζε περὶ δύσιν Πλειάδος συλλογιμαίους
νὰς ἀνθρώπους κομίζων, ἐν δὲ τούτοις εἶναι καὶ τὸν
)θύδικον καὶ μετ' αὐτοῦ Δάμωνα, Χαλκιδέα καὶ
ῦτον, ἑταῖρον αὐτοῦ· ἡλικιώτας δὲ εἶναι, τὸν μὲν Εὐ-
δικον ἐρρωμένον καὶ καρτερὸν, τὸν δὲ Δάμωνα ὕπω-
ον καὶ ἀσθενικὸν, ἄρτι ἐκ νόσου μακρᾶς, ὡς ἐδόκει,
ιστάμενον. Ἄχρι μὲν οὖν Σικελίας εὐτυχῶς δια-
ευσαι ἔφη ὁ Σιμύλος σφᾶς· ἐπεὶ δὲ τὸν πορθμὸν
ιπεράσαντες ἐν αὐτῷ ἤδη τῷ Ἰονίῳ ἔπλεον, χειμῶνα
γιστον ἐπιπεσεῖν αὐτοῖς. Καὶ τὰ μὲν πολλὰ τί ἄν τις
γοι, τρικυμίας τινὰς καὶ στροβίλους καὶ χαλάζας καὶ
λα ὅσα χειμῶνος κακά; ἐπεὶ δὲ ἤδη σφᾶς κατὰ τὴν
κυνθον εἶναι ἀπὸ ψιλῆς τῆς κεραίας πλέοντας, ἔτι
σπείρας τινὰς ἐπισυρομένους, ὡς τὸ ῥόθιον ἐπιδέ-
σθαι τῆς ὁρμῆς, περὶ μέσας νύκτας οἷον ἐν τοσούτῳ
λῳ ναυτιάσαντα τὸν Δάμωνα ἐμεῖν ἐγκεκυφότα εἰς
θάλατταν· εἶτα, οἶμαι, τῆς νεὼς βιαιότερον ἐς ὃ
κύφει μέρος ἐπικλιθείσης καὶ τοῦ κύματος συναπώ-
ντος, ἐκπεσεῖν αὐτὸν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ πέλαγος, οὐδὲ
μνὸν τὸν ἄθλιον, ὡς ἂν καὶ ῥᾷον δύνασθαι νεῖν· εὐ-
οὖν βοᾶν πνιγόμενον καὶ μόγις ἑαυτὸν ὑπερέχοντα
κλύδωνος.

nimirum se dixit ex Italia Athenas versus circa Vergiliarum occasum, cum vectoribus hinc inde collectis : in hisce autem fuisse Euthydicum, et cum illo Damonem, Chalcidensem hunc quoque, illius sodalem : fuisse autem æquales, ceterum Euthydicum valentem ac robustum, Damonem vero subpallidum et imbecillum, qui e longo morbo videretur modo convaluisse. Atque ad Siciliam usque feliciter ipsos navigasse, retulit mihi Simylus : superato autem freto, in ipso jam Ionio navigantes, tempestate oppressos maxima. Quid autem attinet dicere multa illa, fluctus decumanos, et turbines, et grandines, et reliqua tempestatis mala? quum jam prope Zacynthum essent, nuda navigantes antenna et spiras quasdam ad impetum undæ excipiendum trahentes, media circiter nocte, nauseantem, ut in tanta agitatione, Damonem vomuisse proclinato versus mare corpore. Tum navi, puto, violentius in eam partem in quam incubuerat inclinata, et fluctu simul depellente, præcipitem excidisse in pelagus, ne nudum quidem miserum, ut natare posset facilius. Statim igitur clamasse ut qui jam suffocetur, et vix se supra fluctus teneat.

20. Τὸν δὲ Εὐθύδικον, ὡς ἤκουσε — τυχεῖν δὲ
μνὸν ἐν τῇ εὐνῇ ὄντα — ῥῖψαι ἑαυτὸν εἰς τὴν θάλατ-
ν καὶ καταλαβόντα τὸν Δάμωνα ἤδη ἀπαγορεύοντα
φαίνεσθαι γὰρ ἐπὶ πολὺ ταῦτα τῆς σελήνης κατα-
μπούσης — συμπαρανήχεσθαι καὶ συγκουφίζειν·
ᾶς δὲ ἐπιθυμεῖν μὲν αὐτοῖς βοηθεῖν καὶ ἐλεεῖν τὴν
μφορὰν τῶν ἀνδρῶν, μὴ δύνασθαι δὲ μεγάλῳ τῷ
εύματι ἐλαυμένους· πλὴν ἐκεῖνά γε ποιῆσαι, φελλούς
γὰρ πολλοὺς ἀφεῖναι αὐτοῖς καὶ τῶν κοντῶν τινας,
ς ἐπὶ τούτων ἀπονήξαιντο, εἴ τινι αὐτῶν περιτύχοιεν,
αὶ τέλος καὶ τὴν ἀποβάθραν αὐτὴν οὐ μικρὰν οὖσαν.
Ἐννόησον τοίνυν πρὸς θεῶν, ἥντινα ἄν τις ἄλλην
πίδειξιν ἐπιδείξαιτο εὐνοίας βεβαιοτέραν πρὸς ἄνδρα
φίλον ἐν νυκτὶ ἐκπεσόντα ἐς πέλαγος οὕτως ἠγριωμένον
ἢ κοινωνήσας τοῦ θανάτου; καί μοι ἐπ' ὀφθαλμῶν λαβὲ
τὴν ἐπανάστασιν τῶν κυμάτων, τὸν ἦχον τοῦ ὕδατος
ἐπικλωμένου, τὸν ἀφρὸν περιζέοντα, τὴν νύκτα, τὴν
ἀπόγνωσιν, εἶτα ἀποπνιγόμενον ἐκεῖνον καὶ μόγις ἀνα-
κύπτοντα καὶ τὰς χεῖρας ὀρέγοντα τῷ ἑταίρῳ, τὸν δὲ
ἐπιπηδῶντα εὐθὺς καὶ συννέοντα καὶ δεδιότα μὴ προα-
πόληται αὐτοῦ ὁ Δάμων· οὕτω γὰρ ἂν μάθοις ὡς οὐκ
ἀγεννῆ σοι καὶ τοῦτον φίλον τὸ Εὐθύδικον διηγησά-
μην.

20. Euthydicum vero, quum audisset (fuisse autem forte in cubili nudum), abjecisse se in mare, et comprehenso Damoni, jam victo ac despondenti animum (videri potuisse autem pleraque fulgente luna), adnatasse, eumque sublevasse. Illos autem cupiisse quidem opem ferre, et miseratos casum hominum, sed non potuisse, a magno vento actos : at illa certe fecisse, suberis frusta multa illis projecisse et contos aliquot, ut illorum ope enatarent, si quid illorum nanciscerentur, et ipsum denique navis pontem non parvum. Cogita jam, per deos, quod quis aliud specimen ostendat firmius benevolentiæ adversus amicum, delapsum noctu in mare adeo efferatum, quam si in mortis ipsius societatem veniat? Et intuere mihi animo fluctus insurgentes, sonitum se frangentis aquæ, circum ferventem spumam, noctem, desperationem : deinde illum jam in eo ut suffocetur, et vix capite eminentem, tendentemque manus amico; hunc vero desilientem statim, et natantem una, ac metuentem ne ante se Damon pereat : sic enim discas minime ignavum me tibi hunc etiam amicum narrasse, Euthydicum.

21. ΤΟΞ. Πότερον δὲ ἀπώλοντο, ὦ Μνήσιππε,
οἱ ἄνδρες, ἤ τις αὐτοῖς ἐκ παραλόγου σωτηρία ἐγένετο;
ὡς ἔγωγε οὐ μετρίως δέδοικα ὑπὲρ αὐτῶν.

ΜΝΗΣ. Θάρρει, ὦ Τόξαρι, ἐσώθησαν καὶ ἔτι καὶ
νῦν εἰσιν Ἀθήνησιν ἄμφω φιλοσοφοῦντες. Ὁ μὲν γὰρ
Σιμύλος ταῦτα μόνα εἶχε λέγειν, ἅ ποτε εἶδε τῆς νυ-
κτὸς, τὸν μὲν ἐκπίπτοντα, τὸν δὲ ἐπιπηδῶντα καὶ νη-
χομένους, ἐς ὅσον ἐν νυκτὶ καθορᾶν ἐδύνατο. Τὰ δὲ
ἀπὸ τούτου οἱ ἀμφὶ τὸν Εὐθύδικον αὐτοὶ διηγοῦνται·

21. TOX. Utrum vero interierunt, Mnesippe, illi viri, an aliqua illis ex insperato salus contigit? nam haud mediocriter equidem illis metuo.

MNES. Bono esto animo, Toxari : servati sunt, et nunc adhuc sunt Athenis, ambo philosophiæ dantes operam. Simylus enim hæc sola habuit dicere, quæ quondam illa nocte viderat, excidere alterum, alterum saltu istum sequi, natare ambos, quantum videre noctu poterat : reliqua ipse

τὸ μὲν γὰρ πρῶτον φελλοῖς τισι περιπεσόντας ἀνέχειν ἐπὶ τούτων ἑαυτοὺς καὶ ἀπονήχεσθαι πονήρως, ὕστερον δὲ τὴν ἀποβάθραν ἰδόντας ἤδη πρὸς ἕω προσνήξασθαί τε αὐτῇ καὶ τὸ λοιπὸν ἐπιβάντας εὐμαρῶς προσενεχθῆναι τῇ Ζακύνθῳ.

22. Μετὰ δὲ τούτους οὐ φαύλους ὄντας, ὡς ἔγωγ' ἂν εἴποιμι, ἄκουσον ἤδη τρίτον ἄλλον οὐδέν τι χείρονα αὐτῶν. Εὐδαμίδας Κορίνθιος Ἀρεταίῳ τῷ Κορινθίῳ καὶ Χαριξένῳ τῷ Σικυωνίῳ φίλοις ἐκέχρητο εὐπόροις οὖσι πενέστατος αὐτὸς ὤν· ἐπεὶ δὲ ἀπέθνησκε, διαθήκας ἀπέλιπε τοῖς μὲν ἄλλοις ἴσως γελοίας, σοὶ δὲ οὐκ οἶδα εἰ τοιαῦται δόξουσιν ἀνδρὶ ἀγαθῷ καὶ φιλίαν τιμῶντι καὶ περὶ τῶν ἐν αὐτῇ πρωτείων ἁμιλλωμένῳ· ἐγέγραπτο γὰρ ἐν αὐταῖς, Ἀπολείπω Ἀρεταίῳ μὲν τὴν μητέρα μου τρέφειν καὶ γηροκομεῖν, Χαριξένῳ δὲ τὴν θυγατέρα μου ἐκδοῦναι μετὰ προικὸς, ὁπόσην ἂν πλείστην ἐπιδοῦναι παρ' αὐτοῦ δύνηται — ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μήτηρ πρεσβῦτις καὶ θυγάτριον ὡραῖον ἤδη γάμου — ἢν δέ τι ἅτερος αὐτῶν ἐν τοσούτῳ πάθῃ, καὶ τὴν ἐκείνου μερίδα, φησὶν, ἐχέτω ὁ ἕτερος. Τούτων ἀναγνωσθεισῶν τῶν διαθηκῶν οἱ τὴν πενίαν μὲν εἰδότες τοῦ Εὐδαμίδα, τὴν φιλίαν δὲ, ἣ πρὸς τοὺς ἄνδρας ἦν αὐτῷ, ἀγνοοῦντες ἐν παιδιᾷ τὸ πρᾶγμα ἐποιοῦντο καὶ οὐδεὶς οὐ γελῶν ἀπηλλάττετο, οἷον Ἀρεταῖος καὶ Χαρίξενος οἱ εὐδαίμονες κλῆρον διαδέξονται, λέγοντες, εἴπερ ἀποτίσουσιν Εὐδαμίδᾳ καὶ ζῶντες αὐτοὶ κληρονομήσονται ὑπὸ τοῦ νεκροῦ.

23. Οἱ κληρονόμοι δὲ, οἷς ταῦτα κατελέλειπτο, ὡς ἤκουσαν, ἧκον εὐθὺς διαιτῶντες τὰ ἐκ τῶν διαθηκῶν. Ὁ μὲν οὖν Χαρίξενος πέντε μόνας ἡμέρας ἐπιβιοὺς ἀπέθανεν, ὁ δὲ Ἀρεταῖος ἄριστος κληρονόμων γενόμενος τήν τε αὐτοῦ καὶ τὴν ἐκείνου μερίδα παραλαβὼν τρέφει τε τοῦ Εὐδαμίδα τὴν μητέρα καὶ τὴν θυγατέρα οὐ πρὸ πολλοῦ ἐκδέδωκεν, ἀπὸ ταλάντων πέντε ὧν εἶχε, δύο μὲν τῇ ἑαυτοῦ θυγατρὶ, δύο δὲ τῇ τοῦ φίλου ἐπιδοὺς, καὶ τὸν γάμον γε αὐταῖν ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας ἠξίωσε γενέσθαι. Τί σοι δοκεῖ, ὦ Τόξαρι, ὁ Ἀρεταῖος οὗτος; ἆρα φαῦλον παράδειγμα φιλίας παρεσχῆσθαι τοιαῦτα κληρονομήσας καὶ μὴ προδοὺς τὰς διαθήκας τοῦ φίλου; ἢ τίθεμεν καὶ τοῦτον ἐν ταῖς τελείαις ψήφοις μίαν τῶν πέντε εἶναι;

ΤΟΞ. Καὶ οὗτος μὲν καλός· ἐγὼ δὲ τὸν Εὐδαμίδαν πολὺ μᾶλλον ἐθαύμασα τοῦ θάρσους ὃ εἶχεν ἐπὶ τοῖς φίλοις. Ἐδήλου γὰρ ὡς καὶ αὐτὸς ἂν τὰ ὅμοια ἔπραξεν ἐπ' αὐτοῖς, εἰ καὶ μὴ ἐν διαθήκαις ταῦτα ἐνεγέγραπτο, ἀλλὰ πρὸ τῶν ἄλλων ἧκεν ἂν ἄγραφος κληρονόμος τῶν τοιούτων.

24. ΜΝΗΣ. Εὖ λέγεις. Τέταρτον δέ σοι διηγήσομαι, Ζηνόθεμιν τὸν Χαρμόλεω Μασσαλιῆθεν· ἐδείχθη δέ μοι ἐν Ἰταλίᾳ πρεσβεύοντι ὑπὲρ τῆς πατρίδος καλὸς ἀνὴρ καὶ μέγας καὶ πλούσιος, ὡς ἐδόκει· παρεκάθητο δὲ αὐτῷ γυνὴ ἐπὶ ζεύγους ὁδοιποροῦντι τά τε ἄλλα εἰδεχθὴς καὶ ξηρὰ τὸ ἥμισυ τὸ δεξιὸν καὶ τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκεκομμένη, παλλώβητόν τι καὶ ἀπρόσιτον μορμολυ-

narrat Euthydicus: primo quidem quum in suberis quædam frusta incidissent, illis se sustinuisse, et ægre natasse; postridie autem jam ponte navis conspecto, versus lucis exortum, ad illum adnatasse, eoque conscenso, quantum supererat spatii, facile ad Zacynthum appulisse.

22. Post hos autem non malos, ut ego dixerim, audi jam tertium alium, nihil illis deteriorem. Eudamidas Corinthius Aretæo Corinthio et Charixeno Sicyonio amicis usus fuerat, copiosis hominibus, pauperrimus ipse. Moriens autem testamentum reliquit, aliis forte ridiculum; tibi vero nescio an tale sit visurum, viro bono et magni amicitiam æstimanti, et de primo illius præmio certanti. Scriptum autem in illo erat, Relinquo Aretæo alendam matrem meam curandamque illius senectutem; Charixeno autem filiam meam collocandam dote, quam maximam dare e re sua familiari poterit (erat illi mater anus, et puella nuptiis jam matura): si vero alterutri illorum aliquid humanitus interea accidat, etiam illius partem, inquit, habeat alter. His apertis tabulis, qui paupertatem scirent Eudamidæ, amicitiam autem, quam cum illis viris habuerat, ignorarent, pro ludo rem habere, et nemo non ridens abire, Quantam, dicentes, Aretæus et Charixenus, beati illi, hereditatem accipient, si quidem solvent Eudamidæ, et viventes ipsi heredem habebunt mortuum!

23. At heredes, quibus relicta ista fuerant, quum audissent, veniunt statim et hereditatem ex tabulis cernunt. Ac Charixenus quidem quinque solis diebus superstes moritur: Aretæus autem, optimus heredum, tum illius, tum sua parte ascita, et matrem alit Eudamidæ, et filiam nuper elocavit, de quinque, quæ habebat, talentis duo quidem filiæ suæ, duo autem amici filiæ in dotem tribuens, nuptiis utrisque in eundem diem collatis. Quid tibi videtur, Toxari, Aretæus hic? parvumne se exemplum amicitiæ præstitisse, tanta hereditate adita, non prodito amici testamento? an ponimus hunc quoque in perfectis calculis, ut de quinque unus sit?

TOX. Etiam hic honestus: at ego Eudamidam multo magis admiratus sum fiduciæ causa, quam de amicis habuit. Ostendit enim se quoque eadem pro illis fuisse facturum, etiamsi non scripta essent ista in tabulis, sed ante alios non scriptum talium heredem venturum fuisse.

24. MNES. Recte dicis. Sed quartum tibi narrabo Zenothemin Charmolei filium, Massiliensem. Ostensus est autem mihi in Italia, quum legatione pro patria fungerer, vir pulcher et magnus et dives, ut videbatur: assidebat autem illi mulier jumentis junctis iter facienti, tum alias deformis, tum dimidia parte, dextra, arida, et excusso oculo fœda, contumeliosissime habitum a fortuna et cui

ῖτα ἐπεὶ ἐθαύμασα εἰ καλὸς οὕτω καὶ ὡραῖος
ται παροχουμένην τοιαύτην αὐτῷ γυναῖκα,
ιὐτὸν διηγεῖτό μοι τὴν ἀνάγκην τοῦ γάμου
ἰδὼς ἕκαστα· Μασσαλιώτης δὲ καὶ αὐτὸς ἦν.
ει γάρ, ἔφη, τῷ πατρὶ τῆς δυσμόρφου ταύτης
ὁ Ζηνόθεμις πλουτοῦντι καὶ τιμωμένῳ ὁμότι-
Χρόνῳ δὲ ὁ Μενεκράτης ἀφῃρέθη τὴν οὐσίαν
κης, ὅτεπερ καὶ ἄτιμος ἐγένετο ὑπὸ τῶν ἑξα-
; ἀποφηνάμενος γνώμην παράνομον. Οὕτω
σσαλιῶται κολάζομεν, ἔφη, εἴ τις παράνομα
Ἐλυπεῖτο οὖν ὁ Μενεκράτης καὶ ἐπὶ τῇ
καὶ ἐπεὶ ἐκ πλουσίου πένης καὶ ἐξ ἐνδόξου
ὀλίγῳ ἐγένετο· μάλιστα δὲ αὐτὸν ἠνία θυγά-
ἐπίγαμος ἤδη ὀκτωκαιδεκαέτις οὖσα, ἣν οὐδὲ
ης τῆς οὐσίας τοῦ πατρὸς, ἣν πρὸ τῆς κατα-
εκτητο, ἠξίωσεν ἄν τις τῶν γε ἀγενῶν καὶ πε-
δίως παραλαβεῖν οὕτω κακοδαίμονα οὖσαν τὴν
Ἐλέγετο δὲ καὶ καταπίπτειν πρὸς τὴν σελήνην
νην.

Ὡς δὲ ταῦτα πρὸς τὸν Ζηνόθεμιν ἀπωδύρετο,
ἔφη, ὦ Μενέκρατες, οὔτε γὰρ ἀπορήσεις τῶν
ν καὶ ἡ θυγάτηρ σου ἄξιον τοῦ γένους εὑρήσει
ινά· καὶ ταῦτα ἅμα διεξιὼν λαβόμενος αὐτὸν
ς ἦγεν εἰς τὴν οἰκίαν καὶ τήν τε οὐσίαν πολ-
ἐνείματο πρὸς αὐτὸν καὶ δεῖπνον παρασκευα-
λεύσας εἱστία τοὺς φίλους καὶ τὸν Μενεκρά-
ή τινα τῶν ἑταίρων πεπεικὼς ὑποστῆναι τῆς
γάμον. Ἐπεὶ δὲ ἐδεδείπνητο αὐτοῖς καὶ
τοῖς θεοῖς, ἐνταῦθα δὴ μεστὴν αὐτῷ τὴν φιά-
είνας, Δέδεξο, εἶπεν, ὦ Μενέκρατες, παρὰ
ροῦ τὴν φιλοτησίαν· ἄξομαι γὰρ ἐγὼ τήμερον
θυγατέρα Κυδιμάχην· τὴν προῖκα δὲ πάλαι
άλαντα πέντε καὶ εἴκοσι. Τοῦ δὲ, Ἄπαγε, λέ-
ιὴ σύ γε, ὦ Ζηνόθεμι, μὴ οὕτω μανείην, ὡς
σε νέον καὶ καλὸν ὄντα κόρῃ αἰσχρᾷ καὶ λε-
ῃ συγκαταζευγνύμενον· ὁ δὲ, ταῦτα διεξιόντος,
τὴν νύμφην ἀπῄει ἐς τὸν θάλαμον καὶ μετ᾽
ροῆλθε διακορήσας αὐτήν· καὶ τὸ ἀπ᾽ ἐκείνου
ὑπεραγαπῶν καὶ πάντῃ ὡς ὁρᾷς περιαγόμενος

Καὶ οὐχ ὅπως αἰσχύνεται τῷ γάμῳ, ἀλλὰ καὶ
ιένῳ ἔοικεν, ἐπιδεικνύμενος ὡς καταφρονεῖ
ἐν τῷ σώματι καλῶν ἢ αἰσχρῶν καὶ πλούτου
ς, ἀφορᾷ δὲ ἐς τὸν φίλον καὶ τὸν Μενεκράτην·
αι χείρω πρὸς φιλίαν ὑπὸ τῆς ψήφου τῶν ἑξα-
γεγονέναι. Πλὴν ἤδη γε τούτων οὕτως αὐτὸν
καὶ ἡ τύχη· παιδίον γὰρ πάγκαλον ἐκ τῆς
ς αὐτῷ ταύτης ἐγένετο. Καὶ πρῴην γε ἐπεὶ
ς αὐτὸ εἰσεκόμισεν ὁ πατὴρ εἰς τὸ βουλευτήριον
τεμμένον καὶ μέλανα ἀμπεχόμενον, ὡς ἐλεεινό-
νείη ὑπὲρ τοῦ πάππου, τὸ μὲν βρέφος ἀνεγέ-
ὸς τοὺς βουλευτὰς καὶ συνεκρότει τὼ χεῖρε, ἡ
ἐπικλασθεῖσα πρὸς αὐτὸ ἀφίησι τῷ Μενεκράτει
δίκην, καὶ ἤδη ἐπίτιμός ἐστι τηλικούτῳ συνη-

appropinquare nolles terriculamentum. Deinde quum admirarer quod pulcher iste et formosus sustineret vehi secum talem mulierem, ille qui virum mihi ostenderat (nam accurate noverat omnia, Massiliensis et ipse), necessitatem illarum nuptiarum mihi enarravit. Menecrati nimirum, ait, patri deformis istius mulieris, amicus erat Zenothemis, diviti et honorato, ejusdem ipse quoque fastigii. Procedente vero tempore Menecrates judicio facultatibus suis privatus est, quo tempore etiam honos illi a sexcentis senatoribus ademtus, ut qui sententiam contra leges tulisset; ita autem, inquit, Massilienses punimus, si quis contra leges aliquid promulget. Tristis ergo Menecrates tum propter damnationem, tum quod ex divite pauper, et ex nobili ignobilis parvo adeo intervallo factus esset; maxime vero cruciabatur ob filiam hanc, nubilem jam et duodeviginti annorum, quam ne cum omni quidem patris substantia, quam ante damnationem habuerat, voluisset aliquis vel ignobilium et pauperum facile, cum infelici illa forma, ducere. Dicebatur autem etiam concidere ad lunæ incrementa.

25. Hæc quum deploraret apud Zenothemin, ille, Bono, inquit, animo esto, Menecrates; neque enim necessaria tibi deerunt et filia tua dignum suo genere sponsum inveniet: ac cum his dictis dextra illius prehensa domum secum suam illum deducit; suasque opes, quæ magnæ erant, cum illo dividit, et cœna parari jussa amicos excipit convivio, ipsumque Menecratem, velut amicorum alicui persuasisset puellæ adire nuptias. Quum vero cœnati essent, et diis libassent; hic plenam illi phialam propinans, Accipe, inquit, Menecrates, a genero poculum amicitiæ! ducam enim ego hodie tuam filiam Cydimachen; dotem accepi olim, talenta quinque et viginti. Illo vero dicente, Apage, noli hoc facere, Zenothemi! ne ita ego insaniam, ut videre te possim, juvenem et pulchrum, puellæ turpi et male affectæ junctum. At ille, hæc dicente patre, ablata sponsa in thalamum abit, et inde prodit paullo post virginitate illius interfecta: et ab illo inde tempore cum illa vivit vehementer illam amans, et ubique, uti vides, illam secum circumducens.

26. Et tantum abest ut hujus eum matrimonii pœniteat, ut glorianti eo videatur similis, ostendens contemni a se vel pulchra vel turpia corporis, et divitias, et splendorem; respici vero amicum et Menecratem, quem non putet deteriorem ad amicitiam suffragiis sexcentorum factum. Verumtamen pro his hoc jam ipsi præmium fortuna retulit: puer enim illi pulcherrimus ex turpissima hac natus est. Et nuper, quum suis illum manibus intulisset in senatum pater, ramo olivæ redimitum et pulla veste indutum, ut miserabilior videretur pro avo deprecans, arrisit senatoribus puer, et plausum manibus dedit: fractus autem eo spectaculo senatus, damnationem remisit Menecrati; et jam honoribus restitutus est, advocato tali apud sena-

γόρῳ χρησάμενος πρὸς τὸ συνέδριον. Τοιαῦτα ὁ Μασσαλιώτης ἔλεγε τὸν Ζηνόθεμιν εἰργάσθαι ὑπὲρ τοῦ φίλου, ὡς ὁρᾷς, οὐ μικρὰ οὐδὲ ὑπὸ πολλῶν ἂν Σκυθῶν γενόμενα, οἵ γε κἂν τὰς παλλακὰς ἀκριβῶς τὰς καλλίστας ἐκλέγεσθαι λέγονται.

27. Λοιπὸς ἡμῖν ὁ πέμπτος· καί μοι δοκῶ οὐκ ἄλλον ἐρεῖν Δημητρίου τοῦ Σουνιέως ἐπιλαθόμενος· συνεκπλεύσας γὰρ ἐς τὴν Αἴγυπτον ὁ Δημήτριος Ἀντιφίλῳ τῷ Ἀλωπεκῆθεν ἑταίρῳ ἐκ παίδων ὄντι καὶ συνεφήβῳ συνῆν καὶ συνεπαιδεύετο αὐτὸς μὲν τὴν ἄσκησιν τὴν Κυνικὴν ἀσκούμενος ὑπὸ τῷ Ῥοδίῳ ἐκείνῳ σοφιστῇ, ὁ δὲ Ἀντίφιλος ἰατρικὴν ἄρα ἐμελέτα. Καὶ δή ποτε ὁ μὲν Δημήτριος ἔτυχεν ἐς τὴν Αἴγυπτον ἀποδημῶν κατὰ θέαν τῶν πυραμίδων καὶ τοῦ Μέμνονος· ἤκουε γὰρ ταύτας ὑψηλὰς οὔσας μὴ παρέχεσθαι σκιάν, τὸν δὲ Μέμνονα βοᾶν πρὸς ἀνατέλλοντα τὸν ἥλιον· τούτων ἐπιθυμήσας Δημήτριος, θέας μὲν τῶν πυραμίδων, ἀκροάσεως δὲ τοῦ Μέμνονος, ἀνεπεπλεύκει κατὰ τὸν Νεῖλον ἕκτον ἤδη μῆνα ὀκνήσαντα πρὸς τὴν ὁδὸν καὶ τὸ θάλπος ἀπολιπὼν τὸν Ἀντίφιλον.

28. Ὁ δὲ ἐν τοσούτῳ συμφορᾷ ἐχρήσατο μάλα γενναίου τινὸς φίλου δεομένῃ· οἰκέτης γὰρ αὐτοῦ Σύρος καὶ τοὔνομα καὶ τὴν πατρίδα, ἱεροσύλοις τισὶ κοινωνήσας συνεισῆλθέ τε αὐτοῖς ἐς τὸ Ἀνουβίδειον καὶ ἀποσυλήσαντες τὸν θεὸν χρυσᾶς τε φιάλας δύο καὶ κηρύκιον, χρυσοῦν καὶ τοῦτο, καὶ κυνοκεφάλους ἀργυροῦς καὶ ἄλλα τοιαῦτα κατέθεντο πάντα παρὰ τῷ Σύρῳ· εἶτ' ἐμπεσόντες — ἑάλωσαν γάρ τι ἀπεμπολῶντες — ἅπαντα εὐθὺς ἔλεγον στρεβλούμενοι ἐπὶ τοῦ τροχοῦ καὶ ἀγόμενοι ἧκον ἐπὶ τὴν οἰκίαν τοῦ Ἀντιφίλου καὶ τὰ φώρια ἐξέφερον ὑπὸ κλίνῃ τινὶ ἐν σκοτεινῷ κείμενα. Ὅ τε οὖν Σύρος ἐδέδετο εὐθὺς καὶ ὁ δεσπότης αὐτοῦ Ἀντίφιλος, οὗτος μὲν καὶ μεταξὺ ἀκροώμενος τοῦ διδασκάλου ἀνασπασθείς· ἐβοήθει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ καὶ οἱ τέως ἑταῖροι ἀπεστρέφοντο ὡς τὸ Ἀνουβίδειον σεσυληκότα καὶ ἀσέβημα αὐτῶν ἡγοῦντο εἶναι, εἰ συνέπιόν ποτε ἢ συνειστιάθησαν αὐτῷ. Καὶ οἱ λοιποὶ δὲ τῶν οἰκετῶν, δύο ὄντες, ἅπαντα ἐκ τῆς οἰκίας συσκευασάμενοι ᾤχοντο φεύγοντες.

29. Ἐδέδετο οὖν ὁ ἄθλιος Ἀντίφιλος πολὺν ἤδη χρόνον ἁπάντων ὅσοι ἦσαν κακοῦργοι ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ, μιαρώτατος εἶναι δοκῶν· καὶ ὁ ἐπὶ τῶν δεσμῶν Αἰγύπτιος, δεισιδαίμων ἄνθρωπος, ᾤετο χαριεῖσθαι καὶ τιμωρήσειν τῷ θεῷ βαρὺς τῷ Ἀντιφίλῳ ἐφεστώς. Εἰ δ' ἀπολογοῖτό ποτε λέγων ὡς οὐδὲν τοιοῦτον εἴργασται, ἀναίσχυντος ἐδόκει καὶ πολὺ πλέον ἐπὶ τούτῳ ἐμισεῖτο. Ὑπενόσει τοιγαροῦν ἤδη καὶ πονήρως εἶχεν οἷον εἰκὸς χαμαὶ καθεύδοντα καὶ τῆς νυκτὸς οὐδὲ ἀποτείνειν τὰ σκέλη δυνάμενον ἐν τῷ ξύλῳ καταϰεκλεισμένα· τῆς μὲν γὰρ ἡμέρας ὁ κλοιὸς ἤρκει καὶ ἡ ἑτέρα χεὶρ πεπεδημένη, εἰς δὲ τὴν νύκτα ἔδει ὅλον καταδεδέσθαι. Καὶ μὴν καὶ τοῦ οἰκήματος ἡ δυσοσμία καὶ τὸ πνῖγος ἐν ταὐτῷ πολλῶν δεδεμένων καὶ στενοχωρουμένων καὶ μόλις ἀναπνεόντων καὶ τοῦ σιδήρου ὁ ψό-

tum usus. Talia Massiliensis dixit acta a Zenothemi in amici gratiam, non parva, ut vides, neque a Scythis multis exspectanda, qui quidem pellices adeo pulcherrimas cum cura dicantur eligere.

27. Superest nobis quintus : et videor mihi non alium dicturus Suniensi Demetrio prætermisso. Quum navigasset enim in Ægyptum Demetrius cum Antiphilo Alopeciensi, suo a pueris inde sodali et æquali, una vivebat atque instituebatur, Cynicas ipse sectatus exercitationes, sub sophista illo Rhodio; Antiphilus autem medicinam meditabatur. Aliquando Demetrius peregrinatur per Ægyptum pyramidas visurus et Memnonem : audiebat enim illas, quantumvis altas, umbram non præbere; Memnonem autem ad orientem solem exclamare. Horum ergo cupidus, semper videndarum pyramidum ac Memnonis audiendi, adverso Nilo sextum jam mensem navigaverat, relicto Antiphilo, quem via et æstus deterruerant.

28. Atque hic interim in calamitatem incidit, quæ maxime generoso amico indigeret. Servus enim illius Syrus nomine et patria, societate cum sacrilegis quibusdam inita, ingressus cum illis est templum Anubidis. Hi spoliato deo, phialas ex auro duas, et caduceum, aureum ipsum quoque, et canino capite simios argenteos, aliaque id genus, deposuerunt apud Syrum omnia. Deinde incidentes in vincula (deprehensi enim fuerant vendentes aliquid) omnia statim rota quum torquerentur, fassi sunt, ductique in hospitium Antiphili venerunt, protuleruntque res furtivas sub lecto quodam in obscuro jacentes. Syrus ergo vinctus statim est, et herus illius Antiphilus; hic quidem, dum magistrum audit, abstractus, auxiliante nemine, sodalibus qui adhuc fuerant eum, velut qui Anubidis ædem sacrilegio violasset, aversantibus, impiatosque se putantibus, si quando cum ipso compotationem aut cœnam obiissent. Ceteri autem servi duo, convasatis quæ in domo erant omnibus, aufugere.

29. Vinctus igitur miser Antiphilus jam satis diu, et pro impurissimo omnium, quotquot malefici in carcere erant, habitus fuerat : et carceris custos Ægyptius, superstitiosus homo, putabat gratum facere se deo et illius ulcisci injurias, si gravis instaret Antiphilo. Si vero quando causam diceret, se nihil tale fecisse, impudens videbatur, majorique eam ipsam ob causam erat in odio. Jam igitur ægrotabat aliquantum, et male habebat, ut probabile erat qui jaceret humi, et ne noctu quidem extendendorum pedum facultatem haberet, inclusorum nempe nervo : interdiu enim numella sufficiebat, et manus altera compedita; noctu autem vinciri totum oportebat. Verum etiam fœdus odor carceris, et æstus, multis in eodem loco vinctis et angustia confertis, vixque respirantibus, et ferri stridor, et parum

φος καὶ ὕπνος ὀλίγος ταῦτα πάντα χαλεπὰ ἦν καὶ ἀφόρητα οἵῳ ἀνδρὶ ἐκείνων ἀήθει καὶ ἀμελετήτῳ πρὸς οὕτω σκληρὰν τὴν δίαιταν.

30. Ἀπαγορεύοντος δὲ αὐτοῦ καὶ μηδὲ σῖτον αἱρεῖσθαι θέλοντος ἀφικνεῖταί ποτε καὶ ὁ Δημήτριος οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἤδη γεγενημένων. Καὶ ἐπειδὴ ἔμαθεν, ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐπὶ τὸ δεσμωτήριον δρομαῖος ἐλθὼν τότε μὲν οὐκ εἰσεδέχθη, ἑσπέρα γὰρ ἦν, καὶ ὁ δεσμοφύλαξ πάλαι κεκλεικὼς τὴν θύραν ἐκάθευδε φρουρεῖν τοῖς οἰκέταις παρακελευσάμενος· ἕωθεν δὲ εἰσέρχεται πολλὰ ἱκετεύσας· καὶ παρελθὼν ἐπὶ πολὺ μὲν ἐζήτει τὸν Ἀντίφιλον ἄδηλον ὑπὸ τῶν κακῶν γεγενημένον καὶ περιιὼν ἀνεσκοπεῖτο καθ' ἕκαστον τῶν δεδεμένων, ὥσπερ εἰώθασιν οἱ τοὺς οἰκείους νεκροὺς, ἤδη ἑώλων ὄντων, ἀναζητοῦντες ἐν ταῖς παρατάξεσι. Καὶ εἴ γε μὴ τοὔνομα ἐβόησεν, Ἀντίφιλον Δεινομένους, κἂν ἐπὶ πολὺ ἠγνόησεν ἂν ὅστις ἦν, τοσοῦτον ἤλλακτο ὑπὸ τῶν δεινῶν. Ὡς δὲ τὴν φωνὴν αἰσθόμενος ἀνεβόησε καὶ προσιόντος διαστείλας τὴν κόμην καὶ ἀπαγαγὼν τοῦ προσώπου αὐχμηρὰν καὶ συμπεπιλημένην ἔδειξεν αὐτὸν ὅστις ἦν, ἄμφω μὲν αὐτίκα πίπτουσιν ἰλιγγιάσαντες ἐπὶ τῇ ἀπροσδοκήτῳ θέᾳ. Χρόνῳ δὲ ἀναλαβὼν αὐτόν τε καὶ τὸν Ἀντίφιλον ὁ Δημήτριος καὶ σαφῶς ἕκαστα ὡς εἶχεν ἐκπυθόμενος παρ' αὐτοῦ θαρρεῖν τε παρακελεύεται καὶ διελὼν τὸ τριβώνιον τὸ μὲν ἥμισυ αὐτὸς ἀναβάλλεται, τὸ λοιπὸν δὲ ἐκείνῳ δίδωσιν ἃ εἶχε πιναρὰ καὶ ἐκτετρυχωμένα ῥάκη περισπάσας.

31. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου πάντα τρόπον συνῆν ἐπιμελούμενος αὐτοῦ καὶ θεραπεύων· παραδοὺς γὰρ ἑαυτὸν τοῖς ἐν τῷ λιμένι ἐμπόροις ἕωθεν εἰς μέσην ἡμέραν οὐκ ὀλίγον ἀπέφερεν ἀχθοφορῶν. Εἶτ' ἐπανελθὼν ἂν ἐκ τοῦ ἔργου, μέρος μὲν τοῦ μισθοῦ τῷ δεσμοφύλακι καταβαλὼν τιθασὸν αὐτῷ καὶ εἰρηνικὸν ἀπειργάζετο αὐτὸν, τὸ λοιπὸν δὲ εἰς τὴν τοῦ φίλου θεραπείαν ἱκανῶς αὐτῷ διήρκει. Καὶ τὰς μὲν ἡμέρας παρῆν τῷ Ἀντιφίλῳ παραμυθούμενος, ἐπεὶ δὲ νὺξ καταλάβοι, ὀλίγον πρὸ τῆς θύρας τοῦ δεσμωτηρίου στιβάδιόν τι ποιησάμενος καὶ φύλλα ὑποβαλλόμενος ἀνεπαύετο. Χρόνον μὲν οὖν τινα οὕτω διῆγον, εἰσιὼν μὲν ὁ Δημήτριος ἀκωλύτως, ῥᾷον δὲ φέρων τὴν συμφορὰν ὁ Ἀντίφιλος.

32. Ὕστερον δὲ ἀποθανόντος ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ λῃστοῦ τινος ὑπὸ φαρμάκων, ὡς ἐδόκει, φυλακή τε ἀκριβὴς ἐγένετο καὶ οὐκέτι παρῄει εἰς τὸ οἴκημα οὐδὲ εἷς τῶν δεομένων. Ἐφ' οἷς ἀπορῶν καὶ ἀνιώμενος, οὐκ ἔχων ἄλλως παρεῖναι τῷ ἑταίρῳ, προσαγγέλλει ἑαυτὸν ἐλθὼν πρὸς τὸν ἁρμοστὴν, ὡς εἴη κεκοινωνηκὼς τῆς ἐπὶ τὸν Ἄνουβιν ἐπιβουλῆς. Ὡς δὲ τοῦτο εἶπεν, ἀπήγετο εὐθὺς εἰς τὸ δεσμωτήριον, καὶ ἀχθεὶς παρὰ τὸν Ἀντίφιλον — τοῦτο γοῦν μόλις πολλὰ ἱκετεύσας τὸν δεσμοφύλακα ἐξειργάσατο παρ' αὐτοῦ πλησίον τῷ Ἀντιφίλῳ καὶ ὑπὸ τῷ αὐτῷ κλοιῷ δεδέσθαι — ἔνθα δὴ καὶ μάλιστα ἔδειξε τὴν εὔνοιαν ἣν εἶχε πρὸς αὐτὸν, ἀμελῶν μὲν τῶν καθ' ἑαυτὸν δεινῶν· καίτοι ἐνόσησε καὶ

somni; hæc omnia difficilia erant atque intolerabilia, utpote insueto talium viro et ad durum adeo victum non exercitato.

30. Jam despondebat animum, jam nec cibum capere volebat, quum tandem redit etiam Demetrius, nihil eorum sciens quæ accidissent. Ubi vero rescivit, ut erat curriculo statim veniens ad carcerem, tum quidem non est admissus: erat enim vespera, et carceris custos clausa diu janua quiescebat, custodia servis tradita. Mane autem, quum multum supplicasset, intro mittitur: atque ingressus diu requirit Antiphilum, qui jam præ malis nosci vix poterat, et circumiens singulos vinctorum inspicit, ut solent qui suos mortuos, jam corruptos, requirunt in prœliis. Et nisi nomen exclamasset, Antiphilum Dinomenis filium, diutius etiam, quis esset, ignoraturus erat; adeo malis illis fuerat immutatus. Quum vero voce agnita exclamaret, et illi accedenti, dimota atque abducta a vultu coma squalida condensataque, se quis esset ostenderet; ambo statim, vertigine ab inexspectato spectaculo correpti, concidunt. Spatio autem temporis recipiens se pariter atque Antiphilum recreans Demetrius, distincte singula uti se haberent ab eo quum sciscitando compcrisset, bono illum animo esse jubet, et diviso palliolo dimidia ipse parte amicitur, alteram dat illi, detractis sordidis detritisque, quos habuerat, pannis.

31. Atque ab eo inde tempore, quocumque modo poterat, cum illo erat, curam illi et ministerium suum accommodans. Locata enim mercatoribus in portu opera sua, a mane inde ad meridiem, non parvam pro gestandis oneribus mercedem referebat. Tum ut rediit ab opere, parte mercedis custodi soluta, mansuetum sibi illum ac placatum reddebat; reliquum autem ad amicum curandum sufficiebat. Atque interdiu erat cum Antiphilo solandi ejus causa; nocte autem ingruente non procul a janua carceris in lectulo, quem substratis sibi foliis fecerat, quiescebat. Aliquanto igitur tempore hunc in modum vixere, intrans nullo prohibente Demetrius, Antiphilus autem lenius ita ferens calamitatem.

32. Postea quum latro aliquis in carcere mortuus esset a veneno, ut putabatur, et custodia accurate fieri, nec admitti quisquam eorum qui cuperent in carcerem. Qua de re inops consilii et ægre ferens, quum alia conditione adesse non posset amico, Præfectum adiens ipse se defert, ac si socius fuisset insidiarum contra Anubin. His autem dictis abducitur statim in carcerem, et ductus ad Antiphilum hoc enim ægre multum supplicans a carceris custode impetraverat, ut prope Antiphilum et numellis iisdem includeretur, hic ergo vel maxime benevolentiam declaravit, qua illum complecteretur: qui sua mala negligeret, quamvis ipse

αὐτός· ἐπιμελούμενος δὲ ὅπως ἐκεῖνος μάλιστα καθευδήσει καὶ ἧττον ἀνιάσεται· ὥστε ῥᾷον ἔφερον μετ' ἀλλήλων κακοπαθοῦντες.

33. Χρόνῳ δὲ καὶ τοιόνδε τι προσπεσὸν ἔπαυσεν ἐπὶ πλέον αὐτοὺς δυστυχοῦντας· εἷς γὰρ τῶν δεδεμένων οὐκ οἶδ' ὅθεν ῥίνης εὐπορήσας καὶ συνωμότας πολλοὺς τῶν δεσμωτῶν προσλαβὼν ἀποπρίει τε τὴν ἅλυσιν, ᾗ ἐδέδεντο ἑξῆς, τῶν κλοιῶν εἰς αὐτὴν διειρομένων, καὶ ἀπολύει ἅπαντας· οἱ δὲ ἀποκτείναντες εὐμαρῶς ὀλίγους ὄντας τοὺς φύλακας ἐκπηδῶσιν ἀθρόοι. Ἐκεῖνοι μὲν οὖν τὸ παραυτίκα ἔνθα ἐδύναντο ἕκαστος διασπαρέντες ὕστερον συνελήφθησαν οἱ πολλοί· ὁ Δημήτριος δὲ καὶ ὁ Ἀντίφιλος κατὰ χώραν ἔμειναν, καὶ τοῦ Σύρου λαβόμενοι ἤδη ἀπιόντος. Ἐπεὶ δὲ ἡμέρα ἐγένετο, μαθὼν ὁ τὴν Αἴγυπτον ἐπιτετραμμένος τὸ συμβεβηκὸς ἐπ' ἐκείνους μὲν ἔπεμψε τοὺς διωξομένους, μεταστειλάμενος δὲ τοὺς ἀμφὶ τὸν Δημήτριον ἀπέλυσε τῶν δεσμῶν ἐπαινέσας ὅτι μόνοι οὐκ ἀπέδρασαν· ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνοί γε ἠγάπησαν οὕτως ἀφιέμενοι, ἐβόα δὲ ὁ Δημήτριος καὶ δεινὰ ἐποίει, ἀδικεῖσθαι σφᾶς οὐ σμικρά, εἰ δόξουσι κακοῦργοι ὄντες ἐλέῳ ἢ ἐπαίνῳ τοῦ μὴ ἀποδρᾶναι ἀφεῖσθαι· καὶ τέλος ἠνάγκασαν τὸν δικαστὴν ἀκριβῶς τὸ πρᾶγμα ἐξετάσαι. Ὁ δὲ ἐπεὶ ἔμαθεν οὐδὲν ἀδικοῦντας, ἐπαινέσας αὐτούς, τὸν Δημήτριον δὲ καὶ πάνυ θαυμάσας ἀφίησι παραμυθησάμενος ἐπὶ τῇ κολάσει ἣν ἠνέσχοντο ἀδίκως δεθέντες, καὶ ἑκάτερον δωρησάμενος παρ' αὐτοῦ δραχμαῖς μὲν μυρίαις τὸν Ἀντίφιλον, δὶς τοσαύταις δὲ τὸν Δημήτριον.

34. Ὁ μὲν οὖν Ἀντίφιλος ἔτι καὶ νῦν ἐν Αἰγύπτῳ ἐστίν, ὁ δὲ Δημήτριος καὶ τὰς αὐτοῦ δισμυρίας ἐκείνῳ καταλιπὼν ᾤχετο ἀπιὼν εἰς τὴν Ἰνδικὴν παρὰ τοὺς Βραχμᾶνας, τοσοῦτον εἰπὼν πρὸς τὸν Ἀντίφιλον, ὡς συγγνωστὸς ἂν εἰκότως νομίζοιτο ἤδη ἀπολιπὼν αὐτόν· οὔτε γὰρ αὐτὸς δεῖσθαι τῶν χρημάτων, ἔστ' ἂν αὐτὸς ᾖ, ὅπερ ἐστίν, ἀρκεῖσθαι ὀλίγοις δυνάμενος, οὔτε ἐκείνῳ ἔτι δεῖν φίλου εὐμαρῶν τῶν πραγμάτων αὐτῷ γεγενημένων. Τοιοῦτοι, ὦ Τόξαρι, οἱ Ἕλληνες φίλοι. Εἰ δὲ μὴ προδιεβεβλήκεις ἡμᾶς ὡς ἐπὶ ῥήμασι μέγα φρονοῦντας, καὶ αὐτοὺς ἄν σοι τοὺς λόγους διεξῆλθον πολλοὺς καὶ ἀγαθοὺς ὄντας, οὓς ὁ Δημήτριος εἶπεν ἐν τῷ δικαστηρίῳ, ὑπὲρ αὐτοῦ μὲν οὐδὲν ἀπολογούμενος, ὑπὲρ τοῦ Ἀντιφίλου δέ, καὶ δακρύων προσέτι καὶ ἱκετεύων καὶ τὸ πᾶν ἐφ' ἑαυτὸν ἀναδεχόμενος, ἄχρι μαστιγούμενος ὁ Σύρος ἀμφοτέρους ἀφίησιν αὐτούς.

35. Ἐγὼ μὲν οὖν τούτους ὀλίγους ἀπὸ πλειόνων, οὓς πρώτους ἡ μνήμη ὑπέβαλε, διηγησάμην σοι ἀγαθοὺς καὶ βεβαίους φίλους. Καὶ τὸ λοιπὸν ἤδη καταβὰς ἀπὸ τοῦ λόγου σοὶ τὴν ῥήτραν παραδίδωμι· σὺ δὲ ὅπως μὴ χείρους ἐρεῖς τοὺς Σκύθας, ἀλλὰ πολλῷ τούτων ἀμείνους, αὐτῷ σοὶ μελήσει, εἴ τι καὶ τῆς δεξιᾶς πεφρόντικας, ὡς μὴ ἀποτμηθείης αὐτήν. Ἀλλὰ χρὴ ἄνδρα ἀγαθὸν εἶναι· ἐπεὶ καὶ γελοῖα ἂν πάθοις Ὀρέστην μὲν καὶ Πυλάδην πάνυ σοφιστικῶς ἐπαινέσας, ὑπὲρ δὲ τῆς Σκυθίας φαῦλος ῥήτωρ φαινόμενος.

quoque ægrotans, curaretque ut ille potissimum et quiesceret et minus affligeretur. Itaque lenius ferebant mala jam communia.

33. Aliquamdiu post vero ejusmodi quiddam incidens, ulteriori illorum infelicitati finem imposuit. Vinctorum enim unus limæ copiam nescio unde nactus, assumtis in conjurationem compeditorum pluribus, dissecat catenam qua deinceps vincti erant, insertis in illam numellis, et solvit omnes. At illi interfectis facile paucis custodibus, cuncti erumpunt. Atque isti in præsens dispersi quo quisque poterat, plerique postea comprehensi sunt. Demetrius vero atque Antiphilus suo loco manserant, et Syrum quoque prehenderant jam abeuntem. Luce orta, quum audisset Præfectus Ægypti quid factum esset, ad illos quidem persequendos mittit; arcessitum autem cum amico Demetrium vinculis liberavit, collaudatos quod soli non aufugissent. Verum illi non satis habebant se ita dimitti; sed proclamat Demetrius, et acerbe conqueritur, injuriam sibi fieri non parvam, si videantur, tanquam malefici, vel misericordia dimissi, vel ut præmium fugæ non tentatæ haberent: et coegerunt denique judicem, ut accurate causam exquireret. Ille vero, cognito nihil mali ab iis admissum, collaudans eos, Demetrium etiam vehementer admiratus, dimittit, consolans de pœna quam injuste vincti subierant, et muneribus e sua re familiari afficiens utrumque, Antiphilum decies mille drachmis, altero tanto autem Demetrium.

34. Atque Antiphilus nunc adhuc in Ægypto est: Demetrius vero, etiam suis vicies mille illi relictis, in Indiam profectus est ad Brachmanas, sic allocutus Antiphilum, sibi veniam merito dandam videri, qui jam illum relinqueret: neque enim se indigere opibus, quoad idem esset, hoc est talis qui paucis contentus posset vivere; neque illi opus esse amico, cujus jam res in facili essent. Tales, Toxari, sunt amici Græci. Nisi vero jam ante nos accusasses, ut qui verbis gloriari soleamus; ipsos quoque sermones tibi referrem, multos illos et bonos, quos Demetrius habuit in judicio, pro se ille quidem causæ nihil dicens, verum pro Antiphilo, lacrimans insuper et supplicans, et in se recipiens omnia, donec flagellis tortus Syrus ambos absolvit.

35. Ego quidem igitur paucos hosce de multis, quos primos subjecit memoria, tibi enarravi bonos firmosque amicos. Quod superest jam decedens, oratione finita, agendi partes tibi trado. Tu vero ut ne deteriores dicas Scythas, sed multum his meliores, tibi ipsi curæ erit, si quidem dextram curas ne tibi præcidatur. Sed oportet te virum fortem esse: alioquin ridiculus fueris qui, Oreste et Pylade plane sophistarum arte abs te laudatis, pro Scythia tua malus orator videare.

Εὖ γε, ὦ Μνήσιππε, ὅτι καὶ παροτρύνεις
τὸν λόγον, ὥσπερ οὐ πάνυ σοι μέλον, εἰ ἀπο-
τὴν γλῶτταν κρατηθεὶς ἐν τοῖς λόγοις. Πλὴν
γε ἤδη μηδὲν ὥσπερ σὺ καλλιλογησάμενος· οὐ
θικὸν τοῦτο, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὰ ἔργα
γηται τοὺς λόγους. Προσδοκήσῃς δὲ μηδὲν
ταρ' ἡμῶν, οἷα σὺ διεξελήλυθας ἐπαινῶν, εἴ
ικον ἔγημεν αἰσχρὰν γυναῖκα ἢ εἴ τις ἀργύριον
γαμουμένῃ φίλου ἀνδρὸς θυγατρὶ δύο τάλαντα,
ι ΔΓ εἴ τις παρέσχεν ἑαυτὸν δεδησόμενον ἐπὶ
τῷ μικρὸν ὕστερον λυθήσεσθαι· πάνυ γὰρ
αῦτα καὶ μεγαλουργὸν ἐν αὐτοῖς ἢ ἀνδρεῖον ἔνι

Ἐγὼ δέ σοι διηγήσομαι φόνους πολλοὺς καὶ
ς καὶ θανάτους ὑπὲρ τῶν φίλων, ἵν' εἰδῇς ὡς
ὰ ὑμέτερά ἐστι παρὰ τὰ Σκυθικὰ ἐξετάζεσθαι.
ὐδὲ ἀλόγως αὐτὸ πεπόνθατε, ἀλλὰ εἰκότως τὰ
ῦτα ἐπαινεῖτε· οὐδὲ γὰρ οὐδέ εἰσιν ὑμῖν ἀφορ-
μεγέθεις πρὸς ἐπίδειξιν φιλίας ἐν εἰρήνῃ βαθείᾳ
ὥσπερ οὐδ' ἐν γαλήνῃ μάθοις, εἰ ἀγαθὸς ὁ κυ-
ς ἐστί· χειμῶνος γὰρ δεήσει σοὶ πρὸς τὴν διά-
Παρ' ἡμῖν δὲ συνεχεῖς οἱ πόλεμοι, καὶ ἢ
μεν ἄλλοις ἢ ὑποχωροῦμεν ἐπιόντας ἢ συμπε-
πὲρ νομῆς ἢ λείας μαχόμεθα, ἔνθα μάλιστα
ν ἀγαθῶν· καὶ διὰ τοῦτο ὡς βεβαιότατα συντι-
τὰς φιλίας, μόνον τοῦτο ὅπλον ἄμαχον καὶ
μητον εἶναι νομίζοντες.
Πρότερον δέ σοι εἰπεῖν βούλομαι ὃν τρόπον
α τοὺς φίλους, οὐκ ἐκ τῶν πότων, ὥσπερ
ὐδ' εἰ συνέφηβός τις ἢ γείτων ἦν, ἀλλ' ἐπειδάν
μεν ἀγαθὸν ἄνδρα καὶ μεγάλα ἐργάσασθαι
ον, ἐπὶ τοῦτον ἅπαντες σπεύδομεν, καὶ ὅπερ
τοῖς γάμοις, τοῦτο ἡμεῖς ἐπὶ τῶν φίλων ποιεῖν
, ἐπὶ πολὺ μνηστευόμενοι καὶ πάντα ὁμοῦ
τες, ὡς μὴ διαμαρτάνοιμεν τῆς φιλίας μηδὲ
οι δόξωμεν εἶναι. Κἀπειδὰν προκριθείς τις
ς ᾖ, συνθῆκαι τὸ ἀπὸ τούτου καὶ ὅρκος ὁ μέ-
ἦ μὴν καὶ βιώσεσθαι μετ' ἀλλήλων καὶ ἀπο-
ι, ἢν δέῃ, ὑπὲρ τοῦ ἑτέρου τὸν ἕτερον· καὶ
οῦμεν. Ἀφ' οὗ γὰρ ἂν ἐντεμόντες ἅπαξ τοὺς
υς ἐνσταλάξωμεν τὸ αἷμα εἰς κύλικα καὶ τὰ
α βάψαντες ἅμα ἀμφότεροι ἐπισχόμενοι πίω-
ἔστιν ὅ τι τὸ μετὰ τοῦτο ἡμᾶς διαλύσειεν ἄν.
δὲ τὸ μέγιστον ἄχρι τριῶν ἐς τὰς συνθήκας εἰσ-
ς ὅστις ἂν πολύφιλος ᾖ, ὅμοιος ἡμῖν δοκεῖ ταῖς
ταύταις καὶ μοιχευομέναις γυναιξί· καὶ οἰό-
ικέθ' ὁμοίως ἰσχυρὰν αὐτοῦ τὴν φιλίαν εἶναι
λλὰς εὐνοίας διαιρεθεῖσαν.
Ἄρξομαι δὲ ἀπὸ τῶν Δανδάμιδος πρῴην γενο-
ὁ γὰρ Δάνδαμις ἐν τῇ πρὸς Σαυρομάτας συμ-
ἀπαχθέντος αἰχμαλώτου Ἀμιζώκου τοῦ φίλου
— μᾶλλον δὲ πρότερον ὀμοῦμαί σοι τὸν ὅρκον
ερον, ἐπεὶ καὶ τοῦτο ἐν ἀρχῇ διωμολογησάμην·
ρ τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἀκινάκην οὐδὲν πρὸς σέ,

TOX. Bene facis, Mnesippe, quod etiam incitas me ad orationem, quasi non vehementer labores, ne præcidatur tibi lingua, si victus oratione fueris. Verum jam statim incipiam, nihil studens, uti tu, verborum elegantiæ : neque enim Scythicum istuc, præsertim ubi res ipsæ magis quam verba loquuntur. Exspectes autem nihil tale a nobis, qualia tu retulisti, quum laudares, si quis indotatam deformemque uxorem duxit, aut si quis pecuniam dedit nubenti filiæ amici, duo talenta, et, per Jovem, si quis vinciendum se præbuit, quum manifestum esset, paullo post solutum iri. Valde enim ista vilia, et magnificum in illis aut virile adeo nihil quicquam inest.

36. Ego vero tibi enarrabo cædes multas, et bella, et mortes pro amicis susceptas, ut scias ludum esse vestra, cum Scythicis si comparentur. Quanquam non præter rationem illud vobis accidit, sed conveniens est illa parva a vobis laudari : neque enim sunt vobis occasiones ingentes ostendendæ amicitiæ, in alta pace viventibus : ut nec per serenum discas, bonusne sit gubernator; tempestate enim ad faciendum illud tibi judicium opus est. Apud nos autem bella perpetua, qui aut invadamus alios, aut excipiamus qui nos aggrediuntur, aut subita concursione pro pascuis aut præda pugnemus. Hic maxime amicis bonis opus est; et hanc ob rem quam firmissime coimus amicitias, solum hoc telum invictum et vix superabile esse rati.

37. Prius autem dicere tibi volo, qua ratione faciamus amicos; non de comissationibus, uti vos, neque si quis æquævus adolescens, aut vicinus sit; sed si quem videamus virum fortem et magnis rebus gerendis aptum, ad hunc festinamus omnes, et quod vos in nuptiis, hoc nos in amicis conciliandis facere operæ pretium censemus, multum procantes, et omnia simul agentes, ne excidamus hac amicitia, neu rejiculi esse videamur. Et si quis prælatus aliis et jam amicus est, fœdus deinde et jusjurandum maximum, « victurum simul, et moriturum, si opus sit, unum pro altero. » Et sic facimus. A quo enim tempore incisis semel digitis instillaverimus sanguinem in calicem, et intinctis gladiorum mucronibus, simul ambo admoto ore biberimus; nihil est quod post ea nos dissolvat. Ac permissum est ternos summum tale fœdus inire : nam quisquis multos habet amicos, ille similis nobis videtur vulgaribus istis et adulteris mulieribus : putamusque non amplius æque firmam illius amicitiam esse, per multas benevolentias divisam.

38. Incipiam vero ab Dandamidis rebus, quæ nuper demum contigere. Dandamis nimirum in prælio cum Sauromatis abducto in captivitatem Amizoce amico suo — quin prius jurabo tibi nostrum jusjurandum, quandoquidem hoc etiam initio mihi tecum convenit : Non ego, ita me Ventus

ὦ Μνήσιππε, ψεῦδος ἐρῶ περὶ τῶν φίλων τῶν Σκυθικῶν.

ΜΝΗΣ. Ἐγὼ μὲν οὐ πάνυ σου ὀμνύοντος ἐδεόμην· σὺ δὲ ὅμως εὖ ποιῶν οὐδένα τῶν θεῶν ἐπωμόσω.

ΤΟΞ. Τί σὺ λέγεις; οὔ σοι δοκοῦσιν ὁ ἄνεμος καὶ ὁ ἀκινάκης θεοὶ εἶναι; οὕτως ἄρα ἠγνόησας ὅτι ἀνθρώποις μεῖζον οὐδέν ἐστι ζωῆς τε καὶ θανάτου; ὁπόταν τοίνυν τὸν ἄνεμον καὶ τὸν ἀκινάκην ὀμνύωμεν, ταῦτα ὀμνύομεν ὡς τὸν μὲν ἄνεμον ζωῆς αἴτιον ὄντα, τὸν ἀκινάκην δὲ ὅτι ἀποθνήσκειν ποιεῖ.

ΜΝΗΣ. Καὶ μὴν εἰ διά γε τοῦτο, καὶ ἄλλους ἂν ἔχοιτε πολλοὺς θεοὺς οἷος ὁ ἀκινάκης ἐστὶ, τὸν οἰστὸν καὶ τὴν λόγχην καὶ κώνειον δὲ καὶ βρόχον καὶ τὰ τοιαῦτα· ποικίλος γὰρ οὗτος ὁ θεὸς ὁ θάνατος καὶ ἀπείρους τὰς ἐφ' ἑαυτὸν παρέχεται ἀγούσας ὁδούς.

ΤΟΞ. Ὁρᾷς τοῦτο ὡς ἐριστικὸν ποιεῖς καὶ δικανικὸν ὑποκρούων μεταξὺ καὶ διαφθείρων μου τὸν λόγον; ἐγὼ δὲ ἡσυχίαν ἦγον σοῦ λέγοντος.

ΜΝΕΣ. Ἀλλ' οὐκ αὖθίς γε, ὦ Τόξαρι, ποιήσω τοῦτο, πάνυ γὰρ ὀρθῶς ἐπετίμησας· ὥστε θαρρῶν τό γε ἐπὶ τούτῳ λέγε, ὡς μηδὲ παρόντος ἐμοῦ τοῖς λόγοις, οὕτω σιωπήσομαί σοι.

39. ΤΟΞ. Τετάρτη μὲν ἦν ἡμέρα τῆς φιλίας Δανδάμιδι καὶ Ἀμιζώκῃ, ἀφ' οὗ τὸ ἀλλήλων αἷμα συνεπεπώκεσαν· ἧκον δὲ ἡμῖν ἐπὶ τὴν χώραν Σαυρομάται μυρίοις μὲν ἱππεῦσιν, οἱ πεζοὶ δὲ τρὶς τοσοῦτοι ἐπεληλυθέναι ἐλέγοντο. Οἷα δὲ οὐ προϊδομένοις τὴν ἔφοδον αὐτῶν ἐπεισπεσόντες ἅπαντας μὲν τρέπουσι, πολλοὺς δὲ τῶν μαχίμων κτείνουσι, τοὺς δὲ καὶ ζῶντας ἀπάγουσι, πλὴν εἴ τις ἔφθη διανηξάμενος εἰς τὸ πέραν τοῦ ποταμοῦ, ἔνθα ἡμῖν τὸ ἥμισυ τοῦ στρατοπέδου καὶ μέρος τῶν ἁμαξῶν ἦν· οὕτω γὰρ ἐσκηνώσαμεν τότε, οὐκ οἶδα ὅ τι δόξαν τοῖς ἀρχιπλάνοις ἡμῶν, ἐπ' ἀμφοτέρας τὰς ὄχθας τοῦ Τανάϊδος. Εὐθὺς οὖν ἥ τε λεία περιηλαύνετο καὶ τὰ αἰχμάλωτα συνείχετο καὶ τὰς σκηνὰς διήρπαζον καὶ τὰς ἁμάξας κατελαμβάνοντο, αὐτάνδρους τὰς πλείστας ἁλισκομένας, καὶ ἐν ὀφθαλμοῖς ἡμῶν ὑβρίζοντες τὰς παλλακίδας καὶ τὰς γυναῖκας· ἡμεῖς δὲ ἠνιώμεθα τῷ πράγματι.

40. Ὁ δὲ Ἀμιζώκης ἀγόμενος — ἑαλώκει γάρ — ἐβόα τὸν φίλον ὀνομαστὶ κακῶς δεδεμένος καὶ ὑπεμίμνησκε τοῦ αἵματος καὶ τῆς κύλικος. Ὧν ἀκούσας ὁ Δάνδαμις οὐδὲν ἔτι μελλήσας ἁπάντων ὁρώντων διανήχεται εἰς τοὺς πολεμίους· καὶ οἱ μὲν Σαυρομάται διηρμένοι τοὺς ἄκοντας ὥρμησαν ἐπ' αὐτὸν ὡς κατακεντήσοντες, ὁ δὲ ἐβόα τὸ Ζίριν· τοῦτο δὲ ἤν τις εἴπῃ, οὐκέτι φονεύεται ὑπ' αὐτῶν, ἀλλὰ δέχονται αὐτὸν ὡς ἐπὶ λύτροις ἥκοντα. Καὶ δὴ ἀναχθεὶς πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν ἀπῄτει τὸν φίλον, ὁ δὲ λύτρα ᾔτει· μὴ γὰρ προήσεσθαι, εἰ μὴ μεγάλα ὑπὲρ αὐτοῦ λάβοι. Ὁ Δάνδαμις δὲ, Ἃ μὲν εἶχον, φησὶν, ἅπαντα διήρπασται ὑφ' ὑμῶν, εἰ δέ τι δύναμαι γυμνὸς ὑποτελέσαι, ἕτοιμος ὑποστῆναι ὑμῖν, καὶ πρόσταττε ὅ τι ἂν θέλῃς· εἰ βούλει δὲ, ἐμὲ ἀντὶ τούτου λαβὼν κατάχρησαι πρὸς ὅ τι σοι φίλον. Ὁ δὲ Σαυρο-

et Acinaces, mendacium apud te, Mnesippe, dicam de amicis Scythicis.

MNES. Equidem non valde opus habebam tuo jurejurando : interim bene est quod per deum nullum jurasti.

TOX. Quid ais? non videntur tibi dii esse Ventus et Acinaces? adeo ignorasti, nihil majus esse vita et morte hominibus? Quum ergo Ventum juramus et Acinacem, eatenus juramus, quatenus vitæ causæ ventus (*aer*) est, acinaces vero mortem efficit.

MNES. Verum si propter ista, etiam alios multos haberitis deos qualis est Acinaces, Sagittam, et Hastam, Cicutam adeo, et Laqueum, ac talia : varius enim deus ille Mors est, et infinitas præbet, quæ ducant ad se, vias.

TOX. Vides quam contentiose illud agas et instar rabulæ, interpellans et pervertens orationem meam? At ego dum tu dicebas, quietus eram.

MNES. At non iterum certe, Toxari, hoc faciam : omnino enim recte me increpuisti. Itaque audacter quæ sequuntur dicito : quasi nec intersim tuo sermoni, ita silentium tibi præstabo.

39. TOX. Quartus dies processerat amicitiæ Dandamidi et Amizocæ, ex quo sanguinem alter alterius una biberant: quum regionem nostram invadunt Sauromatæ decem millibus equitum ; pedestrium vero copiarum tertium tantum contra nos venisse dicebatur. Quoniam autem nos imprudentes hujus invasionis oppresserant, vertunt in fugam omnes, multosque armatorum interficiunt, alios autem abducunt vivos, præterquam si quis satis celeriter in alteram ripam fluminis transnataret, ubi nobis dimidius exercitus et pars plaustrorum erat : sic enim tum castra posueramus, nescio quo consilio ducum nostrorum, ad utramque ripam Tanais. Statim ergo præda abduci, captiva corpora comprehendi, diripi tabernacula, plaustra capi cum ipsis pleraque vectoribus : et in oculis nostris contumeliam inferebant pellicibus nostris atque uxoribus : quæ res pessime nos habuit.

40. Amizoces autem quum duceretur (captus enim erat), nominatim inclamat amicum, duriter vinctus, et calicis admonet sanguinisque. Quibus Dandamis auditis, nihil amplius cunctatus, omnium in conspectu ad hostes transnatat. Ac Sauromatæ telis sublatis impetum in illum faciunt, ut confossuri : at ille Zirin clamat ; hoc vero si quis dicat, non jam illum interficiunt, sed tanquam redimendi causa advenientem recipiunt. Itaque abductus ad ducem illorum, amicum repetit : hic pretium postulat, negatque se dimissurum, nisi magnum pro illo accipiat. Dandamis, Quæ habebam, inquit, ea omnia a vobis direpta sunt : si quid vero nudus possum solvere, subire vobis paratus sum : et impera quicquid volueris. Si vero volueris, pro hoc me tibi habe, et, quomodocumque tibi collibuerit, abutere. At Sauromata, Non oportet, inquit, te retineri totum,

ὐδὲν, ἔφη, δεῖ ὅλον κατέχεσθαί σε καὶ ταῦτα
ντα, σὺ δὲ ὧν ἔχεις μέρος καταβαλὼν ἄγου
Ἤρετο ὁ Δάνδαμις ὅ τι καὶ βούλεται λα-
δὲ τοὺς ὀφθαλμοὺς ᾔτησεν. Ὁ δὲ αὐτίκα
ἐκκόπτειν αὐτούς· κἀπειδὴ ἐξεκέκοπτο καὶ
ύτρα εἶχον οἱ Σαυρομάται, παραλαβὼν τὸν
ἐπανῄει ἐπερειδόμενος αὐτῷ, καὶ ἅμα δια-
ἀπεσώθησαν πρὸς ἡμᾶς.

οῦτο γενόμενον παρεμυθήσατο ἅπαντας Σκύ-
κέτι ἡττᾶσθαι ἐνόμιζον ὁρῶντες ὅτι τὸ μέγι-
τῶν ἀγαθῶν οὐκ ἀπήγαγον οἱ πολέμιοι, ἀλλ'
' ἡμῖν ἡ ἀγαθὴ γνώμη καὶ ἡ πρὸς τοὺς φίλους
Καὶ τοὺς Σαυρομάτας δὲ τὸ αὐτὸ οὐ μετρίως
ογιζομένους πρὸς οἵους ἄνδρας ἐκ παρασκευῆς
, εἰ καὶ ἐν τῷ ἀπροσδοκήτῳ τότε ὑπερέσχον·
ὸς ἐπιγενομένης ἀπολιπόντες τὰ πλεῖστα τῶν
ων καὶ τὰς ἁμάξας ἐμπρήσαντες ᾤχοντο φεύ-
Ὁ μέντοι Ἀμιζώκης οὐκέτι ἠνέσχετο βλέπειν
τυφλῷ τῷ Δανδάμιδι, ἀλλὰ τυφλώσας καὶ
τὸν ἀμφότεροι κάθηνται ὑπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν
ημοσίᾳ μετὰ πάσης τιμῆς τρεφόμενοι.

τοιοῦτον, ὦ Μνήσιππε, ὑμεῖς ἔχοιτε ἂν εἰ-
αὶ ἄλλους σοι δέκα δοίη τις ἐπὶ τοῖς πέντε
ήσασθαι ἀνωμότους, εἰ βούλει, ὡς καὶ πολλὰ
αὐτοῖς; Καίτοι ἐγὼ μέν σοι γυμνὸν τὸ ἔργον
ην· εἰ δὲ σύ τινα τοιοῦτον ἔλεγες, εὖ οἶδα,
κομψὰ ἐγκατέμιξας τῷ λόγῳ, οἷα ἱκέτευεν ὁ
καὶ ὡς ἐτυφλοῦτο καὶ ἃ εἶπε καὶ ὡς ἐπανῆκε
εδέξαντο αὐτὸν ἐπευφημοῦντες οἱ Σκύθαι καὶ
α ὑμεῖς μηχανᾶσθαι εἰώθατε πρὸς τὴν ἀκρόα-

κουε δ' οὖν καὶ ἄλλον ἰσότιμον, Βελίτταν
τούτου ἀνεψιόν· ὃς ἐπεὶ κατασπασθέντα ἐκ
ὑπὸ λέοντος εἶδε Βάσθην τὸν φίλον — ἅμα
θηρῶντες — καὶ ἤδη ὁ λέων περιπλακεὶς
εφύκει τῷ λαιμῷ καὶ τοῖς ὄνυξιν ἐσπάραττε,
σας καὶ αὐτὸς ἐπιπίπτει κατόπιν τῷ θηρίῳ καὶ
πρὸς ἑαυτὸν παροξύνων καὶ μετάγων καὶ διὰ
ων μεταξὺ διείρων τοὺς δακτύλους καὶ τὸν
ς οἷόν τε ἦν, ὑπεξελεῖν πειρώμενος τοῦ δή-
χρι δὴ ὁ λέων ἀφεὶς ἐκεῖνον ἡμιθνῆτα ἤδη ἐπὶ
αν ἀπεστράφη καὶ συμπλακεὶς ἀπέκτεινε κἀ-
ὲ ἀποθνήσκων τὸ γοῦν τοσοῦτον ἔφθη πατάξας
η τὸν λέοντα εἰς τὸ στέρνον, ὥστε ἅμα πάντες
καὶ ἡμεῖς ἐθάψαμεν αὐτοὺς δύο τάφους ἀνα-
πλησίον, ἕνα μὲν τῶν φίλων, ἕνα δὲ καταντι-
οντος.

ίτην δέ σοι διηγήσομαι, ὦ Μνήσιππε, τὴν
φιλίαν καὶ Λογχάτου καὶ Ἀρσακόμα. Ὁ
όμας οὗτος ἠράσθη Μαζαίας τῆς Λευκάνορος
ύσαντος ἐν Βοσπόρῳ, ὁπότε ἐπρέσβευεν ὑπὲρ
ῦ, ὃν οἱ Βοσπορανοὶ ἀεὶ φέροντες ἡμῖν τότε
μῆνα ὑπερήμεροι ἐγεγένηντο. Ἐν τῷ δείπνῳ
τὴν Μαζαίαν μεγάλην καὶ καλὴν παρθένον

idque quum Zirin veneris : quin tu parte eorum quæ habes data amicum abducas licet. Rogat Dandamis quid tandem vellet accipere. Hic oculos petit. At ille statim effodiendos præbet, quumque effossi essent, et jam pretium haberent Sauromatæ, assumto Amizoce redit illo innixus; et simul transnatantes salvi ad nos veniunt.

41. Hoc factum Scythas omnes erexit, neque jam se victos putarunt, quum viderent maximum bonorum nostrorum non ablatum esse ab hostibus, manente apud nos honesto animo et erga amicos fide. Verum etiam Sauromatas non mediocriter eadem res perterruit, cogitantes contra quos viros in acie pugnaturi essent, etsi imprudentes tum superaverant. Itaque proxima nocte, relictis plerisque pecudum, incensisque plaustris, fuga abierunt. Verum Amizoces ferre non poterat videre se, cæco Dandamide; sed ipse quoque se excæcavit: jamque sedent ambo, atque a communi Scytharum publice cum multo honore aluntur.

42. Quid tale, Mnesippe, vos dicere possitis, et si quis alios tibi decem supra illos quinque enumerare permittat, jurijurando non subjectos, ut etiam mendacio augere multa possis? At ego tibi rem nudam exposui : si vero tu talem quendam diceres, bene novi quantas venustates admisturus esses narrationi, quibus verbis supplicaverit Dandamis, et quomodo excæcatus fuerit, et quæ tum dixerit, et ut redierit, et ut cum plausu illum Scythæ receperint, et alia quæ vos machinari auribus soletis.

43. Audi jam et alium æquo honore dignum, Belittam, Amizocæ hujus consobrinum : qui quum equo detractum a leone Basthen amicum videret (una autem erant in venatu), et jam leo complexus hominem fauces illius invasisset, et laceraret eum unguibus : desiliens ipse quoque a tergo irruit in bestiam, eamque detrahit, in se dum irritat et traducit, inferens intra dentes illius suos digitos, et Basthen, quantum fieri poterat, eripere morsui tentans : donec leo, relicto illo jam semanimi, versus in Belittam, eumque complexus, ipsum quoque interemit. Atque ille jam moriens ante tamen sic acinace leonem in pectore percussit, ut simul omnes morerentur. Inde nos sepelivimus illos, duobus prope se invicem tumulis aggestis, uno amicorum, altero autem exadverso leonis.

44. Tertiam tibi enarrabo, Mnesippe, Macentæ amicitiam et Lonchatæ et Arsacomæ. Arsacomas hic amore incensus fuerat Mazææ Leucanoris filiæ Bosporanorum reguli, quum legatus ad eum esset tributi causa, quod semper nobis solventes Bosporani, illo tempore tertium jam mensem ultra diem dictum debuerant. In cœna igitur quum vidisset Mazæam, magnam et pulchram virginem, amare illam,

ἤρα καὶ πονήρως εἶχε. Τὰ μὲν οὖν περὶ τῶν φόρων διεπέπρακτο ἤδη καὶ ἐχρημάτιζεν αὐτῷ ὁ βασιλεὺς καὶ εἱστία ἤδη αὐτὸν ἀποπέμπων. Ἔθος δέ ἐστιν ἐν Βοσπόρῳ, τοὺς μνηστῆρας ἐπὶ τῷ δείπνῳ αἰτεῖν τὰς κόρας καὶ λέγειν, οἵτινες ὄντες ἀξιοῦσι καταδεχθῆναι ἐπὶ τὸν γάμον. Καὶ δὴ καὶ τότε ἔτυχον ἐν τῷ δείπνῳ πολλοὶ μνηστῆρες παρόντες, βασιλεῖς καὶ βασιλέων παῖδες, καὶ Τιγραπάτης ἦν ὁ Λαζῶν δυνάστης καὶ Ἀδύρμαχος ὁ Μαχλυηνῆς ἄρχων καὶ ἄλλοι πολλοί. Δεῖ δὲ τῶν μνηστήρων ἕκαστον προσαγγείλαντα ἑαυτὸν, διότι μνηστευσόμενος ἥκει, δειπνεῖν ἐν τοῖς ἄλλοις κατακείμενον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπὰν δὲ παύσωνται δειπνοῦντες, αἰτήσαντα φιάλην ἐπισπεῖσαι κατὰ τῆς τραπέζης καὶ μνηστεύεσθαι τὴν παῖδα πολλὰ ἐπαινοῦντα ἑαυτὸν, ὥς τις ἢ γένους ἢ πλούτου ἢ δυνάμεως ἔχει.

45. Πολλῶν οὖν κατὰ τόνδε τὸν νόμον σπεισάντων καὶ αἰτησάντων καὶ βασιλείας καὶ πλούτους καταριθμησαμένων τελευταῖος ὁ Ἀρσακόμας αἰτήσας τὴν φιάλην οὐκ ἔσπεισεν — οὐ γὰρ ἔθος ἡμῖν ἐκχεῖν τὸν οἶνον, ἀλλὰ ὕβρις εἶναι δοκεῖ τοῦτο εἰς τὸν θεόν — πιὼν δὲ ἀμυστὶ, Δός μοι εἶπεν, ὦ βασιλεῦ, τὴν θυγατέρα σου Μαζαίαν γυναῖκα ἔχειν πολὺ ἐπιτηδειοτέρῳ τούτων ὄντι ὁπόσα γε ἐπὶ τῷ πλούτῳ καὶ τοῖς κτήμασι. Τοῦ δὲ Λευκάνορος θαυμάσαντος — ἠπίστατο γὰρ πένητα τὸν Ἀρσακόμαν καὶ Σκυθῶν τῶν πολλῶν — καὶ ἐρομένου, Πόσα δὲ βοσκήματα ἢ πόσας ἁμάξας ἔχεις, ὦ Ἀρσακόμα; ταῦτα γὰρ ὑμεῖς πλουτεῖτε· Ἀλλ' οὐχ ἁμάξας, ἔφη, ἔχω οὐδὲ ἀγέλας, ἀλλ' εἰσί μοι δύο φίλοι καλοὶ καὶ ἀγαθοὶ οἷοι οὐκ ἄλλῳ Σκυθῶν. Τότε μὲν οὖν ἐγελάσθη ἐπὶ τούτοις καὶ παρώφθη καὶ μεθύειν ἔδοξεν. Ἕωθεν δὲ προκριθεὶς τῶν ἄλλων Ἀδύρμαχος ἔμελλεν ἀπάξειν τὴν νύμφην ἐς τὴν Μαιῶτιν παρὰ τοὺς Μάχλυας.

46. Ὁ δὲ Ἀρσακόμας ἐπανελθὼν οἴκαδε μηνύει τοῖς φίλοις ὡς ἀτιμασθείη ὑπὸ τοῦ βασιλέως καὶ γελασθείη ἐν τῷ συμποσίῳ πένης εἶναι δόξας. Καίτοι, ἔφη, ἐγὼ διηγησάμην αὐτῷ τὸν πλοῦτον, ὁπόσος ἐστί μοι, ὑμᾶς, ὦ Λογχάτα καὶ Μακέντα, καὶ τὴν εὔνοιαν τὴν ὑμετέραν πολὺ ἀμείνω καὶ βεβαιοτέραν τῆς Βοσπορανῶν δυνάμεως. Ἀλλ' ἐμοῦ ταῦτα διεξιόντος ἡμᾶς μὲν ἐχλεύαζε καὶ κατεφρόνει, Ἀδυρμάχῳ δὲ τῷ Μάχλυϊ παρέδωκεν ἀπάγειν τὴν νύμφην, ὅτι χρυσᾶς τε φιάλας ἐλέγετο ἔχειν δέκα καὶ ἁμάξας τετρακλίνους ὀγδοήκοντα καὶ πρόβατα καὶ βοῦς πολλούς. Οὕτως ἄρα προετίμησεν ἀνδρῶν ἀγαθῶν βοσκήματα πολλὰ καὶ ἐκπώματα περίεργα καὶ ἁμάξας βαρείας. Ἐγὼ δὲ, ὦ φίλοι, δι' ἀμφότερα ἀνιῶμαι, καὶ γὰρ ἐρῶ τῆς Μαζαίας καὶ ἡ ὕβρις ἐν τοσούτοις ἀνθρώποις οὐ μετρίως μου καθίκετο, οἶμαι δὲ καὶ ὑμᾶς ἐπ' ἴσης ἠδικῆσθαι· τὸ γὰρ τρίτον μετῆν ἑκάστῳ ὑμῶν τῆς ἀτιμίας, εἴ γε οὕτω βιοῦμεν ὡς ἀφ' οὗ συνεληλύθαμεν εἷς ἄνθρωπος ὄντες, καὶ τὰ αὐτὰ ἀνιώμενοι καὶ τὰ αὐτὰ χαίροντες. Οὐ μόνον, ἐπεῖπεν ὁ Λογχάτης, ἀλλὰ ἕκαστος ἡμῶν ὅλος ὕβρισται, ὁπότε σὺ τοιαῦτα ἔπαθες.

et inde animo æger esse cœpit. Ac de tributo negotium perfectum jam erat : jam respondebat illi rex, jam discessus causa convivio illum excipiebat. Moris est autem in Bosporo, ut proci in cœna petant puellas, dicantque, qui sint, qui recipi in affinitatem postulent. Jam forte accidit ut tum plures in ea cœna proci adessent, reges et regum filii, et Tigrapates in his erat, Lazorum regulus, et Adyrmachus Machlyenes princeps, et alii multi. Oportet vero procorum unumquemque, quum se indicavit, nimirum nuptiarum se causa venisse, cœnare cum aliis et quiete accumbere : finitis vero epulis poculum poscere, libare in mensam, et procum se puellæ profiteri, multum de se gloriari, quam generosus, quam dives, quam potens sit.

45. Multi igitur pro illo more quum libassent et petiissent puellam, et regna sua atque divitias enumerassent, ultimus poculo petito Arsacomas, non ille quidem libavit (neque enim solemus effundere vinum, quæ contumelia potius esse in deum videtur), sed epota haustu uno phiala, Da mihi, rex, inquit, filiam tuam Mazæam, ut uxorem habeam, multo hisce magis idoneo quantum ad divitias et possessiones. Admirante autem Leucanore, qui sciret pauperem esse Arsacoman et de vulgo Scytharum, atque interrogante, Quot autem armenta, aut quot plaustra habes, Arsacoma? hæ enim vestræ divitiæ : At ego, inquit, neque plaustra habeo, neque greges; sed sunt mihi amici duo honesti bonique viri, quales Scytharum alii nemini. Tunc igitur derisus propter ista est, et contemtus, et pro ebrio habitus. Altero autem mane prælatus ceteris Adyrmachus abducturus erat sponsam in Mæotidem ad Machlyes.

46. Arsacomas vero reversus domum indicat amicis, quam contemtim habitus esset a rege, quam derisus in convivio, eo quod pauper visus esset : Atqui ego, inquit, narravi illi meas divitias, quantæ sint, vos nempe, Lonchata et Macenta, et benevolentiam vestram, præstantiorem longe et firmiorem Bosporanorum opibus. Hæc vero quum dicerem, nos ille quidem derisui et contemtui habebat, atque Machlyi Adyrmacho abducendam tradidit sponsam, quod aureas se phialas habere decem diceret, et plaustra quaternorum lectorum octoginta, et oves bovesque multas. Sic ergo prætulit viris bonis pecudes multas et pocula vanæ pretiositatis et plaustra gravia. At ego, amici, duplici de causa angor : et enim amo Mazæam, et contumelia in tot hominum conspectu illata mihi profunde in animum descendit : arbitror autem vos quoque non minori injuria affectos; tertia enim contumeliæ pars ad vestrûm unumquemque pervenit; si quidem ita vivimus, ut, a quo tempore coiimus, unus homo simus, doleamus iisdem rebus, lætemur iisdem. Non hoc solum, subjungit Lonchates, verum unusquisque nostrûm totus injuria affectus est, quum ista tibi evenerunt.

47. Πῶς οὖν, ὁ Μακέντης ἔφη, χρησόμεθα τοῖς παροῦσι; Διελώμεθα, ἔφη ὁ Λογχάτης, τὸ ἔργον· καὶ ἐγὼ μὲν ὑπισχνοῦμαι Ἀρσακόμᾳ τὴν κεφαλὴν κομιεῖν τοῦ Λευκάνορος, σὲ δὲ χρὴ τὴν νύμφην ἐπανάγειν αὐτῷ. Οὕτω γιγνέσθω, ἔφη. Σὺ δὲ, ὦ Ἀρσακόμα, ἐν τοσούτῳ — εἰκὸς γὰρ καὶ στρατιᾶς καὶ πολέμου τὸ μετὰ τοῦτο δεήσειν ἡμᾶς — αὐτοῦ περιμένων συνάγειρε καὶ παρασκεύαζε ὅπλα καὶ ἵππους καὶ τὴν ἄλλην δύναμιν ὡς πλείστην. Ῥᾷστα δ' ἂν πολλοὺς προσαγάγοις αὐτός τε ἀγαθὸς ὢν καὶ ἡμῖν οὐκ ὀλίγων ὄντων οἰκείων, μάλιστα δὲ εἰ καθέζοιο ἐπὶ τῆς βύρσης τοῦ βοός. Ἔδοξε ταῦτα, καὶ ὁ μὲν ἐχώρει ὡς εἶχεν εὐθὺς ἐπὶ τοῦ Βοσπόρου ὁ Λογχάτης, ὁ Μακέντης δὲ ἐπὶ τοὺς Μάχλυας, ἱππότης ἑκάτερος, ὁ δὲ Ἀρσακόμας οἴκοι μένων τοῖς τε ἡλικιώταις διελέγετο καὶ ὥπλιζε δύναμιν παρὰ τῶν οἰκείων, τέλος δὲ καὶ ἐπὶ τῆς βύρσης ἐκαθέζετο.

48. Τὸ δὲ ἔθος ἡμῖν τὸ περὶ τὴν βύρσαν οὕτως ἔχει· ἐπειδὰν ἀδικηθείς τις πρὸς ἑτέρου ἀμύνασθαι βουλόμενος ἴδῃ καθ' ἑαυτὸν οὐκ ἀξιόμαχος ὤν, βοῦν ἱερεύσας τὰ μὲν κρέα κατακόψας ἥψησεν, αὐτὸς δὲ ἐκπετάσας χαμαὶ τὴν βύρσαν κάθηται ἐπ' αὐτῆς εἰς τοὐπίσω παραγαγὼν τὼ χεῖρε ὥσπερ οἱ ἐκ τῶν ἀγκώνων δεδεμένοι. Καὶ τοῦτό ἐστιν ἡμῖν ἡ μεγίστη ἱκετηρία. Παρακειμένων δὲ τῶν κρεῶν τοῦ βοὸς προσιόντες οἱ οἰκεῖοι καὶ τῶν ἄλλων ὁ βουλόμενος μοῖραν ἕκαστος λαβὼν ἐπιβὰς τῇ βύρσῃ τὸν δεξιὸν πόδα ὑπισχνεῖται κατὰ δύναμιν, ὁ μὲν πέντε ἱππέας παρέξειν ἀσίτους καὶ ἀμίσθους, ὁ δὲ δέκα, ὁ δὲ πλείους, ὁ δὲ ὁπλίτας ἢ πεζοὺς ὁπόσους ἂν δύνηται, ὁ δὲ μόνον ἑαυτὸν ὁ πενέστατος. Ἀθροίζεται οὖν ἐπὶ τῆς βύρσης πολὺ πλῆθος ἐνίοτε καὶ τὸ τοιοῦτον σύνταγμα βεβαιότατόν τέ ἐστι συμμεῖναι καὶ ἀπρόσμαχον τοῖς ἐχθροῖς ἅτε καὶ ἔνορκον ὄν· τὸ γὰρ ἐπιβῆναι τῆς βύρσης ὅρκος ἐστίν. Ὁ μὲν οὖν Ἀρσακόμας ἐν τούτοις ἦν. Καὶ ἠθροίσθησαν αὐτῷ ἱππεῖς μὲν ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους, ὁπλῖται δὲ καὶ πεζοὶ συναμφότεροι δισμύριοι.

49. Ὁ δὲ Λογχάτης ἀγνοούμενος παρελθὼν ἐς τὸν Βόσπορον προσέρχεται τῷ βασιλεῖ διοικουμένῳ τι τῆς ἀρχῆς καὶ φησὶν ἥκειν μὲν ἀπὸ τοῦ κοινοῦ τῶν Σκυθῶν, ἰδίᾳ δὲ αὐτῷ μεγάλα πράγματα κομίζων. Τοῦ δὲ λέγειν κελεύσαντος, Οἱ μὲν Σκύθαι, φησὶ, τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ καθ' ἡμέραν ἀξιοῦσι, μὴ ὑπερβαίνειν τοὺς νομέας ὑμῶν ἐς τὸ πεδίον, ἀλλὰ μέχρι τοῦ τραχῶνος νέμειν· τοὺς δὲ λῃστὰς οὓς αἰτιᾶσθε ὡς κατατρέχοντας ὑμῶν τὴν χώραν, οὐ φασὶν ἀπὸ κοινῆς γνώμης ἐκπέμπεσθαι, ἀλλ' ἰδίᾳ ἕκαστον ἐπὶ τῷ κέρδει κλωπεύειν· εἰ δέ τις ἁλίσκοιτο, αὐτὸν σὲ κύριον εἶναι κολάζειν· ταῦτα μὲν ἐκεῖνοι ἐπεστάλκασιν.

50. Ἐγὼ δὲ μηνύω σοι μεγάλην ἔφοδον ἐσομένην ἐφ' ὑμᾶς ὑπ' Ἀρσακόμα τοῦ Μαριάντα, ὃς ἐπρέσβευε πρῴην παρὰ σὲ καὶ, οἶμαι, διότι αἰτήσας τὴν θυγατέρα οὐκ ἔτυχε παρὰ σοῦ, ἀγανακτεῖ καὶ ἐπὶ τῆς βύρσης ἑβδόμην ἤδη ἡμέραν κάθηται καὶ συνῆκται στρατὸς οὐκ ὀλίγος αὐτῷ. Ἤκουσα, ἔφη ὁ Λευκάνωρ, καὶ

47. Quomodo igitur, Macentes inquit, in præsens consulemus? Dividamus, ait Lonchates, opus : et, ego quidem polliceor Arsacomæ caput me allaturum Leucanoris : te autem oportet sponsam illi adducere. Sic fiat, inquit ille. Tu vero, Arsacoma, interea, quum credibile sit exercitu post hæc et bello nobis opus futurum, hic manens, coge et para arma et equos et reliquas copias quam amplissimas. Facillime autem plurimos tibi conciliaveris, quum et ipse sis vir bonus, et nos non paucos habeamus familiares : maxime vero si bubulam pellem insederis. Placuerunt ista. Atque e vestigio, ut erat, in Bosporum pergit Lonchates, Macentes vero ad Machlyes, in equo uterque. At Arsacomas domi manens agit cum æqualibus, et familiarium copias armat : tandem etiam pellem insidet.

48. Ceterum illa apud nos de pelle consuetudo ita se habet : si quis injuria læsus ab alio, et ulcisci volens, videat se per se imparem bello esse, sacrificati bovis carnes concisas coquit. Ipse vero stratam humi pellem insidet, manibus post tergum rejectis, ut qui in ipso brachii flexu revincti sunt. Et hæc est sanctissima apud nos supplicandi ratio. Appositarum vero carnium bovis, accedentes familiares, et ceterorum quisquis vult, parte unusquisque sumta, inscendens dextro pede pellem, pollicetur pro viribus, hic quidem quinque equites se præbiturum quibus neque cibaria ille neque stipendia debeat, alius decem, alius plures, alius gravem armaturam aut pedites quotcunque possit; alius, pauperrimus nempe, se ipsum. Cogitur ergo in illa pelle magna interdum multitudo; ac talis exercitus quum firmissimus est ad una manendi constantiam, tum invictus hostibus, juratus quippe; nam pellem inscendere sacramentum est. In his ergo occupatus erat Arsacomas. Collecti autem ad ipsum sunt equites ad quinquies mille, gravis armaturæ et peditum in summa viginti millia.

49. Interim Lonchates ignotus in Bosporum adit regem pro imperio agentem aliquid, et venire se a communi Scytharum ait, privatim autem res illi magnas ferre. Dicere autem jussus, Scythæ, inquit, communia illa et quotidiana postulant, ne vestri pastores in suos campos transgrediantur, sed intra montes maneant : latrones autem illos, a quibus percursari vestram regionem querimini, negant publico consilio mitti, sed privatim sui unumquemque lucri causa latrocinari : si quis autem illorum deprehendatur, penes te esse illum punire. Hæc quidem illi nunciare me jusserunt.

50. At ego indico tibi, magnam impressionem in vos ab Arsacoma Mariantæ filio factum iri, qui legatione non ita pridem apud vos functus est, et indigne fert, puto, quod expetitam sibi a te filiam tuam non impetravit, et jam septimum diem pellem insidet, collectumque habet exercitum non parvum. Audiveram, inquit Leucanor, ipse quoque

Ἀλλὰ ὁ Μακέντης καὶ τοῦτο εἴκαστο αὐτοῖς καὶ ἀποκεκάρκει τῆς κόμης ὁπόσον εἰκὸς ἦν ἔλαττον κομᾶν τὸν Ἀλανὸν τοῦ Σκύθου· ὥστε ἐπιστεύετο διὰ ταῦτα Μαστείρας καὶ Μαζαίας συγγενὴς εἶναι.

52. Καὶ νῦν, ἔφη, ὦ Ἀδύρμαχε, ἐλαύνειν ἕτοιμος ἅμα σοι ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἢν ἐθέλῃς, μένειν τε, εἰ δέοι, καὶ τὴν παῖδα ἄγειν. Τοῦτο, ἔφη, καὶ μᾶλλον, ὁ Ἀδύρμαχος, ἐθελήσαιμ' ἄν, ἀφ' αἵματος ὄντα σε Μαζαίαν ἄγειν. Ἢν μὲν γὰρ ἅμα ἡμῖν ἴῃς ἐπὶ τὸν Βόσπορον, ἱππεῖ ἑνὶ πλείους ἂν γενοίμεθα· εἰ δέ μοι τὴν γυναῖκα ἄγοις, ἀντὶ πολλῶν ἂν γένοιο. Ταῦτα ἐγίγνετο· καὶ ὁ μὲν ἀπήλαυνε παραδοὺς τῷ Μακέντῃ ἄγειν τὴν Μαζαίαν παρθένον ἔτι οὖσαν. Ὁ δὲ ἡμέρας μὲν ἐπὶ τῆς ἁμάξης ἦγεν αὐτήν, ἐπεὶ δὲ νὺξ κατέλαβεν, ἀναθέμενος ἐπὶ τὸν ἵππον — ἐτεθεραπεύκει δὲ ἕνα σφίσιν ἄλλον ἱππέα ἕπεσθαι — ἀναπηδήσας καὶ αὐτὸς οὐκέτι παρὰ τὴν Μαιῶτιν ἤλαυνεν, ἀλλ' ἀποτραπόμενος εἰς τὴν μεσόγειαν ἐν δεξιᾷ λαβὼν τὰ Μιτραίων ὄρη, διαναπαύων μεταξὺ τὴν παῖδα, τριταῖος ἐτέλεσεν ἐκ Μαχλύων ἐς Σκύθας. Καὶ ὁ μὲν ἵππος αὐτῷ, ἐπειδὴ ἐπαύσατο τοῦ δρόμου, μικρὸν ἐπιστὰς ἀποθνήσκει.

53. Ὁ δὲ Μακέντης ἐγχειρίσας τὴν Μαζαίαν τῷ Ἀρσακόμᾳ, Δέδεξο, εἶπε, καὶ παρ' ἐμοῦ τὴν ὑπόσχεσιν. Τοῦ δὲ πρὸς τὸ ἀνέλπιστον τοῦ θεάματος καταπλαγέντος καὶ χάριν ὁμολογοῦντος, Παῦε, ἔφη ὁ Μακέντης, ἄλλον με ποιῶν σεαυτοῦ· τὸ γὰρ χάριν ἐμοὶ ὁμολογεῖν ἐφ' οἷς ἔπραξα τοιόνδε ἐστὶν ὥσπερ ἂν εἰ ἡ ἀριστερά μου χάριν εἰδείη τῇ δεξιᾷ, διότι τρωθεῖσάν ποτε αὐτὴν ἐθεράπευσε καὶ φιλοφρόνως ἐπεμελήθη καμνούσης. Γελοῖα τοίνυν καὶ ἡμεῖς ἂν ποιοῖμεν, εἰ πάλαι ἀναμιχθέντες καὶ ὡς οἷόν τε ἦν εἰς ἕνα συνελθόντες ἔτι μέγα νομίζοιμεν εἶναι, εἰ τὸ μέρος ἡμῶν ἔπραξέ τι χρηστὸν ὑπὲρ ὅλου τοῦ σώματος· ὑπὲρ ἑαυτοῦ γὰρ ἔπραττε μέρος ὂν τοῦ ὅλου εὖ πάσχοντος. Οὕτω μὲν ὁ Μακέντης ἔφη τῷ Ἀρσακόμᾳ χάριν ὁμολογήσαντι.

54. Ὁ δὲ Ἀδύρμαχος ὡς ἤκουσε τὴν ἐπιβουλήν, εἰς μὲν τὸν Βόσπορον οὐκέτι ἦλθεν — ἤδη γὰρ Εὐβίοτος ἦρχεν ἐπικληθεὶς ἐκ Σαυροματῶν, παρ' οἷς διέτριβεν — εἰς δὲ τὴν αὑτοῦ ἐπανελθὼν καὶ στρατιὰν πολλὴν συναγαγὼν διὰ τῆς ὀρεινῆς εἰσέβαλεν ἐς τὴν Σκυθίαν· καὶ ὁ Εὐβίοτος οὐ μετὰ πολὺ καὶ οὗτος εἰσέπεσεν ἄγων πανδημεὶ μὲν τοὺς Ἕλληνας, Ἀλανοὺς δὲ καὶ Σαυρομάτας ἐπικλήτους ἑκατέρους δισμυρίους· ἀναμίξαντες δὲ τὰ στρατεύματα ὁ Εὐβίοτος καὶ ὁ Ἀδύρμαχος, ἐννέα μυριάδες ἅπαντες ἐγένοντο καὶ τούτων τὸ τρίτον ἱπποτοξόται. Ἡμεῖς δὲ — καὶ γὰρ αὐτὸς μετέσχον τῆς ἐξόδου αὐτοῖς ἐπιδοὺς ἐν τῇ βύρσῃ τότε ἱππέας αὐτοτελεῖς ἑκατόν — οὐ πολλῷ ἔλαττον τῶν τρισμυρίων σὺν τοῖς ἱππεῦσιν ἀθροισθέντες ὑπεμένομεν τὴν ἔφοδον· ἐστρατήγει δὲ ὁ Ἀρσακόμας. Καὶ ἐπειδὴ προσιόντας ἴδομεν αὐτούς, ἀντεπήγομεν προεπαφέντες τὸ ἱππικόν. Γενομένης δὲ ἐπὶ πολὺ μάχης καρτερᾶς ἐνεδίδου ἤδη τὰ ἡμέτερα καὶ παρερρήγνυτο ἡ φάλαγξ, καὶ τέλος εἰς δύο διεκόπη τὸ Σκυθικὸν ἅπαν, καὶ τὸ μὲν ὑπέφευγεν οὐ

etiam similem se iis reddiderat, quod detonderat de coma quantum conveniebat minus Scytha comatum esse Alanum. Propter ista ergo fides illi habita, putatusque Mastiræ ac Mazææ cognatus esse.

52. Et jam, inquit, Adyrmache, paratus sum vel ire tecum in Bosporum, si volueris, vel manere, si opus sit, et ducere virginem. Hoc vero, et magis quidem velim, ait Adyrmachus, te, consanguineus qui sis, puellam ducere. Si enim simul eas nobiscum in Bosporum, equite uno plures fuerimus : si vero uxorem mihi adducas, multorum instar mihi fueris. Hæc facta sunt. Atque ille quidem discessit, tradita Macentæ, quam deduceret, Mazæa adhuc virgine. At ille eo quidem die in plaustro ipsam duxit : quum vero nox ingruisset, ea in suum equum imposita (paraverat autem alium unum equitem, qui se sequeretur), quum ipse quoque insiluisset, non jam juxta Mæotin pergebat, sed versus mediterranea deflectens, ubi dextros haberet Mitræorum montes, recreata interposita quiete puella, tertio die iter ex Machlyum regione ad Scythas peregit. Atque equus illi, quum finito cursu paullum stetisset, moritur.

53. Macentes vero in manum tradens Mazæam Arsacomæ, Habe tibi, inquit, a me etiam promissum. Illo autem ad insperatum adeo conspectum perculso, et gratias agente, Desine, inquit Macentes, alium me a te facere : quod enim gratias mihi eorum nomine, quæ feci, agis, id ejusmodi est, ac si gratiam habeat sinistra mea dextræ, quod vulneratam aliquando illam sanaverit et benigne curaverit laborantem. Proin ridicule nos quoque egerimus, si olim permisti et quoad ejus fieri poterat in unum coaliti, adhuc magnum esse putemus, si qua pars nostri utile quicquam pro toto corpore fecerit : pro se enim fecit, quum pars sit totius corporis, cui bene factum est. Sic tum Macentes locutus est cum agente sibi gratias Arsacoma.

54. Adyrmachus vero, auditis insidiis, in Bosporum non jam perrexit (jam enim imperabat advocatus ex Sauromatis, apud quos vixerat, Eubiotus), sed reversus in patriam ingenti comparato exercitu, irruptionem per montana fecit in Scythiam. Et Eubiotus non ita multo post ipse quoque irruit, adducens omnes quidem sui imperii Græcos, Alanos autem et Sauromatas auxiliares cujusque generis vicies millenos. Conjunctis autem copiis Eubiotus atque Adyrmachus nonaginta millia ambo conficiebant : quorum tertia pars jaculabatur ex equis. Nos vero (nam ipse quoque expeditionis pars fui, qui dederim illis in pelle tum equites suis sumtibus viventes centum), triginta millibus non multo pauciores, computatis quidem equitibus, impetum eorum Arsacoma duce excepimus : et quum admoventes videremus, contra illos equitatu prius emisso duximus. Quum diu fortiter pugnatum esset, jam cedere nostri, jam perrumpi phalanx, et tandem in duas partes scindi Scytharum exercitus : atque altera pars quidem se subducere,

πάνυ σαφῶς ἡττημένον, ἀλλ' ἀναχώρησις ἐδόκει ἡ φυγή· οὐδὲ γὰρ οἱ Ἀλανοὶ ἐτόλμων ἐπὶ πολὺ διώκειν· τὸ δὲ ἥμισυ, ὅπερ καὶ ἔλαττον, περισχόντες οἱ Ἀλανοὶ καὶ Μάχλυες ἔκοπτον πανταχόθεν ἀφθόνως ἀφιέντες τῶν οἰστῶν καὶ ἀκοντίων, ὥστε πάνυ ἐπονοῦντο ἡμῶν οἱ περιεσχημένοι, καὶ ἤδη προΐεντο οἱ πολλοὶ τὰ ὅπλα.

55. Ἐν τούτοις δὲ καὶ ὁ Λογχάτης καὶ ὁ Μακέντης ἔτυχον ὄντες καὶ ἐτέτρωντο ἤδη προκινδυνεύοντες, ὁ μὲν στυρακίῳ εἰς τὸν μηρὸν ὁ Λογχάτης, ὁ Μακέντης δὲ πελέκει εἰς τὴν κεφαλὴν καὶ κοντῷ εἰς τὸν ὦμον· ὅπερ αἰσθόμενος ὁ Ἀρσακόμας, ἐν ἡμῖν τοῖς ἄλλοις ὤν, δεινὸν ἡγησάμενος, εἰ ἄπεισι καταλιπὼν τοὺς φίλους, προσβαλὼν τοὺς μύωπας τῷ ἵππῳ ἐμβοήσας ἤλαυνε διὰ τῶν πολεμίων κοπίδα διηρμένος, ὥστε τοὺς Μάχλυας μηδὲ ὑποστῆναι τὸ ῥόθιον τοῦ θυμοῦ, ἀλλὰ διαιρεθέντες ἔδωκαν αὐτῷ διεξελθεῖν. Ὁ δὲ ἀνακτησάμενος τοὺς φίλους καὶ τοὺς ἄλλους ἅπαντας παρακαλέσας ὥρμησεν ἐπὶ τὸν Ἀδύρμαχον καὶ πατάξας τῇ κοπίδι παρὰ τὸν αὐχένα μέχρι τῆς ζώνης διέτεμε. Πεσόντος δὲ ἐκείνου διελύθη τὸ Μαχλυϊκὸν ἅπαν καὶ τὸ Ἀλανικὸν οὐ μετὰ πολὺ καὶ οἱ Ἕλληνες ἐπὶ τούτοις· ὥστε ἐκρατοῦμεν ἐξ ὑπαρχῆς ἡμεῖς καὶ ἐπεξήλθομεν ἂν ἐπὶ πολὺ κτείνοντες, εἰ μὴ νὺξ τὸ ἔργον ἀφείλετο. Εἰς δὲ τὴν ἐπιοῦσαν ἱκέται παρὰ τῶν πολεμίων ἥκοντες ἐδέοντο φιλίαν ποιεῖσθαι, Βοσπορανοὶ μὲν ὑποτελέσειν διπλάσιον τὸν δασμὸν ὑπισχνούμενοι, Μάχλυες δὲ ὁμήρους δώσειν ἔφασαν, οἱ Ἀλανοὶ δὲ ἀντὶ τῆς ἐφόδου ἐκείνης Σινδιανοὺς ἡμῖν χειρώσασθαι ὑπέστησαν ἐκ πολλοῦ διεστῶτας. Ἐπὶ τούτοις ἐπείσθημεν, δόξαν πολὺ πρότερον Ἀρσακόμᾳ καὶ Λογχάτῃ· καὶ ἐγένετο εἰρήνη ἐκείνων πρυτανευόντων ἕκαστα.

Τοιαῦτα, ὦ Μνήσιππε, τολμῶσι ποιεῖν Σκύθαι ὑπὲρ τῶν φίλων.

56. ΜΝΗΣ. Πάνυ τραγικά, ὦ Τόξαρι, καὶ μύθοις ὅμοια. Καὶ ἵλεως μὲν ὁ ἀκινάκης καὶ ὁ ἄνεμος εἶεν, οὓς ὤμοσας· εἰ γοῦν τις ἀπιστοίη αὐτοῖς, οὐ πάνυ μεμπτὸς εἶναι δόξειεν ἄν.

ΤΟΞ. Ἀλλ' ὅρα, ὦ γενναῖε, μὴ φθόνος ὑμῶν ἡ ἀπιστία ᾖ· πλὴν οὐκ ἐμὲ ἀποτρέψεις ἀπιστῶν καὶ ἄλλα τοιαῦτα εἰπεῖν ἃ οἶδα ὑπὸ Σκυθῶν γενόμενα.

ΜΝΗΣ. Μὴ μακρὰ μόνον, ὦ ἄριστε, μηδὲ οὕτως ἀφέτοις χρώμενος τοῖς λόγοις· ὡς νῦν γε ἄνω καὶ κάτω τὴν Σκυθίαν καὶ τὴν Μαχλυανὴν διαθέων καὶ εἰς τὸν Βόσπορον ἀπιών, εἶτ' ἐπανιὼν πάνυ μου κατεχρήσω τῇ σιωπῇ.

ΤΟΞ. Πειστέον καὶ ταῦτά σοι νομοθετοῦντι καὶ διὰ βραχέων λεκτέον, μὴ καὶ κάμῃς ἡμῖν τῇ ἀκοῇ συμπερινοστῶν.

57. Μᾶλλον δ' ἄκουσον, ἐμοὶ αὐτῷ οἷα φίλος, Σισίννης τοὔνομα, ὑπηρέτησεν· ὅτε γὰρ Ἀθήναζε ἀπῄειν οἴκοθεν ἐπιθυμίᾳ παιδείας τῆς Ἑλληνικῆς, κατέπλευσα ἐς Ἄμαστριν τὴν Ποντικήν· ἐν προσβολῇ δέ ἐστι τοῖς ἀπὸ Σκυθίας πλέουσιν οὐ πολὺ τῆς Καράμβεως ἀπέχουσα ἡ πόλις· εἵπετο δὲ ὁ Σισίννης ἑταῖρος ἐκ παιδὸς

non illa quidem aperte victa, sed recessus illa fuga videbatur, quum neque Alani multum persequi illos auderent: alteram vero partem, eandemque minorem, circumventam Alani et Machlyes cædebant undique, magna sagittarum jaculorumque vi immissa: valde itaque laborare nostri qui ita conclusi tenerentur, jamque multi arma projicere.

19. Καὶ μὴν ὅτε ὁδοιπορεῖν ὥρα ἦν, τὰ βαρύτατα τῶν κλεμμάτων καὶ τὰ πλεῖστα ἐμοὶ ἐπέθηκαν· κἀκεῖθεν τότε οὕτως ἐξελαύνομεν. Ἐπεὶ δὲ ἀπηγόρευον ἤδη παιόμενός τε καὶ τῷ φορτίῳ ἀχθόμενος καὶ τὰς ὁπλὰς ἐκ τῆς ὁδοῦ ἐκτετριμμένος, ἔγνων αὐτοῦ καταπεσεῖν καὶ μηδ' ἂν ἀποσφάττωσί με ταῖς πληγαῖς, ἀναστῆναί ποτε, τοῦτο ἐλπίσας μέγα μοι ὄφελος ἔσεσθαι ἐκ τοῦ βουλεύματος· ᾠήθην γὰρ ὅτι πάντως ἡττώμενοι τὰ μὲν ἐμὰ σκεύη διανεμοῦσι τῷ τε ἵππῳ καὶ τῷ ἡμιόνῳ, ἐμὲ δὲ αὐτοῦ ἐάσουσι κεῖσθαι τοῖς λύκοις. Ἀλλά τις δαίμων βάσκανος συνεὶς τῶν ἐμῶν βουλευμάτων ἐς τοὐναντίον περιήνεγκεν· ὁ γὰρ ἕτερος ὄνος ἴσως ἐμοὶ τὰ αὐτὰ νοήσας πίπτει ἐν τῇ ὁδῷ. Οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ξύλῳ παίοντες ἀναστῆναι τὸν ἄθλιον ἐκέλευον, ὡς δὲ οὐδὲν ὑπήκουε ταῖς πληγαῖς, λαβόντες αὐτὸν οἱ μὲν τῶν ὤτων, οἱ δὲ τῆς οὐρᾶς ἀνεγείρειν ἐπειρῶντο· ὡς δὲ οὐδὲν ἤνυον, ἔκειτο δὲ ὥσπερ λίθος ἐν τῇ ὁδῷ ἀπηγορευκώς, λογισάμενοι ἐν ἀλλήλοις ὅτι δὴ μάτην πονοῦσι καὶ τὸν χρόνον τῆς φυγῆς ἀναλίσκουσιν, ὄνῳ νεκρῷ παρεδρεύοντες, τὰ μὲν σκεύη πάντα ὅσα ἐκόμιζεν ἐκεῖνος, διανέμουσιν ἐμοί τε καὶ τῷ ἵππῳ, τὸν δὲ ἄθλιον κοινωνὸν καὶ τῆς αἰχμαλωσίας καὶ τῆς ἀχθοφορίας λαβόντες τῷ ξίφει ὑποτέμνουσιν ἐκ τῶν σκελῶν καὶ σπαίροντα ἔτι ὠθοῦσιν ἐς τὸν κρημνόν. Ὁ δὲ ἀπῄει κάτω τὸν θάνατον ὀρχούμενος.

20. Ἐγὼ δὲ ὁρῶν ἐν τῷ συνοδοιπόρῳ τῶν ἐμῶν βουλευμάτων τὸ τέλος, ἔγνων φέρειν εὐγενῶς τὰ ἐν ποσὶ καὶ προθύμως περιπατεῖν, ἐλπίδας ἔχων πάντως ποτὲ ἐμπεσεῖσθαι εἰς τὰ ῥόδα κἀκ τούτων εἰς ἐμαυτὸν ἀνασωθήσεσθαι· καὶ τῶν λῃστῶν δὲ ἤκουον ὡς οὐχ εἴη ἔτι πολὺ τῆς ὁδοῦ λοιπόν, καὶ ὅτι καταμενοῦσιν ἔνθα καταλύσουσιν· ὥστε ταῦτα πάντα δρόμῳ ἐκομίζομεν, καὶ πρὸ τῆς ἑσπέρας ἤλθομεν εἰς τὰ οἰκεῖα. Γραῦς δὲ γυνὴ ἔνδον καθῆστο, καὶ πῦρ πολὺ ἐκάετο. Οἱ δὲ πάντα ἐκεῖνα ἅπερ ἐτυγχάνομεν ἡμεῖς κομίζοντες, εἴσω κατέθηκαν. Εἶτα ἤροντο τὴν γραῦν, Διὰ τί οὕτω καθέζῃ καὶ οὐ παρασκευάζεις ἄριστον; Ἀλλὰ πάντα, εἶπεν ἡ γραῦς, εὐτρεπῆ ὑμῖν, ἄρτοι πολλοί, οἴνου παλαιοῦ πίθοι, καὶ τὰ κρέα δὲ ὑμῖν τὰ ἄγρια σκευάσασα ἔχω. Οἱ δὲ τὴν γραῦν ἐπαινέσαντες, ἀποδυσάμενοι ἠλείφοντο πρὸς τὸ πῦρ καὶ λέβητος ἔνδον ὕδωρ θερμὸν ἔχοντος ἀρυσάμενοι ἔνθεν καταχεάμενοι αὐτοσχεδίῳ τῷ λουτρῷ ἐχρήσαντο.

21. Εἶτα ὀλίγῳ ὕστερον ἧκον νεανίσκοι πολλοὶ κομίζοντες πλεῖστα ὅσα χρυσᾶ καὶ ἀργυρᾶ καὶ ἱμάτια καὶ κόσμον γυναικεῖον καὶ ἀνδρεῖον πολύν. Ἐκοινώνουν δὲ οὗτοι ἀλλήλοις· καὶ ἐπειδὴ ταῦτα ἔνδον κατέθεντο, ὁμοίως ἐλούσαντο καὶ οὗτοι. Λοιπὸν μετὰ τοῦτο ἦν ἄριστον δαψιλὲς καὶ λόγος πολὺς ἐν τῷ συμποσίῳ τῶν ἀνδροφόνων. Ἡ δὲ γραῦς ἐμοὶ καὶ τῷ ἵππῳ κριθὰς παρέθηκεν· ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν σπουδῇ τὰς κριθὰς κατέπινε

in me ferebantur, receptis alligatisque, me pulsare prius non desierunt, quam præ dolore olera omnia per inferiorem gutturem evomerem.

19. Verum itineris ingrediendi tempus quum esset, gravissimas quasque rerum furtivarum et plurimas mihi imposuere : atque ita illinc tum proficiscebamur. Quum vero jam despondissem animum pulsatus et gravatus onere, detritis insuper a via ungulis, procumbere ibi decreveram, neque unquam, si vel interficerent me plagis, surgere; hæc sperans, magnam ad me utilitatem redituram ex eo consilio. Putabam enim ipsos plane victos mea pervicacia, sarcinas meas divisuros inter equum et mulum, me autem ibi jacentem relicturos prædam lupis. Sed invidum quoddam numen, mea consilia intelligens, vertit ea in contrarium : alter enim asinus, eadem forte quæ ego cogitans, decumbit in via. Illi primo fustium ictibus surgere jubebant miserum : at nihil obedientem plagis, prehensum alii auribus, cauda alii, excitare tentabant. Quum nihil proficerent, jaceretque lapidis instar in via, sine ulla resurgendi spe, subductis inter se rationibus, nequicquam se laborare et fugæ tempus perdere asino mortuo assidentes, sarcinas quas ille gestarat omnes inter me et equum dividunt, miserum vero captivitatis pariter et gestandorum onerum consortem prehendentes, succisis ferro cruribus, palpitantem adhuc per præceps impellunt. Atque ille mortem saltans descendit.

20. Ego vero animadvertens in socio itineris consiliorum meorum exitum, decrevi fortiter ferre præsentia, et strenue incedere, qui spem haberem futurum ut omnino aliquando in rosas inciderem, atque inde me salutemque reciperem. Audiebam vero etiam ex latronibus, non multum superesse viæ, et finem itineris in proxima mansione. Itaque omnia ista curriculo gestantes ante vesperam domum pervenimus. Mulier anus intus desederat; ignis ardebat multus : illi, quæ portaveramus, intus deponunt omnia. Tum interrogant anum, Quid ita sedes, et cœnam non paras? Illa, Quin parata vobis sunt, inquit, omnia, panes multi, vini veteris dolia, et carnes vobis ferinas paratas habeo. Illi collaudata anu, exutis vestibus ad ignem se ungebant, et quum ahenum calidam haberet, hausta inde aqua perfusi, extemporali isto sunt usi balneo.

21. Deinde paullo post juvenes veniunt multi, supellectilem afferentes plurimam, auream, argenteam, vestimenta, mundum muliebrem, et virilem ornatum multum. Hi in commune conferunt; rebusque intus depositis, lavant ipsi quoque. Ceterum post hæc cœna fuit copiosa, et sermo multus in homicidarum convivio. Anus mihi et equo hordea apposuit : at ille festinabat devorare hordea, metuens, ut

δεδιὼς, οἷα εἰκὸς, ἐμὲ τὸν συνάριστον. Ἐγὼ δὲ ἐπειδὴ ἴδοιμι τὴν γραῦν ἐξιοῦσαν τῶν ἔνδον ἄρτον ἤσθιον. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ καταλιπόντες τῇ γραίᾳ νεανίσκον ἕνα οἱ λοιποὶ πάντες ἔξω ἐπὶ τὸ ἔργον ἀπήεσαν. Ἐγὼ δὲ ἔστενον ἐμαυτὸν καὶ τὴν ἀκριβῆ φρουράν· τῆς μὲν γὰρ γραὸς καταφρονῆσαι ἦν μοι καὶ φυγεῖν ἐκ τῶν ἐκείνης ὀμμάτων δυνατὸν, ὁ δὲ νεανίσκος μέγας τε ἦν καὶ φοβερὸν ἔβλεπε, καὶ τὸ ξίφος ἀεὶ ἔφερε καὶ τὴν θύραν ἀεὶ ἐπῆγε.

par erat, me compransorem. At ego, quoties videbam exisse anum, de panibus, qui intus erant, edebam. Postridie relicta anu et uno juvene, ad opus reliqui omnes exierunt. Equidem mihi et accuratæ custodiæ ingemiscebam : nam vetulam quidem poteram contemnere et illius fugere ex oculis; at juvenis magnus erat et terribile quiddam cernebat, et gladium gestabat semper, et adducebat semper januam.

22. Τρισὶ δὲ ὕστερον ἡμέραις μεσούσης σχεδὸν τῆς νυκτὸς ἀναστρέφουσιν οἱ λῃσταὶ, χρυσίον μὲν οὐδὲ ἀργύριον οὐδὲ ἄλλο οὐδὲν κομίζοντες, μόνην δὲ παρθένον ὡραίαν, σφόδρα καλὴν, κλάουσαν καὶ κατεσπαραγμένην τὴν ἐσθῆτα καὶ τὴν κόμην· καὶ καταθέμενοι αὐτὴν ἔνδον ἐπὶ τῶν στιβάδων θαρρεῖν ἐκέλευον καὶ τὴν γραῦν ἐκέλευον ἀεὶ ἔνδον μένειν καὶ τὴν παῖδα ἐν φρουρᾷ ἔχειν. Ἡ δὲ παῖς οὔτε ἐμφαγεῖν τι ἤθελεν οὔτε πιεῖν, ἀλλὰ πάντα ἔκλαε καὶ τὴν κόμην τὴν αὑτῆς ἐσπάραττεν· ὥστε καὶ αὐτὸς πλησίον ἑστὼς παρὰ τῇ φάτνῃ συνέκλαον ἐκείνῃ τῇ καλῇ παρθένῳ. Ἐν δὲ τούτῳ οἱ λῃσταὶ ἔξω ἐν τῷ προδόμῳ ἐδείπνουν. Πρὸς ἡμέραν δὲ τῶν σκοπῶν τις τῶν τὰς ὁδοὺς φρουρεῖν εἰληχότων ἔρχεται ἀγγέλλων ὅτι ξένος ταύτῃ παριέναι μέλλοι καὶ πολὺν πλοῦτον κομίζοι. Οἱ δὲ οὕτως ὡς εἶχον ἀναστάντες καὶ ὁπλισάμενοι κἀμὲ καὶ τὸν ἵππον ἐπισάξαντες ἤλαυνον. Ἐγὼ δὲ ὁ δυστυχὴς ἐπιστάμενος ἐπὶ μάχην καὶ πόλεμον ἐξελαύνεσθαι ὀκνηρῶς προῄειν, ἔνθεν ἐπαιόμην τῷ ξύλῳ ἐπειγομένων αὐτῶν. Ἐπεὶ δὲ ἥκομεν ἐς τὴν ὁδὸν ἔνθα ὁ ξένος παρελάσειν ἔμελλε, συμπεσόντες οἱ λῃσταὶ τοῖς ὀχήμασιν αὐτόν τε καὶ τοὺς ἐκείνου θεράποντας ἀπέκτειναν, καὶ ὅσα ἦν τιμιώτατα ἐξελόντες τῷ ἵππῳ κἀμοὶ ἐπέθηκαν, τὰ δὲ ἕτερα τῶν σκευῶν αὐτοῦ ἐν τῇ ὕλῃ ἔκρυψαν. Ἔπειτα ἤλαυνον ἡμᾶς οὕτως ὀπίσω, κἀγὼ ἐπειγόμενος καὶ τῷ ξύλῳ τυπτόμενος κρούω τὴν ὁπλὴν περὶ πέτραν ὀξεῖαν καί μοι ἀπὸ τῆς πληγῆς γίγνεται τραῦμα ἀλγεινόν· καὶ χωλεύων ἔνθεν τὸ λοιπὸν τῆς ὁδοῦ ἐβάδιζον. Οἱ δὲ πρὸς ἀλλήλους ἔλεγον, Τί γὰρ ἡμῖν δοκεῖ τρέφειν τὸν ὄνον τοῦτον πάντα καταπίπτοντα; ῥίψωμεν αὐτὸν ἀπὸ τοῦ κρημνοῦ οἰωνὸν οὐκ ἀγαθόν. Ναὶ, φησὶ, ῥίψωμεν αὐτὸν καθαρισμὸν τοῦ στρατοῦ ἐσόμενον. Καὶ οἱ μὲν συνετάττοντο ἐπ' ἐμέ· ἐγὼ δὲ ἀκούων ταῦτα τῷ τραύματι λοιπὸν ὡς ἀλλοτρίῳ ἐπέβαινον· ὁ γὰρ τοῦ θανάτου με φόβος ἀναίσθητον τῆς ὀδύνης ἔθηκεν.

22. Tribus post diebus, circa mediam fere noctem, redeunt latrones, auri quidem aut argenti nihil, neque aliud quicquam afferentes, sed solam virginem nubilem, vehementer pulchram, plorantem lacerata veste et comis passis. Hanc intus in stratis depositam bono animo esse jubent, et anum jubent manere intus puellæ custodiendæ causa. Sed puella nec cibum capere volebat nec bibere, sed nihil nisi plorabat et suam ipsa comam vellebat; adeo ut ipse quoque, prope astans ad præsepe, cum pulchra illa virgine plorarem simul. Inter hæc latrones extra cœnabant in atrio. Sub lucem speculatorum aliquis eorum, quibus vias explorare obvenerat, venit nuncians peregrinum aliquem hac transiturum, qui multas secum ferret divitias. Hi ut erant consurgere, armare se, me autem et equum ornare clitellis, exire. Hic infelix ego, qui ad pugnam et bellum me scirem agi, cunctanter progredior : itaque fusti, festinantibus illis, pulsabar. Quum autem ad viam venissemus, ubi transiturus erat peregrinus, irruentes in vehicula latrones, ipsum ipsiusque servos interficiunt, et pretiosissima quæque ablata equo et mihi imponunt, reliquas sarcinas ibi in silva abscondunt. Deinde sic retro nos agunt, et ego quum urgerer et vapularem fusti, acuto saxo impingo ungulam, et oritur mihi ab illa plaga vulnus dolorificum, ut claudicans quod reliquum erat viæ incederem. At illi inter se, Quid enim nobis videtur, inquiunt, nutrire asinum istum ubique concidentem? præcipitemus illum de rupe, male ominatam bestiam. Ita sane, inquit alius, dejiciamus illum piacularem futurum nostri exercitus. Atque illi in me jam coibant : verum ego auditis hisce, quod reliquum erat, vulnus tanquam alienum calcabam, mortis metu sensum mihi doloris adimente.

23. Ἐπεὶ δὲ ἤλθομεν εἴσω ἔνθα κατελύομεν, τὰ μὲν σκεύη τῶν ἡμετέρων ὤμων ἀφελόντες εὖ κατέθηκαν, αὐτοὶ δὲ ἀναπεσόντες ἐδείπνουν. Καὶ ἐπειδὴ νὺξ ἦν, ἀπῄεσαν ὡς τὰ λοιπὰ τῶν σκευῶν ἀνασῶσαι. Τὸν δὲ ἄθλιον τοῦτον ὄνον, ἔφη τις αὐτῶν, τί ἐπάγομεν ἄχρηστον ἐκ τῆς ὁπλῆς; τῶν δὲ σκευῶν ἃ μὲν ἡμεῖς οἴσομεν, ἃ δὲ ὁ ἵππος. Καὶ ἀπῄεσαν τὸν ἵππον ἄγοντες. Νὺξ δὲ ἦν λαμπροτάτη ἐκ τῆς σελήνης. Κἀγὼ τότε πρὸς ἐμαυτὸν εἶπον, Ἄθλιε, τί μένεις ἔτι ἐνταῦθα; γῦπές σε καὶ γυπῶν τέκνα δειπνήσουσιν. Οὐκ ἀκούεις οἷα περὶ

23. Quum vero intrassemus in deversorium nostrum, sarcinas de nostris demtas humeris bene collocant, ipsique cœnatum accumbunt. Nocte vero oborta ad reliquas sarcinas servandas abeunt. Miserum vero hunc asinum, infit illorum unus, quid adducimus, ex ungula inutilem? sarcinarum alias nos portabimus, alias equus. Itaque cum equo abeunt. Erat autem nox a luna clarissima. Hic ego intra me, Miselle, inquam, quid ultra hic manes? vultures te et vulturum filii cœnabunt. Non audis, quæ de te deli-

σοῦ ἐβουλεύσαντο; θέλεις τῷ κρημνῷ περιπεσεῖν; Νὺξ μὲν αὕτη καὶ σελήνη πολλή· οἱ δὲ οἴχονται ἀπιόντες· φυγῇ σῶζε σαυτὸν ἀπὸ δεσποτῶν ἀνδροφόνων. Ταῦτα πρὸς ἐμαυτὸν ἐννοούμενος ὁρῶ ὅτι οὐδὲ προσεδεδέμην οὐδενὶ, ἀλλά με ὁ σύρων ἐν ταῖς ὁδοῖς ἱμᾶς παρεκρέματο. Τοῦτό με καὶ παρώξυνεν ὡς μάλιστα ἐς τὴν φυγὴν, καὶ δρόμῳ ἐξιὼν ἀπῄειν. Ἡ δὲ γραῦς ἐπεὶ εἶδεν ἀποδιδράσκειν ἕτοιμον, λαμβάνεταί μου ἐκ τῆς οὐρᾶς καὶ εἴχετο. Ἐγὼ δὲ ἄξιον κρημνοῦ καὶ θανάτων ἄλλων εἰπὼν εἶναι τὸ ὑπὸ γραίας ἁλῶναι ἔσυρον αὐτὴν, ἡ δὲ μάλ' ἀνέκραγεν ἔνδοθεν τὴν παρθένον τὴν αἰχμάλωτον· ἡ δὲ προσελθοῦσα καὶ ἰδοῦσα γραῦν δίκην κέρκου ἐξ ὄνου ἠμμένην τολμᾷ τόλμημα γενναῖον καὶ ἄξιον ἀπονενοημένου νεανίσκου· ἀναπηδᾷ γὰρ εἰς ἐμὲ, καὶ ἐπικαθίσασά μοι ἤλαυνε· κἀγὼ τῷ τε ἔρωτι τῆς φυγῆς καὶ τῇ τῆς κόρης σπουδῇ ἔφυγον ἵππου δρόμῳ· ἡ δὲ γραῦς ὀπίσω ἀπελέλειπτο. Ἡ δὲ παρθένος τοῖς μὲν θεοῖς ηὔχετο σῶσαι αὐτὴν τῇ φυγῇ· πρὸς δὲ ἐμὲ, Ἤν με, ἔφη, κομίσῃς πρὸς τὸν πατέρα, ὦ καλὲ σὺ, ἐλεύθερον μέν σε παντὸς ἔργου ἀφήσω, κριθῶν δὲ μέδιμνος ἔσται σοι ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὸ ἄριστον. Ἐγὼ δὲ καὶ τοὺς φονεῖς τοὺς ἐμαυτοῦ φευξόμενος καὶ πολλὴν ἐπικουρίαν καὶ θεραπείαν ἐκ τῆς ἀνασωθείσης ἐμοὶ κόρης ἐλπίζων ἔθεον τοῦ τραύματος ἀμελήσας.

berarunt? visne tu in præcipitium incidere? Jam nox est, est luna clara : illi vero abierunt ; fuga te eripe dominis homicidis. Hæc apud me cogitans video me neque alligatum esse usquam, sed juxta pendere quo trahebar alias lorum. Etiam hoc me ad fugam maxime incitabat : itaque curriculo egressus abibam. At anus quum fugere paratum videret, a cauda se mea, quam prehenderat, suspendit. Ego præcipitio et aliis mortibus dignum putans ab anu capi, illam trahere : illa vehementer inclamavit puellam intus captivam. At illa accedens vidensque anum caudæ instar ex asino aptam, generosum facinus audet et dignum desperato juvene : insilit enim in me, insidensque agit. Et ego tum fugæ amore, tum puellæ studio, equi cursu fugio, anu post nos relicta. Virgo diis quidem supplicabat, ut illa se fuga servarent : ad me vero, Si me, inquit, o mi pulcher ad patrem pertuleris, liberum te omni opere dimittam : hordeorum vero medimnus erit tibi in singulos dies prandium. » Ego vero et meos ipsius interfectores fugiens, et multum adjumenti atque cultus ex servata a me puella sperans, curro oblitus vulneris.

24. Ἐπεὶ δὲ ἥκομεν ἔνθα ἐσχίζετο τριπλῆ ὁδὸς, οἱ πολέμιοι ἡμᾶς καταλαμβάνουσιν ἀναστρέφοντες καὶ πόρρωθεν εὐθὺς πρὸς τὴν σελήνην ἔγνωσαν τοὺς δυστυχεῖς αἰχμαλώτους καὶ προσδραμόντες λαμβάνονταί μου καὶ λέγουσιν, Ὦ καλὴ κἀγαθὴ σὺ παρθένε, ποῖ βαδίζεις ἀωρίᾳ ταλαίπωρε; οὐδὲ τὰ δαιμόνια δέδοικας; ἀλλὰ δεῦρο ἴθι πρὸς ἡμᾶς, ἡμεῖς σε τοῖς οἰκείοις ἀποδώσομεν, σαρδώνιον γελῶντες ἔλεγον, κἀμὲ ἀποστρέψαντες εἷλκον ὀπίσω. Κἀγὼ περὶ τοῦ ποδὸς καὶ τοῦ τραύματος ἀναμνησθεὶς ἐχώλευον· οἱ δὲ, Νῦν, ἔφασαν, χωλὸς ὅτε ἀποδιδράσκων ἑάλωκας; ἀλλ' ὅτε φεύγειν ἐδόκει σοι, ὑγιαίνων ἵππου ὠκύτερος καὶ πετεινὸς ἦσθα. Τοῖς δὲ λόγοις τούτοις τὸ ξύλον εἵπετο, καὶ ἤδη ἕλκος τῷ μηρῷ εἶχον νουθετούμενος. Ἐπεὶ δὲ εἴσω πάλιν ἀνεστρέψαμεν, τὴν μὲν γραῦν εὕρομεν ἐκ τῆς πέτρας κρεμαμένην ἐν καλωδίῳ· δείσασα γὰρ, οἷον εἰκὸς, τοὺς δεσπότας ἐπὶ τῇ τῆς παρθένου φυγῇ κρημνᾷ ἑαυτὴν σφίγξασα ἐκ τοῦ τραχήλου. Οἱ δὲ τὴν γραῦν θαυμάσαντες τῆς εὐγνωμοσύνης τὴν μὲν ἀπολύσαντες ἐς τὸν κρημνὸν κάτω ἀφῆκαν ὡς ἦν ἐν τῷ δεσμῷ, τὴν δὲ παρθένον ἔνδον κατέδησαν, εἶτα ἐδείπνουν, καὶ πότος ἦν μακρός.

24. Quum autem eo veniremus ubi findebatur via in trivium, deprehendunt nos hostes redeuntes, et e longinquo statim ad lunam miseros captivos agnoscunt : et accurrentes, prehendunt me dicuntque : « Quorsum, honesta et bona virgo, intempesta nocte abis misella? nec spectra metuis? verum huc veni ad nos, qui tuis te reddemus, » cum Sardonio risu dicebant : meque conversum trahebant retro. Atque ego pedis et vulneris recordatus claudicabam : illi vero, Nunc, aiunt, claudus es, quum in fuga es captus? sed quum fugere tibi collibuit, sanus, ocior equo, et volucris eras. Hæc verba excipiebat fustis; jamque ulcus in femore habebam ab istis admonitionibus. Domum iterum reversi, anum invenimus quæ resticula se e rupe suspenderat : metuens nempe, ut verisimile est, dominos ob fugam virginis, innexo cervici laqueo se ex alto suspenderit. Illi autem probitatem animi in anu admirati, resolutam una cum resti in altum præcipitarunt; virgine autem intus vincta, postea cœnant; et longa erat compotatio.

25. Κἀν τούτῳ ἤδη περὶ τῆς κόρης διελέγοντο πρὸς ἀλλήλους· Τί ποιοῦμεν, ἔφη τις αὐτῶν, τὴν δραπέτιν; Τί δὲ ἄλλο, εἶπεν ἕτερος, ἢ τῇ γραῒ ταύτῃ κάτω ἐπιρρίψωμεν αὐτὴν, ἀφελομένην μὲν ἡμᾶς χρήματα πολλὰ ὅσον ἐπ' αὐτῇ, καὶ προδοῦσαν ἡμῖν ὅλον τὸ ἐργαστήριον; εὖ ἴστε γὰρ, ὦ φίλοι, ὅτι αὕτη εἰ τῶν οἴκοι ἐδράξατο, οὐδὲ εἷς ἂν ἡμῶν ζῶν ὑπελείπετο· πάντες γὰρ ἂν ἑάλωμεν, τῶν ἐχθρῶν ἐκ παρασκευῆς ἡμῖν ἐπιπεσόντων. Ὥστε ἀμυνώμεθα μὲν τὴν πολεμίαν· ἀλλὰ μὴ

25. Atque interea de puella inter se disputant. Quid facimus, ait illorum unus, fugitiva? Quid vero aliud, inquit alius, quam vetulæ illam superinjiciamus? quæ multas nobis, quantum quidem in ipsa fuit, opes abstulerit, totamque nostram officinam prodiderit. Bene enim noritis, amici, illa si domesticos suos assecuta fuisset, futurum fuisse, ut vivus nostrûm nemo relinqueretur : capti enim essemus omnes, ex præparato irruentibus in nos hostibus. Itaque ulciscamur nos quidem inimicam ; sed ne ita facile moriatur

δίως ἀποθνησκέτω πεσοῦσα ἐπὶ τοῦ λίθου, θά-
αὐτῇ τὸν ἀλγεινότατον καὶ μακρότατον ἐξεύρω-
ὅστις αὐτὴν χρόνῳ καὶ βασάνῳ φυλάξας ὕστερον
Εἶτα ἐζήτουν θάνατον, καί τις εἶπεν, Οἶδα
νέσεσθε τὸ ἀρχιτεκτόνημα. Τὸν ὄνον δεῖ ἀπο-
κνηρὸν ὄντα, νῦν δὲ καὶ χωλὸν εἶναι ψευδόμε-
μὴν καὶ τῆς φυγῆς τῆς παρθένου γενόμενον
ν καὶ διάκονον· τοῦτον οὖν ἕωθεν ἀποσφάξαν-
έμωμεν ἐκ τῆς γαστρὸς καὶ τὰ μὲν ἔγκατα
ω βάλωμεν, τὴν δὲ ἀγαθὴν ταύτην παρθένον τῷ
κτοικίσωμεν, τὴν μὲν κεφαλὴν ἔξω τοῦ ὄνου
ν, ὡς ἂν μὴ εὐθὺς ἀποπνιγείη, τὸ δὲ ἄλλο σῶμα
ν κρυπτόμενον, ὡς ἂν αὐτὴν κατακειμένην εὖ
ρράψαντες ῥίψωμεν ἔξω ἄμφω ταῦτα τοῖς
ινῶς τοῦτο ἐσκευασμένον ἄριστον. Σκοπεῖτε
λοι, τῆς βασάνου τὸ δεινὸν, πρῶτον μὲν τὸ
ῳ συνοικεῖν, εἶτα τὸ θέρους ὥρᾳ θερμοτάτῳ
κτήνει καθέψεσθαι καὶ λιμῷ ἀεὶ κτείνοντι ἀπο-
καὶ μηδὲ ἑαυτὴν ἀποπνῖξαι ἔχειν· τὰ μὲν γὰρ
πείσεται σηπομένου τοῦ ὄνου τῇ τε ὀδμῇ καὶ
ληξι πεφυρμένη ἐῶ λέγειν. Τέλος δὲ οἱ γῦπες
ὄνου παρεισιόντες εἴσω καὶ ταύτην ὡς ἐκεῖνον
ζῶσαν ἔτι διασπάσονται.
Πάντες ἀνεβόησαν ὡς ἐπὶ ἀγαθῷ μεγάλῳ τῷ
ι τούτῳ εὑρήματι. Ἐγὼ δὲ ἀνέστενον ἐμαυ-
ν ἀποσφαγησόμενος καὶ μηδὲ νεκρὸς εὐτυχὴς
ος, ἀλλὰ παρθένον ἀθλίαν ἐπιδεξόμενος καὶ
ὲν ἀδικούσης κόρης ἐσόμενος. Ὄρθρος δὲ ἦν
ἐξαίφνης ἐφίσταται πλῆθος στρατιωτῶν ἐπὶ
ροὺς τούτους ἀφιγμένον, καὶ εὐθέως πάντας
καὶ ἐπὶ τὸν τῆς χώρας ἡγεμόνα ἀπῆγον.
ὲ καὶ ὁ τὴν κόρην μεμνηστευμένος σὺν αὐτοῖς
ὑτὸς γὰρ ἦν ὁ καὶ τὸ καταγώγιον τῶν λῃστῶν
Παραλαβὼν οὖν τὴν παρθένον καὶ καθίσας
ὕτως ἦγεν οἴκαδε. Οἱ δὲ κωμῆται ὡς εἶδον
πόρρωθεν, ἔγνωσαν εὐτυχοῦντας, εὐαγγέλιον
οῦ προογκησαμένου, καὶ προσδραμόντες ἠσπά-
ἦγον εἴσω.
Ἡ δὲ παρθένος πολὺν λόγον εἶχεν ἐμοῦ δίκαιον
τοῦ συναιχμαλώτου συναποδράντος καὶ τὸν
τῇ ἐκεῖνον θάνατον συγκινδυνεύσαντος. Καὶ
τῆς κεκτημένης ἄριστον παρέκειτο μέδιμνος
αὶ χόρτος ὅσος καὶ καμήλῳ ἱκανός. Ἐγὼ δὲ
ιστα κατηρώμην τὴν Παλαίστραν ὡς ὄνον με
ινα τῇ τέχνῃ μεταθεῖσαν· ἑώρων γὰρ τοὺς κύ-
τοὐπτανεῖον παρεισιόντας καὶ λαφύσσοντας
ὅσα ἐν γάμοις πλουσίων νυμφίων. Ἡμέραις
ν μετὰ τὸν γάμον οὐ πολλαῖς ἐπειδὴ χάριν
ποινα ἔφη ἔχειν παρὰ τῷ πατρὶ καὶ ἀμείψα-
ἀμοιβῇ τῇ δικαίᾳ θέλειν, ὁ πατὴρ ἐκέλευσεν
ἀφιέναι ὑπαίθριον καὶ σὺν ταῖς ἀγελαίαις
μεσθαι· καὶ γὰρ ὡς ἐλεύθερος, ἔφη, ζήσεται
καὶ ταῖς ἵπποις ἐπιβήσεται. Καὶ αὕτη δι-
ἀμοιβὴ ἐδόκει τότε, εἰ ἦν τὰ πράγματα ἐν

incidens in saxum : verum mortem illi et acerbissimam excogitemus et longissimam, quæque illam tempori et cruciatui servatam tum demum interimat. Deinde quærebant mortis genus : et aliquis ait, Novi vos laudaturos esse commentum. Asinum perdere oportet, ignavum, jam vero et claudicationem mentitum, et fugæ virginis adjutorem ac ministrum : hunc igitur cras mane mactatum exenterabimus, ejectisque intestinis omnibus bonam hanc virginem collocabimus in asino, capite extra asinum uti promineat, ne mox suffocetur; reliquo autem corpore toto intus occultetur. Sic ergo dispositam ubi probe consuerimus, extra utrumque vulturibus projiciamus, paratum nova ratione prandium. Videte autem, amici, cruciatus illius acerbitatem : primo quidem in mortuo habitare asino, deinde æstatis tempore sole fervidissimo in ipso jumento coqui, et enecante semper fame mori, neque necis consciscendæ facultatem habere : reliqua enim quæ patietur, tum putrescentis odore asini, et scatens vermibus, mitto dicere. Tandem vero vultures eo penetrantes per asinum, ipsam ut illum, ac forte viventem adhuc lacerabunt.

26. Clamoribus excipiunt omnes, ut ingens quoddam bonum, portentosum illud commentum. Ego vero mihi ipsi ingemiscebam, tanquam jugulandus, et qui neque post mortem jacendi molliter facultatem habiturus essem, sed infelicem suscepturus virginem, et capulus puellæ innocentis futurus. Jam illucescebat, quum instat subito militum manus, impuris hisce immissa, qui in vincula statim omnes conjecerunt, ad præsidem regionis illius abducendos. Venerat autem cum illis etiam puellæ sponsus : ipse nimirum erat qui receptaculum hoc latronum indicaverat. Assumtam ergo virginem et mihi impositam sic domum deduxit. Vicani autem quum e longinquo nos viderent, jam bene nobis successisse agnoverunt, ruditu me meo bonum illis nuncium ferente. Accurrentes igitur salutant, et intro deducunt.

27. Virgo multam merito rationem mei habuit, qui, captivitatis illi socius, fugam cum ea tentarim atque in communi mortis periculo sim versatus. Ac mihi ab domina prandium apponebatur medimnus hordei, et fœni quantum camelo satis esset. At ego tunc maxime Palæstram exsecrabar, quæ me in asinum, non in canem arte sua transfigurasset. Videbam enim canes furtim ingressos in culinam multa ligurientes quæ solent in nuptiis sponsorum divitum. Paucis post nuptias diebus, quum gratiam mihi hera minor habere diceret apud patrem, et justam mihi vicem velle persolvere, jussit pater liberum me dimitti sub divo et cum gregalibus equabus pascere : Sic enim, inquit, tanquam liber jucunde vivet, et equas inscendet. Et hæc justissima tum gratiæ relatio videbatur, si res asino judice

ὄνῳ δικαστῇ. Καλέσας οὖν τῶν ἱπποφορβῶν τινα τούτῳ με παραδίδωσιν, ἐγὼ δὲ ἔχαιρον ὡς οὐκέτι ἀχθοφορήσων. Ἐπεὶ δὲ ἥκομεν ἐς τὸν ἀγρὸν, ταῖς ἵπποις με ὁ νομεὺς συνέμιξε καὶ ἦγεν ἡμᾶς τὴν ἀγέλην εἰς νομόν.

28. Ἐχρῆν δὲ ἄρα κἀνταῦθα ὥσπερ Κανδαύλῃ κἀμοὶ γενέσθαι· ὁ γὰρ ἐπιστάτης τῶν ἵππων τῇ αὐτοῦ γυναικὶ Μεγαπόλῃ ἔνδον με κατέλιπεν· ἡ δὲ τῇ μύλῃ με ὑπεζεύγνυεν, ὥστε ἀλεῖν αὐτῇ καὶ πυροὺς καὶ κριθὰς ὑλάς. Καὶ τοῦτο μὲν ἦν μέτριον κακὸν εὐχαρίστῳ ὄνῳ ἀλεῖν τοῖς ἑαυτοῦ ἐπιστάταις· ἡ δὲ βελτίστη καὶ παρὰ τῶν ἄλλων τῶν ἐν ἐκείνοις τοῖς ἀγροῖς — πολλοὶ δὲ πάνυ ἦσαν — ἄλευρα τὸν μισθὸν αἰτοῦσα ἐξεμίσθου τὸν ἐμὸν ἄθλιον τράχηλον, καὶ τὰς μὲν κριθὰς τοὐμὸν ἄριστον φρύγουσα κἀμοὶ ὥστε ἀλεῖν ἐπιβάλλουσα, μάζας ὁλὰς ποιοῦσα κατέπινεν· ἐμοὶ δὲ πίτυρα τὸ ἄριστον ἦν. Εἰ δέ ποτε καὶ συνελάσειέ με ταῖς ἵπποις ὁ νομεὺς, παιόμενός τε καὶ δακνόμενος ὑπὸ τῶν ἀρρένων ἀπωλλύμην· ἀεὶ γάρ με μοιχὸν ὑποπτεύοντες εἶναι τῶν ἵππων τῶν αὐτῶν γυναικῶν ἐδίωκον ἀμφοτέροις εἰς ἐμὲ ὑπολακτίζοντες, ὥστε φέρειν οὐχ ἠδυνάμην ζηλοτυπίαν ἱππικήν. Λεπτὸς οὖν καὶ ἄμορφος ἐν οὐ πολλῷ χρόνῳ ἐγενόμην, οὔτε ἔνδον εὐφραινόμενος πρὸς τῇ μύλῃ οὔτε ὑπαίθριος νεμόμενος, ὑπὸ τῶν συννόμων πολεμούμενος.

29. Καὶ μὴν καὶ τὰ πολλὰ εἰς τὸ ὄρος ἄνω ἐπεμπόμην καὶ ξύλα τοῖς ὤμοις ἐκόμιζον. Τοῦτο δὲ ἦν τὸ κεφάλαιον τῶν ἐμῶν κακῶν· πρῶτον μὲν ὑψηλὸν ὄρος ἀναβαίνειν ἔδει, ὀρθὴν δεινῶς ὁδὸν, εἶτα καὶ ἀνυπόδητον ὄρει ἐν λιθίνῳ. Καί μοι συνεξέπεμπον ὀνηλάτην, παιδάριον ἀκάθαρτον. Τοῦτό με καινῶς ἑκάστοτε ἀπώλλυε· πρῶτον μὲν ἔπαιέ με καὶ τρέχοντα λίαν οὐ ξύλῳ ἁπλῷ, ἀλλὰ τῷ ὄζους πυκνοὺς ἔχοντι καὶ ὀξεῖς, καὶ ἀεὶ ἔπαιεν ἐς τὸ αὐτὸ τοῦ μηροῦ, ὥστε ἀνέῳκτό μοι κατ' ἐκεῖνο ὁ μηρὸς τῇ ῥάβδῳ· ὁ δὲ ἀεὶ τὸ τραῦμα ἔπαιεν. Εἶτά μοι ἐπετίθει φορτίον ὅσον χαλεπὸν εἶναι καὶ ἐλέφαντι ἐνεγκεῖν· καὶ ἄνωθεν ἡ κατάβασις ὀξεῖα ἦν· ὁ δὲ καὶ ἐνταῦθα ἔπαιεν. Εἰ δέ μοι περιπῖπτον ἴδοι τὸ φορτίον καὶ εἰς τὸ ἕτερον ἐπικλῖνον, δέον τῶν ξύλων ἀφαιρεῖν καὶ τῷ κουφοτέρῳ προσβάλλειν καὶ τὸ ἴσον ποιεῖν, τοῦτο μὲν οὐδέποτε εἰργάσατο, λίθους δὲ μεγάλους ἐκ τοῦ ὄρους ἀναιρούμενος εἰς τὸ κουφότερον καὶ ἄνω νεῦον τοῦ φορτίου προσετίθει· καὶ κατῄειν ἄθλιος τοῖς ξύλοις ὁμοῦ καὶ λίθους ἀχρείους περιφέρων. Καὶ ποταμὸς ἦν ἀέναος ἐν τῇ ὁδῷ· ὁ δὲ τῶν ὑποδημάτων φειδόμενος ὀπίσω τῶν ξύλων ἐπ' ἐμοὶ καθίζων ἐπέρα τὸν ποταμόν.

30. Εἰ δέ ποτε οἷα κάμνων καὶ ἀχθοφορῶν καταπέσοιμι, τότε δὴ τότε τὸ δεινὸν ἀφόρητον ἦν· οὐ γὰρ ἦν καταβάντος τὴν χεῖρά μοι ἐπιδοῦναι κἀμὲ χαμόθεν ἐπεγείρειν καὶ τοῦ φορτίου ἀφελεῖν, εἴ ποτε καὶ δέοι, ὁ δὲ οὔτε κατῆλθεν οὔτε χεῖρά μοι ἐπέδωκεν, ἀλλ' ἄνωθεν ἀπὸ τῆς κεφαλῆς καὶ τῶν ὤτων ἀρξάμενος συνέκοπτέ με τῷ ξύλῳ, ἕως ἐπεγείρωσί με αἱ πληγαί. Καὶ μὴν καὶ ἄλλο κακὸν εἰς ἐμὲ ἀφόρητον ἔπαιζε· συνενεγκὼν

acta esset. Advocato ergo pastorum uni me commendat, me gaudente, qui non amplius onera gestaturus essem. Quum vero rus venissemus, equabus me admiscuit pastor, et nos, gregem, pastum agebat.

28. Fatale autem erat eadem mihi quæ Candauli usu venire. Magister enim equariæ, suæ uxori Megapolæ domi me reliquit : hæc vero molæ me subjugum dabat, ut sibi triticum hordeumque frictum molerem. Atque illud mediocre quidem incommodum erat asino non ingrato, molere suis magistris : at optima mulier etiam ab aliis per illos agros (erant autem sane quam multi) farinas mercedis loco poscens, miseras cervices meas elocabat. Atque hordea in meum prandium sibi data, fricta et ipsa mihi molenda infudit, factasque inde placentas devoravit : at mihi furfures erant prandium. Si quando vero etiam cum equabus me exigeret pastor, percussus morsusque a maribus equis peribam. Semper enim me adulterum suspicati equarum, suarum uxorum, persequebantur, utrasque in me calces jactantes, adeo ut impar essem ferendæ equinæ illi zelotypiæ. Emaciatus ergo et strigosus non ita multo tempore fiebam, qui neque intus lætarer ad molam, neque sub divo pascens, oppugnatus quippe a pastionis sociis.

29. Verum etiam frequenter sursum in montem mittebar, et ligna gerebam humeris. Illud vero caput malorum meorum fuit : primo quidem altus mons ascendendus erat, ardua vehementer via, insuper non calceatus eram in monte scrupeo. Et una mecum emittebant mulionem, impurum puerum, qui novo modo me semper perderet : primo percutiebat me valde licet currentem, non simplici fuste, sed crebris acutisque nodis inæquali, eandemque semper femoris partem percutiebat, adeo ut aperiretur mihi a baculo eo loco femur : at ille ipsum perpetuo vulnus ferire. Deinde imponebat mihi onus elephanti etiam portatu difficile. Eratque descensus de summo arduus; at ille hic etiam pulsabat. Si quando labare mihi videret onus et in alteram partem inclinare, quum deberet de lignis ablatum aliquid leviori parti adjicere et ita peræquare, hoc ille nunquam fecit; sed lapides magnos de monte sublatos in leviorem et sursum nutantem oneris partem addebat : descendebam ergo miser, cum lignis lapides simul inutiles circumferens. Erat porro rivus in via perennis : ille vero, parcens calceamentis, post ligna mihi insidens rivum trajiciebat.

30. Si quando vero præ lassitudine et onere decumberem; tum vero intolerabile erat malum. Cujus enim erat ut descendens manum mihi injiceret, meque de terra excitaret, et onere, sicubi opus esset, levaret; ille neque descendebat, neque manum præbebat unquam, sed initio a capite et auribus facto, fusti me concidebat, dum suscitarent me plagæ. At ludebat etiam aliud in me malum intolerabile. Comportatum spinarum acutissimarum fascem et

ἀκανθῶν ὀξυτάτων φορτίον καὶ τοῦτο δεσμῷ περισφίγξας ἀπεκρήμνα ὄπισθεν ἐκ τῆς οὐρᾶς, αἱ δὲ οἷον εἰκὸς ἀπιόντος τὴν ὁδὸν ἀποκρεμάμεναι προσέπιπτόν μοι καὶ πάντα μοι τὰ ὄπισθεν νύττουσαι ἐτίτρωσκον· καὶ ἦν μοι τὸ ἀμύνειν ἀδύνατον, τῶν τιτρωσκόντων ἀεί μοι ἑπομένων κἀμοῦ ἠρτημένων. Εἰ μὲν γὰρ ἀτρέμα προΐοιμι φυλαττόμενος τῶν ἀκανθῶν τὴν προσβολὴν, ὑπὸ τῶν ξύλων ἀπωλλύμην, εἰ δὲ φεύγοιμι τὸ ξύλον, τότ' ἤδη τὸ δεινὸν ὄπισθεν ὀξὺ προσέπιπτε. Καὶ ὅλως ἔργον ἦν τῷ ὀνηλάτῃ τῷ ἐμῷ ἀποκτενεῖν με.

31. Ἐπεὶ δέ ποτε ἅπαξ κακὰ πάσχων πολλὰ οὐκέτι φέρων πρὸς αὐτὸν λὰξ ἐκίνησα, εἶχεν ἀεὶ τοῦτο τὸ λὰξ ἐν μνήμῃ. Καί ποτε κελεύεται στυππεῖον ἐξ ἑτέρου χωρίου εἰς ἕτερον χωρίον μετενεγκεῖν· κομίσας οὖν με καὶ τὸ στυππεῖον τὸ πολὺ συνενεγκὼν κατέδησεν ἐπ' ἐμὲ καὶ δεσμῷ ἀργαλέῳ εὖ μάλα προσέδησέ με τῷ φορτίῳ κακὸν ἐμοὶ μέγα τυρεύων. Ἐπεὶ δὲ προϊέναι λοιπὸν ἔδει, ἐκ τῆς ἑστίας κλέψας δαλὸν ἔτι θερμὸν, ἐπειδὴ πόρρω τῆς αὐλῆς ἐγενόμεθα, τὸν δαλὸν ἐνέκρυψεν εἰς τὸ στυππεῖον. Τὸ δὲ — τί γὰρ ἄλλο ἐδύνατο; — εὐθὺς ἀνάπτεται, καὶ λοιπὸν οὐδὲν ἔφερον ἄλλο ἢ πῦρ ἄπλετον. Μαθὼν οὖν ὡς αὐτίκα ὀπτήσομαι, ἐν τῇ ὁδῷ τέλματι βαθεῖ ἐντυχὼν ῥίπτω ἐμαυτὸν τοῦ τέλματος ἐς τὸ ὑγρότατον· εἶτα ἐκύλιον ἐνταῦθα τὸ στυππεῖον καὶ δινῶν καὶ στρέφων ἐμαυτὸν τῷ πηλῷ κατέσβεσα τὸ θερμὸν ἐκεῖνο καὶ πικρὸν ἐμοὶ φορτίον, καὶ οὕτω λοιπὸν ἀκινδυνότερον ἐβάδιζον τῆς ὁδοῦ τὸ ἐπίλοιπον. Οὐδὲ γὰρ ἔτι με ἀνάψαι τῷ παιδὶ δυνατὸν ἦν τοῦ στυππείου πηλῷ ὑγρῷ πεφυρμένου. Καὶ τοῦτό γε ὁ τολμηρὸς παῖς ἐλθὼν ἐμοῦ κατεψεύσατο, εἰπὼν ὡς παριὼν ἑκὼν ἑαυτὸν ἐνσείσαιμι τῇ ἑστίᾳ. Καὶ τότε μὲν ἐκ τοῦ στυππείου μηδὲ ἐλπίζων ὑπεξῆλθον.

32. Ἀλλ' ἕτερον ὁ ἀκάθαρτος παῖς ἐξεῦρεν ἐπ' ἐμὲ μακρῷ κάκιον· κομίσας γάρ με ἐς τὸ ὄρος καί μοι φορτίον ἁδρὸν ἐπιθεὶς ἐκ τῶν ξύλων, τοῦτο μὲν πιπράσκει γεωργῷ πλησίον οἰκοῦντι, ἐμὲ δὲ γυμνὸν καὶ ἄξυλον κομίσας οἴκαδε καταψεύδεταί μου πρὸς τὸν αὑτοῦ δεσπότην ἔργον ἀνόσιον· Τοῦτον, δέσποτα, τὸν ὄνον οὐκ οἶδ' ὅτι βόσκομεν δεινῶς ἀργὸν ὄντα καὶ βραδύν. Ἀλλὰ μὴν νῦν ἐπιτηδεύει καὶ ἄλλο ἔργον· ἐπὰν γυναῖκα ἢ παρθένον καλὴν καὶ ὡραίαν ἴδῃ ἢ παῖδα, ἀπολακτίσας ἕπεται δρόμῳ ἐπ' αὐτοὺς, ὡς εἴ τις ἐρᾷ ἄνθρωπος ἄρρην ἐπὶ ἐρωμένῃ γυναικὶ κινούμενος, καὶ δάκνει ἐν φιλήματος σχήματι καὶ πλησιάζειν βιάζεται, ἐκ δὲ τούτου σοι δίκας καὶ πράγματα παρέξει, πάντων ὑβριζομένων, πάντων ἀνατρεπομένων. Καὶ γὰρ νῦν ξύλα κομίζων γυναῖκα εἰς ἀγρὸν ἀπιοῦσαν ἰδὼν τὰ μὲν ξύλα πάντα χαμαὶ ἐσκόρπισεν ἀποσεισάμενος, τὴν δὲ γυναῖκα ἐς τὴν ὁδὸν ἀνατρέψας γαμεῖν ἐβούλετο, ἕως ἄλλος ἀλλοθεν ἐκδραμόντες ἠμύναμεν τῇ γυναικὶ ἐς τὸ μὴ διασπασθῆναι ὑπὸ τοῦ καλοῦ τούτου ἐραστοῦ.

33. Ὁ δὲ ταῦτα πυθόμενος, Ἀλλ' εἰ μήτε βαδίζειν, ἔφη, ἐθέλει μήτε φορτηγεῖν καὶ ἔρωτας ἀνθρωπίνους ἐρᾷ ἐπὶ γυναῖκας καὶ παῖδας οἰστρούμενος, ἀποσφάξατε

vinculo constrictum, a tergo et cauda mihi suspendebat. illæ ergo, ut facile est ad cogitandum, pergente me viam, dependentes impingebant atque assiduo punctu posteriora mihi omnia vulnerabant. Nec defendere me ullo modo poteram, instantibus mihi semper quæ vulnerarent, et a me ipso suspensis. Etenim si sensim progrederer appulsum spinarum cavens, peribam a fustibus : si vero fustim fugerem, tum jam malum illud a tergo acutissimum ingruebat. Et omnino id operam dabat agaso meus, me ut interficeret.

31. Quum autem semel aliquando mala perpessus multa, præ impatientia calcem contra illum movissem, semper illam calcem in memoria habuit. Ac jussus aliquando stuppam ex uno agro in alterum transferre, adducit me, stuppamque illam multam collatam mihi imponit, validoque me fune sarcinæ probe alligat, fraudem mihi ea re machinatus maximam. Quum vero jam pergendum esset, de foco furatus torrem adhuc ardentem, ubi procul ab aula recesseramus, eum torrem in stuppa abscondit : illa vero (qui enim posset aliter?) subito ignem concipit : ilicet, nihil fero aliud quam ignem immensum. Videns ego statim me in via iri assatum, observata forte lacuna palustri, in liquidissimam illius me partem abjicio : volvensque ibi stuppam, meque ipsum adeo circumagens et vertens, luto exstinguo ardentem et acerbam mihi sarcinam : sicque reliquum viæ minori cum periculo absolvo. Neque enim poterat jam puer iterum accendere stuppam liquido luto subactam. At hoc certe audax puer, quum delatus esset quo tendebat, me calumniatus est, me prætereuntem ultro infricuisse me foco. Interea tum e stuppa præter spem evaseram.

32. Sed aliud impurus ille puer contra me longe pejus excogitat. In montem me deducit, gravi lignorum sarcina oneratum : eaque ligna rustico vendit habitanti in vicinia; me vero nudum sine lignis domum deductum apud dominum suum nefandi facinoris per calumniam reum facit : Istum, here, inquit, asinum nescio cur alamus, supra modum piger qui sit ac tardus. Verum nunc aliud quoque sibi opus curæ habet : ubi mulierem, aut virginem pulchram ac formosam videt, aut puerum; jactatis calcibus cursu eos insequitur, eademque fere ratione, atque amator homo in amata sibi muliere, commovetur; et osculi in morem morsicat, et vi in complexum ruit. Ex ea autem re lites tibi et negotia facesset, quum insultet omnibus, evertat omnes. Etenim modo ligna gestans, conspecta muliere rus abeunte, humi dispersit excussa ligna omnia, cum muliere vero in viam eversa nuptias facere voluit, donec accurrentes aliunde alius, auxilio fuimus mulieri, ne a præclaro istoc amatore laceraretur.

33. Ille vero his auditis, Si vero, inquit, neque incedere vult, neque gestare onera, et humanos amores amat, in mulieres puerosque insaniens, illum jugulate, atque inte-

αὐτὸν, καὶ τὰ μὲν ἔγκατα τοῖς κυσὶ δότε, τὰ δὲ κρέα τοῖς ἐργάταις φυλάξατε· καὶ ἢν ἔρηται πῶς οὗτος ἀπέθανε, λύκου τοῦτο καταψεύσασθε. Ὁ μὲν οὖν ἀκάθαρτος παῖς ὁ ἐμὸς ὀνηλάτης ἔχαιρε καί με αὐτίκα ἤθελεν ἀποσφάττειν. Ἀλλ' ἔτυχε γάρ τις παρὼν τότε τῶν γειτόνων γεωργῶν· οὗτος ἐρρύσατό με ἐκ τοῦ θανάτου δεινὰ ἐπ' ἐμοὶ βουλευσάμενος. Μηδαμῶς, ἔφη, ἀποσφάξῃς ὄνον καὶ ἀλεῖν καὶ ἀχθοφορεῖν δυνάμενον· καὶ οὐ μέγα. Ἐπειδὴ γὰρ εἰς ἀνθρώπους ἔρωτι καὶ οἴστρῳ φέρεται, λαβὼν αὐτὸν ἔκτεμε· τῆς γὰρ ἐπαφροδίτου ταύτης ὁρμῆς ἀφαιρεθεὶς ἥμερός τε εὐθὺς καὶ πίων ἔσται καὶ οἴσει φορτίον μέγα οὐδὲν ἀχθόμενος. Εἰ δὲ αὐτὸς ἀπείρως ἔχεις ταύτης τῆς ἰατρείας, ἀφίξομαι δεῦρο μεταξὺ τριῶν ἢ τεττάρων ἡμερῶν καί σοι τοῦτον σωφρονέστερον προβατίου παρέξω τῇ τομῇ. Οἱ μὲν οὖν ἔνδον ἅπαντες ἐπῄνουν τὸν σύμβουλον, ὡς εὖ λέγοι, ἐγὼ δὲ ἤδη ἐδάκρυον ὡς ἀπολέσων αὐτίκα τὸν ἐν τῷ ὄνῳ ἄνδρα καὶ ζῆν οὐκέτι ἐθέλειν ἔφην, εἰ γενοίμην εὐνοῦχος· ὥστε καὶ ὅλως ἀποσιτῆσαι τοῦ λοιποῦ ἐγνώκειν ἢ ῥῖψαι ἐμαυτὸν ἐκ τοῦ ὄρους, ἔνθα ἐκπεσὼν θανάτῳ οἰκτίστῳ ὁλόκληρος ἔτι καὶ ἀκέραιος νεκρὸς τεθνήξομαι.

34. Ἐπεὶ δὲ ἦν νὺξ βαθεῖα, ἄγγελός τις ἀπὸ τῆς κώμης ἧκεν εἰς τὸν ἀγρὸν καὶ τὴν ἔπαυλιν, ταύτην λέγων τὴν νεόνυμφον κόρην τὴν ὑπὸ τοῖς λῃσταῖς γενομένην καὶ τὸν ταύτης νυμφίον, περὶ δείλην ὀψίαν ἀμφοτέρους αὐτοὺς ἐν τῷ αἰγιαλῷ περιπατοῦντας, ἐπιπολάσασαν ἄφνω τὴν θάλατταν ἁρπάσαι αὐτοὺς καὶ ἀφανεῖς ποιῆσαι, καὶ τέλος αὐτοῖς τοῦτο τῆς συμφορᾶς καὶ θανάτου γενέσθαι. Οἱ δὲ οἷα δὴ κεκενωμένης τῆς οἰκίας νέων δεσποτῶν ἔγνωσαν μηκέτι μένειν ἐν τῇ δουλείᾳ, ἀλλὰ πάντα διαρπάσαντες τὰ ἔνδον φυγῇ ἐσώζοντο. Ὁ δὲ νομεὺς τῶν ἵππων κἀμὲ παραλαβὼν καὶ πάνθ' ὅσα δυνατὸς ἦν συλλαβὼν ἐπικατέδησέ μοι καὶ ταῖς ἵπποις * * * *. Ἐγὼ δὲ ἠχθόμην μὲν φέρων φορτίον ὄνου ἀληθινοῦ, ἀλλ' οὖν ἄσμενος τὸ ἐμπόδιον τοῦτο τῆς ἐμῆς ἐδεξάμην ἐκτομῆς. Καὶ τὴν νύκτα ὅλην ἐλθόντες ὁδὸν ἀργαλέαν καὶ τριῶν ἄλλων ἡμερῶν τὴν ὁδὸν ἀνύσαντες ἐρχόμεθα ἐς πόλιν τῆς Μακεδονίας Βέρροιαν μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον.

35. Ἐνταῦθα ἔγνωσαν οἱ ἄγοντες ἡμᾶς ἱδρῦσαι καὶ ἑαυτούς. Καὶ τότε δὴ πρᾶσις ἦν ἡμῶν τῶν κτηνῶν καὶ κῆρυξ εὔφωνος ἐν ἀγορᾷ μέσῃ ἑστὼς ἐκήρυττεν. Οἱ δὲ προσιόντες ἰδεῖν ἤθελον τὰ στόματα ἡμῶν ἀνοίγοντες καὶ τὴν ἡλικίαν ἐν τοῖς ὀδοῦσιν ἑκάστου ἔβλεπον, καὶ τοὺς μὲν ὠνήσαντο ἄλλος ἄλλον, ἐμὲ δὲ ὕστατον ἀπολελειμμένον ὁ κῆρυξ ἐκέλευεν αὖθις ἐπανάγειν ἐς οἶκον. Ὁρᾷς, ἔφη, οὗτος μόνος οὐχ εὕρηκε κύριον. Ἡ δὲ πολλὰ πολλάκις δινουμένη καὶ μεταπίπτουσα Νέμεσις ἤγαγε κἀμοὶ τὸν δεσπότην, οἷον οὐκ ἂν εὐξαίμην· κίναιδος γὰρ καὶ γέρων ἦν τούτων εἷς τῶν τὴν θεὸν τὴν Συρίαν εἰς τὰς κώμας καὶ τοὺς ἀγροὺς περιφερόντων καὶ τὴν θεὸν ἐπαιτεῖν ἀναγκαζόντων. Τούτῳ πιπράσκομαι πολλῆς πάνυ τιμῆς, τριάκοντα δραχμῶν· καὶ στένων ἤδη τῷ δεσπότῃ εἱπόμην ἄγοντι.

36. Ἐπεὶ δὲ ἥκομεν ἔνθα ᾤκει Φίληβος — τοῦτο

stina projicite canibus, carnes autem servate operis : ac si interrogabitur quomodo iste perierit, a lupo factum mentimini. Impurus ergo puer, meus mulio, gaudere, ac statim me velle jugulare. Sed forte fortuna interveniens de vicinia rusticorum aliquis, illa me morte eripuit, dirum quidem contra me consilium subjiciens. Nequaquam, inquit, interfeceris asinum, et molere valentem et gestare onera : nec magnum opus. Quando enim in homines amore atque œstro fertur, comprehensum exseca : etenim venereo isto impetu sublato, mansuetus statim et pinguis erit, et magnum sine labore onus gestabit. Si vero ipse hujus curationis imperitus es, intra tertium quartumve diem huc veniam, et istum tibi ovicula mitiorem illa sectione præstabo. Itaque familiares omnes laudare consiliarium, bene illum dicere asseverantes. Ego vero jam plorare, qui mox perditurus essem latentem in asino virum, et negare me vivere velle, si eunuchus fierem : adeo ut omnino cibo abstinere in posterum decernerem, aut de monte me præcipitare, unde delapsus miserrima quidem morte, integrum tamen adhuc et intemeratum cadaver, morerer.

34. Intempesta jam nocte nuncius de vico aliquis rus venit et in villam, dicens puellam illam recens nuptam, illam quæ in latronum potestate fuerat, ipsiusque sponsum, sero diei ambos et solos in litore ambulantes, accedente subito maris fluctu abreptos, non amplius comparere, eumque finem illis calamitatis ac mortis accidisse. Hic illi, velut orbata junioribus heris domo, decernunt non amplius manere in servitute, sed direptis quæ intus erant omnibus, fuga sibi consulunt. Equarum autem pastor, et me assumto et convasatis quæ poterat omnibus, ea mihi et equabus imponit. * * * Ego gravabar quidem ferens veri onus asini : interim lubens impedimentum illud meæ castrationis excepi. Ac per totam illam noctem difficili itinere quum perrexissemus, et trium aliorum dierum superata via, venimus in urbem Macedoniæ, Berrhœan, magnam et incolis frequentem.

35. Ibi statuunt qui nos egerant, et ipsi se collocare. Tum igitur nostrûm, jumentorum, instituta est auctio : et vocalis præco, in medio stans foro, proclamat. Accedentes autem emtores inspicere nos volebant, apertisque nostris oribus, annos de dentibus uniuscujusque spectabant. Et partim quidem, aliud alius emerunt : me autem relictum jubet domum rursus reduci præco, Vides, inquiens, hic solus dominum non repperit. Verum illa, multum sæpe vertigine quasi quadam circumacta et huc illuc labens ultrix Providentia adduxit mihi quoque, qualem minime optarem, herum. Cinædus enim et senex erat, ex eo genere unus, qui Syriam deam per vicos agrosque circumferunt, et mendicatum ire deam cogunt. Huic vendor magno sane pretio, drachmis triginta. Jamque ingemiscens ducentem sequor dominum.

36. Quum autem venissemus in diversorium Philebi

γὰρ εἶχεν ὄνομα ὁ ὠνησάμενός με — μέγα εὐθὺς πρὸ τῆς θύρας ἀνέκραγεν, Ὦ κοράσια, δοῦλον ὑμῖν ἐώνημαι καλὸν καὶ ἁδρὸν καὶ Καππαδόκην τὸ γένος. Ἦσαν δὲ τὰ κοράσια ταῦτα ὄχλος κιναίδων συνεργῶν τοῦ Φιλήβου, καὶ πάντες πρὸς τὴν βοὴν ἀνεκρότησαν· ᾤοντο γὰρ ἀληθῶς ἄνθρωπον εἶναι τὸν ἐωνημένον. Ὡς δὲ εἶδον ὄνον ὄντα τὸν δοῦλον, ἤδη ταῦτα ἐς τὸν Φίληβον ἔσκωπτον, Τοῦτον οὐ δοῦλον, ἀλλὰ νυμφίον σαυτῇ πόθεν ἄγεις λαβοῦσα; ὄναιο δὲ τούτων τῶν καλῶν γάμων καὶ τέκοις ταχέως ἡμῖν πώλους τοιούτους. Καὶ οἱ μὲν ἐγέλων.

37. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ συνετάττοντο ἐπ' ἔργον, ὥσπερ αὐτοὶ ἔλεγον, καὶ τὴν θεὸν ἐνσκευασάμενοι ἐμοὶ ἐπέθηκαν. Εἶτα ἐκ τῆς πόλεως ἐξηλαύνομεν καὶ τὴν χώραν περιῄειμεν. Ἐπειδὴ δ' εἰς κώμην τινὰ εἰσέλθοιμεν, ἐγὼ μὲν ὁ θεοφόρητος ἱστάμην, ὁ δὲ αὐλητὴς ἐφύσα ὅμιλος ἔνθεον, οἱ δὲ τὰς μίτρας ἀπορρίψαντες τὴν κεφαλὴν κάτωθεν ἐκ τοῦ αὐχένος ἑλίσσοντες τοῖς ξίφεσιν ἐτέμνοντο τοὺς πήχεις καὶ τὴν γλῶτταν τῶν ὀδόντων ὑπερβάλλων ἕκαστος ἔτεμνε καὶ ταύτην, ὥστε ἐν ἀκαρεῖ πάντα πεπλῆσθαι μαλακοῦ αἵματος. Ἐγὼ δὲ ταῦτα ὁρῶν τὰ πρῶτα ἔτρεμον ἑστώς, μή ποτε χρεία τῇ θεῷ καὶ ὀνείου αἵματος γένοιτο. Ἐπειδὴ δὲ κατακόψειαν οὕτως ἑαυτούς, ἐκ τῶν περιεστηκότων θεατῶν συνέλεγον ὀβολοὺς καὶ δραχμάς· ἄλλος ἰσχάδας καὶ τυροὺς καὶ οἴνου κάδον ἐπέδωκε καὶ πυροῦ μέδιμνον καὶ κριθῶν τῷ ὄνῳ. Οἱ δὲ ἐκ τούτων ἐτρέφοντο καὶ τὴν ἐπ' ἐμοὶ κομιζομένην θεὸν ἐθεράπευον.

38. Καί ποτε εἰς κώμην τινὰ αὐτῶν εἰσβαλόντων ἡμῶν νεανίσκον τῶν κωμητῶν μέγαν ἀγρεύσαντες εἰσάγουσιν εἴσω ἔνθα καταλύοντες ἔτυχον· ἔπειτα ἔπασχον ἐκ τοῦ κωμήτου ὅσα συνήθη καὶ φίλια τοιούτοις ἀνοσίοις κιναίδοις ἦν. Ἐγὼ δὲ ὑπεραλγήσας ἐπὶ τῇ ἐμαυτοῦ μεταβολῇ, Καὶ μέχρι νῦν ἀνέχομαι κακῶν, ἀναβοῆσαι, ὦ Ζεῦ σχέτλιε, ἠθέλησα, ἀλλ' ἡ μὲν φωνὴ οὐκ ἀνέβη μοι ἡ ἐμή, ἀλλ' ἡ τοῦ ὄνου ἐκ τοῦ φάρυγγος, καὶ μέγα ὠγκησάμην. Τῶν δὲ κωμητῶν τινες ἔτυχον τότε ὄνον ἀπολωλεκότες, καὶ τὸν ἀπολωλότα ζητοῦντες ἀκούσαντές μου μέγα ἀναβοήσαντος παρέρχονται εἴσω οὐδενὶ οὐδὲν εἰπόντες ὡς ἐμοῦ τοῦ ἐκείνων ὄντος, καὶ καταλαμβάνουσι τοὺς κιναίδους ἄρρητα ἔνδον ἐργαζομένους· καὶ γέλως ἐκ τῶν ἐπεισελθόντων πολὺς γίγνεται. Ἔξω ἐκδραμόντες ὅλῃ τῇ κώμῃ τῷ λόγῳ διέδωκαν τῶν ἱερέων τὴν ἀσέλγειαν. Οἱ δὲ αἰδούμενοι δεινῶς ταῦτα ἐληλεγμένα τῆς ἐπιούσης νυκτὸς εὐθὺς ἔνθεν ἐξήλασαν, καὶ ἐπειδὴ ἐγένοντο ἐν τῇ ἐρήμῳ τῆς ὁδοῦ ἐχαλέπαινον καὶ ὠργίζοντο ἐμοὶ τῷ μηνύσαντι τὰ ἐκείνων μυστήρια. Καὶ τοῦτο μὲν ἀνεκτὸν τὸ δεινὸν ἦν, κακῶς τῷ λόγῳ ἀκούειν, ἀλλὰ τὰ μετὰ τοῦτο οὐκέτ' ἀνεκτά· τὴν γὰρ θεὸν ἀφελόντες μου καὶ χαμαὶ καταθέμενοι καὶ τὰ στρώματά μου πάντα περισπάσαντες γυμνὸν ἤδη προσδέουσί με δένδρῳ μεγάλῳ, εἶτα ἐκείνῃ τῇ ἐκ τῶν ἀστραγάλων μάστιγι παίοντες ὀλίγου ἐδέησαν ἀποκτεῖναι, κελεύοντές με τοῦ λοιποῦ ἄφωνον εἶναι θεοφόρητον. Καὶ μὴν καὶ ἀποσφάξαι μετὰ τὰς μάστιγας ἐβουλεύ-

(hoc enim nomen habebat qui me emerat), magna statim ante januam voce exclamat, Emi vobis, puellæ, servum pulchrum, et compactum, et gente Cappadocem. At illæ puellæ erant turba cinædorum, Philebi sodalium, qui omnes ad illum clamorem plausum tollunt, rati revera hominem esse quod emtum esset. Quum autem viderent asinum esse illum servum, jam ista in Philebum cavillantur, Hunc non servum, o nostra, sed sponsum tibi unde quæso acceptum adducis? feliciter vero tibi eveniant præclaræ hæ nuptiæ, pariasque nobis propediem tales pullos. Sic tum ridebant.

37. Postridie ad opus, ut ipsi dicebant, suum se accingebant; ornatamque deam mihi imposuerunt. Tum urbe egressi per agros circumibamus. Quoties vero ad vicum aliquem accesseramus, ego deæ gerulus insistebam; ac tibicinum turba fanaticum quiddam inflante, illi, mitris abjectis, caput sursum ex cervice intorquentes, gladiis sibi lacertos vulnerant, et exsertam ultra dentes linguam quisque et ipsam incidunt : adeo ut brevissimo temporis spatio molli sanguine plena essent omnia. Ego vero ista quum viderem, primum astans tremere, ne forte deæ asinino etiam sanguine opus esset. Ubi vero ita se conciderant, de circumstantibus spectatoribus stipem, obolos ac drachmas colligunt. Alius ficus, et caseos, et vini cadum insuper dedit, et tritici medimnum et hordei asino. Ex his illi alebantur, gestatamque humeris meis deam colebant.

38. Atque in vicum aliquando illorum delatis nobis, captum de vicanis magnum juvenem intro deducunt, ubi deversabantur : deinde patiuntur a rustico quæ consueta atque cara nefandis istis cinædis erant. Ego vero supra modum dolens mea illa transformatione, Ergo ad hunc usque diem malum sustineo, exclamare, o crudelis Jupiter! volebam : sed vox quidem mea mihi non ascendit e gutture, sed asini; magnum nempe rudebam. Verum agrestes quidam, qui forte asinum perdiderant, requirentes amissum, audito me validum clamante, intro ingrediuntur, nemine præmonito, tanquam ego illorum essem; deprehenduntque cinædos infanda intus patrantes. Itaque risus multus ab his qui ingressi fuerant oritur : hinc extra discurrentes per totum vicum, sermonibus differunt sacerdotum libidinem. Hi, quos vehementer puderet ea in apertum esse prolata, proxima nocte statim inde discesserunt : quumque in deserto viæ essent, indigne ferebant et irascebantur mihi, qui mysteria illorum enunciassem. Atque illud quidem tolerabile malum erat, maledicta illorum audire; sed quæ sequebantur, non jam tolerabilia : dea enim ablata a me et humi deposita, detractisque omnibus meis stragulis, nudum jam magnæ arbori alligant : tum illo de talis flagello cæsum parum aberat quin interficerent, monentes ut mutus in posterum essem deæ gerulus. Quin de jugulando me etiam post verbera deliberabant, qui tanta illos

σαντο ὡς ἐς ὕβριν αὐτοὺς βαλόντα πολλὴν καὶ τῆς κώμης οὐκ ἐργασαμένους ἐκβαλόντα· ἀλλ' ὥστε με μὴ ἀποκτεῖναι, δεινῶς αὐτοὺς ἡ θεὸς ἐδυσώπησε χαμαὶ καθημένη καὶ οὐκ ἔχουσα ὅπως ὁδεύοι.

39. Ἐντεῦθεν οὖν μετὰ τὰς μάστιγας λαβὼν τὴν δέσποιναν ἐβάδιζον καὶ πρὸς ἑσπέραν ἤδη καταλύομεν εἰς ἀγρὸν πλουτοῦντος ἀνθρώπου· καὶ ἦν οὗτος ἔνδον καὶ τὴν θεὸν μάλα ἄσμενος τῇ οἰκίᾳ ὑπεδέξατο καὶ θυσίας αὐτῇ προσήγαγεν. Ἐνθάδε οἶδα μέγαν κίνδυνον αὐτὸς ὑποστάς· τῶν φίλων γάρ τις τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγρῶν ἔπεμψε δῶρον ὄνου ἀγρίου μηρόν· τοῦτον ὁ μάγειρος σκευάσαι λαβὼν ῥαθυμίᾳ ἀπώλεσε, κυνῶν πολλῶν λαθραίως εἴσω παρελθόντων· ὃς δεδιὼς πληγὰς πολλὰς καὶ βάσανον ἐκ τῆς ἀπωλείας τοῦ μηροῦ ἔγνω κρεμάσαι ἑαυτὸν ἐκ τοῦ τραχήλου. Ἡ δὲ γυνὴ ἡ τούτου, κακὸν ἐξαίσιον ἐμόν, Ἀλλὰ μήτε ἀπόθνησκε, εἶπεν, ὦ φίλτατε, μήτε ἀθυμίᾳ τοιαύτῃ δῷς σεαυτόν· πειθόμενος γάρ μοι πράξεις εὖ πάντα. Τῶν κιναίδων τὸν ὄνον λαβὼν ἔξω εἰς ἔρημον χωρίον κἄπειτα σφάξας αὐτὸν τὸ μέρος μὲν ἐκεῖνο τὸν μηρὸν ἀποτεμὼν κόμιζε δεῦρο καὶ κατασκευάσας τῷ δεσπότῃ ἀπόδος καὶ τὸ ἄλλο τοῦ ὄνου κάτω που ἐς κρημνὸν ἄφες· δόξει γὰρ ἀποδρὰς οἴχεσθαί ποι καὶ εἶναι ἀφανής. Ὁρᾷς δὲ ὡς ἔστιν εὔσαρκος καὶ τοῦ ἀγρίου ἐκείνου πάντα ἀμείνων; Ὁ δὲ μάγειρος τῆς γυναικὸς ἐπαινέσας τὸ βούλευμα, Ἄριστα, ἔφη, σοι, ὦ γύναι, ταῦτα, καὶ τούτῳ μόνῳ τῷ ἔργῳ τὰς μάστιγας φυγεῖν ἔχω, καὶ τοῦτό μοι ἤδη πεπράξεται. Ὁ μὲν οὖν ἀνόσιος οὗτος οὑμὸς μάγειρος ἐμοῦ πλησίον ἑστὼς τῇ γυναικὶ ταῦτα συνεβουλεύετο.

40. Ἐγὼ δὲ τὸ μέλλον ἤδη προορώμενος κράτιστον ἔγνων τὸ σώζειν ἐμαυτὸν ἐκ τῆς κοπίδος καὶ ῥήξας τὸν ἱμάντα ᾧ διηγόμην καὶ ἀνασκιρτήσας ἵεμαι δρόμῳ εἴσω ἔνθα ἐδείπνουν οἱ κίναιδοι σὺν τῷ δεσπότῃ τῶν ἀγρῶν. Ἐνταῦθα εἰσδραμὼν ἀνατρέπω πάντα τῷ σκιρτήματι καὶ λυχνίαν καὶ τραπέζας· κἀγὼ μὲν ᾤμην κομψόν τι τοῦτο πρὸς σωτηρίαν ἐμὴν εὑρηκέναι, καὶ τὸν δεσπότην τῶν ἀγρῶν κελεύειν εὐθέως ὡς ἀγέρωχον ὄνον ἐμὲ κατακλεισθέντα ποι φυλάττεσθαι ἀσφαλῶς· ἀλλά με τοῦτο τὸ κομψὸν εἰς ἔσχατον ἤνεγκε κίνδυνον. Λυττᾶν δόξαντές με ξίφη πολλὰ ἤδη καὶ λόγχας ἐπ' ἐμὲ ἐσπάσαντο καὶ ξύλα μακρά, καὶ εἶχον οὕτως ὥστε ἀποκτενεῖν με. Ἐγὼ δὲ ὁρῶν τοῦ δεινοῦ τὸ μέγεθος δρόμῳ εἴσω παρέρχομαι ἔνθα οἱ ἐμοὶ δεσπόται κοιμηθήσεσθαι ἔμελλον. Οἱ δὲ θεασάμενοι τοῦτο συγκλείουσι τὰς θύρας εὖ μάλα ἔξωθεν.

41. Ἐπειδὴ δὲ ἤδη ὄρθρος ἦν, ἀράμενος τὴν θεὸν αὖθις ἀπῄειν ἅμα τοῖς ἀγύρταις καὶ ἀφικόμεθα εἰς κώμην ἄλλην μεγάλην καὶ πολυάνθρωπον, ἐν ᾗ καὶ καινότερόν τι ἐτερατεύσαντο, τὴν θεὸν μὴ μεῖναι ἐν ἀνθρώπου οἰκίᾳ, τῆς δὲ παρ' ἐκείνοις μάλιστα τιμωμένης ἐπιχωρίου δαίμονος τὸν ναὸν οἰκῆσαι. Οἱ δὲ καὶ μάλα ἄσμενοι τὴν ξένην θεὸν ὑπεδέξαντο τῇ σφῶν αὐτῶν θεῷ συνοικίσαντες, ἡμῖν δὲ οἰκίαν ἀπέδειξαν ἀνθρώπων πενήτων. Ἐνταῦθα συχνὰς ἡμέρας οἱ δεσπόται διατρί-

mersissem contumelia, et antequam meruissent aliquid, vico excussissem : sed quominus me occiderent, deæ verecundia movebantur, jacentis humi nec habentis quomodo iter faceret.

39. Hinc ergo post flagella, recepta domina, pergo. Versus vesperam devertimus in prædio hominis divitis. Domi hic erat commodum, lubensque deam domi recipiebat, offerebatque illi sacrificia. Hic memini magnum me subire periculum. Miserat domino prædii donum amicorum aliquis, femur silvestris asini : hoc coquus, acceptum ut pararet negligentia perdidit, canibus multis clam ingressis. Hic plagarum multarum metu atque cruciatus ob perditum femur, suspendere se decernit. Verum uxor illius, inauspicatum mihi malum, Tu vero, carissime, inquit, mori noli, ne desperationi tali te tradideris : mihi enim obsecutus bene omnia feceris. Cinædorum illum asinum educ in locum remotum, ibique mactati partem illam, femur abscissum huc affer, apparatumque redde domino, reliqua asini per præceps aliquorsum abjice : videbitur enim aufugisse aliquo, et sic discessisse ex oculis. Viden' quam est carnosus, et agresti illo omnibus modis melior ? Coquus, laudato mulieris consilio, Optime, inquit, ista, uxor : et hoc solo opere flagella mihi licebit effugere : et hoc jam statim perfectum dabitur a me. Hæc nefarius ille meus coquus prope me astans, cum uxore deliberabat.

40. At ego quid futurum esset prospiciens, optimum ratus a cultro me eripere, rupto quo ducebar loro et exsultans, curriculo irrumpo ubi cœnabant cum domino agrorum cinædi. Hic intro currens everto insultu meo omnia, candelabrum et mensas. Ac videbar mihi equidem scitum quiddam ad salutem meam invenisse, ac jussurum ruris dominum statim me tanquam elatum ferocia asinum includi uspiam diligenterque asservari. Sed illud ipsum me scitum in extremum periculi adduxit. Rabiosum me rati, multos jam gladios in me hastasque strinxerant et longos fustes, atque ut statim interfecturi me se comparaverant. Ego autem perspecta periculi magnitudine, cursu me intro in eum locum proripio, ubi pernoctaturi erant mei domini. Quo illi animadverso, probe januas extra occludunt.

41. Post lucis exortum sublata iterum dea cum agyrtis abeo, pervenimusque in vicum alium magnum et hominibus frequentem, in quo novum præstigiarum genus pararunt, non manere deam in hominis ædibus, sed in templo deæ illius loci, quæ maxime ab illis colebatur, deversari velle. Illi ac lubentes quidem peregrinam deam recipiunt, dicentes in suæ ipsorum deæ hospitium deductam : nobis vero domum pauperculorum hominum assignant. Hic dies aliquam multos commorati domini mei abire in vicinam urbem quum

ιαντες ἀπιέναι ἤθελον εἰς τὴν πλησίον πόλιν καὶ τὴν εὸν ἀπήτουν τοὺς ἐπιχωρίους, καὶ αὐτοὶ ἐς τὸ τέμενος αρελθόντες ἐκόμιζον αὐτήν, καὶ θέντες ἐπ' ἐμοὶ ἤλαυνον ξω. Ἔτυχον δὲ οἱ δυσσεβεῖς εἰς τὸ τέμενος ἐκεῖνο αρελθόντες ἀνάθημα φιάλην χρυσῆν κλέψαντες, ἣν ὑπὸ ῆ θεῷ ἔφερον· οἱ δὲ κωμῆται αἰσθόμενοι τοῦτο εὐθὺς δίωκον, εἶτα ὡς πλησίον ἐγένοντο, καταπηδήσαντες πὸ τῶν ἵππων εἴχοντο αὐτῶν ἐν τῇ ὁδῷ καὶ δυσσεβεῖς αὶ ἱεροσύλους ἐκάλουν καὶ ἀπήτουν τὸ κλαπὲν ἀνάθημα, αὶ ἐρευνῶντες πάντα εὗρον αὐτὸ ἐν τῷ κόλπῳ τῆς θεοῦ. ιήσαντες οὖν τοὺς γυνίας ἦγον ὀπίσω καὶ τοὺς μὲν εἰς ὴν εἱρκτὴν ἐμβάλλουσι, τὴν δὲ θεὸν τὴν ἐπ' ἐμοὶ κο-ιζομένην ἀράμενοι ναῷ ἄλλῳ ἔδωκαν, τὸ δὲ χρυσίον ῇ πολίτιδι θεῷ πάλιν ἀπέδωκαν.

42. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ τά τε σκεύη κἀμὲ πιπράσκειν γνωσαν, καὶ ἀπέδοντό με ξένῳ ἀνθρώπῳ τὴν πλησίον ώμην οἰκοῦντι, τέχνην ἔχοντι ἄρτους πέττειν· οὗτός ιε παραλαβὼν καὶ πυρῶν μεδίμνους δέκα ὠνησάμενος, πιθείς μοι τὸν πυρὸν οἴκαδε ἤλαυνεν ὡς ἑαυτὸν ὁδὸν ἀργαλέαν· ὡς δὲ ἥκομεν, εἰσάγει με εἰς τὸν μυλῶνα, καὶ ὁρῶ πολὺ πλῆθος ἔνδον ὁμοδούλων κτηνῶν, καὶ μύλαι πολλαὶ ἦσαν, καὶ πᾶσαι τούτοις ἐστρέφοντο, καὶ πάντα ἐκεῖνα μεστὰ ἦν ἀλεύρων. Καὶ τότε μέν με οἷα ξένον δοῦλον καὶ φορτίον βαρύτατον ἀράμενον καὶ ὁδὸν ἀργαλέαν ἀφιγμένον ἀναπαύεσθαι ἔνδον ἀφῆκαν, τῇ δὲ ὑστεραίᾳ ὀθόνῃ τὰ ὄμματά μου σκεπάσαντες ὑποζευγνύουσί με τῇ κώπῃ τῆς μύλης· εἶτα ἤλαυνον. Ἐγὼ δὲ ἠπιστάμην ὅπως χρὴ ἀλεῖν πολλάκις παθών, προσεποιούμην δὲ ἀγνοεῖν· ἀλλὰ μάτην ἤλπισα. Λαβόντες γὰρ πολλοὶ τῶν ἔνδον βακτηρίας περιίστανταί με καὶ μὴ προσδοκήσαντα, ὡς οὐχ ὁρῶντα, παίουσιν ἀθρόᾳ τῇ χειρί, ὥστε με ὑπὸ τῆς πληγῆς ὥσπερ στρόμβον ἐξαπίνης στρέφεσθαι· καὶ πείρᾳ ἔμαθον ὅτι χρὴ τὸν δοῦλον ἐς τὸ τὰ δέοντα ποιεῖν, μὴ περιμένειν τὴν χεῖρα τοῦ δεσπότου.

43. Λεπτὸς οὖν πάνυ γίγνομαι καὶ ἀσθενὴς τῷ σώματι, ὥστε ἔγνω με ὁ δεσπότης πωλῆσαι, καὶ ἀποδίδοταί με ἀνθρώπῳ κηπουρῷ τὴν τέχνην· οὗτος γὰρ εἶχε κῆπον λαβὼν γεωργεῖν. Καὶ τοῦτο εἴχομεν ἔργον· ὁ δὲ δεσπότης ἕωθεν ἐπιθείς μοι τὰ λάχανα ἐκόμιζεν εἰς τὴν ἀγοράν, καὶ παραδοὺς τοῖς ταῦτα πιπράσκουσιν ἦγέ με πάλιν εἰς τὸν κῆπον. Εἶτα ἐκεῖνος μὲν καὶ ἔσκαπτε καὶ ἐφύτευε καὶ τὸ ὕδωρ τῷ φυτῷ ἐπῆγεν, ἐγὼ δὲ ἐν τούτῳ εἱστήκειν ἀργός. Ἦν δέ μοι δεινῶς ἀλγεινὸς ὁ τότε βίος· πρῶτον μὲν ἐπεὶ χειμὼν ἤδη ἦν κἀκεῖνος οὐδὲ αὐτῷ στρῶμα εἶχεν ἀγοράσαι οὐχ ὅπως ἐμοί, καὶ ἀνυπόδητος πηλὸν ὑγρὸν καὶ πάγον σκληρὸν καὶ ὀξὺν ἐπάτουν, καὶ φαγεῖν τοῦτο μόνον ἀμφοτέροις ἦν θρίδακας πικρὰς καὶ σκληράς.

44. Καί ποτε ἐξιόντων ἡμῶν ἐς τὸν κῆπον ἐντυγχάνει ἀνὴρ γενναῖος στρατιώτου στολὴν ἠμφιεσμένος, καὶ τὰ μὲν πρῶτα λαλεῖ πρὸς ἡμᾶς τῇ Ἰταλῶν φωνῇ καὶ ἤρετο τὸν κηπουρὸν ὅποι ἀπάγοι τὸν ὄνον ἐμέ· ὁ δέ, ἶμαι, τῆς φωνῆς ἀνόητος ὢν οὐδὲν ἀπεκρίνατο· ὁ δὲ

vellent, deam repetunt ab incolis, atque ipsi in sacrum ingressi inde eam exportant, mihique impositam educunt. Verum impii in sacrum illud ingressi donarium, phialam auream furati fuerant, quam sub deæ vestibus ferebant. Sed animadversa re, vicani statim persequebantur : deinde, quum prope essent, desilientes ab equis illos in via prehendebant, impios vocabant sacrilegosque, sublatum furto donarium reposcebant, idque excussis omnibus in sinu deæ invenerunt. Vinctos ergo effeminatos hosce reducunt, atque ipsos quidem conjiciunt in vincula; deam autem, quam meo gestabam tergo, sublatam in aliud templum dedere; aurum denique suæ civitatis Deæ restituerunt.

42. Postridie cum supellectili illorum me quoque statuerunt vendere : et vendidere hospiti de proximo vico homini, cujus ars erat panes coquere. Hic me assumtum, impositis decem, quos emerat, tritici medimnis, domum deduxit suam, via quidem aspera. Quum advenissemus, deducit me in pistrinum. Et video ibi magnam intus conservorum jumentorum multitudinem; et molæ ibi multæ erant, quæ omnes ab his circumagebantur, plenaque farinis omnia. Et tum quidem me ut servum peregre advenientem, quique gravissimum onus gestassem, viamque difficilem confecissem, requiescere intus passi sunt. At postridie ejus diei, prætenso oculis meis velo, temoni me molæ subjugant; tum agitabant. Ac bene equidem noram quomodo molendum esset, qui sæpe subiissem : ignorare tamen me simulabam. Verum frustra fuit spes mea. Correptis enim baculis domesticorum multi me circumstant, meque necopinantem, qui nihil viderem, conferta manu pulsant, adeo ut a plagis trochi instar subito circumagerer. Itaque experimento tum didici, non oportere servum ad hoc, ut officium faciat, manum exspectare heri.

43. Emaciatus ergo et imbecillo corpore quum fierem, statuit dominus me vendere, venditque homini olitori, qui hortum colendum conduxerat. Hic illud habebamus negotii : dominus autem mane imposita mihi olera deportabat in forum, eaque quum vendentibus tradidisset, retro me in hortum agebat. Deinde illo et fodiente et plantante et plantas irrigante, vacuus ego astabam. Erat autem vehementer molesta quam tum vitam agebam : primo quidem quod hiems jam esset, et ille neque unde stragula sibi emeret haberet, nedum ut mihi, et quod sine soleis lutum humidum et glaciem duram atque acutam calcarem; cibi vero hoc solum utrique esset, lactucæ amaræ ac duræ.

44. Aliquando exeuntibus nobis in hortum, adest vir fortis, militari veste indutus, ac primum Italorum nos lingua alloquitur, interrogans olitorem, quo me asinum abduceret? Hic, linguæ, puto, ignarus, nihil respondet. Ille

ὀργιζόμενος, ὡς ὑπερορώμενος, παίει τῇ μάστιγι τὸν κηπουρὸν, κἀκεῖνος συμπλέκεται αὐτῷ καὶ ἐκ τῶν ποδῶν εἰς τὴν ὁδὸν ὑποσπάσας ἐκτείνει, καὶ κείμενον ἔπαιεν οὕτω καὶ χειρὶ καὶ ποδὶ καὶ λίθῳ τῷ ἐκ τῆς ὁδοῦ· ὁ δὲ τὰ πρῶτα καὶ ἀντεμάχετο καὶ ἠπείλει, εἰ ἀνασταίη, ἀποκτενεῖν τῇ μαχαίρᾳ· ὁ δὲ ὥσπερ ὑπ' αὐτοῦ ἐκείνου διδαχθεὶς, τὸ ἀκινδυνότατον, σπᾷ τὴν μάχαιραν αὐτοῦ καὶ ῥιπτεῖ πόρρω, εἶτα αὖθις ἔπαιε κείμενον. Ὁ δὲ τὸ κακὸν ὁρῶν ἤδη ἀφόρητον ψεύδεται ὡς τεθνηκὼς ἐν ταῖς πληγαῖς· ὁ δὲ δείσας ἐπὶ τούτῳ τὸν μὲν αὐτοῦ ὡς εἶχε κείμενον ἀπολείπει, τὴν δὲ μάχαιραν βαστάσας ἐπ' ἐμοὶ ἤλαυνεν ἐς τὴν πόλιν.

45. Ὡς δὲ ἤλθομεν, τὸν μὲν κῆπον αὐτοῦ συνεργῷ τινι ἐπέδωκε γεωργεῖν, αὐτὸς δὲ τὸν κίνδυνον τὸν ἐκ τῆς ὁδοῦ δεδιὼς κρύπτεται ἅμα ἐμοὶ πρός τινος τῶν ἐν ἄστει συνήθων. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ, δόξαν αὐτοῖς, οὕτω ποιοῦσι· τὸν μὲν ἐμὸν δεσπότην κιβωτῷ ἐνέκρυψαν, ἐμὲ δὲ ἀράμενοι ἐκ τῶν ποδῶν κομίζουσιν ἄνω τῇ κλίμακι ἐς ὑπερῷον κἀκεῖ με ἄνω συγκλείουσιν. Ὁ δὲ στρατιώτης ἐκ τῆς ὁδοῦ τότε μόλις ἐξαναστὰς, ὡς ἔφασαν, καρηβαρῶν ταῖς πληγαῖς ἧκεν εἰς τὴν πόλιν καὶ τοῖς στρατιώταις τοῖς σὺν αὐτῷ ἐντυχὼν λέγει τὴν ἀπόνοιαν τοῦ κηπουροῦ· οἱ δὲ σὺν αὐτῷ ἐλθόντες μανθάνουσιν ἔνθα ἦμεν κεκρυμμένοι, καὶ παραλαμβάνουσι τοὺς τῆς πόλεως ἄρχοντας. Οἱ δὲ εἴσω τινὰ πέμπουσι τῶν ὑπηρετῶν καὶ τοὺς ἔνδον ἅπαντας προελθεῖν ἔξω κελεύουσιν· ὡς δὲ προῆλθον, ὁ κηπουρὸς οὐδαμοῦ ἐφαίνετο. Οἱ μὲν οὖν στρατιῶται ἔνδον ἔφασαν εἶναι τὸν κηπουρὸν κἀμὲ τὸν ἐκείνου ὄνον· οἱ δὲ οὐδὲν ἄλλο ὑπολελεῖφθαι ἔλεγον οὔτε ἄνθρωπον οὔτε ὄνον. Θορύβου δὲ ἐν τῷ στενωπῷ καὶ πολλῆς βοῆς ἐκ τούτων γενομένης ὁ ἀγέρωχος καὶ πάντα περίεργος ἐγὼ βουλόμενος μαθεῖν τίνες εἶεν οἱ βοῶντες, διακύπτω ἄνωθεν κάτω διὰ τῆς θυρίδος. Οἱ δέ με ἰδόντες εὐθὺς ἀνέκραγον· οἱ δὲ ἑαλώκεσαν ψευδῆ λέγοντες· καὶ οἱ ἄρχοντες εἴσω παρελθόντες καὶ πάντα ἀνερευνῶντες εὑρίσκουσι τὸν ἐμὸν δεσπότην τῇ κιβωτῷ ἐγκείμενον καὶ λαβόντες τὸν μὲν εἰς τὸ δεσμωτήριον ἔπεμψαν λόγον τῶν τετολμημένων ὑφέξοντα, ἐμὲ δὲ κάτω βαστάσαντες τοῖς στρατιώταις παρέδοσαν. Πάντες δὲ ἄσβεστον ἐγέλων ἐπὶ τῷ μηνύσαντι ἐκ τῶν ὑπερῴων καὶ προδόντι τὸν ἑαυτοῦ δεσπότην· κἀκ τότε ἐξ ἐμοῦ πρώτου ἦλθεν εἰς ἀνθρώπους ὁ λόγος οὗτος, Ἐξ ὄνου παρακύψεως.

46. Τῇ δ' ὑστεραίᾳ τί μὲν ἔπαθεν ὁ κηπουρὸς ὁ ἐμὸς δεσπότης οὐκ οἶδα, ὁ δὲ στρατιώτης πωλήσειν με ἔγνω, καὶ πιπράσκει με πέντε καὶ εἴκοσιν Ἀττικῶν· ὁ δὲ ὠνησάμενος θεράπων ἦν ἀνδρὸς σφόδρα πλουσίου πόλεως τῶν ἐν Μακεδονίᾳ τῆς μεγίστης Θεσσαλονίκης. Οὗτος τέχνην εἶχε ταύτην, τὰ ὄψα τῷ δεσπότῃ ἐσκεύαζε, καὶ εἶχεν ἀδελφὸν σύνδουλον ἄρτους πέττειν καὶ μελίπηκτα κιρνᾶν ἐπιστάμενον. Οὗτοι οἱ ἀδελφοὶ σύσκηνοί τε ἀεὶ ἦσαν ἀλλήλοις καὶ κατέλυον ἐν ταὐτῷ καὶ τὰ σκεύη τῶν τεχνῶν εἶχον ἀναμεμιγμένα, καὶ μετὰ ταῦτα κἀμὲ ἵστασαν ἔνθα κατέλυον. Καὶ οὗτοι μετὰ τὸ δεῖ-

vero irascitur, velut qui contemtui haberetur, et flagello pulsat olitorem. Hic complexus hominem, supplantatum in via extendit, atque ita jacentem manu, pede, lapide de via concidebat. Ille primo et contra pugnare, et, si surrexisset, gladio se hunc interfecturum, minari : hic vero, tanquam ab illo ipso edoctus, quod erat tutissimum, abstractum ei gladium longe abjicit, tum denuo jacentem feriebat. Ille intolerabile jam malum videns, plagis se mortuum fingit. At hic ea re perterritus, istum ibi ut erat jacentem relinquit; gladio autem sumto mihi insidens in urbem pergit.

45. Quo quum venissemus, hortum suum cuidam suo socio colendum dedit : ipse vero metu imminentis ex facinore in via periculi, se mecum apud quemdam in urbe familiarium occultat. Postero die, consilio habito, ita faciunt, meum dominum arca abscondunt, me autem pedibus suspensum per scalas sursum portant in supernum quoddam cubiculum, ibique supra includunt. At miles, ægre de via quum surrexisset, ut dicebant, capite a plagis adhuc gravato in urbem venit, et commilitonibus suis collocutus, narrat olitoris audaciam. Illi, ipsum comitati, ubi occultati essemus explorant, ac magistratus urbis adhibent. Illi lictorum quendam intro mittunt, ac prodire qui intus essent omnes jubent : his prodeuntibus, nusquam comparet olitor. Milites ergo intus esse aiunt olitorem, neque ipsius asinum : at illi nihil relictum ibi aliud confirmant, neque hominem, neque asinum. Tumultu vero in angusto vico clamoreque inde exorto multo, ille ego feroculus et omnium curiosus, scire volens qui essent illi clamantes, desuper ad inferiora per fenestellam despicio. At isti me conspecto statim exclamare : alteri in mendacio deprehendi. Ingressi magistratus et perscrutati omnia, inveniunt dominum meum jacentem in arca; prehensumque mittunt in carcerem, ut causam audaciæ suæ diceret, me autem deportatum dedunt militibus. Ceterum risus compesci non potuit super illo de tectis indice, et sui domini proditore. Atque ex eo inde tempore a me primum in hominum ora venit proverbium, De prospectu asini.

46. Postridie olitore meo domino quid factum sit ignoro, me vero vendere miles statuit, venditque quinque et viginti drachmis Atticis. Qui me emerat famulus erat viri ditissimi, ex urbe per Macedoniam maxima, Thessalonice. Hic artem habebat istam : pulmentaria parabat domino; habebatque conservum fratrem, panes coquere et mellita concinnare edulia doctum. Hi fratres contubernio semper eodem utebantur, deversabantur in eodem, et permista sibi invicem artium instrumenta habebant. Deinde mihi etiam suo in deversorio stabulum tribuunt. Hi post cœnam heri re-

πνον τοῦ δεσπότου πολλὰ λείψανα ἄμφω εἴσω ἐκόμιζον ὁ μὲν κρεῶν καὶ ἰχθύων, ὁ δὲ ἄρτων καὶ πλακούντων. Οἱ δὲ κατακλείσαντες ἔνδον ἐμὲ μετὰ τούτων καὶ φυλακὴν ἐμοὶ γλυκυτάτην περιστήσαντες ἀπῄεσαν ὥστε ἀπολούσασθαι· κἀγὼ τοῖς παρακειμένοις κριθιδίοις μακρὰ χαίρειν λέγων ταῖς τέχναις καὶ τοῖς κέρδεσι τῶν δεσποτῶν ἐδίδουν ἐμαυτὸν, καὶ διὰ μακροῦ πάνυ ἐγεμιζόμην ἀνθρωπείου τροφῆς. Οἱ δὲ ἀναστρέψαντες εἴσω τὰ μὲν πρῶτα οὐδὲν ᾐσθάνοντο τῆς ὀψοφαγίας τῆς ἐμῆς ἐκ τοῦ πλήθους τῶν παρακειμένων, κἀμοῦ ἔτι ἐν φόβῳ καὶ φειδοῖ κλέπτοντος τὸ ἄριστον. Ἐπεὶ δὲ καὶ τέλεον ἤμην αὐτῶν καταγνοὺς ἄγνοιαν, τὰς καλλίστας τῶν μερίδων καὶ ἄλλα πολλὰ κατέτρωγον. Καὶ ἐπειδὴ ᾔσθοντο ἤδη τῆς ζημίας, τὰ μὲν πρῶτα ἄμφω ὕποπτον ἐς ἀλλήλους ἔβλεπον καὶ κλέπτην ὁ ἕτερος τὸν ἕτερον καὶ ἅρπαγα τῶν κοινῶν καὶ ἀναίσχυντον ἔλεγον, καὶ ἦσαν ἀκριβεῖς λοιπὸν ἄμφω καὶ τῶν μερίδων ἀριθμὸς ἐγίγνετο.

liquias ambo multas eo conferunt, carnium alter et piscium, alter panum et placentarum. Ipsi deinde me cum his intus incluso, dulcissimaque mihi mandata custodia, lavatum abeunt. Et ego, appositis mihi hordeolis longum vale dicens, artibus me et lucris dominorum trado; ac longo post intervallo humano me cibo probe saburro. Illi domum reversi primo nihil de mea ligurritione sentire, præ multitudine eorum quæ erant apposita, et quod adhuc cum metu et parsimonia quadam furarer prandium. Quum vero jam omnino certum mihi esset de illorum ignoratione, pulcherrimas quasque partes et alia multa devorabam. Deinde ubi damnum senserant, principio de se invicem suspicari aliquid, ac furem alter alterum, et communium raptorem, et impudentem dicere, ac sollicitam uterque de cetero curam ac dinumerationem partium adhibere.

47. Ἐγὼ δὲ τὸν βίον εἶχον ἐν ἡδονῇ καὶ τρυφῇ, καὶ τὸ σῶμά μου ἐκ τῆς συνήθους τροφῆς πάλιν καλὸν ἐγεγόνει καὶ τὸ δέρμα ἐπανθούσῃ τῇ τριχὶ ἀπέστιλβεν. Οἱ δὲ γενναιότατοι μέγαν τέ με καὶ πίονα ὁρῶντες καὶ τὰ κριθίδια μὴ δαπανώμενα, ἀλλ' ἐν ταὐτῷ μέτρῳ ὄντα, εἰς ὑπόνοιαν ἔρχονται τῶν τολμημάτων τῶν ἐμῶν, καὶ προελθόντες ὡς εἰς τὸ βαλανεῖον ἀπιόντες, ἔπειτα τὰς θύρας συγκλείσαντες, προσβαλόντες ὀπῇ τινι τὰ ὄμματα τῆς θύρας ἐσκοποῦντο τἄνδον. Κἀγὼ τότε μηδὲν τοῦ δόλου εἰδὼς ἠρίστων προσελθών. Οἱ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐγέλων ὁρῶντες ἄριστον ἄπιστον· εἶτα δὲ τοὺς ὁμοδούλους ἐκάλουν ἐπὶ τὴν ἐμὴν θέαν, καὶ γέλως πολὺς ἦν, ὥστε καὶ ὁ δεσπότης αὐτῶν ἤκουσε τοῦ γέλωτος, θορύβου ὄντος ἔξωθεν, καὶ ἤρετό τινα ἐφ' ᾧ τοσοῦτον οἱ ἔξω γελῶσιν. Ἐπεὶ δὲ ἤκουσεν, ἐξανίσταται τοῦ συμποσίου καὶ διακύψας εἴσω ὁρᾷ με συὸς ἀγρίου μερίδα καταπίνοντα, καὶ μέγα ἐν γέλωτι ἀναβοήσας εἰστρέχει εἴσω. Κἀγὼ σφόδρα ἠχθόμην ἐπὶ τοῦ δεσπότου κλέπτης ἅμα καὶ λίχνος ἑαλωκώς. Ὁ δὲ πολὺν εἶχεν ἐπ' ἐμοὶ γέλωτα, καὶ τὰ μὲν πρῶτα κελεύει με εἴσω ἄγεσθαι εἰς τὸ ἐκείνου συμπόσιον, ἔπειτα τράπεζάν μοι παραθεῖναι εἶπε καὶ εἶναι ἐπ' αὐτῇ πολλὰ τῶν ὅσα μὴ δυνατὸν ἄλλῳ ὄνῳ καταφαγεῖν, κρέα λοπάδας ζωμοὺς ἰχθῦς, τοῦτο μὲν ἐν γάρῳ καὶ ἐλαίῳ κατακειμένους, τοῦτο δὲ νάπυϊ ἐπικεχυμένους. Κἀγὼ τὴν τύχην ὁρῶν ἤδη ἁπαλόν μοι προσμειδιῶσαν καὶ μαθὼν ὅτι με τοῦτο μόνον τὸ παίγνιον ἀνασώσει, καίτοι ἤδη ἐμπεπλησμένος ὅμως ἠρίστων τῇ τραπέζῃ παραστάς. Τὸ δὲ συμπόσιον ἐκλονεῖτο τῷ γέλωτι. Καί τις εἶπε, Καὶ πίεται οἶνον οὗτος ὁ ὄνος, ἤν τις αὐτῷ ἐγκερασάμενος ἐπιδῷ· καὶ ὁ δεσπότης ἐκέλευσε κἀγὼ τὸ προσενεχθὲν ἔπιον.

47. Ego interim voluptuariam agere vitam ac delicatam: ut corpus meum de consueto cibo speciosum rursus fieret, et corium efflorescente pilo niteret. Illi autem boni viri, obesum me et pinguem quum viderent, nec consumi tamen hordea, sed eandem servare mensuram, in suspicionem audaciæ meæ adducuntur. Itaque progressi tanquam in balneum abirent, occlusa deinde janua, et oculis rimæ cuidam januæ admotis, quid intus fieret speculantur. Ego tum doli ignarus, commodum ad prandendum accesseram. Illi vero primo ridebant, incredibile videntes prandium; deinde conservos ad spectandum me advocabant, et risus multus erat, adeo ut dominus etiam illum audiret, tantus extra erat tumultus, rogaretque aliquem, qua de causa qui extra essent sic riderent. Re vero audita, surgit de convivio et introspiciens videt me apri partem devorare; sublatoque cachinno, intro currit. Mihi vehementer molestum erat coram domino furem simul et ligurritorem deprehendi. At ille multum diuque de me ridebat, ac primo in suam me cœnationem jubet introduci, tum mensam mihi apponi, et esse in illa eorum multa quæ alius edere asinus non potest, carnes, ostrea, jurulenta, pisces, partim in garo et oleo positos, partim perfusos sinapi. Ego fortunam videns jam blandum mihi ridentem, animadverso, hoc solum mihi ludicrum saluti futurum, licet jam impletus cibis, tamen prandebam astans mensæ. Resonabat interea risu convivium. Ac dicebat aliquis, Bibet etiam vinum hic asinus, si quis illi temperatum præbeat. Jubet dominus, et ego oblatum bibo.

48. Ὁ δὲ οἷον εἰκὸς ὁρῶν με κτῆμα παράδοξον τὴν μὲν τιμὴν τὴν ἐμὴν κελεύει τῶν διοικητῶν τινι καταβαλεῖν τῷ ἐμὲ ὠνησαμένῳ καὶ ἄλλο τοσοῦτον, ἐμὲ δὲ παρέδωκεν ἀπελευθέρῳ τῶν αὐτοῦ τινι νεανίσκῳ καὶ εἶπε κατηχεῖν ὅσα ποιῶν μάλιστα ψυχαγωγεῖν αὐτὸν

48. Ille, ut facile est ad credendum, quum singulare et insolitum me animal videret, pretium meum solvere jubet procuratorum aliquem ei qui me emerat, et alterum tantum: me autem liberto cuidam suo adolescenti tradidit, et docere jussit, quibus faciendis maxime illum possem oblectare.

δυναίμην. Τῷ δέ γε ῥᾴδια ἦν πάντα· ὑπήκουον γὰρ εὐθὺς εἰς ἅπαντα διδασκόμενος. Καὶ πρῶτον μὲν κατακλίνεσθαί με ἐπὶ κλίνης ὥσπερ ἄνθρωπον ἐπ' ἀγκῶνος ἐποίησεν, εἶτα καὶ προσπαλαίειν αὐτῷ, καὶ μὴν καὶ ὀρχεῖσθαι ἐπὶ τοὺς δύο ἐπανιστάμενον ὀρθὸν καὶ κατανεύειν καὶ ἀνανεύειν πρὸς τὰς φωνάς, καὶ πάνθ' ὅσα ἐδυνάμην μὲν καὶ δίχα τοῦ μανθάνειν, ποιεῖν· καὶ τὸ πρᾶγμα περιβόητον ἦν, ὄνος ὁ τοῦ δεσπότου, οἰνοπότης, παλαίων, ὄνος ὀρχούμενος. Τὸ δὲ μέγιστον, ὅτι πρὸς τὰς φωνὰς ἀνένευον ἐν καιρῷ καὶ κατένευον· καὶ πιεῖν δὲ ὁπότε θελήσαιμι, ᾔτουν τοῖς ὀφθαλμοῖς τὸν οἰνοχόον κινήσας. Καὶ οἱ μὲν ἐθαύμαζον τὸ πρᾶγμα ὡς παράδοξον ἀγνοοῦντες ἄνθρωπον ἐν τῷ ὄνῳ κείμενον· ἐγὼ δὲ τρυφὴν ἐποιούμην τὴν ἐκείνων ἄγνοιαν. Καὶ μὴν καὶ βαδίζειν ἐμάνθανον καὶ κομίζειν τὸν δεσπότην ἐπὶ νώτου καὶ τρέχειν δρόμον ἀλυπότατον καὶ τῷ ἀναβάτῃ ἀναίσθητον. Καὶ σκευή μοι ἦν πολυτελής, καὶ στρώματα πορφυρᾶ ἐπιβάλλομαι, καὶ χαλινοὺς εἰσεδεχόμην ἀργύρῳ καὶ χρυσῷ πεποικιλμένους, καὶ κώδωνες ἐξήπτοντό μου μέλος μουσικώτατον ἐκφωνοῦντες.

49. Ὁ δὲ Μενεκλῆς ὁ δεσπότης ἡμῶν, ὥσπερ ἔφην, ἐκ τῆς Θεσσαλονίκης δεῦρο ἐληλύθει ἐπ' αἰτίᾳ τοιαύτῃ· ὑπέσχετο τῇ πατρίδι θέαν παρέξειν ἀνδρῶν ὅπλοις πρὸς ἀλλήλους μονομαχεῖν εἰδότων· καὶ οἱ μὲν ἄνδρες τῆς ἤδη μάχης ἦσαν ἐν παρασκευῇ, καὶ ἀφῖκτο ἡ πορεία. Ἐξελαύνομεν ἕωθεν, κἀγὼ τὸν δεσπότην ἔφερον εἴ ποτε χωρίον εἴη τῆς ὁδοῦ τραχὺ καὶ τοῖς ὀχήμασιν ἐπιβαίνειν χαλεπόν. Ὡς δὲ κατέβημεν ἐπὶ Θεσσαλονίκην, οὐκ ἦν ὅστις ἐπὶ θέαν οὐχ ἠπείγετο καὶ τὴν ὄψιν τὴν ἐμήν· ἡ γὰρ ἐμὴ δόξα προεληλύθει ἐκ μακροῦ καὶ τὸ πολυπρόσωπον καὶ τὸ ἀνθρώπινον τῶν ἐμῶν ὀρχημάτων καὶ παλαισμάτων. Ἀλλ' ὁ μὲν δεσπότης τοῖς ἐνδοξοτάτοις τῶν αὐτοῦ πολιτῶν παρὰ τὸν πότον ἐδείκνυέ με καὶ τὰ παράδοξα ἐκεῖνα τὰ ἐν ἐμοὶ παίγνια ἐν τῷ δείπνῳ παρετίθει.

50. Ὁ δὲ ἐμὸς ἐπιστάτης πρόσοδον εὗρεν ἐξ ἐμοῦ πολλῶν πάνυ δραχμῶν· κατακλείσας γάρ με ἔνδον εἶχεν ἑστῶτα, καὶ τοῖς βουλομένοις ἰδεῖν ἐμὲ καὶ τἀμὰ παράδοξα ἔργα μισθοῦ τὴν θύραν ἤνοιγεν. Οἱ δ' εἰσεκόμιζον ἄλλος ἄλλο τι τῶν ἐδωδίμων, μάλιστα τὸ ἐχθρὸν εἶναι ὄνου γαστρὶ δοκοῦν· ἐγὼ δὲ ἤσθιον. Ὥστε ὀλίγων ἡμερῶν τῷ δεσπότῃ καὶ τοῖς ἐν τῇ πόλει συναριστῶν μέγας τε καὶ πίων δεινῶς ἤδη ἐγεγόνειν. Καί ποτε γυνὴ ξένη οὐ μέτρια κεκτημένη, τὴν ὄψιν ἱκανή, παρελθοῦσα ἔσω ἰδεῖν ἐμὲ ἀριστῶντα εἰς ἔρωτά μου θερμὸν ἐμπίπτει, τοῦτο μὲν τὸ κάλλος ἰδοῦσα τοῦ ὄνου, τοῦτο δὲ τῷ παραδόξῳ τῶν ἐμῶν ἐπιτηδευμάτων εἰς ἐπιθυμίαν συνουσίας προελθοῦσα· καὶ διαλέγεται πρὸς τὸν ἐπιστάτην τὸν ἐμὸν καὶ μισθὸν αὐτῷ ἁδρὸν ὑπέσχετο, εἰ συγχωρήσειεν αὐτῇ σὺν ἐμοὶ τὴν νύκτα ἀναπαύσασθαι· κἀκεῖνος οὐδὲν φροντίσας, εἴτε ἀνύσει τι ἐκείνη ἐξ ἐμοῦ εἴτε καὶ μή, λαμβάνει τὸν μισθόν.

51. Κἀπειδὴ ἑσπέρα τε ἦν ἤδη κἀκ τοῦ συμποσίου ἀφῆκεν ἡμᾶς ὁ δεσπότης, ἀναστρέφομεν ἔνθα ἐκαθεύδο-

Facilia huic fuere omnia : nam statim ego obediebam, docilis ad omnia. Ac primum accumbere me in lecto ut hominem, cubitu nixum, instituit : deinde etiam luctari secum, quin etiam saltare in duos pedes erectum, et annuere et renuere ad voces, et quæcumque potuissem etiam sine disciplina facere. Celebratur ergo res fama, Asinus domini, potor vini, luctator, saltator asinus. Maximum vero illud, quod ad voces annuebam opportune, et renuebam : et si quando bibere vellem, poscebam, per oculos moto pincerna. Atque illi quidem rem mirabantur ut plane inusitatam, quum nescirent hominem inclusum in asino : ego vero ad delicias meas utebar illorum ignorantia. Verum etiam badizare discebam, et tergo portare dominum, et cursum currere minime molestum et quem vix sentiret eques. Etiam paratus mihi erat sumtuosus, et stragula mihi purpurea injiciebantur, et frena recipiebam argento atque auro distincta, et tintinnabula mihi argutissimum concentum edentia appendebantur.

49. Venerat autem Menecles noster herus, ut dixi, Thessalonice in hanc urbem, tali causa : promiserat patriæ gladiatorum spectaculum; et viri quidem jam ad pugnam exercebantur, et instabat profectio. Mane igitur eximus, et ego dominum porto sicubi regio esset in via aspera et ad vehendum curru difficilis. Quum vero Thessalonicam pervenissemus, non erat quisquam qui ad spectaculum non festinaret et ad me videndum. Nam fama de me e longinquo præcucurrerat, quam multas agere personas possem, quam humanum in morem saltare atque luctari. At dominus nobilissimis suorum civium in vino me ostendebat, et mirandos illos in me lusus producebat in cœna.

50. Meus vero magister reditum de me multarum plane drachmarum repererat. Intus enim conclusum me et stabulantem habebat, et me atque admiranda illa opera mea videre volentibus mercede intercedente aperiebat januam. Hi inferebant alius aliud quid cibi, maxime quod inimicum asini alvo videretur : ego vero devorabam. Itaque intra paucos dies, cum hero meo et civibus aliis quum prandere m, magnus et vehementer pinguis jam evaseram. Aliquando peregrina mulier non mediocriter dives, specie satis honesta, ingressa ut me prandentem videret, in amorem mei incidit fervidum, partim specie asini capta, partim inusitatis meis artibus ad concubitus mei cupiditatem progressa. Agit ergo meo cum magistro, et mercedem illi luculentam pollicetur, si noctem unam mecum quiescendi copiam sibi fecisset. Ille parum sollicitus, sive illa aliquid a me impetraret, sive minus, mercedem capit.

51. Vespera jam erat et de convivio nos dimiserat dominus, quum eo, ubi dormiebamus, redimus, et mulierem inve-

μεν, καὶ τὴν γυναῖκα εὕρομεν πάλαι ἀφιγμένην ἐπὶ τὴν ἐμὴν εὐνήν. Κεκόμιστο δὲ αὐτῇ προσκεφάλαια μαλακὰ καὶ στρώματα εἴσω κατέθεντο καὶ χαμεύνιον ἡμῖν εὐτρεπὲς ἦν. Εἶτα οἱ μὲν τῆς γυναικὸς θεράποντες αὐτοῦ που πλησίον πρὸ τοῦ δωματίου ἐκάθευδον, ἡ δὲ λύχνον ἔνδον ἔκαε μέγαν τῷ πυρὶ λαμπόμενον· ἔπειτα ἀποδυσαμένη παρέστη τῷ λύχνῳ γυμνὴ ὅλη καὶ μύρον ἔκ τινος ἀλαβάστρου προχεαμένη τούτῳ ἀλείφεται, κἀμὲ δὲ μυρίζει ἔνθεν, μάλιστα τὴν ῥῖνά μου μύρων ἐνέπλησεν, εἶτά με καὶ ἐφίλησε καὶ οἷα πρὸς αὑτῆς ἐρώμενον καὶ ἄνθρωπον διελέγετο καί με ἐκ τῆς φορβειᾶς ἐπιλαβομένη ἐπὶ τὸ χαμεύνιον εἷλκε· κἀγὼ οὐδέν τι τοῦ παρακαλέσαντος εἰς τοῦτο δεόμενος καὶ οἴνῳ δὲ παλαιῷ πολλῷ ὑποβεβρεγμένος καὶ τῷ χρωτὶ τοῦ μύρου ᾠστρημένος καὶ τὴν παιδίσκην δὲ ὁρῶν πάντα καλὴν κλίνομαι, καὶ σφόδρα ἠπόρουν ὅπως ἀναβήσομαι τὴν ἄνθρωπον· καὶ γὰρ ἐξ ὅτου ἐγεγόνειν ὄνος, συνουσίας ἀλλ' οὐδὲ τῆς ὄνοις συνήθους ἔτυχον ἁψάμενος, οὐδὲ γυναικὶ ἐχρησάμην ὄνῳ· καὶ μὴν καὶ τοῦτό μ' εἰς δέος οὐχὶ μέτριον ἦγε, μὴ οὐ χωρήσασα ἡ γυνὴ διασπασθῇ, κἀγὼ ὥσπερ ἀνδροφόνος καλὴν δώσω δίκην. Ἠγνόουν δὲ οὐκ εἰς δέον δεδιώς· ἡ γὰρ γυνὴ πολλοῖς τοῖς φιλήμασι, καὶ τούτοις ἐρωτικοῖς, προκαλουμένη ὡς εἶδεν οὐ κατέχοντα, ὥσπερ ἀνδρὶ παρακειμένη περιβάλλεταί με καὶ ἄρασα εἴσω ὅλον παρεδέξατο. Κἀγὼ μὲν ὁ δειλὸς ἐδεδοίκειν ἔτι καὶ ὀπίσω ἀπῆγον ἐμαυτὸν ἀτρέμα, ἡ δὲ τῆς τε ὀσφύος τῆς ἐμῆς εἴχετο, ὥστε μὴ ὑποχωρεῖν, καὶ αὐτὴ εἵπετο τὸ φεῦγον. Ἐπεὶ δὲ ἀκριβῶς ἐπείσθην ἔτι μοι καὶ προσδεῖν πρὸς τὴν τῆς γυναικὸς ἡδονήν τε καὶ τέρψιν, ἀδεῶς λοιπὸν ὑπηρέτουν ἐννοούμενος ὡς οὐδὲν εἴην κακίων τοῦ τῆς Πασιφάης μοιχοῦ. Ἡ δὲ γυνὴ οὕτως ἦν ἄρα ἐς τὰ ἀφροδίσια ἑτοίμη καὶ τῆς ἀπὸ τῆς συνουσίας ἡδονῆς ἀκόρεστος, ὥστε ὅλην τὴν νύκτα ἐν ἐμοὶ ἐδαπάνησεν.

52. Ἅμα δὲ τῇ ἡμέρᾳ ἡ μὲν ἀναστᾶσα ἀπῄει συνθεμένη πρὸς τὸν ἐπιστάτην τὸν ἐμὸν οἴσειν ἐπὶ τοῖς αὐτοῖς τὸν μισθὸν τὸν αὐτὸν τῆς νυκτός. Ὁ δὲ ἅμα μὲν πλουσιώτερος ἐκ τῶν ἐμῶν γενόμενος καὶ τῷ δεσπότῃ καινότερον ἐν ἐμοὶ ἐπιδειξόμενος συγκατακλείει με τῇ γυναικί· ἡ δὲ κατεχρήσατό μοι δεινῶς. Καί ποτε ἐλθὼν ὁ ἐπιστάτης ἀπαγγέλλει τῷ δεσπότῃ τὸ ἔργον, ὡς ἂν αὐτὸς διδάξας, καὶ ἐμοῦ μὴ εἰδότος ἄγει αὐτὸν ἑσπέρας ἤδη ἔνθα ἐκαθεύδομεν, καὶ διά τινος ὀπῆς τῆς θύρας δείκνυσί με ἔνδον τῇ μείρακι συνευναζόμενον. Ὁ δὲ ἡσθεὶς τῇ θέᾳ καὶ δημοσίᾳ με ταῦτα ποιοῦντα δεῖξαι ἐπεθύμησε, καὶ κελεύει πρὸς μηδένα ἔξω τοῦτο εἰπεῖν, Ἵνα, ἔφη, ἐν τῇ ἡμέρᾳ τῆς θέας παραγάγωμεν τοῦτον εἰς τὸ θέατρον σύν τινι τῶν καταδεδικασμένων γυναικῶν, κἀν πάντων ὀφθαλμοῖς ἐπὶ τὴν γυναῖκα ἀναβήσεται. Καί τινα τῶν γυναικῶν, ἥτις κατεκέκριτο θηρίοις ἀποθανεῖν, ἄγουσιν ἔνδον παρ' ἐμὲ καὶ προσιέναι τε ἐκέλευον καὶ ψαύειν ἐμοῦ.

53. Εἶτα τὸ τελευταῖον τῆς ἡμέρας ἐκείνης ἐνστάσης ἐν ᾗ τὰς φιλοτιμίας ἦγεν ὁ ἐμὸς δεσπότης, εἰσάγειν

nimus, quæ diu jam meum ad cubile venerat. Apportata autem illi fuerant cervicalia mollia et stragulæ vestes intus depositæ, ut humi cubile nobis esset paratum. Tum mulieris servi in propinquo ante cellam cubitum eunt: illa vero lucernam intus accendit magnam igne lucentem. Deinde exutis vestibus lucernæ astat nuda integra, fusoque de alabastro unguento se ungit, hinc me quoque; inprimis vero nares mihi unguentis implet: tum osculis me invadit, tanquam cum amasio suo et homine colloquitur, et me capistro prehensum trahit in stratum. Ego vero alio quodam hortatore ad hoc nihil indigens, et vino antiquo multo madidus, et unguenti odore stimulatus, et puellam videns pulchram undique, acclinor. Sed vehementer in eo anxius eram, quomodo mulierem inscenderem. Ex quo enim tempore asinus fueram, venerem ne asinis quidem consuetam attigeram, neque asina femina eram usus. Verum hoc quoque metum mihi non mediocrem incutiebat, ne mulier non capiens me, laceraretur et ego deinde ut homicida egregie pœnas darem. Ignorabam scilicet, me sine causa metuere. At mulier multis osculis iisque amatoriis me alliciens, quum videret me non jam continere, tanquam ad virum se applicans me amplectitur et surrigens intra se totum recepit. Et ego meticulosus adhuc verebar, et sensim me subducebam: at illa lumbis inhærebat meis, ut subtrahere me non possem, et ipsa, quod fugere videbatur, insequitur. Quum vero satis accurate edoctus essem adhuc deesse mihi aliquid ad voluptatem et delectationem mulieris, sine metu quod supererat subserviebam, cogitans non deteriorem me esse Pasiphaes adultero. Mulier autem adeo erat parata ad venerem, adeo insatiabilis ejus quæ ex coitu petitur voluptatis, ut totam in me noctem contriverit.

52. Cum luce autem surgens discessit, pacta meo cum magistro iisdem de rebus idem noctis pretium. Hic simul ditior mea opera factus, et ostensurus in me novum quiddam domino, cum muliere me concludit, quæ gnaviter me abusa est. Aliquando magister domino rem denunciat, quasi ipse docuisset, ac me inscio deducit illum jam vesperi in eum locum ubi concumbebamus, et per rimam januæ ostendit me intus cum puella coeuntem. Ille delectatus spectaculo, etiam publice me ostendere facientem ista cupiebat. Jubet igitur nemini hoc enunciari, Ut, inquit, ipso spectaculi die producamus hunc in theatrum cum damnatarum mulierum aliqua; ibique in omnium oculis mulierem inscendet. Jamque mulierum aliquam, quæ damnata erat ad bestias, intus ad me deducunt, accedere ad me jubent et me mulcere.

53. Denique instante jam die illa, qua munus editurus erat meus dominus, statuunt introducere me in theatrum.

ἔγνωσάν με εἰς τὸ θέατρον. Καὶ εἰσῄειν οὕτω· κλίνη ἦν μεγάλη, ἀπὸ χελώνης Ἰνδικῆς πεποιημένη, χρυσῷ ἐσφηκωμένη, ἐπὶ ταύτῃ με ἀνακλίνουσι κἀκεῖ μοι τὴν γυναῖκα παρακατέκλιναν. Εἶτα οὕτως ἡμᾶς ἐπέθηκαν ἐπί τινος μηχανήματος καὶ εἴσω εἰς τὸ θέατρον παρενέγκαντες κατέθηκαν ἐν τῷ μέσῳ, καὶ οἱ ἄνθρωποι μέγα ἀνεβόησαν καὶ κρότος πάσης χειρὸς ἐξήλατο ἐπ' ἐμοί, καὶ τράπεζα ἡμῖν παρέκειτο καὶ πολλὰ ἐσκευασμένα ἐπ' αὐτῇ ἔκειτο ὅσα τρυφῶντες ἄνθρωποι ἐν δείπνῳ ἔχουσι. Καὶ παῖδες ἡμῖν παρειστήκεισαν οἰνοχόοι καλοὶ τὸν οἶνον ἡμῖν χρυσίῳ διακονούμενοι. Ὁ μὲν οὖν ἐμὸς ἐπιστάτης ἑστὼς ὄπισθεν ἐκέλευέ με ἀριστᾶν· ἐγὼ δὲ ἅμα μὲν ᾐδούμην ἐν τῷ θεάτρῳ κατακείμενος, ἅμα δὲ ἐδεδίειν μή που ἄρκτος ἢ λέων ἀναπηδήσεται.

54. Ἐν τούτῳ δέ τινος ἄνθη φέροντος παροδεύοντος ἐν τοῖς ἄλλοις ἄνθεσιν ὁρῶ καὶ ῥόδων χλωρῶν φύλλα, καὶ μηδὲν ἔτι ὀκνῶν ἀναπηδήσας τοῦ λέχους ἐκπίπτω· καὶ οἱ μὲν ᾤοντό με ἀνίστασθαι ὀρχησόμενον· ἐγὼ δὲ ἐν ἐξ ἑνὸς ἐπιτρέχων καὶ ἀπανθιζόμενος ἀπ' αὐτῶν τῶν ἀνθέων τὰ ῥόδα κατέπινον. Τῶν δὲ ἔτι θαυμαζόντων ἐπ' ἐμοὶ ἀποπίπτει ἐξ ἐμοῦ ἐκείνη ἡ τοῦ κτήνους ὄψις καὶ ἀπόλλυται, καὶ ἀφανὴς ἐκεῖνος ὁ πάλαι ὄνος, ὁ δὲ Λούκιος αὐτὸς ἔνδον μοι γυμνὸς εἱστήκει. Τῇ δὲ παραδόξῳ ταύτῃ καὶ μηδέποτε ἐλπισθείσῃ θέᾳ πάντες ἐκπεπληγμένοι δεινὸν ἐπεθορύβησαν καὶ τὸ θέατρον εἰς δύο γνώμας ἐσχίζετο· οἱ μὲν γὰρ ὥσπερ φάρμακα δεινὰ ἐπιστάμενον καὶ κακόν τι πολύμορφον ἠξίουν εὐθὺς ἔνδον πυρί με ἀποθανεῖν, οἱ δὲ περιμεῖναι καὶ τοὺς ἀπ' ἐμοῦ λόγους ἔλεγον δεῖν καὶ πρότερον διαγνῶναι, εἶθ' οὕτως δικάσαι περὶ τούτων. Κἀγὼ δραμὼν πρὸς τὸν ἄρχοντα τῆς ἐπαρχίας — ἔτυχε δὲ τῇ θέᾳ ταύτῃ παρών — ἔλεγον κάτωθεν ὅτι γυνή με Θετταλὴ γυναικὸς Θετταλῆς δούλη χρίσματι μεμαγευμένῳ ἐπαλείψασα ὄνον ποιήσειε, καὶ ἱκέτευον αὐτὸν λαβόντα ἔχειν με ἐν φρουρᾷ ἔστ' ἂν αὐτὸν πείσαιμι, ὡς οὐ καταψεύδομαι οὕτω γεγονός.

55. Καὶ ὁ ἄρχων, Λέγε, φησίν, ἡμῖν ὄνομα τὸ σὸν καὶ γονέων τῶν σῶν καὶ συγγενῶν, εἴ τινας φῂς ἔχειν τῷ γένει προσήκοντας, καὶ πόλιν. Κἀγώ, Πατὴρ μέν, ἔφην, * * * * * ἐστι μοι Λούκιος, τῷ δὲ ἀδελφῷ τῷ ἐμῷ Γάϊος· ἄμφω δὲ τὰ λοιπὰ δύο ὀνόματα κοινὰ ἔχομεν. Κἀγὼ μὲν ἱστοριῶν καὶ ἄλλων εἰμὶ συγγραφεύς, ὁ δὲ ποιητὴς ἐλεγείων ἐστὶ καὶ μάντις ἀγαθός· πατρὶς δὲ ἡμῖν Πάτραι τῆς Ἀχαΐας. Ὁ δὲ δικαστὴς ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσε, Φιλτάτων ἐμοί, ἔφη, λίαν ἀνδρῶν υἱὸς εἶ καὶ ξένων οἰκίᾳ τέ με ὑποδεξαμένων καὶ δώροις τιμησάντων, καὶ ἐπίσταμαι ὅτι οὐδὲν ψεύδῃ παῖς ἐκείνων ὤν· καὶ τοῦ δίφρου ἀναπηδήσας περιβάλλει τε καὶ πολλὰ ἐφίλει, καί με οἴκαδε ἦγεν ὡς ἑαυτόν. Ἐν τούτῳ δὲ καὶ ὁ ἐμὸς ἀδελφὸς ἀφίκετο ἀργύριον καὶ ἄλλα μοι πολλὰ κομίζων, κἀν τούτῳ με ὁ ἄρχων δημοσίᾳ πάντων ἀκουόντων ἀπολύει. Καὶ ἐλθόντες ἐπὶ θάλατταν ναῦν ἐσκεψάμεθα καὶ τὴν ἀποσκευὴν ἐνεθέμεθα.

56. Ἐγὼ δὲ κράτιστον εἶναι ἔγνων ἐλθεῖν παρὰ τὴν

Et intravi hoc modo : lectus erat magnus, de testudine Indica factus, clavis aureis distinctus; in hoc me deponunt et juxta me mulierem jubent accumbere. Tum ut eramus nos in machinam quandam impositos, et ita in theatrum delatos, deposuerunt in medio. Magnos in cavea tollunt clamores, plausus omnium manibus mihi datur : ac mensa nobis erat apposita, et multa in ea parata, quæ in cœnis adhibere delicati homines solent. Pueri quoque nobis astabant pincernæ pulchri, vinum nobis in auro ministrantes. Magister meus a tergo stans prandere me jubebat : at ego partim pudore afficiebar in theatro ita jacens, partim metuebam ne aliunde ursus aut leo exsiliret.

54. Inter hæc prætereunte quodam qui flores ferret, reliquos inter flores video etiam rosarum recentium folia : et nihil jam cunctatus, exsiliens de lecto me proripio. Atque illi putabant me consurgere ad saltandum : ego vero unum ex altero percurrens naribus florem, carptas inde rosas devorabam. His adhuc in admiratione mei defixis, decidit a me illa jumenti species et perit, disparuitque ex oculis asinus ille antiquus, astitit autem nudus mihi internus ille Lucius. Inopinato hoc insperatoque prorsus spectaculo perculsi omnes, tumultum dedere horribilem, scissumque in duas sententias est theatrum : alteri quidem ut malorum veneficiorum peritum, et versipelle portentum, postulabant statim hic intus igne me mori; alteri exspectandam dicebant meam orationem, et prius cognoscendam, deinde sic de his ferendam sententiam. Ego vero accurrens ad præsidem provinciæ, qui forte spectaculo huic aderat, ab inferiori loco dico Thessalam mulierem, Thessalæ mulieris ancillam, magico unctum unguento, fecisse asinum : et supplico eum, ut in suam me custodiam recipiat, detineatque donec probare illi possem me de illo facto non mentiri.

55. Et præses, Dic nobis, inquit, nomen tuum et parentum tuorum et cognatorum, si quos habere te ais genere tibi conjunctos, et urbem. Et ego, Pater, inquam, ***** (*prænomen*) mihi est Lucius, fratri autem meo Caius; ambo reliqua duo nomina communia habemus. Ego historiarum et aliorum librorum scriptor sum; ille est elegorum poeta et vates bonus : patria nobis Patræ, urbs Achaiæ. Audiens ista præses, Carissimorum longe mihi hominum, inquit, filius es atque hospitum, qui et domo me exceperunt, et honorarunt donis; et nihil te quicquam mentiri novi, horum qui sis filius : exsiliensque de sella amplectitur me et multum osculatur, domumque ad se me deducit. Interea vero frater quoque meus advenerat, pecuniam mihi et alia multa afferens; simul etiam præses me publice, audientibus omnibus, absolvit. Tum ad mare quum descendissemus, navim circumspeximus, sarcinasque in eam imposuimus.

56. Ceterum consultum putavi accedere ad mulierem,

γυναῖκα τὴν ἐρασθεῖσάν μου τοῦ ὄνου, καλλίων αὐτῇ φανεῖσθαι λέγων νῦν ἐν ἀνθρώπῳ ὤν. Ἡ δὲ ἀσμένη τέ μ' εἰσεδέξατο τῷ παραδόξῳ, οἶμαι, τοῦ πράγματος ἐπιτερπομένη, καὶ δειπνεῖν σὺν αὐτῇ καὶ καθεύδειν ἱκέτευε· κἀγὼ ἐπειθόμην νεμέσεως ἄξιον εἶναι νομίζων τὸν ὄνον τὸν ἀγαπηθέντα νῦν γενόμενον ἄνθρωπον ὑπερτρυφᾶν καὶ τὴν ἐρασθεῖσαν ὑπεροpᾶν· καὶ δειπνῶ σὺν αὐτῇ καὶ πολὺ ἐκ τοῦ μύρου ἀλείφομαι καὶ στεφανοῦμαι τῷ φιλτάτῳ ἐς ἀνθρώπους με ἀνασώσαντι ῥόδῳ. Ἐπεὶ δὲ ἦν νὺξ βαθεῖα ἤδη καὶ καθεύδειν ἔδει, κἀγὼ δ' ἐπανίσταμαι καὶ ὡσπερεὶ μέγα τι ἀγαθὸν ποιῶν ἀποδύομαι καὶ ἵσταμαι γυμνὸς ὡς δῆθεν ἔτι μᾶλλον ἀρέσων ἐκ τῆς πρὸς τὸν ὄνον συγκρίσεως. Ἡ δὲ ἐπειδὴ εἶδέ με πάντα ἀνθρώπινα ἔχοντα, προσπτύσασά μοι, Οὐ φθερεῖ ἀπ' ἐμοῦ, ἔφη, καὶ τῆς ἐμῆς οἰκίας καὶ μακρὰν ἀπελθὼν κοιμήσῃ; Ἐμοῦ δ' ἐρομένου, Τί γὰρ καὶ ἡμάρτηταί μοι τοσοῦτο; Ἐγὼ, ἔφη, μὰ Δί' οὐχὶ σοῦ, ἀλλὰ τοῦ ὄνου τοῦ σοῦ ἐρῶσα τότε ἐκείνῳ καὶ οὐχὶ σοὶ συνεκάθευδον, καὶ ᾤμην σε καὶ νῦν κἂν ἐκεῖνό γε μόνον τὸ μέγα τοῦ ὄνου σύμβολον διασώζειν καὶ σύρειν· σὺ δέ μοι ἐλήλυθας ἐξ ἐκείνου τοῦ καλοῦ καὶ χρησίμου ζῴου ἐς πίθηκον μεταμορφωθείς. Καὶ καλεῖ εὐθὺς ἤδη τοὺς οἰκέτας καὶ κελεύει με τῶν νώτων μετέωρον κομισθῆναι ἔξω τῆς οἰκίας, καὶ ἐξωσθεὶς πρὸ τοῦ δωματίου ἔξω γυμνὸς καλῶς ἐστεφανωμένος καὶ μεμυρισμένος τὴν γῆν γυμνὴν περιλαβὼν ταύτῃ συνεκάθευδον. Ἅμα δὲ τῷ ὄρθρῳ γυμνὸς ὢν ἔθεον ἐπὶ ναῦν καὶ λέγω πρὸς τὸν ἀδελφὸν τὴν ἐμαυτοῦ ἐν γέλωτι συμφοράν. Ἔπειτα ἐκ τῆς πόλεως δεξιοῦ πνεύσαντος ἀνέμου πλέομεν ἔνθεν, καὶ ὀλίγαις ἡμέραις ἔρχομαι εἰς τὴν ἐμὴν πατρίδα. Ἐνταῦθα θεοῖς σωτῆρσιν ἔθυον καὶ ἀναθήματα ἀνέθηκα, μὰ Δί' οὐκ ἐκ κυνὸς πρωκτοῦ, τὸ δὴ τοῦ λόγου, ἀλλ' ἐξ ὄνου περιεργίας διὰ μακροῦ πάνυ, καὶ οὕτω δὲ μόλις, οἴκαδε ἀνασωθείς.

quæ meo asini amore correpta fuerat, cogitans pulchriorem me nunc illi, postquam homini redditus essem, visum iri. Illa lubens me excepit miraculo rei delectata, arbitror, ac cœnare secum et cubare ut vellem rogavit. Obsequor ego, indignum ratus si is qui in asino amatus esset, nunc homo factus fastidire vellet et amatricem suam despicere. Itaque cœno cum illa, et unguento multum ungor, et coronam sumo de carissima rosa, quæ hominibus me restituerat. Quum jam profunda nox esset et somni tempus, surgo equidem et tanquam magnum quiddam bonum facturus, exuo me ac nudus asto, magis nimirum ex comparatione cum asino placiturus. At illa, quum videt omnia me humana habere, despuens in me, Non tu, inquit, in malam rem a me meaque domo facesses, et longe hinc quocumque abiens dormibis? Me vero interrogante, Quod enim tantum peccatum commisi? At ego, inquit, non tui, sed asini tum tui amore ardens, cum illo, non tecum cubavi : putabamque te nunc etiam illud certe solum magnum asini insigne servatum adhuc trahere : jam vero tu mihi venis ex pulchro illo et utili animali mutatus in simiolum. Et advocatis jam statim servis imperat, ut me tergis sublimem domo exportent. Itaque exclusus, ante domum sub divo, nudus, pulcher, coronatus et unctus, terram nudam complexus, cum hac dormio. Cum prima vero luce nudus ad navim curro, ridensque fratri quid mihi accidisset narro. Deinde vento de urbe secundo flante, inde solvimus; paucisque diebus in meam venimus patriam. Hic servatoribus diis sacrificabam, et posui donaria, qui, non profecto e canis podice, quod aiunt, verum ex asino, in quem curiositas me immiserat, post longum tempus, et vix tamen ita, salvus tandem redissem.

XLIII.

ΖΕΥΣ ΕΛΕΓΧΟΜΕΝΟΣ.

1. **ΚΥΝΙΣΚΟΣ.** Ἐγὼ δὲ, ὦ Ζεῦ, τὰ μὲν τοιαῦτα οὐκ ἐνοχλήσω σε πλοῦτον καὶ χρυσίον καὶ βασιλείας αἰτῶν, ἅπερ εὐκταιότατα τοῖς ἄλλοις, καὶ σοὶ οὐ πάνυ ῥᾴδια παρασχεῖν· ὁρῶ γοῦν σε τὰ πολλὰ παρακούοντα εὐχομένων αὐτῶν. Ἓν δὲ, καὶ τοῦτο ῥᾷστον, ἐβουλόμην παρὰ σοῦ μοι γενέσθαι.

ΖΕΥΣ. Τί τοῦτό ἐστιν, ὦ Κυνίσκε; οὐ γὰρ ἀτυχήσεις καὶ μάλιστα μετρίων, ὡς φῄς, δεόμενος.

ΚΥΝ. Ἀπόκριναί μοι πρός τινα οὐ χαλεπὴν ἐρώτησιν.

ΖΕΥΣ. Μικρά γε ὡς ἀληθῶς ἡ εὐχὴ καὶ πρόχειρος· ὥστε ἐρώτα ὁπόσα ἂν ἐθέλῃς.

ΚΥΝ. Ἰδοὺ ταῦτα, ὦ Ζεῦ· ἀνέγνως γὰρ δῆλον ὅτι καὶ σὺ τὰ Ὁμήρου καὶ Ἡσιόδου ποιήματα· εἰπὲ οὖν

XLIII.

JUPITER CONFUTATUS.

1. CYNISCUS. Ego vero tibi, Jupiter, propter ista non ero molestus, divitiis, aut auro, aut regno petendo; quæ vulgo maxime optabilia videntur, tibi autem ad præbendum non omnino facilia : video certe preces te illorum plerumque quasi non auditas transmittere. At unum, idque facillimum, a te mihi volebam contingere.

JUPITER. Quid illud est, Cynisce? neque enim repulsam feres, præsertim si mediocria, ut ais, petas.

CYN. Responde mihi ergo ad aliquam interrogationem non difficilem.

JUP. Parvum revera votum et expeditum. Igitur interroga quantumcumque volueris.

CYN. En ista rogabo, Jupiter : legisti nimirum ipse quoque Homeri et Hesiodi poemata : dic mihi ergo, utrum

μοι, εἰ ἀληθῆ ἐστι τὰ περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ τῶν Μοιρῶν ἃ ἐκεῖνοι ἐρραψῳδήκασιν, ἄφυκτα εἶναι ὁπόσα ἂν αὗται ἐπινήσωσι γεινομένῳ ἑκάστῳ.

ΖΕΥΣ. Καὶ πάνυ ἀληθῆ ταῦτα· οὐδὲν γάρ ἐστιν ὅ τι μὴ αἱ Μοῖραι διατάττουσιν, ἀλλὰ πάντα ὁπόσα γίγνεται, ὑπὸ τῷ τούτων ἀτράκτῳ στρεφόμενα εὐθὺς ἐξ ἀρχῆς ἕκαστον ἐπικεκλωσμένην ἔχει τὴν ἀπόβασιν, καὶ οὐ θέμις ἄλλως γενέσθαι.

2. ΚΥΝ. Οὐκοῦν ὁπόταν ὁ αὐτὸς Ὅμηρος ἐν ἑτέρῳ μέρει τῆς ποιήσεως λέγῃ,

μὴ καὶ ὑπὲρ μοῖραν δόμον Ἄιδος εἰσαφίκηαι,

καὶ τὰ τοιαῦτα, ληρεῖν δηλαδὴ φήσομεν τότε αὐτόν;

ΖΕΥΣ. Καὶ μάλα· οὐδὲν γὰρ ἂν οὕτω γένοιτο ἔξω τοῦ νόμου τῶν Μοιρῶν, οὐδὲ ὑπὲρ τὸ λίνον. Οἱ ποιηταὶ δὲ ὁπόσα μὲν ἂν ἐκ τῶν Μουσῶν κατεχόμενοι ᾄδωσιν, ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν· ὁπόταν δὲ ἀφῶσιν αὐτοὺς αἱ θεαὶ καὶ καθ' αὑτοὺς ποιῶσι, τότε δὴ καὶ σφάλλονται καὶ ὑπεναντία τοῖς πρότερον διεξίασι· καὶ ξυγγνώμη, εἰ ἄνθρωποι ὄντες ἀγνοοῦσι τἀληθὲς ἀπελθόντος ἐκείνου, ὃ τέως παρὸν ἐρραψῴδει δι' αὐτῶν.

ΚΥΝ. Ἀλλὰ τοῦτο μὲν οὕτω φήσομεν. Ἔτι δὲ κἀκεῖνό μοι ἀπόκριναι· οὐ τρεῖς αἱ Μοῖραί εἰσι, Κλωθὼ καὶ Λάχεσις καὶ Ἄτροπος;

ΖΕΥΣ. Πάνυ μὲν οὖν.

3. ΚΥΝ. Ἡ Εἱμαρμένη τοίνυν καὶ ἡ Τύχη — πολυθρύλητοι γὰρ πάνυ καὶ αὗταί — τίνες πότ' εἰσὶ καὶ τί δύναται αὐτῶν ἑκατέρα; πότερον τὰ ἴσα ταῖς Μοίραις ἤ τι καὶ ὑπὲρ ἐκείνας; ἀκούω γοῦν ἁπάντων λεγόντων, καὶ μηδὲν εἶναι Τύχης καὶ Εἱμαρμένης δυνατώτερον.

ΖΕΥΣ. Οὐ θέμις ἅπαντά σε εἰδέναι, ὦ Κυνίσκε. Τίνος δ' οὖν ἕνεκα ἠρώτησάς ποτε τὸ περὶ τῶν Μοιρῶν;

4. ΚΥΝ. Ἢν πρότερόν μοι, ὦ Ζεῦ, κἀκεῖνο εἴπῃς, εἰ καὶ ὑμῶν αὗται ἄρχουσι καὶ ἀνάγκη ὑμῖν ἠρτῆσθαι ἀπὸ τοῦ λίνου αὐτῶν.

ΖΕΥΣ. Ἀνάγκη, ὦ Κυνίσκε. Τί δ' οὖν ἐμειδίασας;

ΚΥΝ. Ἀνεμνήσθην ἐκείνων τῶν Ὁμήρου ἐπῶν, ἃ πεποίηται αὐτῷ ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ τῶν θεῶν δημηγορῶν, ὁπότε ἠπείλεις αὐτοῖς ὡς ἀπὸ σειρᾶς τινος χρυσῆς ἀναρτησόμενος τὰ πάντα· ἔφησθα γὰρ αὐτὸς μὲν τὴν σειρὰν καθήσειν ἐξ οὐρανοῦ, τοὺς θεοὺς δὲ ἅμα πάντας, εἰ βούλοιντο, ἐκκρεμαμένους κατασπᾶν βιάσεσθαι, οὐ μὴν κατασπάσειν γε, σὲ δὲ, ὁπόταν ἐθελήσῃς, ῥᾳδίως ἅπαντας

αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαι αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

Τότε μὲν δὴ θαυμάσιος ἐδόκεις μοι τὴν βίαν καὶ ὑπέφριττον μεταξὺ ἀκούων τῶν ἐπῶν· νῦν δὲ αὐτόν σε ἤδη ὁρῶ μετὰ τῆς σειρᾶς καὶ τῶν ἀπειλῶν ἀπὸ λεπτοῦ νήματος, ὡς φῄς, κρεμάμενον. Δοκεῖ γοῦν μοι δικαιότερον ἂν ἡ Κλωθὼ μεγαλαυχήσασθαι, ὡς καὶ σὲ αὐτὸν ἀνασπαστὸν αἰωροῦσα ἐκ τοῦ ἀτράκτου καθάπερ οἱ ἁλιεῖς ἐκ τοῦ καλάμου τὰ ὀψάρια.

vera sint quæ de Fato et de Parcis illi cecinerunt, evitari non posse quæcumque illæ nascenti unicuique neverint.

JUP. Omnino vera hæc : neque enim quicquam est quod non Parcæ ordinent : sed quæcumque fiunt, illorum versata fuso, inde ab initio statim decretum habent exitum, nec fas est aliter fieri.

2. CYN. Ergo quum idem ille Homerus in alia poematis parte ait,

Ne supra fatum subeas Plutonia templa.

et hisce similia, toties nempe delirare illum dicemus?

JUP. Sane. Sic enim nihil quicquam fit, præter legem, inquam, Parcarum neque præter illud filum. Nempe quæ Musarum afflatu canunt poetæ, ea vera sunt : quum vero deserti a deabus, pro se faciunt versus, tunc nimirum falluntur, et contraria prioribus illis narrant. Atque ignoscendum ipsis est, si, homines quum sint, verum ignorant, discedente illo quod, quam diu præsens erat, per ipsos fundebat carmina.

CYN. Hoc ergo sic dicemus. Jam vero illud quoque mihi responde : nonne tres sunt Parcæ, Clotho, Lachesis, et Atropos?

JUP. Recte.

3. CYN. Fatum ergo et Fortuna (multum trita enim ista quoque nomina) quæ sunt, aut quid possunt singulæ? utrum æqualem Parcis potestatem habent, an aliquid etiam supra illas valent? audio certe dicere universos, nihil esse Fortuna et Fato potentius.

JUP. Fas haud est, Cynisce, scire te omnia. Cujus vero tandem rei causa interrogasti de Parcis?

4. CYN. Si prius illud mihi dixeris, Jupiter, vobisne etiam illæ imperent, cogaminique vos ab illorum filo pendere.

JUP. Cogimur, Cynisce. Quid vero risisti?

CYN. Recordabar illorum Homeri versuum, quos ab eo induceris in concione deorum pronuncians, ubi minaberis illis te aurea quadam catena omnia suspensurum. Dicebas enim illam te catenam cœlo demissurum, deos vero omnes, si velint, simul ab illa suspensos vi te detrahere conaturos, minime vero esse detracturos; at te, si velis, facile universos

ipsa cum terra tracturum, ipsoque profundo.

Tunc quidem igitur admirabili mihi quadam vi videbare præditus, subhorrescebamque versus istos quum audirem: modo vero ipsum te jam video una cum catena illa et minis a tenui filo, ut ais, suspensum. Videtur ergo mihi justius gloriari posse Clotho, ut quæ ipsum te quoque pendulum de colo sua libret, ut piscatores de arundine pisciculos.

Οὐκ οἶδ' ὅ τι σοι βούλεται ταυτὶ τὰ

εῖνο, ὦ Ζεῦ· καὶ πρὸς τῶν Μοιρῶν καὶ
ης μὴ τραχέως μηδὲ πρὸς ὀργὴν ἀκούσῃς
ιετὰ παρρησίας λέγοντος. Εἰ γὰρ οὕτως
ιὶ πάντων αἱ Μοῖραι κρατοῦσι καὶ οὐδὲν
ς ἀλλαγείη τῶν ἅπαξ δοξάντων αὐταῖς,
ιμῖν οἱ ἄνθρωποι θύομεν καὶ ἑκατόμβας
εὐχόμενοι γενέσθαι ἡμῖν παρ' ὑμῶν τἀ-
ῶ γὰρ ὅ τι ἂν ἀπολαύσαιμεν τῆς ἐπιμε-
εἰ μήτε τῶν φαύλων ἀποτροπὰς εὑρέσθαι
ἐκ τῶν εὐχῶν μήτε ἀγαθοῦ τινος θεοσδό-
.

Οἶδα ὅθεν σοι τὰ κομψὰ ταῦτα ἐρωτήματά
ῶν καταράτων σοφιστῶν, οἳ μηδὲ προνοεῖν
ιώπων φασίν· ἐκεῖνοι γοῦν τὰ τοιαῦτα ἐρω-
βείας, ἀποτρέποντες καὶ τοὺς ἄλλους θύειν
ὡς εἰκαῖον ὄν· ἡμᾶς γὰρ οὔτ' ἐπιμελεῖσθαι
ίνων παρ' ὑμῖν οὔθ' ὅλως τι δύνασθαι πρὸς
πράγματα. Πλὴν οὐ χαιρήσουσί γε τὰ
όντες.
ὶ μὰ τὸν τῆς Κλωθοῦς ἄτρακτον, ὦ
ἐκείνων ἀναπεισθεὶς ταῦτά σε ἠρώτησα,
ὐτὸς οὐκ οἶδ' ὅπως ἡμῖν προϊὼν ἐς τοῦτο
ττὰς εἶναι τὰς θυσίας. Αὖθις δ', εἰ δο-
έων ἐρήσομαί σε, σὺ δὲ μὴ ὀκνήσῃς ἀπο-
ιὶ ὅπως ἀσφαλέστερον ἀποκρίνῃ.
Ἐρώτα, εἴ σοι σχολὴ τὰ τοιαῦτα ληρεῖν.
Πάντα φὴς ἐκ τῶν Μοιρῶν γίγνεσθαι;
Φημὶ γάρ.
ιῖν δὲ δυνατὸν ἀλλάττειν ταῦτα καὶ ἀνα-

Οὐδαμῶς.
ύλει οὖν ἐπαγάγω καὶ τὸ μετὰ τοῦτο, ἢ
ἢ εἴπω αὐτό;
ῆλον μέν. Οἱ δέ γε θύοντες οὐ τῆς χρείας
ν ἀντίδοσίν τινα ποιούμενοι καὶ ὥσπερ
γαθὰ παρ' ἡμῶν, ἀλλὰ τιμῶντες ἄλλως τὸ

ανὸν τοῦτο, εἰ καὶ σὺ φὴς ἐπὶ μηδενὶ χρη-
ιαι τὰς θυσίας, εὐγνωμοσύνῃ δέ τινι τῶν
μώντων τὸ βέλτιον. Καίτοι εἴ τις τῶν
ίνων παρῆν, ἤρετ' ἄν σε καθ' ὅ τι βελτίους
ς, καὶ ταῦτα ὁμοδούλους τῶν ἀνθρώπων
ταῖς αὐταῖς δεσποίναις ταῖς Μοίραις τατ-
Οὐ γὰρ ἀποχρήσει αὐτοῖς τὸ ἀθανάτους εἶ-
ὐτὸ ἀμείνους δοκεῖν· ἐπεὶ τοῦτό γε μακρῷ
εἴ γε τοὺς μὲν κἂν ὁ θάνατος ἐς ἐλευθερίαν
ῖν δὲ ἐς ἄπειρον ἐκπίπτει τὸ πρᾶγμα καὶ
εία γίγνεται ὑπὸ μακρῷ τῷ λίνῳ στρεφο-

. Ἀλλ', ὦ Κυνίσκε, τὸ ἀΐδιον τοῦτο καὶ
μον ἡμῖν ἐστι καὶ ἐν ἅπασιν ἀγαθοῖς ἡμεῖς

5. JUP. Nescio quid hæ sibi tuæ quæstiones velint.

CYN. Illud, Jupiter; et per ego te Parcas et Fatum obsecro, ne aspere neve iracunde audias me, quæ vera sunt, cum fiducia dicentem. Si enim ita se habent illa, et omnia in Parcarum potestate sunt, neque quicquam eorum, quæ semel illis placuere, a quoquam porro mutari potest: cujusnam rei gratia vobis sacrificamus homines, et hecatombas admovemus, precantes ut nobis contingant a vobis bona? Neque enim video, quid boni ad nos ab illo cultu redeat, si neque malorum depulsiones invenire nobis licet precibus, neque bonum quidquam divino munere nanciscí.

6. JUP. Novi unde habeas argutas illas interrogationes; a sophistis illis sacerrimis, qui etiam providere nos hominibus negant. Illi enim præ impietate talia quærunt, et alios quoque, ne sacrificare velint aut precari, dehortantur, tanquam frustra sit: nos enim neque curam gerere eorum quæ apud vos agantur, neque omnino posse quicquam ad res terrestres. Verum non impune se auferent ejusmodi disputationes.

CYN. Non profecto, per illum Clothus fusum, Jupiter, non ab illis inductus ista te interrogavi: sed ipse noster sermo non habeo dicere quomodo progressus huc nobis evaserit, supervacanea esse sacrificia. Iterum autem, si videtur, paucis te rogabo: tu vero respondere ne graveris, et fac ut respondeas firmius.

JUP. Roga, si satis tibi otii est ad sic delirandum.

7. CYN. Omnia ais a Parcis fieri?

JUP. Nempe.

CYN. In vestra autem potestate est mutare ista et retractare?

JUP. Nequaquam.

CYN. Vis igitur inducam quod sequitur; an manifestum id est, etiam si non dixero?

JUP. Manifestum id quidem. Verumtamen qui sacrificant, non tam indigentiæ causa sacrificant, remunerationem quandam facientes et quasi ementes a nobis bona, quam alioquin honore præstantiorem naturam afficiunt.

CYN. Satis etiam hoc est, si tu quoque dicis, nullius utilitatis causa fieri sacrificia, sed benignitate quadam hominum, honore præstantiorem naturam afficientium. Quanquam si quis sophistarum illorum adesset, fortasse te interrogaret, quanam re præstare dicas deos, idque quum hominum sint conservi, iisdem dominabus Parcis subjecti. Neque enim, quod immortales sunt, hoc iis suffecerit, ut ideo meliores videantur: quandoquidem multo hoc est deterius; ubi illos, si nihil aliud, at certe mors in libertatem asserit; vobis autem in infinitum res exit, et æterna servitus oritur, quæ longo illo filo torqueatur.

8. JUP. Verum, Cynisce, ipsa illa æternitas et infinitas nobis est beatitate plena, atque in bonis omnibus vivimus.

ΚΥΝ. Οὐχ ἅπαντες, ὦ Ζεῦ, ἀλλὰ διώρισται καὶ παρ' ὑμῖν τὸ πρᾶγμα καὶ πολλὴ ταραχὴ ἔνεστι· σὺ μὲν γὰρ εὐδαίμων, βασιλεὺς γὰρ εἶ καὶ δύνασαι ἀνασπᾶν τὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν ὥσπερ ἱμονιὰν καθείς· ὁ Ἥφαιστος δὲ χωλός ἐστι καὶ βάναυσός τις καὶ πυρίτης τὴν τέχνην· ὁ Προμηθεὺς δὲ καὶ ἀνεσκολοπίσθη ποτέ. Τὸν γὰρ πατέρα σου τί ἂν λέγοιμι πεδήτην ἔτι ἐν τῷ Ταρτάρῳ ὄντα; Καὶ ἐρᾶν δὲ ὑμᾶς φασι καὶ τιτρώσκεσθαι καὶ δουλεύειν ἐνίοτε παρὰ τοῖς ἀνθρώποις, ὥσπερ ἀμέλει καὶ τὸν σὸν ἀδελφὸν παρὰ τῷ Λαομέδοντι καὶ παρὰ τῷ Ἀδμήτῳ τὸν Ἀπόλλω. Ταῦτα δέ μοι οὐ πάνυ εὐδαίμονα δοκεῖ, ἀλλ' ἐοίκασιν ὑμῶν οἱ μέν τινες εὐτυχεῖς τε καὶ εὔμοιροι εἶναι, οἱ δ' ἔμπαλιν· ἐῶ γὰρ λέγειν, ὅτι καὶ λῃστεύεσθε ὥσπερ ἡμεῖς καὶ περισυλᾶσθε ὑπὸ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἐκ πλουσιωτάτων πενέστατοι ἐν ἀκαρεῖ γίγνεσθε· πολλοὶ δὲ καὶ κατεχωνεύθησαν ἤδη χρυσοῖ ἢ ἀργυροῖ ὄντες, οἷς τοῦτο εἵμαρτο δηλαδή.

9. ΖΕΥΣ. Ὁρᾷς; ταῦτ' ἤδη ὑβριστικά, ὦ Κυνίσκε, φής· καί σοί ποτε μεταμελήσει αὐτῶν.

ΚΥΝ. Φείδου, ὦ Ζεῦ, τῶν ἀπειλῶν εἰδὼς οὐδέν με πεισόμενον ὅ τι μὴ καὶ τῇ Μοίρᾳ πρὸ σοῦ ἔδοξεν· ἐπεὶ οὐδ' αὐτοὺς ἐκείνους ὁρῶ τοὺς ἱεροσύλους κολαζομένους ἅπαντας, ἀλλ' οἵ γε πλεῖστοι διαφεύγουσιν ὑμᾶς· οὐ γὰρ εἵμαρτο, οἶμαι, ἁλῶναι αὐτούς.

ΖΕΥΣ. Οὐκ ἔλεγον, ὡς ἄρ' ἐκείνων τις εἶ τῶν ἀναιρούντων τὴν πρόνοιαν τῷ λόγῳ;

ΚΥΝ. Πάνυ, ὦ Ζεῦ, δέδιας αὐτούς, οὐκ οἶδα ὅτου ἕνεκα· πάντα γοῦν ὁπόσα ἂν εἴπω, ὑποπτεύεις ἐκείνων παιδεύματα εἶναι.

10. Ἐγὼ δὲ — παρὰ τίνος γὰρ ἂν ἄλλου τἀληθὲς ἢ παρὰ σοῦ μάθοιμι; — ἡδέως δ' ἂν καὶ τοῦτο ἐροίμην σε, τίς ἡ Πρόνοια ὑμῖν αὕτη ἐστὶ, Μοῖρά τις ἢ καὶ ὑπὲρ ταύτην θεὸς ὥσπερ ἄρχουσα καὶ αὐτῶν ἐκείνων;

ΖΕΥΣ. Ἤδη σοι καὶ πρότερον ἔφην οὐ θεμιτὸν εἶναι πάντα σε εἰδέναι. Σὺ δ' ἕν τι τὴν ἐν ἀρχῇ ἐρωτήσειν φήσας οὐ παύῃ τοσοῦτα πρός με λεπτολογούμενος· καὶ ὁρῶ ὅτι σοι τὸ κεφάλαιόν ἐστι τοῦ λόγου, ἐπιδεῖξαι οὐδενὸς ἡμᾶς προνοοῦντας τῶν ἀνθρωπίνων.

ΚΥΝ. Οὐκ ἐμὸν τοῦτο, ἀλλὰ σὺ μικρὸν ἔμπροσθεν ἔφησθα τὰς Μοίρας εἶναι τὰς ἅπαντα ἐπιτελούσας, ἐκτὸς εἰ μὴ μεταμέλει σοι ἐκείνων καὶ μετατίθεσαι αὖθις τὰ εἰρημένα καὶ ἀμφισβητεῖτε τῆς ἐπιμελείας παρωσάμενοι τὴν Εἱμαρμένην.

11. ΖΕΥΣ. Οὐδαμῶς, ἀλλ' ἡ Μοῖρα δι' ἡμῶν ἕκαστα ἐπιτελεῖ.

ΚΥΝ. Μανθάνω· ὑπηρέται καὶ διάκονοί τινες τῶν Μοιρῶν εἶναί φατε. Πλὴν ἀλλὰ καὶ οὕτως ἐκεῖναι ἂν εἶεν αἱ προνοοῦσαι, ὑμεῖς δὲ ὥσπερ σκεύη τινὰ καὶ ἐργαλεῖά ἐστε αὐτῶν.

ΖΕΥΣ. Πῶς λέγεις;

ΚΥΝ. Ὥσπερ, οἶμαι, καὶ τὸ σκέπαρνον τῷ τέκτονι καὶ τὸ τρύπανον συνεργεῖ μέν τι πρὸς τὴν τέχνην, οὐδεὶς δ' ἂν εἴποι ὡς ταῦτα ὁ τεχνίτης ἐστὶν, οὐδ' ἡ ναῦς ἔργον τοῦ σκεπάρνου ἢ τοῦ τρυπάνου, ἀλλὰ τοῦ ναυπηγοῦ·

CYN. Non omnes, Jupiter, sed diversa etiam apud vos ratio est, et multa inest confusio. Nam tu quidem beatus, qui rex sis, et possis terram cum mari attrahere velut puteali fune demisso : at Vulcanus claudus est, sellularius opifex et fuliginosus; Prometheus etiam in alto affixus quondam. De patre enim tuo quid dicam, qui sit compeditus adhuc in Tartaro? Aiunt autem vos amare etiam, et vulnerari, et servitutem servire interdum apud homines, ut nempe fratrem tuum Laomedonti, et Admeto Apollinem. Ista quidem non valde mihi videntur beata : sed verisimile hinc est quosdam vestrûm fortunatos et felices esse; alios autem contra. Omitto dicere quod etiam in latrones incidítis sicut nos, et spoliamini a sacrilegis, et ex ditissimis pauperrimi temporis momento fitis : multi adeo jam conflati sunt, aurei quum essent vel argentei; quibus nempe id ipsum fato decretum fuerat.

9. JUP. Viden'? ista jam, Cynisce, contumeliosa sunt quæ dicis : atque erit forte quum te illorum pœnituerit.

CYN. Parce minis, Jupiter, quum scias nihil mihi eventurum quod non Parcæ ante te visum fuerit : quandoquidem nec ipsos illos video sacrilegos puniri omnes; sed plerique vos effugiunt : neque enim, puto, capi illos in fatis est.

JUP. Nonne prædixi illorum te de grege esse, qui tollunt disputando providentiam?

CYN. Vehementer illos, Jupiter, metuis, nescio qua de causa : quæcumque enim ego dico, illorum putas e disciplina esse.

10. Ego vero (a quonam enim alio verum quam a te discam?) libenter illud quoque te interrogaverim, quænam illa vobis sit Providentia, Parcarumne una, an etiam major illis dea, et illis ipsis tanquam imperans?

JUP. Jam ante tibi dixi equidem, non fas esse scire te omnia. At tu qui principio unum quiddam te interrogaturum dixeras, non desinis minutas mihi nugas ejusmodi oblaterare : et video caput tibi disputationis hoc esse, ut ostendas nullam nos rerum humanarum curam agere.

CYN. Non meum hoc est; sed tu paullo ante dicebas, Parcas esse quæ perficiant omnia : nisi forte pœnitet te illorum, et dicta illa tua retractas, disceptantibus vobis de cura rerum et Fatum ab ea repellentibus.

11. JUP. Nequaquam : sed per nos Fatum omnia perpetrat.

CYN. Percipio : ministros et famulos quosdam Parcarum vos esse dicitis. Verumtamen sic quoque illæ fuerint quæ provident; vos autem velut vasa quædam illarum et instrumenta estis.

JUP. Quid ais?

CYN. Puto quemadmodum securis fabro et terebra conferunt illa quidem aliquid ad artem, nemo vero hæc esse dixerit artificem; neque navis opus est securis aut terebra, sed naupegi : eadem ratione, quod architectatur hæc ma-

ἀνάλογον τοίνυν ἡ μὲν ναυπηγουμένη ἕκαστα ἡ Εἱμαρμένη ἐστὶν, ὑμεῖς δὲ ἄρα τρύπανα καὶ σκεπαρνά ἐστε τῶν Μοιρῶν· καὶ, ὡς ἔοικεν, οἱ ἄνθρωποι δέον τῇ Εἱμαρμένῃ θύειν καὶ παρ' ἐκείνης αἰτεῖν τἀγαθὰ, οἱ δ' ἐφ' ὑμᾶς ἴασι προσόδοις καὶ θυσίαις γεραίροντες· οἱ δ' οὐδὲ τὴν Εἱμαρμένην τιμῶντες ἂν ἐς δέον αὐτὸ ἔπραττον· οὐ γὰρ οἶμαι δυνατὸν εἶναι οὐδὲ αὐταῖς ἔτι ταῖς Μοίραις ἀλλάξαι τι καὶ μετατρέψαι τῶν ἐξ ἀρχῆς δοξάντων περὶ ἑκάστου· ἡ γοῦν Ἄτροπος οὐκ ἀνάσχοιτ' ἂν, εἴ τις ἐς τὸ ἐναντίον στρέψειε τὸν ἄτρακτον ἀναλύων τῆς Κλωθοῦς τὸ ἔργον.

12. ΖΕΥΣ. Σὺ δ' ἤδη, ὦ Κυνίσκε, οὐδὲ τὰς Μοίρας τιμᾶσθαι πρὸς τῶν ἀνθρώπων ἀξιοῖς; ἀλλ' ἔοικας ἅπαντα συγχεῖν προαιρεῖσθαι. Ἡμεῖς δὲ εἰ καὶ μηδενὸς ἄλλου ἕνεκα, τοῦ γε μαντεύεσθαι καὶ προμηνύειν ἕκαστα τῶν ὑπὸ τῆς Μοίρας κεκυρωμένων δικαίως τιμῴμεθ' ἄν.

ΚΥΝ. Τὸ μὲν ὅλον, ἄχρηστον, ὦ Ζεῦ, προειδέναι τὰ μέλλοντα οἷς γε τὸ φυλάξασθαι αὐτὰ πάντως ἀδύνατον· ἐκτὸς εἰ μὴ τοῦτο φῄς, ὡς ὁ προμαθὼν ὅτι ὑπὸ αἰχμῆς σιδηρᾶς τεθνήξεται δύναιτ' ἂν ἐκφυγεῖν τὸν θάνατον ἐγκλεισάμενος ἑαυτόν· ἀλλ' ἀδύνατον· ἐξάξει γὰρ αὐτὸν ἡ Μοῖρα κυνηγετήσοντα καὶ παραδώσει τῇ αἰχμῇ· καὶ ὁ Ἄδραστος ἐπὶ τὸν σῦν ἀφεὶς τὴν λόγχην ἐκείνου μὲν ἁμαρτήσεται, φονεύσει δὲ τὸν τοῦ Κροίσου παῖδα, ὡς ἂν ἀπ' ἰσχυρᾶς ἐντολῆς τῶν Μοιρῶν φερομένου τοῦ ἀκοντίου ἐπὶ τὸν νεανίσκον.

13. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ Λαΐου καὶ γελοῖον, τὸ,

Μὴ σπεῖρε τέκνων ἄλοκα δαιμόνων βίᾳ·
εἰ γὰρ τεκνώσεις (φησὶ) παῖδ', ἀποκτενεῖ σ' ὁ φύς·

περιττὴ γὰρ, οἶμαι, ἡ παραίνεσις πρὸς τὰ πάντως οὕτω γενησόμενα. Τοιγάρτοι μετὰ τὸν χρησμὸν καὶ ἔσπειρε καὶ ὁ φὺς ἀπέκτεινεν. Ὥστε οὐχ ὁρῶ ἀνθ' ὅτου ἀπαιτεῖτε τὸν μισθὸν ἐπὶ τῇ μαντικῇ.

14. Ἐῶ γὰρ λέγειν, ὡς καὶ ἀμφίδοξα καὶ ἐπαμφοτερίζοντα τοῖς πολλοῖς χρᾶν εἰώθατε οὐ πάνυ ἀποσαφοῦντες εἰ ὁ τὸν Ἅλυν διαβὰς τὴν αὑτοῦ ἀρχὴν καταλύσει ἢ τὴν τοῦ Κύρου· ἄμφω γὰρ δύναται ὁ χρησμός.

ΖΕΥΣ. Ἦν τις, ὦ Κυνίσκε, τῷ Ἀπόλλωνι ὀργῆς αἰτία κατὰ τοῦ Κροίσου, διότι ἐπείρα ἐκεῖνος αὐτὸν ἄρνεια κρέα καὶ χελώνην ἐς τὸ αὐτὸ ἕψων.

ΚΥΝ. Ἐχρῆν μὲν μηδὲ ὀργίζεσθαι θεὸν ὄντα· πλὴν ἀλλὰ καὶ τὸ ἐξαπατηθῆναι τῷ Λυδῷ ὑπὸ τοῦ χρησμοῦ ἐπέπρωτο, οἶμαι, καὶ ἄλλως τὸ μὴ σαφῶς ἀκοῦσαι τὰ μέλλοντα ἡ Εἱμαρμένη ἐπέκλωσεν. Ὥστε καὶ ἡ μαντικὴ ὑμῶν ἐκείνης ἔργον ἐστίν.

15. ΖΕΥΣ. Ἡμῖν δὲ οὐδὲν ἀπολείπεις, ἀλλὰ μάτην θεοί ἐσμεν οὔτε πρόνοιάν τινα ἐσφερόμενοι ἐς τὰ πράγματα οὔτε τῶν θυσιῶν ἄξιοι καθάπερ τρύπανα ὡς ἀληθῶς καὶ σκέπαρνα; Καί μοι δοκεῖς εἰκότως μου καταφρονεῖν, ὅτι κεραυνὸν, ὡς ὁρᾷς, διηγκυλωμένος ἀνέχομαί σε τοσαῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντα.

ΚΥΝ. Βάλλε, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι καὶ κεραυνῷ πληγῆ-

gnam navim, Fatum est; vos autem nimirum secures Parcarum estis ac terebræ. Et, ut apparet, homines, quum Fato sacra facienda essent et ab illo petenda bona, illi vero ad vos eunt, salutationibusque vos et sacrificiis colunt: sed neque si Fatum colerent, recte illi hoc facerent; neque enim, puto, ipsis etiam Parcis integrum est mutare et aliorsum convertere quicquam eorum, quæ ab initio inde de unaquaque re decreta sunt: non patiatur certe Atropos (*Immutabilis*), si quis in contrarium torquere velit fusum et Clothonis opus resolvere.

12. JUP. Tu jam, Cynisce, ne Parcas quidem coli ab hominibus æquum censes? imo hoc agere videris, uti confundas omnia. At nos, si vel nulla alia, ea certe causa honoremur merito, quod vaticinamur, et quæ rata sunt apud Parcam singula prædicimus.

CYN. In universum quidem inutile est, Jupiter, præscire futura illis, quibus negatum plane sit illa cavere: nisi forte hoc dicas, illum qui didicerit a mucrone ferri se moriturum, effugere mortem includendo se posse. Sed fieri non potest: educet enim illum Fatum, ut venetur, et mucroni tradet; et Adrastus, emissa in aprum hasta, ab illo aberrabit, interficiet autem Crœsi filium, quum velut a validiori Parcarum imperio feratur hasta in juvenem.

13. Quin illud de Laio etiam ridiculum est,

Ne sparge sulcum liberûm, vetant dei:
nam si crearis (ait), te necabit filius.

Supervacanea enim, puto, admonitio in his quæ omnino ita futura sunt. Igitur post oraculum et seminavit et, qui natus est, ipsum interfecit. Itaque non video quo nomine mercedem vestrorum vaticiniorum repetatis.

14. Mitto enim dicere quam obliqua, quam ambigua respondere vulgo soleatis, non satis declarantes, suumne ille, qui Halyn transierit, an Cyri imperium eversurus sit: nam utrumque significat oraculum.

JUP. Erat quædam, Cynisce, Apollini iræ causa contra Crœsum, quod illum tentaverat coquendis una agninis et testudinis carnibus.

CYN. Oportebat quidem, si deus est, minime irasci: sed nimirum fatale, puto, fuerat Lydo, ab oraculo ut deciperetur: et alioqui Fatum illud neverat, ne dilucide futura intelligeret. Itaque vestra etiam illa divinatio istius est opus.

15. JUP. Nobis autem nihil relinquis, sed frustra dii sumus, neque providentiam adhibemus rebus, neque digni sumus victimis, ut terebræ nimirum aut secures? Et merito videris me contemnere, quod fulmine, ut vides, jam ad jactum parato astans fero te ista contra nos disputantem.

CYN. Feri, Jupiter, si mihi fatale est fulmine percuti:

ναι εἵμαρται, καὶ σὲ οὐδὲν αἰτιάσομαι τῆς πληγῆς, ἀλλὰ τὴν Κλωθὼ τὴν διὰ σοῦ τιτρώσκουσαν· οὐδὲ γὰρ τὸν κεραυνὸν αὐτὸν φαίην ἄν μοι αἴτιον γενέσθαι τοῦ τραύματος. Πλὴν ἐκεῖνό γε ὑμᾶς ἐρήσομαι καὶ σὲ καὶ τὴν Εἱμαρμένην· σὺ δέ μοι καὶ ὑπὲρ ἐκείνης ἀπόκριναι· ἀνέμνησας γάρ με ἀπειλήσας.

16. Τί δήποτε τοὺς ἱεροσύλους καὶ λῃστὰς ἀφέντες καὶ τοσούτους ὑβριστὰς καὶ βιαίους καὶ ἐπιόρκους δρῦν τινα πολλάκις κεραυνοῦτε ἢ λίθον ἢ νεὼς ἱστὸν οὐδὲν ἀδικούσης, ἐνίοτε δὲ χρηστόν τινα καὶ ὅσιον ὁδοιπόρον; τί σιωπᾷς, ὦ Ζεῦ; ἢ οὐδὲ τοῦτο θέμις εἰδέναι με;

ΖΕΥΣ. Οὐ γάρ, ὦ Κυνίσκε. Σὺ δὲ πολυπράγμων τις εἶ καὶ οὐκ οἶδ' ὅθεν ταῦτα ἥκεις μοι συμπεφορηκώς.

ΚΥΝ. Οὐκοῦν μηδὲ ἐκεῖνο ὑμᾶς ἔρωμαι, σέ τε καὶ τὴν Πρόνοιαν καὶ τὴν Εἱμαρμένην, τί δήποτε Φωκίων μὲν ὁ χρηστὸς ἐν τοσαύτῃ πενίᾳ καὶ σπάνει τῶν ἀναγκαίων ἀπέθανε καὶ Ἀριστείδης πρὸ αὐτοῦ, Καλλίας δὲ καὶ Ἀλκιβιάδης, ἀκόλαστα μειράκια, ὑπερεπλούτουν καὶ Μειδίας ὁ ὑβριστὴς καὶ Χάροψ ὁ Αἰγινήτης, κίναιδος ἄνθρωπος, τὴν μητέρα λιμῷ ἀπεκτονώς, καὶ πάλιν Σωκράτης μὲν παρεδόθη τοῖς ἕνδεκα, Μέλητος δὲ οὐ παρεδόθη, καὶ Σαρδανάπαλλος μὲν ἐβασίλευε θῆλυς ὤν, Περσῶν δὲ τοσοῦτοι καλοὶ κἀγαθοὶ ἄνδρες ἀνεσκολοπίζοντο πρὸς αὐτοῦ, διότι μὴ ἠρέσκοντο τοῖς γιγνομένοις;

17. Ἵνα ὑμῖν μὴ τὰ νῦν λέγω καθ' ἕκαστον ἐπεξιών, τοὺς μὲν πονηροὺς εὐδαιμονοῦντας καὶ τοὺς πλεονέκτας, ἀγομένους δὲ καὶ φερομένους τοὺς χρηστοὺς ἐν πενίᾳ καὶ νόσοις καὶ μυρίοις κακοῖς πιεζομένους.

ΖΕΥΣ. Οὐ γὰρ οἶσθα, ὦ Κυνίσκε, ἡλίκας μετὰ τὸν βίον οἱ πονηροὶ τὰς κολάσεις ὑπομένουσιν, ἢ ἐν ὅσῃ οἱ χρηστοὶ εὐδαιμονίᾳ διατρίβουσιν;

ΚΥΝ. Ἅδην μοι λέγεις καὶ Τιτυοὺς καὶ Ταντάλους. Ἐγὼ δέ, εἰ μέν τι καὶ τοιοῦτόν ἐστιν, εἴσομαι τὸ σαφὲς ἐπειδὰν ἀποθάνω· τὸ δὲ νῦν ἔχον ἐβουλόμην τὸν ὁποσονοῦν χρόνον τοῦτον εὐδαιμόνως διαβιοὺς ὑπὸ ἑκκαίδεκα γυπῶν κείρεσθαι τὸ ἧπαρ ἀποθανών, ἀλλὰ μὴ ἐνταῦθα διψήσας ὥσπερ ὁ Τάνταλος ἐν μακάρων νήσοις πίνειν μετὰ τῶν ἡρώων ἐν τῷ Ἠλυσίῳ λειμῶνι κατακείμενος.

18. ΖΕΥΣ. Τί φής; ἀπιστεῖς εἶναί τινας κολάσεις καὶ τιμὰς καὶ δικαστήριον, ἔνθα δὴ ἐξετάζεται ὁ ἑκάστου βίος;

ΚΥΝ. Ἀκούω τινὰ Μίνωα Κρῆτα δικάζειν τὰ τοιαῦτα· καί μοι ἀπόκριναί τι καὶ ὑπὲρ ἐκείνου· σὸς γὰρ υἱὸς εἶναι λέγεται.

ΖΕΥΣ. Τί δ' αὐτὸν ἐρωτᾷς, ὦ Κυνίσκε;

ΚΥΝ. Τίνας κολάζει μάλιστα;

ΖΕΥΣ. Τοὺς πονηροὺς δηλαδή, οἷον ἀνδροφόνους καὶ ἱεροσύλους.

ΚΥΝ. Τίνας δὲ παρὰ τοὺς ἥρωας ἀποπέμπει;

ΖΕΥΣ. Τοὺς ἀγαθούς τε καὶ ὁσίους καὶ κατ' ἀρετὴν βεβιωκότας.

nec te plagæ illius nomine accusabo, sed vulnerantem per te Clotho: scilicet ne ipsum quidem fulmen causam mihi vulneris fuisse dicam. Verum illud certe vos rogaverim, te pariter ac Fatum; tu autem mihi et pro illo responde; admonuisti enim me minis tuis.

16. Qui tandem, omissis sacrilegis et latronibus, totque contumeliosis violentis, et perjuris hominibus, quercum sæpe quandam fulminatis, aut lapidem, aut navis malum, quæ nihil mali fecerit; interdum etiam bonum quendam et sanctum viatorem? Quid taces, Jupiter? numquid hoc etiam me scire nefas est?

JUP. Enimvero nefas. At tu curiosulus es, et istis omnibus nescio unde corrasis huc mihi venis.

CYN. Igitur neque illud vos interrogaverim, teque et Providentiam et Fatum, qui tandem Phocion ille vir bonus in tanta paupertate et necessariorum penuria mortuus sit, atque ante ipsum Aristides; Callias autem et Alcibiades, corrupti adolescentuli, abundarint divitiis, et insolens ille Midias, et Charops Æginetes, cinædus, quique suam matrem fame interemit; et rursus Socrates undecimviris capitalibus traditus sit, Melitus autem traditus non sit; et Sardanapalus, effeminatus homo, regnaverit, Persarum vero tot præclari et boni viri in palum ab illo acti sint, quod præsens rerum status illis displiceret?

17. Ne vobis præsentia dicam percurrens singula, malos homines atque avaros, eosdem esse felices; agi autem et ferri bonos viros, paupertate et morbis et malis sexcentis oppressos.

JUP. Numne ignoras, Cynisce, quanta post hanc vitam supplicia mali sustineant, aut quanta in felicitate versentur boni?

CYN. Inferos mihi narras, et Tityos, et Tantalos. Equidem, sitne tale quicquam, dilucide sciam quum ero mortuus: ut autem nunc res sunt, optem, ea lege hoc quantulumcunque est temporis feliciter transigere, ut mortui jecur a sedecim vulturibus tondeatur; sed nolim ea conditione Tantali instar hic sitire, ut in Beatorum insulis, in Elysio prato accumbens cum heroibus bibam.

18. JUP. Quid ais? non credis esse pœnas quasdam et præmia, et judicium, ubi vita uniuscujusque examinetur?

CYN. Audio a Minoe quodam Cretensi judicari talia. Et responde mihi etiam aliquid de illo; tuus enim esse filius dicitur.

JUP. Quid vero de illo interrogas, Cynisce?

CYN. Quosnam punit maxime?

JUP. Malos nempe, velut homicidas et sacrilegos.

CYN. Quos autem dimittit ad heroas?

JUP. Bonos ac sanctos, et qui cum virtute vixerunt.

ΚΥΝ. Τίνος ἕνεκα, ὦ Ζεῦ;

ΖΕΥΣ. Διότι οἱ μὲν τιμῆς, οἱ δὲ κολάσεως ἄξιοι.

ΚΥΝ. Εἰ δέ τις ἀκούσιόν τι δεινὸν ἐργάσαιτο, κολάζεσθαι καὶ τοῦτον δικαιοῖ;

ΖΕΥΣ. Οὐδαμῶς.

ΚΥΝ. Οὐδ' ἄρα εἴ τις ἄκων τι ἀγαθὸν ἔδρασεν, οὐδὲ τοῦτον τιμᾶν ἀξιώσειεν ἄν;

ΖΕΥΣ. Οὐ γὰρ οὖν.

ΚΥΝ. Οὐδένα τοίνυν, ὦ Ζεῦ, οὔτε τιμᾶν οὔτε κολάζειν αὐτῷ προσήκει.

ΖΕΥΣ. Πῶς οὐδένα;

ΚΥΝ. Ὅτι οὐδὲν ἑκόντες οἱ ἄνθρωποι ποιοῦμεν, ἀλλά τινι ἀνάγκῃ ἀφύκτῳ κεκελευσμένοι, εἴ γε ἀληθῆ ἐκεῖνά ἐστι τὰ ἔμπροσθεν ὡμολογημένα, ὡς ἡ Μοῖρα πάντων αἰτία· καὶ ἤν φονεύῃ τις, ἐκείνη ἐστὶν ἡ φονεύουσα, καὶ ἤν ἱεροσυλῇ, προστεταγμένον αὐτῷ δρᾷ. Ὥστε εἴ γε τὰ δίκαια ὁ Μίνως δικάζειν μέλλοι, τὴν Εἱμαρμένην ἀντὶ τοῦ Σισύφου κολάσεται καὶ τὴν Μοῖραν ἀντὶ τοῦ Ταντάλου· τί γὰρ ἐκεῖνοι ἠδίκησαν πεισθέντες τοῖς ἐπιτάγμασιν;

19. ΖΕΥΣ. Οὐκέτ' οὐδ' ἀποκρίνεσθαί σοι ἄξιον τοιαῦτα ἐρωτῶντι· θρασὺς γὰρ εἶ καὶ σοφιστής. Καί σε ἄπειμι ἤδη καταλιπών.

ΚΥΝ. Ἐδεόμην μὲν ἔτι κἂν τοῦτο ἐρέσθαι σε, ποῦ αἱ Μοῖραι διατρίβουσιν ἢ πῶς ἐφικνοῦνται τῇ ἐπιμελείᾳ τῶν τοσούτων ἐς τὸ λεπτότατον, καὶ ταῦτα τρεῖς οὖσαι; ἐπίπονον γάρ τινα καὶ οὐκ εὔμοιρόν μοι δοκοῦσι βιοῦν τὸν βίον τοσαῦτα ἔχουσαι πράγματα καὶ, ὡς ἔοικεν, οὐ πάνυ οὐδὲ αὗται ὑπὸ χρηστῇ Εἱμαρμένῃ ἐγεννήθησαν. Ἐγὼ γοῦν, εἴ μοι αἵρεσις δοθείη, οὐκ ἂν ἀλλαξαίμην πρὸς αὐτὰς τὸν ἐμαυτοῦ βίον, ἀλλὰ ἑλοίμην ἂν ἔτι πενέστερος διαβιῶναι ἤπερ καθῆσθαι κλώθων ἄτρακτον τοσούτων πραγμάτων μεστὸν, ἐπιτηρῶν ἕκαστα. Εἰ δὲ μὴ ῥᾴδιόν σοι ἀποκρίνασθαι πρὸς αὐτὰ, ὦ Ζεῦ, καὶ τούτοις ἀγαπήσομεν οἷς ἀπεκρίνω· ἱκανὰ γὰρ ἐμφανίσαι τὸν περὶ τῆς Εἱμαρμένης καὶ Προνοίας λόγον· τὰ λοιπὰ δ' ἴσως οὐχ εἵμαρτο ἀκοῦσαί μοι.

XLIV.

ΖΕΥΣ ΤΡΑΓΩΔΟΣ.

1. ΕΡΜΗΣ. Ὦ Ζεῦ, τί σύννους κατὰ μόνας σαυτῷ λαλεῖς,
ὠχρὸς, περιπατῶν, φιλοσόφου τὸ χρῶμ' ἔχων;
ἐμοὶ προσανάθου, λαβέ με σύμβουλον πόνων,
μὴ καταφρονήσῃς οἰκέτου φλυαρίας.

ΑΘΗΝΗ. Ναὶ πάτερ ἡμέτερε, Κρονίδη, ὕπατε κρειόντων,
γουνοῦμαί σε θεὰ γλαυκῶπις, τριτογένεια,
ἐξαύδα, μὴ κεῦθε νόῳ, ἵνα εἴδομεν ἤδη,
τίς μῆτις δάκνει σε κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν,
ἢ τί βαρὺ στενάχεις ὠχρός τέ σου εἷλε παρειάς;

ΖΕΥΣ. Οὐκ ἔστιν οὐδὲν δεινὸν ὧδ' εἰπεῖν ἔπος,
οὐδὲ πάθος οὐδὲ ξυμφορὰ τραγῳδικὴ,
ἧς οὐκ ἂν ἄραιτ' ἄχθος ἡ θεῶν φύσις.

ΑΘΗΝΗ. Ἄπολλον, οἵοις φροιμίοις ἄρχει λόγου.

CYN. Cur hoc, Jupiter?

JUP. Quod alteri præmio, pœna autem alteri digni sunt.

CYN. Si quis vero involuntarium malum fecerit, punirine hunc etiam æquum putat?

JUP. Nequaquam.

CYN. Nec igitur, si quis præter voluntatem boni quicquam fecerit, præmio afficiendum talem arbitratur?

JUP. Nempe.

CYN. Itaque neminem, Jupiter, neque præmio afficere, neque pœna illi convenit.

JUP. Quomodo neminem?

CYN. Quia nihil voluntate nostra facimus homines, sed inevitabilis cujusdam necessitatis imperio adacti, si quidem verum est, de quo ante inter nos convenit, Parcam esse causam omnium : et si quis cædem faciat, illa est quæ fecit; et si sacrilegium committat, imperata facit. Igitur si quidem juste judicare Minos voluerit, Fatum puniet pro Sisypho, et Parcam pro Tantalo : quid enim injuste fecerunt illi, obsecuti imperiis?

19. JUP. Nec responsione jam porro dignus es, qui talia interroges : audax enim es et sophista. Itaque jam relicto te discedo.

CYN. Operæ mihi erat etiam illud adhuc te rogare, ubi versentur Parcæ, et quomodo pares esse curationi tot tantarumque rerum ad minutias usque possint; idque quum tres modo sint : laboriosam enim quandam nec nimis beatam mihi vitam videntur agere, quæ tot sustineant negotia; et ut videtur, Fato ipsæ non valde propitio natæ sunt. Equidem, si detur mihi optio, non permutaverim meam cum illis vitam, sed vel pauperior etiam vivere præoptaverim, quam sedere fusum torquens tot rerum plenum, et intentus omnibus. Si vero tibi facile non est, Jupiter, respondere ad hæc, etiam illis, quæ respondisti, contenti erimus, ut quæ sufficiant ad explicandam illam de Fato et Providentia disputationem : reliqua audire fortasse fatale mihi non fuit.

XLIV.

JUPITER TRAGŒDUS.

1. MERCURIUS. Pater, quid loquere tristis ita solus tibi,
pallidus, inambulans, colore philosophi?
ad me referto, me sume ægritudinis
socium tuæ, ne sperne nugas servoli.

MINERVA. Eia pater noster, Saturnie, maxime regum,
supplex te veneror Tritonia, cæsia Pallas,
eloquere, o, neu mente preme, ut cognoscere detur,
quod tibi consilium rodat præcordia mentemque:
aut grave quid gemis? aut pallor cur occupat ora?

JUPITER. Non est oratio ulla tam dictu gravis,
non est ærumna, aut calamitas tragœdica,
cujus deûm natura onus non sentiat.

MIN. Apollo! quali exorsus es prooemio?

ΖΕΥΣ. Ὦ παγκάκιστα χθόνια γῆς παιδεύματα,
σύ τ', ὦ Προμηθεῦ, οἷά μ' εἴργασαι κακά.

ΑΘΗΝΗ. Τί δ' ἐστί; πρὸς χορὸν γὰρ οἰκείων ἐρεῖς.

ΖΕΥΣ. Ὦ μεγαλοσμαράγου στεροπᾶς ῥοίζημα, τί ῥέξεις;

ΗΡΑ. Κοίμισον ὀργάν, εἰ μὴ κωμῳδίαν, ὦ Ζεῦ, δυνάμεθα ὑποκρίνεσθαι μηδὲ ῥαψῳδεῖν ὥσπερ οὗτοι μηδὲ τὸν Εὐριπίδην ὅλον καταπεπώκαμεν, ὥστε σοι ὑποδραματουργεῖν.

2. Ἀγνοεῖν ἡμᾶς νομίζεις τὴν αἰτίαν τῆς λύπης ἥτις ἐστί σοι;

ΖΕΥΣ. Οὐκ οἶσθ', ἐπεί τοι κἂν ἐκώκυες μέγα.

ΗΡΑ. Οἶδα τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ὧν πάσχεις ὅτι ἐρωτικόν ἐστιν· οὐ μὴν κωκύω γε ὑπὸ ἔθους ἤδη πολλάκις ὑβρισθεῖσα ὑπὸ σοῦ τὰ τοιαῦτα. Εἰκὸς γοῦν ἤτοι Δανάην τινὰ ἢ Σεμέλην ἢ Εὐρώπην αὖθις εὑρόντα σε ἀνιᾶσθαι ὑπὸ τοῦ ἔρωτος, εἶτα βουλεύεσθαι ταῦρον ἢ σάτυρον ἢ χρυσὸν γενόμενον ῥυῆναι διὰ τοῦ ὀρόφου εἰς τὸν κόλπον τῆς ἀγαπωμένης· τὰ σημεῖα γὰρ ταῦτα, οἱ στεναγμοὶ καὶ τὰ δάκρυα καὶ τὸ ὠχρὸν εἶναι, οὐκ ἄλλου του ἢ ἐρῶντός ἐστιν.

ΖΕΥΣ. Ὦ μακαρία, ἥτις ἐν ἔρωτι καὶ ταῖς τοιαύταις παιδιαῖς οἴει τὰ πράγματα ἡμῖν εἶναι.

ΗΡΑ. Ἀλλὰ τί ἄλλο, εἰ μὴ τοῦτο, ἀνιᾷ σε Δία ὄντα;

3. ΖΕΥΣ. Ἐν ἐσχάτοις, ὦ Ἥρα, τὰ θεῶν πράγματα, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ἐπὶ ξυροῦ νῦν ἕστηκεν, εἴτε χρὴ τιμᾶσθαι ἡμᾶς ἔτι καὶ τὰ γέρα ἔχειν τὰν τῇ γῇ εἴτε καὶ ἠμελῆσθαι παντάπασι καὶ τὸ μηδὲν εἶναι δοκεῖν.

ΗΡΑ. Μῶν ἢ γίγαντάς τινας αὖθις ἡ γῆ ἔφυσεν, ἢ οἱ Τιτᾶνες διαρρήξαντες τὰ δεσμὰ καὶ τῆς φρουρᾶς ἐπικρατήσαντες αὖθις ἡμῖν ἐναντία αἴρονται τὰ ὅπλα;

ΖΕΥΣ. Θάρσει, τὰ νέρθεν ἀσφαλῶς ἔχει θεοῖς.

ΗΡΑ. Τί οὖν ἄλλο δεινὸν ἂν γένοιτο; οὐχ ὁρῶ γάρ, ὅτε μὴ τὰ τοιαῦτα παραλυπεῖ, ἐφ' ὅτῳ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος ἀντὶ Διὸς ἡμῖν ἀναπέφηνας.

4. ΖΕΥΣ. Τιμοκλῆς, ὦ Ἥρα, ὁ Στωϊκὸς καὶ Δᾶμις ὁ Ἐπικούρειος χθές, οὐκ οἶδ' ὅθεν σφίσιν ἀρξαμένου τοῦ λόγου, προνοίας πέρι διελεγέσθην παρόντων μάλα συχνῶν καὶ δοκίμων ἀνθρώπων, ὅπερ μάλιστα ἠνίασέ με· καὶ ὁ μὲν Δᾶμις οὔτ' εἶναι θεοὺς ἔφασκεν οὔθ' ὅλως τὰ γιγνόμενα ἐπισκοπεῖν ἢ διατάττειν, ὁ Τιμοκλῆς δὲ ὁ βέλτιστος ἐπειρᾶτο συναγωνίζεσθαι ἡμῖν· εἶτα ὄχλου πολλοῦ ἐπιρρυέντος οὐδὲν πέρας ἐγένετο τῆς ξυνουσίας· διελύθησαν γὰρ ἐσαῦθις ἐπισκέψεσθαι τὰ λοιπὰ συνθέμενοι, καὶ νῦν μετέωροι πάντες εἰσὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν, ὁπότερος κρατήσει καὶ ἀληθέστερα δόξει λέγειν. Ὁρᾶτε τὸν κίνδυνον, ὡς ἐν στενῷ παντάπασι τὰ ἡμέτερα, ἐν ἑνὶ ἀνδρὶ κινδυνευόμενα; καὶ δυοῖν θάτερον ἢ παρεωρᾶσθαι ἀνάγκη ὀνόματα εἶναι μόνον δόξαντας ἢ τιμᾶσθαι ὡς πρὸ τοῦ, ἢν ὁ Τιμοκλῆς ὑπέρσχῃ λέγων.

JUP. O pessimæ artes, tartareum in terra scelus,
tuque, o Prometheu, quis me affecisti malis!

MIN. Quid est? choro tu loquere enim domestico.

JUP. Magnicrepi o tonitru stridor, jam tempus agendi est.

JUNO. Compesce impetum, Jupiter, si non comœdias agere aut poemata recitare sicut isti possumus, neque Euripidem totum devoravimus, ut subservire fabulæ tuæ queamus.

2. Ignorare nos putas causam tui doloris quæ sit?

JUP. Non nosti : cuncta nam misceres fletibus.

JUN. Novi caput eorum quæ te perturbant : amatorium quiddam est : nec tamen ploro, consuetudine quadam, quum sæpe jam talibus in rebus contumelia me læseris. Credibile nimirum est, Danaen quandam, aut Semelen, aut Europen te reperisse denuo, cujus amore crucieris; deinde consilia te agitare, taurusne velis an satyrus fieri, an aurum et per tegulas influere in sinum amasiæ : signa quippe ista, gemitus, lacrimæ, pallor, non alius hominis quam amantis sunt.

JUP. O beata, quæ in amore et ejusmodi lusibus res nostras versari existimes.

JUN. Verum quid aliud nisi hoc te angit, qui sis Jupiter?

3. JUP. In ultimis, Juno, periculis versantur res deorum, et in novacula, quod est in proverbio, consistit, oporteatne nos coli adhuc et honores habere in terra, an negligi prorsus et plane nihil esse videri.

JUN. Numquid gigantes quosdam Terra rursus genuit; an Titanes ruptis vinculis custodibusque superatis rursus inimica nobis arma capiunt?

JUP. Quiesce : tuta sunt divina ab inferis.

JUN. Quid igitur aliud terribile possit accidere? neque enim video, nisi talia te dolore afficiant, ob quam rem Polus nobis aut Aristodemus pro Jove prodieris.

4. JUP. Timocles, Juno, Stoicus, et Epicureus Damis heri, nescio unde orto illis sermone, de providentia disputarunt, præsentibus quamplurimis et probatis hominibus, quod quidem vel maxime molestum mihi fuit. Ac Damis quidem nec esse deos dixit, neque omnino ea quæ fiunt inspicere aut ordinare; optimus autem vir Timocles causam agere studebat nostram : tum ubi populus confluxerat multus, exitum non habuit colloquium : discesserunt enim, condicto reliqua postridie se consideraturos. Et jam suspensi omnes sunt exspectatione audiendi, uter superior sit futurus et veriora dicere visurus. Videtin' periculum, quam in angusto sint omnino res nostræ, et in homine uno periclitentur? atque alterutrum horum necesse est, aut despici nos et nomina tantum videri, aut honorari, ut olim, si dicendo Timocles superaverit.

5. ΗΡΑ. Δεινὰ ταῦτα ὡς ἀληθῶς, καὶ οὐ μάτην, ὦ εῦ, ἐπετραγῴδεις αὐτοῖς.

ΖΕΥΣ. Σὺ δ' ᾤου Δανάης τινὸς ἢ Ἀντιόπης εἶναί οι λόγον ἐν ταράχῳ τοσούτῳ. Τί δ' οὖν, ὦ Ἑρμῆ καὶ Ιρα καὶ Ἀθηνᾶ, πράττοιμεν ἄν; ξυνευρίσκετε γὰρ ιὶ αὐτοὶ τὸ μέρος.

ΕΡΜ. Ἐγὼ μὲν ἐπὶ τὸ κοινόν φημι δεῖν τὴν σκέψιν τενεγκεῖν ἐκκλησίαν συναγαγόντα.

ΗΡΑ. Κἀμοὶ ταῦτα ξυνδοκεῖ ἅπερ καὶ τούτῳ.

ΑΘΗΝ. Ἀλλ' ἐμοὶ μὲν τἀναντία δοκεῖ, ὦ πάτερ, ὴ ξυνταράττειν τὸν οὐρανὸν μηδὲ δῆλον εἶναι θορυούμενον τῷ πράγματι, πράττειν δὲ ἰδίᾳ ταῦτα, ἐξ ὧν ρατήσει μὲν ὁ Τιμοκλῆς λέγων, ὁ Δᾶμις δὲ καταγεασθεὶς ἄπεισιν ἐκ τῆς συνουσίας.

ΕΡΜ. Ἀλλ' οὔτε ἀγνοηθήσεται ταῦτα, ὦ Ζεῦ, ἐν ανερῷ γενομένης τῆς ἔριδος τοῖς φιλοσόφοις, καὶ σὺ όξεις τυραννικὸς εἶναι μὴ κοινούμενος περὶ τῶν οὕτω εγάλων καὶ κοινῶν ἅπασιν.

6. ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν ἤδη κήρυττε καὶ παρέστωσαν πάντες· ὀρθῶς γὰρ λέγεις.

ΕΡΜ. Ἰδοὺ δὴ ἐς ἐκκλησίαν ξυνέλθετε οἱ θεοί· μὴ ιέλλετε, ξυνέλθετε πάντες, ἥκετε, περὶ μεγάλων ἐκλησιάσομεν.

ΖΕΥΣ. Οὕτω ψιλά, ὦ Ἑρμῆ, καὶ ἁπλοϊκὰ καὶ πεζὰ ηρύττεις, καὶ ταῦτα ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ξυγκαλῶν;

ΕΡΜ. Ἀλλὰ πῶς γάρ, ὦ Ζεῦ, ἀξιοῖς;

ΖΕΥΣ. Ὅπως ἀξιῶ; ἀποσεμνῦναί φημι δεῖν τὸ κήρυγμα μέτροις τισὶ καὶ μεγαλοφωνίᾳ ποιητικῇ, ὡς μᾶλλον συνέλθοιεν.

ΕΡΜ. Ναί. Ἀλλ' ἐποποιῶν, ὦ Ζεῦ, καὶ ῥαψῳδῶν τὰ τοιαῦτα, ἐγὼ δὲ ἥκιστα ποιητικός εἰμι· ὥστε διαφθερῶ τὸ κήρυγμα ἢ ὑπέρμετρα ἢ ἐνδεᾶ ξυνείρων, καὶ γέλως ἔσται παρ' αὐτοῖς ἐπὶ τῇ ἀμουσίᾳ τῶν ἐπῶν· ὁρῶ γοῦν καὶ τὸν Ἀπόλλω γελώμενον ἐπ' ἐνίοις τῶν χρησμῶν, καίτοι ἐπικρυπτούσης τὰ πολλὰ τῆς μαντικῆς, ὡς μὴ πάνυ σχολὴν ἄγειν τοὺς ἀκούοντας ἐξετάζειν τὰ μέτρα.

ΖΕΥΣ. Οὐκοῦν, ὦ Ἑρμῆ, τῶν Ὁμήρου ἐπῶν ἐγκαταμίγνυε τὰ πολλὰ τῷ κηρύγματι, ὡς ἐκεῖνος ἡμᾶς ξυνεκάλει· μεμνῆσθαι δέ σε εἰκός.

ΕΡΜ. Οὐ πάνυ μὲν οὕτω σαφῶς καὶ προχείρως· πειράσομαι δὲ ὅμως.

Μήτε τις οὖν θήλεια θεὸς . . μήτε τις ἄρσην,
μηδ' αὐτῶν ποταμῶν μενέτω νόσφ' Ὠκεανοῖο
μηδέ τε νυμφάων, ἀλλ' ἐς Διὸς ἔλθετε πάντες
εἰς ἀγορήν, ὅσσοι τε κλυτὰς δαίνυσθ' ἑκατόμβας,
ὅσσοι τ' αὖ μέσατοι ἢ ὕστατοι ἢ μάλα πάγχυ
νώνυμνοι βωμοῖσι παρὰ κνίσῃσι κάθησθε.

7. ΖΕΥΣ. Εὖ γε, ὦ Ἑρμῆ, ἄριστα κεκήρυκταί σοι, καὶ ξυνθέουσι γὰρ ἤδη· ὥστε παραλαμβάνων κάθιζε αὐτοὺς κατὰ τὴν ἀξίαν ἕκαστον, ὡς ἂν ὕλης ἢ τέχνης ἔχῃ, ἐν προεδρίᾳ μὲν τοὺς χρυσοῦς, εἶτα ἐπὶ τούτοις τοὺς ἀργυροῦς, εἶτα ἑξῆς ὁπόσοι ἐλεφάντινοι, εἶτα τοὺς χαλκοῦς ἢ λιθίνους, καὶ ἐν αὐτοῖς τούτοις οἱ

5. JUN. Gravissima sane, Jupiter, sunt quæ narras; nec frustra in illis agebas tragœdias.

JUP. Tu vero putabas Danaes cujusdam aut Antiopæ rationem me habere in tanta rerum perturbatione. Quid ergo, Mercuri, et Juno, et Minerva, faciamus? reperite et vos nobiscum pro sua quisque parte aliquid.

MERC. Equidem ad commune deorum puto considerationem hujus rei referendam, convocata concione.

JUN. Etiam mihi eadem quæ huic probantur.

MIN. Sed alia omnia mihi videntur, pater, nimirum non perturbare cœlum, nec manifestum fieri te moveri hoc negotio; sed privatim ea agenda per quæ vincat dicendo Timocles, derisus autem Damis de disputatione discedat.

MERC. Verum neque ignorabuntur ista, Jupiter, quum contentio philosophorum in publico sit futura: ac tu tyrannidem exercere videberis, si non communices de magnis adeo rebus, quæque communes sint omnium.

6. JUP. Ergo jam præconium fac, et adsunto omnes: recte etenim dicis.

MERC. Heus in concionem convenite dii: ne cunctamini, convenite omnes: venite; de magnis rebus concionem habebimus.

JUP. Ita nude, Mercuri, et simpliciter et pedestri oratione præconium facis, idque quum de maximis rebus deos convoces?

MERC. Quomodo igitur jubes, Jupiter?

JUP. Quomodo jubeam? gravitatem conciliandam aio præconio versibus quibusdam et magniloquentia poetica, ut magis conveniant.

MERC. Esto. Sed versificatorum ista, Jupiter, et carmina ad virgam recitantium: ego vero minime aptus sum ad poeticam: itaque corrupero præconium, vel excedentes mensuram versus, vel deficientes consarcinans: et risus orietur ab illis propter imperitiam carminum. Video enim ipsum quoque Apollinem ridere de oraculis quibusdam, quanquam pleraque hic tegat vaticinii obscuritas, ut qui audiunt non multum habeant otii ad versus examinandos.

JUP. Ergo, Mercuri, de Homeri carminibus pleraque admisce præconio, ut ille nos convocabat: meminisse autem te credibile est.

MERC. Non quidem omnino plane et expedite: periculum tamen faciam.

Ne qua igitur mulier dea.. neve vir ullus,
neu quis de fluviis ipsis patris Oceani absit,
neu quæ nympharum, verum ad Jovis omnis adesto
concilium, quotquot celebres editis hecatombas:
qui medii, qui postremi, qui nomine nullo,
ora supinati nidore sedetis ad aras.

7. JUP. Euge Mercuri: optime functus es præconio. Etenim jam concurrunt. Itaque exceptis sedilia præbe pro dignitate cuique, prout vel quantum ad materiam se habent vel quantum ad artem: primo quidem loco aureis, tum post illos argenteis, deinde juxta hos, qui sunt eburnei, tum æreis aut lapideis: et in his, qui Phidiæ sunt, aut

Φειδίου ἢ Ἀλκαμένους ἢ Μύρωνος ἢ Εὐφράνορος ἢ τῶν ὁμοίων τεχνιτῶν προτετιμήσθων, οἱ συρφετώδεις δὲ οὗτοι καὶ ἄτεχνοι πόρρω που ξυνωσθέντες σιωπῇ ἀναπληρούντων μόνον τὴν ἐκκλησίαν.

ΕΡΜ. Ἔσται ταῦτα καὶ καθεδοῦνται ὡς προσήκει. Ἀλλ' ἐκεῖνο οὐ χεῖρον εἰδέναι, ἤν τις αὐτῶν χρυσοῦς μὲν ᾖ καὶ πολυτάλαντος τὴν ὁλκήν, οὐκ ἀκριβὴς δὲ τὴν ἐργασίαν, ἀλλὰ κομιδῇ ἰδιωτικὸς καὶ ἀσύμμετρος, πρὸ τῶν χαλκῶν τῶν Μύρωνος καὶ Πολυκλείτου καὶ τῶν Φειδίου καὶ Ἀλκαμένους τῶν λιθίνων καθεδεῖται ἢ προτιμοτέραν χρὴ νομίζειν τὴν τέχνην;

ΖΕΥΣ. Ἐχρῆν μὲν οὕτως, ἀλλ' ὁ χρυσὸς ὅμως προτιμητέος.

ΕΡΜ. Μανθάνω ὅτι πλουτίνδην κελεύεις, ἀλλὰ μὴ ἀριστίνδην καθίζειν καὶ ἀπὸ τιμημάτων. Ἧκετ' οὖν εἰς τὴν προεδρίαν οἱ χρυσοῖ ὑμεῖς.

8. Ἐοίκασιν, ὦ Ζεῦ, οἱ βαρβαρικοὶ προεδρεύσειν μόνοι· ὡς τούς γε Ἕλληνας ὁρᾷς ὁποῖοί εἰσι, χαρίεντες μὲν καὶ εὐπρόσωποι καὶ κατὰ τέχνην ἐσχηματισμένοι, λίθινοι δὲ ἢ χαλκοῖ ὅμως ἅπαντες ἢ οἵ γε πολυτελέστατοι αὐτῶν ἐλεφάντινοι ὀλίγον ὅσον τοῦ χρυσοῦ ἀποστίλβοντες, ὡς ἐπικεχρῶσθαι καὶ ἐπηλυγάσθαι μόνον, τὰ δὲ ἔνδον ὑπόξυλοι καὶ οὗτοι, μυῶν ἀγέλας ὅλας ἐμπολιτευομένας σκέποντες· ἡ Βενδῖς δὲ αὕτη καὶ ὁ Ἄνουβις ἐκεινοσὶ καὶ παρ' αὐτὸν ὁ Ἄττις καὶ ὁ Μίθρης καὶ ὁ Μὴν ὅλοι ὁλόχρυσοι καὶ βαρεῖς καὶ πολυτίμητοι ὡς ἀληθῶς.

9. ΠΟΣ. Καὶ τοῦτο, ὦ Ἑρμῆ, δίκαιον, τὸν κυνοπρόσωπον τοῦτον προκαθίζειν μου τὸν Αἰγύπτιον καὶ ταῦτα Ποσειδῶνος ὄντος;

ΕΡΜ. Ναί. Ἀλλὰ σὲ μέν, ὦ ἐννοσίγαιε, χαλκοῦν ὁ Λύσιππος καὶ πένητα ἐποίησεν, οὐκ ἐχόντων τότε τῶν Κορινθίων χρυσόν· οὗτος δὲ ὅλοις μετάλλοις πλουσιώτερός ἐστιν. Ἀνέχεσθαι οὖν χρὴ παρεωσμένον καὶ μὴ ἀγανακτεῖν, εἴ τις ῥῖνα τηλικαύτην χρυσῆν ἔχων προτετίμηταί σου.

10. ΑΦΡ. Οὐκοῦν, ὦ Ἑρμῆ, κἀμὲ λαβὼν ἐν τοῖς προέδροις που κάθιζε· χρυσῆ γάρ εἰμι.

ΕΡΜ. Οὐχ ὅσα γε, ὦ Ἀφροδίτη, κἀμὲ ὁρᾶν, ἀλλ' εἰ μὴ πάνυ λημῶ, λίθου τοῦ λευκοῦ Πεντέληθεν, οἶμαι, λιθοτομηθεῖσα, εἶτα δόξαν οὕτω Πραξιτέλει Ἀφροδίτη γενομένη Κνιδίοις παρεδόθης.

ΑΦΡ. Καὶ μὴν ἀξιόπιστόν σοι μάρτυρα τὸν Ὅμηρον παρέξομαι ἄνω καὶ κάτω τῶν ῥαψῳδιῶν χρυσῆν με τὴν Ἀφροδίτην εἶναι λέγοντα.

ΕΡΜ. Καὶ γὰρ τὸν Ἀπόλλω ὁ αὐτὸς πολύχρυσον εἶναι ἔφη καὶ πλούσιον· ἀλλὰ νῦν ὄψει κἀκεῖνον ἐν τοῖς ζευγίταις που καθήμενον, ἀπεστεφανωμένον γε ὑπὸ τῶν λῃστῶν καὶ τοὺς κόλλοπας τῆς κιθάρας περισεσυλημένον. Ὥστε ἀγάπα καὶ σὺ μὴ πάνυ ἐν τῷ θητικῷ ἐκκλησιάζουσα.

11. ΚΟΛΟΣΣΟΣ. Ἐμοὶ δὲ τίς ἂν ἐρίσαι τολμήσειεν Ἡλίῳ τε ὄντι καὶ τηλικούτῳ τὸ μέγεθος; εἰ γοῦν μὴ ὑπερφυᾶ μηδὲ ὑπέρμετρον οἱ Ῥόδιοι κατασκευά-

Alcamenis, aut Myronis, aut Euphranoris, aut similium artificum, præferantur; at illi ex fæce, artis omnis expertes, porro in angulum aliquem contrusi silentio, concionis modo explendæ causa, assideant.

MERC. Fient ista : sedebunt ut convenit. Verum illud necessarium est ut sciam, si quis illorum aureus quidem sit et multorum talentorum pondere, sed idem non curiose elaboratus, sed plebeius omnino et parum commensu sibi respondens, hicne ante æneos illos Myronis, Polycleti, Phidiæ, et lapideos Alcamenis assidebit, an putandum, præferri debere artem?

JUP. Sic quidem decebat : sed præferendum tamen est aurum.

MERC. Audio : nempe ex divitiis atque censu jubes, non ex nobilitate et præstantia illos a me collocari. Venite ergo in primas sedes vos aurei.

8. Videntur proinde, Jupiter, prima sedilia occupaturi soli barbarici : Græcos enim quales sint vides : venusti illi quidem, et boni vultus, et ex arte figurati; sed iidem tamen lapidei aut ærei in universum omnes; aut pretiosissimi quidem illorum eburnei, pauxillum quantum auri refulgentis habentes, ut colore illo et splendore inducti tantum sint; intus vero iidem sunt lignei, et totos murium greges ibi rempublicam habentes tegunt. At Bendis illa, et Anubis iste, et juxta illum Attis, et Mithres, et Deus Lunus, ex auro solido toti, et graves et multi revera pretii.

9. NEPT. Et ubi hoc justum est, Mercuri, hunc canino vultu præditum ante me sedere Ægyptium, idque quum ego Neptunus sim?

MERC. Sic est. Verum te, quassator telluris, æreum Lysippus et pauperem fecit, non habentibus eo tempore aurum Corinthiis : at hic totis metallis est ditior. Ferre itaque oportet te submoveri, neque indignari si quis tantum ex auro rostrum habens tibi prælatus est.

10. VEN. Ergo me etiam in primis alicubi colloca subselliis : etenim aurea sum.

MERC. Non quantum ego quoque videre, Venus, possum : sed si non plane lippio, ex candido lapide, Pentelico arbitror, excisa, deinde quum ita Praxiteli videretur, Venus facta et tradita es Cnidiis.

VEN. At ego fide dignum tibi testem Homerum adducam, qui a capite ad calcem me carminum auream esse Venerem dicit.

MERC. Nimirum idem etiam Apollinem multi esse auri dicit ac divitem : sed jam videbis illum quoque sedentem inter jugarios, corona exutum a latronibus, et verticillis lyræ a sacrilegis spoliatum : itaque contenta et tu esto, quod non omnino in capite censis fers suffragium.

11. COLOSSUS. Mecum vero certare quis ausit, qui et Sol sim, et tanta magnitudine? nisi enim portentose magnum et mensuram omnem supergressum exstruere me voluissent

ηξίωσαν, ἀπὸ τοῦ ἴσου τελέσματος ἑκκαίδεκα
οὺς ἐπεποίηντο ἄν· ὥστε ἀνάλογον πολυτελέ-
νομιζοίμην. Καὶ πρόσεστιν ἡ τέχνη καὶ
ας τὸ ἀκριβὲς ἐν μεγέθει τοσούτῳ.
Τί, ὦ Ζεῦ, χρὴ ποιεῖν; δύσκριτον ἐμοὶ γοῦν
εἰ μὲν γὰρ ἐς τὴν ὕλην ἀποβλέποιμι, χαλ-
, εἰ δὲ λογιζοίμην ἀφ' ὁπόσων ταλάντων κε-
, ὑπὲρ τοὺς πεντακοσιομεδίμνους ἂν εἴη.
Τί γὰρ ἔδει παρεῖναι καὶ τοῦτον ἐλέγξοντα
λλων σμικρότητα καὶ ἐνοχλήσοντα τῇ καθέ-
ἀλλά, ὦ Ῥοδίων ἄριστε, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα
ος εἶ τῶν χρυσῶν, πῶς ἂν καὶ προεδρεύοις,
ήσει ἀναστῆναι ἅπαντας, ὡς μόνος καθέζοιο
α ὅλην θατέρᾳ τῶν πυγῶν ἐπιλαβών; ὥστε
οιήσεις ὀρθοστάδην ἐκκλησιάζων, ἐπικεκυφὼς
ίῳ.
ΡΜ. Ἰδοὺ πάλιν ἄλλο δύσλυτον καὶ τοῦτο·
ν γὰρ ἀμφοτέρω ἐστὸν καὶ τέχνης τῆς αὐτῆς,
ἑκάτερον τὸ ἔργον, καὶ τὸ μέγιστον, ὁμοτίμω
ς, ἅτε δὴ Διὸς παῖδε, ὁ Διόνυσος οὑτοσὶ καὶ
. Πότερος οὖν αὐτῶν προκαθεδεῖται; φιλο-
άρ, ὡς ὁρᾷς.
. Διατρίβομεν, ὦ Ἑρμῆ, πάλαι δέον ἐκκλη-
στε νῦν μὲν ἀναμὶξ καθιζόντων, ἔνθ' ἂν ἕκα-
, ἐσαῦθις δὲ ἀποδοθήσεται περὶ τούτων ἐκ-
κἀγὼ εἴσομαι τότε ἥντινα χρὴ ποιήσασθαι
ἐπ' αὐτοῖς.
ΡΜ. Ἀλλ', Ἡράκλεις, ὡς θορυβοῦσι τὰ κοινὰ
θ' ἡμέραν ταῦτα βοῶντες, Διανομάς, διανομάς·
έκταρ, ποῦ τὸ νέκταρ; ἡ ἀμβροσία ἐπέλιπεν,
ία ἐπέλιπεν· ποῦ αἱ ἑκατόμβαι, ποῦ αἱ ἑκα-
κοινὰς τὰς θυσίας.
. Κατασιώπησον αὐτούς, ὦ Ἑρμῆ, ὡς μά-
ου ἕνεκα ξυνελέγησαν τοὺς λήρους τούτους

Οὐχ ἅπαντες, ὦ Ζεῦ, τὴν Ἑλλήνων φωνὴν
ἐγὼ δὲ οὐ πολύγλωττός εἰμι, ὥστε καὶ
αὶ Πέρσαις καὶ Θρᾳξὶ καὶ Κελτοῖς ξυνετὰ κη-
Ἄμεινον οὖν, οἶμαι, τῇ χειρὶ σημαίνειν καὶ
ύεσθαι σιωπᾶν.
. Οὕτω ποίει.
ΡΜ. Εὖ γε, ἀφωνότεροι γεγένηνταί σοι τῶν
. Ὥστε ὥρα δημηγορεῖν. Ὁρᾷς; πάλαι
ποβλέπουσι περιμένοντες ὅ τι καὶ ἐρεῖς.
. Ἀλλ' ὅ γε πέπονθα, ὦ Ἑρμῆ, οὐκ ἂν ὀκνή-
ς σὲ εἰπεῖν υἱὸν ὄντα. Οἶσθα ὅπως θαρ-
καὶ μεγαληγόρος ἐν ταῖς ἐκκλησίαις ἦν.
Οἶδα καὶ ἐδεδίειν γε ἀκούων σου δημηγο-
καὶ μάλιστα ὁπότε ἀπειλοίης ἀνασπάσειν ἐκ
ὴν γῆν καὶ τὴν θάλατταν αὐτοῖς θεοῖς τὴν σει-
ην τὴν χρυσῆν καθείς.
. Ἀλλὰ νῦν, ὦ τέκνον, οὐκ οἶδα, εἴτε ὑπὸ
ους τῶν ἐφεστώτων δεινῶν εἴτε καὶ ὑπὸ τοῦ
τῶν παρόντων — πολυθεωτάτη γάρ, ὡς ὁρᾷς,

Rhodii, de æquali impensa sedecim aureos facere deos poterant: hac itaque proportionis regula majoris ego pretii judicer. Accedit ars, et exquisitum in tanta magnitudine artificium.

MERC. Quid agendum, Jupiter? difficile enim mihi judicatu hoc quoque: si enim ad materiam respiciam, æneus est; sin reputem quot talentis sit fabricatus, ultra primum pariter censum et equestrem fuerit.

JUP. Quid enim hunc quoque oportebat adesse, qui reliquorum arguat parvitatem et consessum turbet? Verum heus tu, Rhodiorum optime, si vel maxime præponendus es aureis, quomodo tandem primam occupabis, nisi debeant surgere omnes, uti solus assideas tu, qui totam Pnycem altera clunium occupes? Itaque melius feceris si erectus stes in concione, capite versus consessum inclinato.

12. MERC. En tibi aliud, solutu difficile et ipsum. Ærei enim sunt ambo, et artificii ejusdem, Lysippi opus uterque, et quod maximum, genere æquales, utpote filius uterque Jovis; hic Bacchus, et Hercules. Uter igitur horum priorem sedem occupabit? contendunt enim ut vides.

JUP. Tempus, Mercuri, terimus, quum olim oportuerit concionem habere. Itaque nunc promiscue sedeant, ubi quisque voluerit: in postremum concio de his dabitur atque ego tum sciam, quis ordo in illis sit constituendus.

13. MERC. Sed quantos, Hercules, tumultus cient, communia ista et quotidiana clamantes, Viscerationes, viscerationes! ubi nectar, ubi nectar? ambrosia defecit, ambrosia defecit! ubi hecatombæ, ubi hecatombæ? communes victimas!

JUP. Silentium illis impera, Mercuri, ut audiant cujus rei causa huc collecti sint, nugis hisce omissis.

MERC. Non omnes, Jupiter, Græce intelligunt: ego autem non ita multarum peritus linguarum sum, ut concionari possim quæ etiam Scythæ, Persæ, Thraces et Celtæ intelligant. Melius igitur, puto, fuerit, manu silentium poscere.

JUP. Sic facito.

14. MERC. Euge! magis muti tibi facti sunt quam sophistæ. Itaque jam concionis habendæ tempus est. Viden'? dudum te aspiciunt, quid dicturus sis exspectantes.

JUP. Sed quid mihi acciderit, Mercuri, non cunctabor tibi dicere, filio meo. Nosti quam audax semper et magniloquus fuerim in concionibus.

MERC. Novi, et metuebam equidem si quando audirem te concionantem præsertim quum minareris, te de fundamentis suis extracturum terram et mare cum diis, demissa illa catena aurea.

JUP. At jam, fili, nescio utrum a magnitudine instantium malorum, an a multitudine præsentium (celeberrima

ἡ ἐκκλησία · διατετάραγμαι τὴν γνώμην καὶ ὑπότρομός εἰμι καὶ ἡ γλῶττά μου πεπεδημένη ἔοικε· τὸ δὲ ἀτοπώτατον ἁπάντων, ἐπιλέλησμαι τὸ προοίμιον τῶν λόγων, ὃ παρεσκευασάμην, ὡς εὐπροσωποτάτη μοι ἡ ἀρχὴ γένοιτο πρὸς αὐτούς.

ΕΡΜ. Ἀπολώλεκας, ὦ Ζεῦ, ἅπαντα· οἱ δὲ ὑποπτεύουσι τὴν σιωπὴν καί τι ὑπέρμεγα κακὸν ἀκούσεσθαι προσδοκῶσιν, ἐφ' ὅτῳ σὺ διαμέλλεις.

ΖΕΥΣ. Βούλει οὖν, ὦ Ἑρμῆ, τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο προοίμιον ἀναρραψῳδήσω πρὸς αὐτούς;

ΕΡΜ. Τὸ ποῖον;

ΖΕΥΣ. Κέκλυτέ μευ πάντες τε θεοὶ πᾶσαί τε θέαιναι.

ΕΡΜ. Ἄπαγε, ἱκανῶς καὶ πρὸς ἡμᾶς πεπαρῴνηταί σοι τὰ πρῶτα. Πλὴν εἰ δοκεῖ, τὸ μὲν φορτικὸν τῶν μέτρων ἄφες, σὺ δὲ τῶν Δημοσθένους δημηγοριῶν τῶν κατὰ Φιλίππου ἥντινα ἂν ἐθέλῃς, ξύνειρε ὀλίγα ἐναλλάττων· οὕτω γοῦν οἱ πολλοὶ νῦν ῥητορεύουσιν.

ΖΕΥΣ. Εὖ λέγεις ἐπίτομόν τινα ῥητορείαν καὶ ῥᾳδιουργίαν ταύτην εὔπορον τοῖς ἀπορουμένοις.

15. ΕΡΜ. Ἄρξαι δ' οὖν ποτε.

ΖΕΥΣ. Ἀντὶ πολλῶν ἄν, ὦ ἄνδρες θεοί, χρημάτων ὑμᾶς ἑλέσθαι νομίζω, εἰ φανερὸν γένοιτο ὑμῖν ὅ τι δήποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν ἐφ' ὅτῳ νῦν ξυνελέγητε. Ὅτε τοίνυν τοῦθ' οὕτως ἔχει, προσήκει προθύμως ἀκροᾶσθαί μου λέγοντος. Ὁ μὲν οὖν παρὼν καιρός, ὦ θεοί, μονονουχὶ λέγει φωνὴν ἀφιεὶς ὅτι τῶν παρόντων ἐρρωμένως ἀντιληπτέον ἡμῖν ἐστιν, ἡμεῖς δὲ πάνυ ὀλιγώρως ἔχειν μοι δοκοῦμεν πρὸς αὐτά. Βούλομαι δὲ ἤδη — καὶ γὰρ ἐπιλείπει με ὁ Δημοσθένης — αὐτὰ ὑμῖν δηλῶσαι σαφῶς, ἐφ' οἷς διαταραχθεὶς ξυνήγαγον τὴν ἐκκλησίαν· χθὲς γάρ, ὡς ἴστε, Μνησιθέου τοῦ ναυκλήρου θύσαντος τὰ σωτήρια ἐπὶ τῇ νηὶ ὀλίγου δεῖν ἀπολομένῃ περὶ τὸν Καφηρέα, εἱστιώμεθα ἐν Πειραιεῖ, ὁπόσους ἡμῶν ὁ Μνησίθεος ἐπὶ τὴν θυσίαν ἐκάλεσεν· εἶτα μετὰ τὰς σπονδὰς ὑμεῖς μὲν ἄλλος ἄλλῃ ἐτράπεσθε, ὡς ἑκάστῳ ἔδοξεν, ἐγὼ δὲ — οὐδέπω γὰρ πάνυ ὀψὲ ἦν — ἀνῆλθον ἐς τὸ ἄστυ, ὡς περιπατήσαιμι τὸ δειλινὸν ἐν Κεραμεικῷ ἐννοῶν ἅμα τοῦ Μνησιθέου τὴν σμικρολογίαν, ὃς ἑκκαίδεκα θεοὺς ἑστιῶν ἀλεκτρυόνα μόνον κατέθυσε, γέροντα κἀκεῖνον ἤδη καὶ κορυζῶντα, καὶ λιβανωτοῦ χόνδρους τέτταρας εὖ μάλα εὐρωτιῶντας, ὡς αὐτίκα ἐπισβεσθῆναι τῷ ἄνθρακι, μηδὲ ὅσον ἄκρᾳ τῇ ῥινὶ ὀσφρέσθαι τοῦ καπνοῦ παρασχόντας, καὶ ταῦτα ἑκατόμβας ὅλας ὑπισχνούμενος ὁπότε ἡ ναῦς ἤδη προσεφέρετο τῷ σκοπέλῳ καὶ ἐντὸς ἦν τῶν ἑρμάτων.

16. Ἐπεὶ δὲ ταῦτα ἐννοῶν γίγνομαι κατὰ τὴν Ποικίλην, ὁρῶ πλῆθος ἀνθρώπων πάμπολυ ξυνεστηκός, ἐνίους μὲν ἔνδον ἐν αὐτῇ τῇ στοᾷ, πολλοὺς δὲ ἐν ὑπαιθρίῳ, καί τινας βοῶντας καὶ διατεινομένους ἐπὶ τῶν θάκων καθημένους. Εἰκάσας οὖν ὅπερ ἦν, φιλοσόφους εἶναι τῶν ἐριστικῶν τούτων, ἐβουλήθην ἐπιστὰς ἀκοῦσαι αὐτῶν ὅ τι καὶ λέγουσι· καὶ — ἔτυχον γὰρ νεφέλην τῶν παχειῶν περιβεβλημένος — σχηματίσας

enim diis, ut vides, concio est), perturbatus sum animo, et aliquantum trepido, et compedita mihi videtur lingua. quod autem omnium est absurdissimum, oblitus sum procemii totius orationis, quod paraveram, ut speciosissimo apud illos principio uterer.

MERC. Perdidisti, Jupiter, omnia. At illi suspectum habent silentium, et aliquod ingens malum se audituros exspectant, in quo tu cuncteris.

JUP. Vin' ergo, Mercuri, Homericum illud procemium apud illos rursus cantem?

MERC. Quodnam?

JUP. Auscultate mihi vos omnes, dique deæque!

MERC. Apage : satis etiam nobis importune aggessisti prima illa insana. Verum, si videtur, carminum illam molestiam omitte; sed illarum Demosthenis contra Philippum concionum quamcumque volueris, pauca immutans consarcina. Ita enim plerique jam oratores faciunt.

JUP. Bene me mones de compendiaria quadam dicendi arte et commento hoc laborantibus opportuno.

15. MERC. Sed tandem aliquando incipe.

JUP. Præ multis vos, viri dii, opibus præoptaturos puto, si manifestum vobis fiat, quid tandem illud sit, propter quod jam congregati estis. Quæ quum ita sint, convenit propenso animo me audire dicentem. Præsens igitur tempus, dii, tantum non emissa voce dicit, præsentibus fortiter admovendam esse manum : at nos negligenter admodum affecti ad ea videmur. Volo autem jam (etenim deficit me Demosthenes) illa vobis dilucide exponere, quibus perturbatus concionem hanc convocaverim. Heri enim, ut nostis, Mnesitheo nauclero sacrificium offerente pro servata navi, quæ tantum non circa Capharea perierat, epulabamur in Piræeo, quotquot nostrûm Mnesitheus ad sacrificium vocaverat. Deinde post libationes vos quidem alio alius, ut cuique collibitum erat, discessistis : ego vero (neque enim valde serum erat) in urbem ascendi, inambulaturus vesperi in Ceramico, Mnesithei simul sordidam cogitans parsimoniam, qui sedecim diis vocatis ad epulas, solum gallum mactaverit, eumque vetulum et pituita jam laborantem; tum thuris grana quatuor, bene ea mucida, adeo ut statim exstinguerentur in carbonibus, et ne tantillum quidem fumi, quod extremas ferire posset nares, præbentia : idque quum totas hecatombas promisisset, quo tempore navis jam ferebatur ad scopulum et intra vada erat.

16. Inter has cogitationes quum ad Pœcilen venio, video ibi maximam una stare hominum multitudinem, quosdam intus in ipsa porticu, multos autem sub divo, et clamantes quosdam vocemque contendentes, qui in sedilibus assidebant. Conjiciens ergo quod res erat, philosophos esse de contentiosis illis, volui astans illos audire, quid dicerent: hinc (nubem densam forte indueram) figura illorum et habitu

εἰς τὸν ἐκείνων τρόπον καὶ τὸν πώγωνα ἐπι-
νος εὖ μάλα ἐῴκειν φιλοσόφῳ· καὶ δὴ παραγ-
ενος τοὺς πολλοὺς εἰσέρχομαι ἀγνοούμενος
ν· εὑρίσκω δὲ τὸν Ἐπικούρειον Δᾶμιν, τὸν
ον, καὶ Τιμοκλέα τὸν Στωϊκὸν ἀνδρῶν βέλτιστον,
πάνυ ἐρίζοντας· ὁ γοῦν Τιμοκλῆς καὶ ἵδρου
φωνὴν ἤδη ἐξεκέκοπτο ὑπὸ τῆς βοῆς, ὁ Δᾶμις
αρδώνιον ἐπιμωκεύων ἔτι μᾶλλον παρώξυνε
οκλέα.

Ἦν δὲ ἄρα περὶ ἡμῶν ὁ πᾶς λόγος αὐτοῖς· ὁ
κατάρατος Δᾶμις οὔτε προνοεῖν ἡμᾶς ἔφασκε
ώπων οὔτ' ἐπισκοπεῖν τὰ γιγνόμενα παρ' αὐ-
δὲν ἄλλο ἢ μηδὲ ὅλως ἡμᾶς εἶναι λέγων· τοῦτο
ῷ δηλαδὴ ὁ λόγος ἐδύνατο. Καὶ ἦσάν τινες οἵ
αὐτόν. Ὁ δ' ἕτερος τὰ ἡμέτερα ὁ Τιμοκλῆς
καὶ ὑπερεμάχει καὶ ἠγανάκτει καὶ πάντα τρό-
γωνίζετο τὴν ἐπιμέλειαν ἡμῶν ἐπαινῶν καὶ
ὡς ἐν κόσμῳ τε καὶ τάξει τῇ προσηκούσῃ ἐξη-
καὶ διατάττομεν ἕκαστα· καὶ εἶχε μέν τινας
ς τοὺς ἐπαινοῦντας. Πλὴν ἐκεκμήκει γὰρ ἤδη
ῆρως ἐφώνει καὶ τὸ πλῆθος ἐς τὸν Δᾶμιν ἀπέ-
Συνεὶς δὲ ἐγὼ τὸ κινδυνευόμενον τὴν νύκτα
ε περιχυθεῖσαν τὴν ξυνουσίαν διαλῦσαι. Ἀπῆλ-
ἐς τὴν ὑστεραίαν ξυνθέμενοι ἐς τέλος ἐπεξελεύ-
τὸ σκέμμα, κἀγὼ παρομαρτῶν τοῖς πολλοῖς
ν μεταξὺ ἀπιόντων οἴκαδε παρ' αὐτοὺς ἐπαι-
τὰ τοῦ Δάμιδος καὶ ἤδη παρὰ πολὺ αἱρουμέ-
ἐκείνου. Ἦσαν δὲ καὶ οἱ μὴ ἀξιοῦντες προκα-
ναι τῶν ἐναντίων, ἀλλὰ περιμένειν εἴ τι καὶ
λῆς αὔριον ἐρεῖ.

Ταῦτ' ἔστιν ἐφ' οἷς ὑμᾶς ξυνεκάλεσα, οὐ μικρά,
ἢ λογιεῖσθε ὡς ἡ πᾶσα μὲν ἡμῖν τιμὴ καὶ πρόσ-
δόξα οἱ ἄνθρωποί εἰσιν· εἰ δ' οὗτοι πεισθεῖεν
ὅλως ἡμᾶς εἶναι ἢ ὄντας ἀπρονοήτους εἶναι
τῶν, ἄθυτα καὶ ἀγέραστα καὶ ἀτίμητα ἡμῖν
ἐκ γῆς καὶ μάτην ἐν οὐρανῷ καθεδούμεθα λιμῷ
, ἑορτῶν ἐκείνων καὶ πανηγύρεων καὶ ἀγώνων
ῶν καὶ παννυχίδων καὶ πομπῶν στερόμενοι. Ὡς
τηλικούτων φημὶ δεῖν ἅπαντας ἐπινοεῖν τι σωτή-
ς παροῦσι καὶ ἀφ' ὅτου κρατήσει μὲν ὁ Τιμο-
ὶ δόξει ἀληθέστερα λέγειν, ὁ Δᾶμις δὲ καταγε-
ται πρὸς τῶν ἀκουόντων· ὡς ἔγωγε οὐ πάνυ τῷ
ῇ πέποιθα ὡς κρατήσει καθ' ἑαυτόν, ἢν μὴ καὶ
ἡμῶν αὐτῷ προσγένηται. Κήρυττε οὖν, ὦ
τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου, ὡς ἀνιστάμενοι
εύοιεν.

. Ἄκουε, σίγα, μὴ τάραττε· τίς ἀγορεύειν
ι τῶν τελείων θεῶν, οἷς ἔξεστι; Τί τοῦτο; οὐδεὶς
αι, ἀλλ' ἡσυχάζετε πρὸς τὸ μέγεθος τῶν ἐπηγ-
ν ἐκπεπληγμένοι;

ΩΜΟΣ. Ἀλλ' ὑμεῖς μὲν πάντες ὕδωρ καὶ γαῖα γένοισθε.
, εἴ γέ μοι μετὰ παρρησίας δοθείη λέγειν, πολλὰ
εῦ, εἰπεῖν ἔχοιμι.

sumto, ac barba demissa, satis eram philosopho similis. Pluribus itaque cubito dimotis ingredior, ignotus quis essem. Invenio autem Epicureum Damin, perditissimum nebulonem, et Timoclem Stoicum, virum optimum, serio valde contendentes : nam sudabat Timocles, vocemque clamore jam obtuderat; Damis autem Sardonio risu illudens magis etiam incendebat Timoclem.

17. Erat autem tota illorum de nobis disputatio; quum sacerrimus ille Damis providere nos negaret hominibus, aut inspicere adeo quæ apud illos fiant; nihil aliud sibi volens quam nos nec omnino esse : nam eo nimirum illius valebat disputatio. Atque erant qui illum laudarent. At alter, qui a nobis erat, Timocles pugnabat supra vires, et indignabatur, et omni modo pro causa nostra decertabat, quum nostram laudaret providentiam, et enarraret quanto ornatu, quam ordine convenienti regamus omnia atque instituamus. Atque habebat quidem et ipse suos quosdam laudatores; verum enim fessus jam erat, et male clamabat, et multitudo respiciebat ad Damin. Intellecto periculo, noctem ego jussi circumfusam solvere disputationem. Discesserunt igitur, pacti postridie se ad finem deducturos quæstionem : et ego comitans multitudinem sublegi illorum, dum domum eunt, sermones, probantium partes Damidis, et multo jam majori numero ad illas se adjungentium. Erant vero etiam qui prædamnare adversas illi partes nollent, sed exspectare si quid Timocles diceret postridie.

18. Hæc sunt propter quæ vos convocavi, non parva, dii, si consideraveritis, omnem nobis honorem et gloriam et reditum esse homines. His vero si persuadeatur aut omnino deos non esse, aut si sint, ipsorum curam non habere; jam nec victimam, nec munus, nec honorem e terra percipiemus, et frustra desidebimus in cœlo fame vexandi, diebus illis festis et celebritatibus sacrificiis, et pervigiliis et pompis carentes. Tanquam igitur de rebus tanti momenti, aio excogitare omnes debere aliquod salutare consilium rebus præsentibus, cujus ope superior discedat Timocles et veriora videatur dicere; Damis vero ab audientibus derideatur : neque enim valde confido Timocli, futurum ut per se vincat, nisi a nobis ipsi aliquid auxilii accedat. Præconium ergo fac, Mercuri, de more, ut surgant consilii dandi causa.

MERC. Audi : tace : ne turba : quis concionari vult deorum justæ ætatis quibus licet? Quid hoc? nemo surgit, sed tacetis magnitudine eorum, quæ denunciata vobis sunt, perculsi?

19. MOMUS. At vestrûm jam quisque lutum fiatis et humor! Ego vero, si mihi loquendi cum fiducia facultas detur, multa, Jupiter, habeo, quæ dicam.

ΖΕΥΣ. Λέγε, ὦ Μῶμε, πάνυ θαρρῶν· δῆλος γὰρ εἶ ἐπὶ τῷ συμφέροντι παρρησιασόμενος.

ΜΩΜ. Οὐκοῦν ἀκούετε, ὦ θεοὶ, τά γε ἀπὸ καρδίας, φασίν· ἐγὼ γὰρ καὶ πάνυ προσεδόκων ἐς τόδε ἀμηχανίας περιστήσεσθαι τὰ ἡμέτερα καὶ πολλοὺς τοιούτους ἀναφύσεσθαι ἡμῖν σοφιστὰς, παρ' ἡμῶν αὐτῶν τὴν αἰτίαν τῆς τόλμης λαμβάνοντας· καὶ μὰ τὴν Θέμιν οὔτε τῷ Ἐπικούρῳ ὀργίζεσθαι ἄξιον οὔτε τοῖς ὁμιληταῖς αὐτοῦ καὶ διαδόχοις τῶν λόγων, εἰ τοιαῦτα περὶ ἡμῶν ὑπειλήφασιν. Ἢ τί γὰρ αὐτοὺς ἀξιώσειέ τις ἂν φρονεῖν, ὁπόταν ὁρῶσι τοσαύτην ἐν τῷ βίῳ τὴν ταραχὴν, καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς αὐτῶν ἀμελουμένους, ἐν πενίᾳ καὶ νόσοις καὶ δουλείᾳ καταφθειρομένους, παμπονήρους δὲ καὶ μιαροὺς ἀνθρώπους προτιμωμένους καὶ ὑπερπλουτοῦντας καὶ ἐπιτάττοντας τοῖς κρείττοσι, καὶ τοὺς μὲν ἱεροσύλους οὐ κολαζομένους, ἀλλὰ διαλανθάνοντας, ἀνασκολοπιζομένους δὲ καὶ τυμπανιζομένους ἐνίοτε τοὺς οὐδὲν ἀδικοῦντας; Εἰκότως τοίνυν ταῦτα ὁρῶντες οὕτω διαιροῦνται περὶ ἡμῶν ὡς οὐδὲ ὅλως ὄντων,

20. καὶ μάλιστα ὅταν ἀκούσωσι τῶν χρησμῶν λεγόντων ὡς διαβάς τις τὸν Ἅλυν μεγάλην ἀρχὴν καταλύσει, οὐ μέντοι δηλούντων εἴτε τὴν αὐτοῦ εἴτε τὴν τῶν πολεμίων· καὶ πάλιν

Ὦ θείη Σαλαμὶς, ἀπολεῖς δὲ σὺ τέκνα γυναικῶν·

καὶ Πέρσαι γὰρ, οἶμαι, καὶ Ἕλληνες τέκνα γυναικῶν ἦσαν. Ὅταν μὲν γὰρ πάλιν τῶν ῥαψῳδῶν ἀκούσωσιν, ὅτι καὶ ἐρῶμεν καὶ τιτρωσκόμεθα καὶ δεσμούμεθα καὶ δουλεύομεν καὶ στασιάζομεν καὶ μυρία ὅσα πράγματα ἔχομεν, καὶ ταῦτα μακάριοι καὶ ἄφθαρτοι ἀξιοῦντες εἶναι, τί ἄλλο ἢ δικαίως καταγελῶσι καὶ ἐν οὐδενὶ τίθενται τὰ ἡμέτερα; Ἡμεῖς δὲ ἀγανακτοῦμεν, εἴ τινες ἄνθρωποι ὄντες οὐ πάνυ ἀνόητοι διελέγχουσι ταῦτα καὶ τὴν πρόνοιαν ἡμῶν παρωθοῦνται, δέον ἀγαπᾶν, εἴ τινες ἡμῖν θύουσιν ἔτι τὰ τοιαῦτα ἐξαμαρτάνουσι.

21. Καί μοι ἐνταῦθα, ὦ Ζεῦ — μόνοι γάρ ἐσμεν καὶ οὐδεὶς ἄνθρωπος πάρεστι τῷ ξυλλόγῳ ἔξω Ἡρακλέους καὶ Διονύσου καὶ Γανυμήδους καὶ Ἀσκληπιοῦ, τῶν παρεγγράπτων τούτων — ἀπόκριναί μοι μετ' ἀληθείας, εἴ ποτέ σοι ἐμέλησεν ἐς τοσοῦτον τῶν ἐν τῇ γῇ ὡς ἐξετάσαι τίνες αὐτῶν οἱ φαῦλοι ἢ οἵτινες οἱ χρηστοί εἰσιν· ἀλλ' οὐκ ἂν εἴποις. Εἰ γοῦν μὴ ὁ Θησεὺς ἐκ Τροιζῆνος ἐς Ἀθήνας ἰὼν ὁδοῦ πάρεργον ἐξέκοψε τοὺς κακούργους, ὅσον ἐπὶ σοὶ καὶ τῇ σῇ προνοίᾳ οὐδὲν ἂν ἐκώλυεν ἐντρυφῶντας ζῆν ταῖς τῶν παροδοιπορούντων σφαγαῖς τὸν Σκείρωνα καὶ τὸν Πιτυοκάμπτην καὶ Κερκυόνα καὶ τοὺς ἄλλους· ἢ εἴ γε μὴ ὁ Εὐρυσθεὺς, ἀνὴρ ἀρχαῖος καὶ προνοητικὸς, ὑπὸ φιλανθρωπίας ἀναπυνθανόμενος τὰ παρ' ἑκάστοις ἐξέπεμπε τουτονὶ τὸν οἰκέτην αὐτοῦ, ἐργατικὸν ἄνθρωπον καὶ πρόθυμον ἐς τοὺς πόνους, ὁ Ζεὺς σὺ ὀλίγον ἐφρόντιζες ἂν τῆς Ὕδρας καὶ τῶν ἐν Στυμφάλῳ ὀρνέων καὶ ἵππων τῶν Θρᾳκικῶν καὶ τῆς Κενταύρων ὕβρεως καὶ παροινίας.

22. Ἀλλ' εἰ χρὴ τἀληθῆ λέγειν, καθήμεθα τοῦτο

JUP. Audacter, Mome, dicito : apertum enim est te utilitatis causa libere locuturum.

MOM. Audite ergo, dii, quæ ex animo, aiunt, proferam. Ego enim et valde quidem exspectabam, ad hoc angustiarum perventuras esse res nostras, multosque id genus exorituros nobis sophistas, a nobis ipsis audaciæ suæ obtentum capientes. Et per Themidem, non irascendum est Epicuro, neque ipsius sodalibus et successoribus sententiarum, si talia de nobis putarunt. Quid enim aliud sentire illos aliquis postulet, quando tantam in vita perturbationem rerum observant; qui boni inter illos sunt, negligi, in paupertate, et morbis, et servitute pereuntes; pessimos contra impurosque homines præferri illis, divites ultra modum, imperantes melioribus; sacrilegos non puniri, sed latere; in crucem vero agi, fustibus cædi interdum eos qui nihil injuste egerunt? Merito igitur, ea quum vident, ita de nobis cogitant, quasi omnino non simus :

20. præsertim si audiant oracula dicere,

Qui superabit Halyn, magnam pervertet opum vim,

nec tamen indicare, suamne, an hostium; et rursus,

O Salamis, perdes muliebri e corpore natos :

et Persæ enim, arbitror, et Græci muliebri e corpore nati erant. Rursus inde carminum sutores quum audiunt, nos et amare, et vulnerari, et vinciri, et servire, et dissidere, et sexcentas molestias habere narrantes, idque quum beati et immortales esse postulemus : quid aliud quam merito nos derident, et nullam nostri rationem habent? Nos vero indignamur, si qui homines non plane amentes reprehendunt ista et nostram providentiam rejiciunt; quum satis habere debeamus, si quidam adhuc nobis post tot nostra peccata sacrificant.

21. Atque hic mihi, Jupiter (soli enim sumus, neque adest in cœtu hoc hominum quisquam, præter Herculem et Bacchum, Ganymedem et Æsculapium, ascriptitios illos), responde mihi ex vero, an unquam tibi tantum ea quæ in terra aguntur curæ fuerint, ut exquireres qui illorum mali, et qui boni sint : verum non dixeris. Nisi enim Theseus, Trœzene Athenas pergens, obiter in via excidisset maleficos, quantum ad te tuamque providentiam, nihil prohibebat vivere et in viatorum cædibus luxuriari Scironem, et Pityocampten, et Cercyonem, et reliquos : aut nisi Eurystheus, antiquus vir et providens, humanitate ductus, explorato quid apud quosque ageretur, misisset hunc suum famulum, operosum hominem et ad labores promtum, tu, Jupiter, parum curasses Hydram, et illas in Stymphalo volucres, et equos Thracios, et ebriosas Centaurorum contumelias.

22. Sed si verum dicendum est, sedemus in hoc solum

τηροῦντες, εἴ τις θύει καὶ κνισᾷ παρὰ τοὺς
ὰ δ' ἄλλα κατὰ ῥοῦν φέρεται ὡς ἂν τύχῃ
ρασυρόμενα. Τοιγαροῦν εἰκότα νῦν πάσχο-
πεισόμεθα, ἐπειδὰν κατ' ὀλίγον οἱ ἄνθρωποι
τες εὑρίσκωσιν οὐδὲν ὄφελος αὐτοῖς ὄν, εἰ
καὶ τὰς πομπὰς πέμποιεν. Εἶτ' ἐν βραχεῖ
ελῶντας μὲν τοὺς Ἐπικούρους καὶ Μητρο-
Δάμιδας, κρατουμένους δὲ καὶ ἀποφραττο-
αὐτῶν τοὺς ἡμετέρους ξυνηγόρους· ὥστε
ν εἴη παύειν καὶ ἰᾶσθαι ταῦτα, τῶν καὶ ἐς
προαγαγόντων. Μώμῳ δὲ οὐ μέγας ὁ κίν-
τιμος ἔσται· οὐδὲ γὰρ πάλαι τῶν τιμωμένων
τ' εὐτυχούντων καὶ τὰς θυσίας μόνων ἑστιω-

ΕΥΣ. Τοῦτον μέν, ὦ θεοί, ληρεῖν ἐάσωμεν
ὄντα καὶ ἐπιτιμητικόν· ἔστι μὲν γάρ, ὡς ὁ
Δημοσθένης ἔφη, τὸ μὲν ἐγκαλέσαι καὶ
καὶ ἐπιτιμῆσαι ῥᾴδιον καὶ τοῦ βουλομένου
δ' ὅπως τὰ παρόντα βελτίω γενήσεται ξυμ-
τοῦτ' ἔμφρονος ὡς ἀληθῶς ξυμβούλου, ὅπερ
οἶδ' ὅτι ποιήσετε καὶ τούτου σιωπῶντος.
ΩΣ. Ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ἄλλα ὑποβρύχιός εἰμι,
καὶ ἐν βυθῷ πολιτεύομαι κατ' ἐμαυτόν, ἐς
δυνατὸν σώζων τοὺς πλέοντας καὶ παραπέμ-
οῖα καὶ τοὺς ἀνέμους καταμαλάττων· ὅμως
μέλει γάρ μοι καὶ τῶν ἐνταῦθα — φημὶ δεῖν
τοῦτον ἐκποδὼν ποιήσασθαι, πρὶν ἐπὶ τὴν
ἤτοι κεραυνῷ ἤ τινι ἄλλῃ μηχανῇ, μὴ καὶ
έγων — φὴς γάρ, ὦ Ζεῦ, πιθανόν τινα εἶναι
ἅμα γὰρ καὶ δείξομεν αὐτοῖς ὡς μετερχόμεθα
ταῦτα καθ' ἡμῶν διεξιόντας.
ΕΥΣ. Παίζεις, ὦ Πόσειδον, ἢ τέλεον ἐπιλέ-
οὐδὲν ἐφ' ἡμῖν τῶν τοιούτων ἐστίν, ἀλλ' αἱ
άστῳ ἐπικλώθουσι τὸν μὲν κεραυνῷ, τὸν δὲ
δὲ πυρετῷ ἢ φθόῃ ἀποθανεῖν; ἐπεί τοί γε
ἐξουσίας τὸ πρᾶγμα ἦν, εἴασα ἄν, οἴει, τοὺς
πρῴην ἀπελθεῖν ἀκεραυνώτους ἐκ Πίσης δύο
πλοκάμων ἀποκείραντας ἓξ μνᾶς ἑκάτερον
ἢ σὺ αὐτὸς περιεῖδες ἂν ἐν Γεραιστῷ τὸν
ἐξ Ὠρεοῦ ὑφαιρούμενόν σου τὴν τρίαιναν;
καὶ δόξομεν ἀγανακτεῖν λελυπημένοι τῷ
καὶ δεδιέναι τοὺς παρὰ τοῦ Δάμιδος λόγους
οὕτω ἀποσκευάζεσθαι τὸν ἄνδρα οὐ περιμεί-
τεξετασθῆναι αὐτὸν τῷ Τιμοκλεῖ· ὥστε τί
ἐρήμης οὕτω κρατεῖν δόξομεν;
Καὶ μὴν ἐπίτομόν τινα ταύτην ἔγωγε ᾤμην
έναι πρὸς τὴν νίκην.
. Ἄπαγε, θυννῶδες τὸ ἐνθύμημα, ὦ Πόσει-
ομιδῇ παχύ, προαναιρεῖν τὸν ἀνταγωνιστήν,
νῃ ἀήττητος ἀμφήριστον ἔτι καὶ ἀδιάκριτον
ν τὸν λόγον.
Οὐκοῦν ἄμεινόν τι ὑμεῖς ἄλλο ἐπινοεῖτε, εἰ
ως ὑμῖν ἀποτεθύννισται.
ΠΟΛ. Εἰ καὶ τοῖς νέοις ἔτι καὶ ἀγενείοις ἡμῖν

intenti, si quis sacrificet et nidorem excitet prope altaria: reliqua suo fluxu feruntur, et trahuntur unumquodque ut sors tulerit. Itaque nihil præter spem nobis accidit, et in posterum accidet, quum apertis paullatim oculis homines invenient nihil sibi prodesse, si sacrificent nobis et pompas mittant. Tum paullo post videbis illudentes nobis Epicuros, et Metrodoros, et Damides, victos vero ab illis constrictosque nostros patronos. Vestrum ergo fuerit sedare ac sanare talia, qui nempe ea in hunc statum perduxeritis. Momo quidem non magnum imminet periculum, si honore carebit; neque enim olim inter honoratos fuit, quum vos adhuc felices soli frueremini victimis.

23. JUP. Hunc, dii, delirare patiamur, asperum semper et ad reprehensionem proclivem. Est nimirum, ut admirabilis vir Demosthenes dixit, accusare quidem et reprehendere et increpare facile, et uniuscujusque qui modo voluerit; sed consilium dare quomodo meliora fiant præsentia, illud demum prudentis revera consiliarii est: quod vos reliqui, probe scio, vel tacente isto facietis.

24. NEPT. Ego de cetero submersus sum, ut nostis, et in fundo maris versor pro me, quantum possum, servans navigantes, et navigia deducens, et molliens ventos: interim tamen (nam hæc etiam mihi curæ sunt) aio oportere hunc Damin tollere ante de medio, quam ad contentionem veniat, vel fulmine, vel alia quadam ratione, ne dicendo superet (dicis enim, Jupiter, persuadendi peritum esse hominem): nam simul ostenderimus illis, quam ulcisci soleamus eos qui talia contra nos disputant.

25. JUP. Ludin', Neptune, an plane oblitus es, nihil talium in nostra potestate esse, sed nere unicuique Parcas, ut alius fulmine, gladio alius, alius febri aut tabe moriatur? Alioqui, si quidem in mea potestate res esset, passusne eram, putas, sacrilegos nuper discedere non fulminatos Olympia, qui duos de meis cirris detonderant, sex minas pendentem unumquemque? aut tune ipse neglecturus eras in Geræsto piscatorem ex Oreo, qui tridentem tibi subduxit? Ceterum etiam videbimur indigne ferre et dolere hoc negotium, et metuere argumenta Damidis, et propter hoc ipsum amoliri hominem, neque exspectare ut cum Timocle comparetur: itaque quid aliud quam indicta ab adversario causa, vincere sic videbimur?

NEPT. At ego compendiariam hanc excogitasse mihi videbar ad victoriam viam.

JUP. Apage, thunnos olet hoc commentum, Neptune, et nimis est pingue, ante interficere adversarium, ut invictus moriatur, disputationem relinquens non dijudicatam et de qua contentioni adhuc locus sit.

NEPT. Ergo melius vos aliud excogitate, si mea adeo ad thunnos a vobis ablegantur.

26. APOLLO. Si juvenibus etiam et adhuc imberbibus

ἐψεῖτο ἐκ τοῦ νόμου δημηγορεῖν, ἴσως ἂν εἶπόν τι ξυμφέρον ἐς τὴν διάσκεψιν.

ΜΩΜ. Ἡ μὲν σκέψις, ὦ Ἄπολλον, οὕτω περὶ μεγάλων, ὥστε μὴ καθ' ἡλικίαν, ἀλλὰ κοινὸν ἅπασι προκεῖσθαι τὸν λόγον· χάριεν γάρ, εἰ περὶ τῶν ἐσχάτων κινδυνεύοντες περὶ τῆς ἐν τοῖς νόμοις ἐξουσίας σμικρολογοίμεθα. Σὺ δὲ καὶ πάνυ ἤδη ἔννομος εἶ δημηγόρος, πρόπαλαι μὲν ἐξ ἐφήβων γεγονώς, ἐγγεγραμμένος δὲ ἐς τὸ τῶν δώδεκα ληξιαρχικόν, καὶ ὀλίγου δεῖν τῆς ἐπὶ Κρόνου βουλῆς ὤν· ὥστε μὴ μειρακιεύου πρὸς ἡμᾶς, ἀλλὰ λέγε θαρρῶν ἤδη τὰ δοκοῦντα μηδὲν αἰδεσθεὶς, ὅτι ἀγένειος ὢν δημηγορήσεις, καὶ ταῦτα βαθυπώγωνα καὶ εὐγένειον οὕτως υἱὸν ἔχων τὸν Ἀσκληπιόν. Ἄλλως τε καὶ πρέπον ἂν εἴη σοι νῦν μάλιστα ἐκφαίνειν τὴν σοφίαν, εἰ μὴ μάτην ἐν τῷ Ἑλικῶνι κάθησαι ταῖς Μούσαις συμφιλοσοφῶν.

ΑΠΟΛ. Ἀλλ' οὐ σέ, ὦ Μῶμε, χρὴ τὰ τοιαῦτα ἐφιέναι, τὸν Δία δέ· καὶ ἢν οὗτος κελεύσῃ, τάχα ἄν τι οὐκ ἄμουσον εἴποιμι, ἀλλὰ τῆς ἐν τῷ Ἑλικῶνι μελέτης ἄξιον.

ΖΕΥΣ. Λέγε, ὦ τέκνον· ἐφίημι γάρ.

27. ΑΠΟΛ. Ὁ Τιμοκλῆς οὗτος ἔστι μὲν χρηστὸς ἀνὴρ καὶ εὐσεβὴς καὶ τοὺς λόγους πάνυ ἠκρίβωκε τοὺς τῶν Στωϊκῶν· ὥστε καὶ σύνεστιν ἐπὶ σοφίᾳ πολλοῖς τῶν νέων καὶ μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ἐπὶ τούτῳ ἐκλέγει, σφόδρα πιθανὸς ὤν, ὁπότε ἰδίᾳ τοῖς μαθηταῖς διαλέγοιτο· ἐν πλήθει δὲ εἰπεῖν ἀτολμότατός ἐστι καὶ τὴν φωνὴν ἰδιώτης καὶ μιξοβάρβαρος, ὥστε γέλωτα ὀφλισκάνειν διὰ τοῦτο ἐν ταῖς συνουσίαις οὐ ξυνείρων, ἀλλὰ βατταρίζων καὶ ταραττόμενος, καὶ μάλιστα ὁπόταν οὕτως ἔχων καὶ καλλιρρημοσύνην ἐπιδείκνυσθαι βούληται. Ξυνεῖναι μὲν γὰρ εἰς ὑπερβολὴν ὀξύς ἐστι καὶ λεπτογνώμων, ὥς φασιν οἱ ἄμεινον τὰ τῶν Στωϊκῶν εἰδότες, λέγων δὲ καὶ ἑρμηνεύων ὑπ' ἀσθενείας διαφθείρει αὐτὰ καὶ συγχεῖ οὐκ ἀποσαφηνίζων ὅ τι βούλεται, ἀλλ' αἰνίγμασιν ἐοικότα προτείνων καὶ πάλιν αὖ πολὺ ἀσαφέστερα πρὸς τὰς ἐρωτήσεις ἀποκρινόμενος· οἱ δὲ οὐ ξυνιέντες καταγελῶσιν αὐτοῦ. Δεῖ δ' οἶμαι σαφῶς λέγειν καὶ τούτου μάλιστα πολλὴν ποιεῖσθαι τὴν πρόνοιαν, ὡς ξυνήσουσιν οἱ ἀκούοντες.

28. ΜΩΜ. Τοῦτο μὲν ὀρθῶς ἔλεξας, ὦ Ἄπολλον, ἐπαινέσας τοὺς σαφῶς λέγοντας, εἰ καὶ μὴ πάνυ ποιεῖς αὐτὸ σὺ ἐν τοῖς χρησμοῖς λοξὸς ὢν καὶ γριφώδης καὶ ἐς τὸ μεταίχμιον ἀσφαλῶς ἀπορρίπτων τὰ πολλά, ὡς τοὺς ἀκούοντας ἄλλου δεῖσθαι Πυθίου πρὸς τὴν ἐξήγησιν αὐτῶν. Ἀτὰρ τί τὸ ἐπὶ τούτῳ ξυμβουλεύεις; τίνα ἴασιν ποιήσασθαι τῆς τοῦ Τιμοκλέους ἀδυναμίας ἐν τοῖς λόγοις;

29. ΑΠΟΛ. Ξυνήγορον, ὦ Μῶμε, εἴ πως δυνηθείημεν, αὐτῷ παρασχεῖν ἄλλον τῶν δεινῶν τούτων, ἐροῦντα κατ' ἀξίαν ἅπερ ἂν ἐκεῖνος ἐνθυμηθεὶς ὑποβάλῃ.

ΜΩΜ. Ἀγένειον τοῦτο ὡς ἀληθῶς εἴρηκας, ἔτι παιδαγωγοῦ τινος δεόμενον, ξυνήγορον ἐν ξυνουσίᾳ φιλοσόφων παραστήσασθαι ἑρμηνεύσοντα πρὸς τοὺς παρόντας

nobis permissum lege esset concionari, forte dicerem aliquid utile ad nostram deliberationem.

MOM. Deliberatio, Apollo, adeo de magnis rebus est, ut non secundum ætatem, sed communis omnibus dicendi facultas proposita sit. Lepidum quippe fuerit, si, quum in extremis versemur periculis, de potestate legitima subtiliter et jejune disputemus. Tu vero etiam omnino jam legitimus concionator es, qui ephebis olim excesseris, et in duodecim deorum album relatus, atque tantum non de illo sub Saturno consilio unus sis. Quare noli apud nos adolescentuli pudorem simulare, sed audacter jam quæ tibi videantur dicito, nihil verecundatus, si imberbis concionere, præsertim quum promissa adeo barba et menti probe hirsuti filium habeas Æsculapium. Præterea decet te nunc præsertim tuam proferre sapientiam, nisi frustra in Helicone resides et philosophare cum Musis.

APOL. Atqui tuum non est, Mome, eam facultatem dare, sed Jovis. Hic si jusserit, forte aliquid dixero a Musis non alienum, sed exercitatione quam in Helicone instituimus dignum.

JUP. Dic, fili, permitto enim.

27. APOL. Bonus vir est iste Timocles, et deorum amans, et rationes Stoicorum plane perdidicit. Itaque multis cum juvenibus philosophiæ causa versatur, mercedesque eo nomine non parvas conficit, qui persuadeat egregie, quando privatim disputat cum adolescentibus: in turba autem dicere minime audet, et vocem habet imperiti hominis, ac semibarbarus est, ut risum propter ista debeat in congressibus, qui non connectat verba, sed balbutiat et perturbetur: et maxime quoties cum hoc ingenio etiam venuste dicendi facultatem vult ostendere. Ad intelligendi enim vim acutissimus est, et subtiliter cogitat, ut affirmant qui optime Stoicorum res norunt: quum vero dicit et explicat, præ imbecillitate ea corrumpit et confundit, qui non clare quid sibi velit explanet, sed ænigmatis similia proferat, ac rursus multo etiam obscurius ad interrogata respondeat. Inde qui illum non intelligunt, derident. Oportet autem, puto, dilucide dicere, ejusque rei multam adhibere providentiam, ut intelligant qui audiunt.

28. MOM. Recte tu quidem illud, Apollo, quod laudas dilucide dicentes, etsi minime omnium ipse hoc facis in oraculis, sed obliquus es et perplexus, et qui in medium inter certantes locum tutus ipse pleraque projicias, ut, qui audierunt, alio opus habeant ad ea interpretanda Pythio. Verum quid post illa tu consulis? quam medicinam facere Timoclis in dicendo imbecillitati?

29. APOL. Patronum, Mome, si qua possemus illi adjungere alium de vehementibus illis, qui pro dignitate dicat quæcumque iste excogitata illi subjecerit.

MOM. Vere pro imberbi istuc dixisti et qui pædagogo adhuc indigeat, patronum in philosophorum disputatione astare, explicantem præsentibus quid sentiat Timocles:

οχῇ Τιμοκλεῖ, καὶ τὸν μὲν Δᾶμιν αὐτοπρόσ-
δι' αὐτοῦ λέγειν, τὸν δὲ ὑποκριτῇ προσχρώ-
πρὸς τὸ οὖς ἐκείνῳ ὑποβάλλειν τὰ δοκοῦντα,
ιτὴν δὲ ῥητορεύειν, οὐδ' αὐτὸν ἴσως ξυνιέντα
τειε. Ταῦτα πῶς οὐ γέλως ἂν εἴη τῷ πλήθει;
το μὲν ἄλλως ἐπινοήσομεν.
ὺ δὲ, ὦ θαυμάσιε — φὴς γὰρ καὶ μάντις
μισθοὺς οὐκ ὀλίγους ἐπὶ τῷ τοιούτῳ ἐξέλεξας
τοῦ πλίνθους χρυσᾶς ποτε εἰληφέναι — τί οὐχ
ἡμῖν κατὰ καιρὸν τὴν τέχνην προειπὼν ὁπό-
σοφιστῶν κρατήσει λέγων; οἶσθα γὰρ δήπου
σόμενον μάντις ὤν.
.. Πῶς, ὦ Μῶμε, δυνατὸν ποιεῖν ταῦτα μήτε
ἡμῖν παρόντος μήτε θυμιαμάτων ἢ πηγῆς
οἵα ἡ Κασταλία ἐστίν;
Ὁρᾷς; ἀποδιδράσκεις τὸν ἔλεγχον ἐν στενῷ

.. Ὅμως, ὦ τέκνον, εἰπὲ καὶ μὴ παράσχῃς
άντῃ τούτῳ προφάσεις διαβάλλειν καὶ χλευά-
ὡς ἐπὶ τρίποδι καὶ ὕδατι καὶ λιβανωτῷ κεί-
εἰ μὴ ἔχοις ταῦτα, στερησόμενόν σε τῆς τέχνης.
.. Ἄμεινον μὲν ἦν, ὦ πάτερ, ἐν Δελφοῖς ἢ
ῶνι τὰ τοιαῦτα ποιεῖν, ἁπάντων μοι τῶν χρη-
ρόντων, ὡς ἔθος· ὅμως δὲ καὶ οὕτω γυμνὸς
ὶ ἄσκευος πειράσομαι προειπεῖν ὁποτέρου τὸ
ται· ἀνέξεσθε δὲ, εἰ μὴ ἔκμετρα λέγοιμι.
Λέγε, σαφῆ δὲ μόνον, ὦ Ἄπολλον, καὶ οὐ
καὶ αὐτὰ ἢ ἑρμηνέως δεόμενα· καὶ γὰρ οὐχ
έα καὶ χελώνη νῦν ἐν Λυδίᾳ ξυνέψεται· ἀλλ'
ὅτου ἡ σκέψις.
. Τί ποτ' ἐρεῖς, ὦ τέκνον; ὡς τά γε πρὸ τοῦ
ταῦτα ἤδη φοβερά· ἡ χρόα τετραμμένη καὶ οἱ
περιφερεῖς καὶ κόμη ἀνασοβουμένη καὶ κίνημα
ῶδες καὶ ὅλως κατόχιμα πάντα καὶ φρικώδη
κά.
ΟΛ. Κέκλυτε μαντιπόλου τόδε θέσφατον Ἀπόλλωνος
ριδος κρυερῆς, τὴν ἀνέρες ἐστήσαντο
ι μύθοισι κορυσσόμενοι πυκινοῖσι.
γὰρ ἔνθα καὶ ἔνθα μόθου ἑτεραλκέϊ κλωγμῷ
ς ἄκρα κόρυμβα καταπλήσσουσιν ἐχέτλης.
ὅταν αἰγυπιὸς γαμψώνυχος ἀκρίδα μάρψῃ,
ε λοίσθιον ὀμβροφόροι κλάγξουσι κορῶναι.
' ἡμιόνων, ὁ δ' ὄνος θοὰ τέκνα κορύψει.
. Τί τοῦτο ἀνεκάχασας, ὦ Μῶμε; καὶ μὴν
τὰ ἐν ποσί· παῦσαι κακόδαιμον, ἀποπνιγήσῃ
έλωτος.
Καὶ πῶς δυνατὸν, ὦ Ζεῦ, ἐφ' οὕτω σαφεῖ
λῳ τῷ χρησμῷ;
. Οὐκοῦν καὶ ἡμῖν ἤδη ἑρμηνεύοις ἂν αὐτὸν
ίγει.
Πάνυ πρόδηλα, ὥστε οὐδὲν ἡμῖν Θεμιστο-
ίσει· φησὶ γὰρ τὸ λόγιον οὑτωσὶ διαρρήδην
εἶναι τοῦτον, ἡμᾶς δὲ ὄνους κανθηλίους νὴ
μιόνους, τοὺς πιστεύοντας αὐτῷ, οὐδ' ὅσον
ν νοῦν ἔχοντας.

ac Damin ex sua persona et pro se loqui, alterum autem histrione uti, et seorsum illi in aurem quæ videantur subjicere, ac histrionem deinde magnifice verba facere, qui forte nec ipse quæ audivit intellexerit. Ista quomodo non risus erunt multitudini? Verum de illo quidem frustra cogitabimus.

30. At tu, præstantissime (dicis enim te vatem esse, et mercedes non parvas eo nomine cepisti, adeo ut lateres etiam aureos aliquando acceperis), quin tu ostendisti nobis in tempore artem, prædicens uter sophistarum dicendo sit superaturus? nosti enim scilicet quid futurum sit, quum divinus sis.

APOL. Quomodo, Mome, fieri potest ut faciam talia, quum neque tripus nobis præsto sit, neque suffimenta, neque fons fatidicus, qualis est Castalius?

MOM. Vides? fugis convinci, in angusto deprehensus.

JUP. Tamen dic, fili, neu præbe calumniatori isti obtentum insimulandi et irridendi tuas divinationes, tanquam in tripode et aqua ac thure positas, ut, si ista non habeas, arte quoque ipsa careas.

APOL. Melius quidem erat, pater, Delphis aut Colophone talia facere, ubi præsto mihi sunt pro more quæ ad rem faciunt omnia : attamen sic etiam, nudus illis et imparatus, tentabo prædicere cujus futura sit victoria : sustinebitis autem, si non satis modulata dixero.

MOM. Dic, verum dilucida modo, Apollo, nec consiliario aut interprete ipsa quoque indigentia : neque enim agninæ carnes et testudo nunc una coquuntur in Lydia : verum scis qua de re deliberetur.

JUP. Quid tandem dices, fili? nam ea quæ præcedunt oraculum, jam hæc sunt terribilia : mutatus color, oculi huc illuc torti, coma cum horrore turbata, motus Corybanticus; et in universum possessi hominis omnia, et horribilia, et mystica.

31. APOL. Percipite, o superi, quæ jam canit augur Apollo
lite super rigida, quam constituere valentes
arguto clamore viri, verbisque petulci.
Multum hinc alternis crocitibus aera et inde,
non sine lucentis stivæ terroribus, implent.
Curvo at ubi vultur comprenderit ungue cicadam,
tum sane imbriferæ cornices ultima clangent.
Victores muli, ast asinus sobolem arietat acrem.

JUP. Quid pleno ita rictu cachinnas, Mome? atqui ridicula non sunt præsentia. Desine, infelix, suffocaberis a risu.

MOM. Et qui possim desinere, Jupiter, super oraculo ita claro ac dilucido?

JUP. Ergo etiam nobis illud explicaveris quid sibi velit.

MOM. Manifestum omnino. Itaque nihil nobis opus erit Themistocle, adeo diserte dicit oraculum hunc præstigiatorem esse, nos vero asinos clitellarios, ita me Jupiter, et mulos, qui credamus illi, et neque tantum mentis quantum cicadam habere.

32. ΗΡΑΚ. Ἐγὼ δὲ, ὦ πάτερ, εἰ καὶ μέτοικός εἰμι, οὐκ ὀκνήσω ὅμως τὰ δοκοῦντά μοι εἰπεῖν· ὁπόταν γὰρ ἤδη ξυνελθόντες διαλέγωνται, τηνικαῦτα, ἢν μὲν ὁ Τιμοκλῆς ὑπέρσχῃ, ἐάσομεν προχωρεῖν τὴν ξυνουσίαν ὑπὲρ ἡμῶν, ἢν δέ τι ἑτεροῖον ἀποβαίνῃ, τότε ἤδη τὴν στοὰν αὐτὴν ἔγωγε διασείσας, εἰ δοκεῖ, ἐμβαλῶ τῷ Δάμιδι, ὡς μὴ κατάρατος ὢν ὑβρίζῃ ἐς ἡμᾶς.

ΖΕΥΣ. Ἡράκλεις, ὦ Ἡράκλεις, ἄγροικον τοῦτ' εἴρηκας καὶ δεινῶς Βοιώτιον, ξυναπολέσαι ἑνὶ πονηρῷ τοσούτους καὶ προσέτι τὴν στοὰν αὐτῷ Μαραθῶνι καὶ Μιλτιάδῃ καὶ Κυναιγείρῳ. Καὶ πῶς ἂν τούτων ξυμπεσόντων οἱ ῥήτορες ἔτι ῥητορεύοιεν τὴν μεγίστην εἰς τοὺς λόγους ὑπόθεσιν ἀφῃρημένοι; Ἄλλως τε ζῶντι μέν σοι δυνατὸν ἦν ἴσως ἄν τι καὶ πρᾶξαι τοιοῦτον, ἀφ' οὗ δὲ θεὸς γεγένησαι, μεμάθηκας, οἶμαι, ὡς αἱ Μοῖραι τὰ τοιαῦτα μόναι δύνανται, ἡμεῖς δὲ ἄκυροι αὐτῶν ἐσμεν.

ΗΡΑΚ. Οὐκοῦν καὶ ὁπότε τὸν λέοντα ἢ τὴν ὕδραν ἐφόνευον, αἱ Μοῖραι δι' ἐμοῦ ἐκεῖνα ἔπραττον;

ΖΕΥΣ. Καὶ μάλιστα.

ΗΡΑΚ. Καὶ νῦν ἤν τις ὑβρίζῃ εἰς ἐμὲ ἢ περισυλῶν μου τὸν νεὼν ἢ ἀνατρέπων τὸ ἄγαλμα, ἢν μὴ ταῖς Μοίραις πάλαι δεδογμένον ᾖ, οὐκ ἐπιτρίψω αὐτόν;

ΖΕΥΣ. Οὐδαμῶς.

ΗΡΑΚ. Οὐκοῦν ἄκουσον, ὦ Ζεῦ, μετὰ παρρησίας· ἐγὼ γὰρ, ὡς ὁ κωμικὸς ἔφη, ἄγροικός εἰμι τὴν σκάφην σκάφην λέγων· εἰ τοιαῦτά ἐστι τὰ ὑμέτερα, μακρὰ χαίρειν φράσας ταῖς ἐνταῦθα τιμαῖς καὶ κνίσῃ καὶ ἱερείων αἵματι ἐς τὸν ᾅδην ἄπειμι, ὅπου με γυμνὸν τὸ τόξον ἔχοντα κἂν τὰ εἴδωλα φοβήσεται τῶν ὑπ' ἐμοῦ πεφονευμένων θηρίων.

ΖΕΥΣ. Εὖ γε, οἴκοθεν ὁ μάρτυς, φησίν· ἀπέσωσάς γ' ἂν οὖν τῷ Δάμιδι ταῦτα εἰπεῖν ὑποβάλλων.

33. Ἀλλὰ τίς ὁ σπουδῇ προσιὼν οὗτός ἐστιν, ὁ χαλκοῦς, ὁ εὔγραμμος καὶ εὐπερίγραπτος, ὁ ἀρχαῖος τὴν ἀνάδεσιν τῆς κόμης; μᾶλλον δὲ ὁ σὸς, ὦ Ἑρμῆ, ἀδελφός ἐστιν, ὁ ἀγοραῖος, ὁ παρὰ τὴν Ποικίλην· πίττης γοῦν ἀναπέπλησται ὁσημέραι ἐκματτόμενος ὑπὸ τῶν ἀνδριαντοποιῶν. Τί, ὦ παῖ, δρομαῖος ἡμῖν ἀφῖξαι; ἤ πού τι ἐκ γῆς νεώτερον ἀπαγγέλλεις;

ΕΡΜΑΓΟΡΑΣ. Ὑπέρμεγα, ὦ Ζεῦ, καὶ μυρίας τῆς σπουδῆς δεόμενον.

ΖΕΥΣ. Λέγε ἤδη, εἴ τι καὶ ἄλλο ἡμᾶς ἐπανιστάμενον λέληθεν.

ΕΡΜΑΓ. Ἐτύγχανον μὲν ἄρτι χαλκουργῶν ὕπο
πιττούμενος στέρνον τε καὶ μετάφρενον·
θώραξ δέ μοι γελοῖος ἀμφὶ σώματι
πλασθεὶς παρῃώρητο μιμηλῇ τέχνῃ
σφραγῖδα χαλκοῦ πᾶσαν ἐκτυπούμενος·
ὁρῶ δ' ὄχλον στείχοντα καί τινας δύο
ὠχροὺς κεκράκτας, πυγμάχους σοφισμάτων,
Δᾶμίν τε καὶ...

ΖΕΥΣ. Παῦε, ὦ Ἑρμαγόρα βέλτιστε, ἰαμβίζων· οἶδα γὰρ οὕστινας λέγεις. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι φράσον, εἰ πάλαι ξυγκροτεῖται αὐτοῖς ἡ ἔρις.

32. HERC. Ego vero, pater, quanquam inquilinus modo, tamen non cunctabor quid mihi videatur dicere. Nempe quum jam congressi disputabunt, tum nos, si quidem Timocles superaverit, procedere sinemus institutam pro nobis disputationem : si vero quid secius evenerit, tum jam ego ipsam concussam, si ita videtur, porticum in Damidem injiciam, ne homo exsecrabilis contumeliis porro nos afficiat.

JUP. Hercules, heus Hercules! rusticum illud est quod dixisti, et vehementer Bœoticum, perdere cum uno malo tot homines, et insuper totam porticum cum suo Marathone et Miltiade et Cynægiro. Et quomodo his una pereuntibus in posterum orationem ornabunt rhetores, maximo illo dicendi argumento privati? Præterea vivus quidem quum esses, poteras forsan tale quid efficere : a quo autem tempore deus factus es, didicisti, puto, Parcas solas posse talia, nos autem eorum esse expertes.

HERC. Igitur etiam quum leonem aut hydram interficerem, Parcæ illa per me faciebant?

JUP. Omnino.

HERC. Et jam si quis contumeliosus in me sit, aut templum spoliando meum, aut evertendo statua, nisi Parcis olim ita decretum fuerit, illum non elidam?

JUP. Nequaquam.

HERC. Itaque audi, Jupiter, libere dicentem; ego enim, ut ait Comicus, sum rusticus et scapham voco scapham : si hæc est vestra conditio, longum ego valere jussis vestris istis honoribus, et nidore, et victimarum sanguine, ad inferos descendo, ubi me, nudum si habeam arcum, umbræ certe interfectarum a me belluarum metuent.

JUP. Euge, domesticus, aiunt, testis! compendifecisti enim Damidi ne illa dicat, quum ipse subjicias.

33. Sed quis est ille cum festinatione accedens, ille æneus, ille lineamentis omnibus circumcirca pulchre et ad amussim factus, ille prisco more revinctus comam? quin tuus frater est, Mercuri, forensis ille, juxta Pœcilen : pice enim oppletus est, qui quotidie exprimatur a statuariis. Quid, fili, sic curriculo ad nos venisti? num quid novi nobis de terra affers?

HERMAGORAS. Ingens quiddam, Jupiter, et infinita diligentia dignum.

JUP. Dic jam num quid præterea seditionis nobis imprudentibus sit coortum.

HERM. Statuariis pro more præbebam modo
pice oblinendum pectus atque tergora;
tenax lorica corpori, risum movens,
afficta jam pendebat arte simia,
signum velut totius æris exprimens :
quum video turbam affluere, cingentem duos
clamosos, albos, at pugiles sophismatum,
Daminque et ......

JUP. Desine, optime Hermagora, iambos : novi enim quos dicis. At illud dic mihi, an diu commissa sit illis pugna.

Γ. Οὐδέπω, ἀλλ' ἐν ἀκροβολισμοῖς ἔτι ἦσαν
νῶντες ἀλλήλοις πόρρωθέν ποθεν λοιδορού-

Τί οὖν ἔτι χρὴ ποιεῖν λοιπὸν, ὦ θεοὶ, ἢ
ἐπικύψαντας αὐτῶν; Ὥστε ἀφαιρείτωσαν αἱ
μοχλὸν ἤδη καὶ ἀπάγουσαι τὰ νέφη ἀναπε-
ν τὰς πύλας τοῦ οὐρανοῦ.

ράκλεις, ὅσον τὸ πλῆθος ἐπὶ τὴν ἀκρόασιν
τιν. Ὁ δὲ Τιμοκλῆς αὐτὸς οὐ πάνυ μοι ἀρέ-
έμων καὶ ταραττόμενος· ἀπολεῖ ἅπαντα οὗτος
ῆλος γοῦν ἐστιν ὅτι οὐδ' ἀντάρασθαι τῷ Δά-
όμενος. Ἀλλ' ὅπερ ἡμῖν δυνατώτατον, εὐ-
τὲρ αὐτοῦ

γῇ ἐφ' ἡμείων, ἵνα μὴ Δᾶμίς γε πύθηται.

Γί φὴς, ὦ ἱερόσυλε Δᾶμι, θεοὺς μὴ εἶναι
οεῖν τῶν ἀνθρώπων;
Οὔκ· ἀλλὰ σὺ πρότερον ἀπόκριναί μοι ᾧτινι
σθης εἶναι αὐτούς.
Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ σὺ, ὦ μιαρὲ, ἀπόκριναι.
Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ σύ.
Ταυτὶ μὲν παρὰ πολὺ ὁ ἡμέτερος ἄμεινον
ότερον τραχύνεται. Εὖ γε, ὦ Τιμόκλεις,
βλασφημιῶν· ἐν γὰρ τούτῳ σοι τὸ κράτος,
λλα ἰχθύν σε ἀποφανεῖ ἐπιστομίζων.
Ἀλλὰ, μὰ τὴν Ἀθηνᾶν, οὐκ ἂν ἀποκριναίμην
ος.
Οὐκοῦν ἐρώτα, ὦ Τιμόκλεις· ἐκράτησας γὰρ
ὀμωμοκώς· ἀλλ' ἄνευ τῶν βλασφημιῶν, εἰ

ΙΜ. Εὖ λέγεις· εἰπὲ οὖν μοι, οὐ δοκοῦσί σοι,
τε, προνοεῖν οἱ θεοί;
Οὐδαμῶς.
Γί φής; ἀπρονόητα οὖν ταῦτα ἅπαντα;
Ναί.
Οὐδ' ὑπό τινι ἄρα θεῷ τάττεται ἡ τῶν ὅλων
;
Οὔ.
Πάντα δὲ εἰκῇ φέρεται ἀλόγῳ τῇ φορᾷ;
Ναί.
Εἶτ' ἄνθρωποι ταῦτα ἀκούοντες ἀνέχεσθε καὶ
ύσετε τὸν ἀλιτήριον;
Τί τοὺς ἀνθρώπους ἐπ' ἐμὲ παροξύνεις, ὦ
; ἢ τίς ὢν ἀγανακτεῖς ὑπὲρ τῶν θεῶν, καὶ
νων αὐτῶν οὐκ ἀγανακτούντων; οἵ γε οὐδὲν
εθείκασί με πάλαι ἀκούοντες, εἴ γε ἀκούουσιν.
Ἀκούουσι γὰρ, ὦ Δᾶμι, ἀκούουσι, καί σε
οτε χρόνῳ ὕστερον.
ΑΜ. Καὶ πότε ἂν ἐκεῖνοι σχολὴν ἀγάγοιεν
οσαῦτα, ὡς φὴς, πράγματα ἔχοντες καὶ τὰ ἐν
ἄπειρα τὸ πλῆθος ὄντα οἰκονομούμενοι; ὥστε
ω ἠμύναντο ὧν ἐπιορκεῖς ἀεὶ καὶ τῶν ἄλλων,
ι αὐτὸς βλασφημεῖν ἀναγκάζωμαι παρὰ τὰ
κ. Καίτοι οὐχ ὁρῶ ἥντινα ἂν ἄλλην ἐπίδει-

HERM. Nondum : sed adhuc erant in velitationibus, ut fundis petentes se invicem, conviciis e longinquo jactatis.

JUP. Quid ergo jam faciendum superest, dii, quam ut prospicientes illos audiamus? Quare jam removeant Horæ obicem, reductisque nubibus portas cœli pandant.

34. Hercules! quanta turba auditum convenit! At iste Timocles non valde mihi placet contremiscens et perturbatus : corrumpet iste hodie omnia : apparet enim illum ne ausurum contra Damidem se attollere. Verum, quod maxime possumus, vota faciamus pro illo,

sed taciti intra nos, feriant ne Damidis aures.

35. TIM. Quid ais, sacrilege Dami, deos non esse, neque providere hominibus?

DAM. Non : Sed tu prius mihi responde, quo argumento illos esse credideris.

TIM. Non ita : sed tu, impure, responde.

DAM. Non, inquam : sed tu.

JUP. Huc usque multo noster melius et vocalius exasperatur. Euge, Timocles! ingere convicia : in hoc enim tibi robur; quantum ad alia, piscem te obturando ore efficiet.

TIM. Ego vero, ita me Pallas, prior tibi non respondero.

DAM. Ergo, Timocles, interroga : hoc enim certe vicisti jurejurando tuo : sed absque illis maledictis, si videtur.

36. TIM. Bene istuc dicis. Dic igitur mihi, non videntur tibi, homo exsecrabilis, providere dii?

DAM. Nequaquam.

TIM. Quid ais? sine providentia itaque fiunt hæc omnia?

DAM. Sane.

TIM. Neque a quodam igitur deo procuratio universorum ordinatur?

DAM. Non.

TIM. Omnia autem temere feruntur irrationabili impetu?

DAM. Nempe.

TIM. Tum vos, qui ista auditis, patimini, nec lapidibus obruitis impium?

DAM. Quid homines contra me irritas, Timocles? aut quis es, qui deorum vicem irascaris, idque illis ipsis non irascentibus? ut qui nihil in me gravius consuluerint, olim licet audierint, modo audiant.

TIM. Enimvero audiunt, Dami, audiunt, et aliquando te suo olim tempore ulciscentur.

37. DAM. Et quando illi otium ad me puniendum habeant, qui tot, ut ais, negotia sustineant, et res hujus universi, infinitas numero, administrent? Itaque necdum te ulti sunt ob perpetua tua perjuria, et reliqua quæ taceo, ne et ipse maledicere præter pacta cogar. Quanquam non video, quam illi possint aliam demonstrationem provi-

σιν τῆς αὐτῶν προνοίας μείζω ἐξενεγκεῖν ἠδύναντο ἢ σὲ κακὸν κακῶς ἐπιτρίψαντες. Ἀλλὰ δῆλοί εἰσιν ἀποδημοῦντες ὑπὲρ τὸν Ὠκεανὸν ἴσως μετ' ἀμύμονας Αἰθιοπῆας· ἔθος γοῦν αὐτοῖς συνεχῶς ἰέναι παρ' αὐτοὺς μετὰ δαῖτα καὶ αὐτεπαγγέλτοις ἐνίοτε.

38. ΤΙΜ. Τί πρὸς τοσαύτην ἀναισχυντίαν εἴποιμι ἄν, ὦ Δᾶμι;

ΔΑΜ. Ἐκεῖνο, ὦ Τιμόκλεις, ὃ πάλαι ἐγὼ ἐπόθουν ἀκοῦσαί σου, ὅπως ἐπείσθης οἴεσθαι προνοεῖν τοὺς θεούς.

ΤΙΜ. Ἡ τάξις μὲν πρῶτον τῶν γιγνομένων ἔπεισεν, ὁ ἥλιος ἀεὶ τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἰὼν καὶ σελήνη κατὰ ταὐτὰ καὶ ὧραι τρεπόμεναι καὶ φυτὰ φυόμενα καὶ ζῷα γεννώμενα καὶ αὐτὰ ταῦτα οὕτως εὐμηχάνως κατεσκευασμένα ὡς τρέφεσθαι καὶ ἐννοεῖν καὶ κινεῖσθαι καὶ βαδίζειν καὶ τεκταίνεσθαι καὶ σκυτοτομεῖν, καὶ τἄλλα· ταῦτα οὐ προνοίας ἔργα εἶναί σοι δοκεῖ;

ΔΑΜ. Αὐτό που τὸ ζητούμενον, ὦ Τιμόκλεις, ξυναρπάζεις· οὐδέπω γὰρ δῆλον εἰ προνοίᾳ τούτων ἕκαστον ἀποτελεῖται. Ἀλλ' ὅτι μὲν τοιαῦτά ἐστι τὰ γιγνόμενα φαίην ἂν καὶ αὐτός· οὐ μὴν αὐτίκα πεπεῖσθαι ἀνάγκη καὶ ὑπό τινος προμηθείας αὐτὰ γίγνεσθαι· ἔνι γὰρ καὶ ἄλλως ἀρξάμενα νῦν ὁμοίως καὶ κατὰ ταὐτὰ ξυνίστασθαι. Σὺ δὲ τάξιν αὐτῶν ὀνομάζεις τὴν ἀνάγκην. Εἶτα δηλαδὴ ἀγανακτήσεις, εἴπερ σοι μὴ ἀκολουθοίη τὰ γιγνόμενα μέν, ὁποῖά ἐστι, καταριθμουμένῳ καὶ ἐπαινοῦντι, καὶ οἰομένῳ δὲ ἀπόδειξιν ταῦτα εἶναι τοῦ καὶ προνοίᾳ διατάττεσθαι αὐτῶν ἕκαστον. Ὥστε κατὰ τὸν κωμικόν,

Τουτὶ μὲν ὑπομόχθηρον, ἄλλο μοι λέγε.

39. ΤΙΜ. Ἐγὼ μὲν οὐκ οἶμαι καὶ ἄλλης ἐπὶ τούτοις δεῖν ἀποδείξεως. Ὅμως δ' οὖν ἐρῶ· ἀπόκριναι γάρ μοι. Ὅμηρός σοι δοκεῖ ἄριστος ποιητὴς γενέσθαι;

ΔΑΜ. Καὶ μάλα.

ΤΙΜ. Οὐκοῦν ἐκείνῳ ἐπείσθην τὴν πρόνοιαν τῶν θεῶν ἐμφανίζοντι.

ΔΑΜ. Ἀλλ', ὦ θαυμάσιε, ποιητὴν μὲν ἀγαθὸν Ὅμηρον γεγενῆσθαι πάντες σοι ξυνομολογήσουσι, μάρτυρα δὲ ἀληθῆ περὶ τῶν τοιούτων οὔτ' ἐκεῖνον οὔτ' ἄλλον ποιητὴν οὐδένα· οὐ γὰρ ἀληθείας μέλει αὐτοῖς, οἶμαι, ἀλλὰ τοῦ κηλεῖν τοὺς ἀκούοντας, καὶ διὰ τοῦτο μέτροις τε κατᾴδουσι καὶ μύθοις κατηχοῦσι καὶ ὅλως ἅπαντα ὑπὲρ τοῦ τερπνοῦ μηχανῶνται.

40. Ἀτὰρ ἡδέως ἂν καὶ ἀκούσαιμι οἷστισι μάλιστα ἐπείσθης τῶν Ὁμήρου· ἆρα οἷς περὶ τοῦ Διὸς λέγει, ὡς ἐπεβούλευον ξυνδῆσαι αὐτὸν ἡ θυγάτηρ καὶ ὁ ἀδελφὸς καὶ ἡ γυνή; καὶ εἴ γε μὴ τὸν Βριάρεων ἡ Θέτις ἐκάλεσεν ἐλεήσασα τὸ γιγνόμενον, ἐπεπέδητο ἂν ἡμῖν ὁ βέλτιστος Ζεὺς ξυναρπασθείς. Ἀνθ' ὧν καὶ ἀπομνημονεύων τῇ Θέτιδι τὴν χάριν ἐξαπατᾷ τὸν Ἀγαμέμνονα ὄνειρόν τινα ψευδῆ ἐπιπέμψας, ὡς πολλοὶ τῶν Ἀχαιῶν ἀποθάνοιεν. Ὁρᾷς; ἀδύνατον γὰρ ἦν αὐτῷ κεραυνὸν ἐμβαλόντι καταφλέξαι τὸν Ἀγαμέμνονα αὐτὸν ἄνευ τοῦ ἀπατεῶνα εἶναι δοκεῖν. Ἦ ἐκεῖνά σε μάλιστα εἰς τὴν

dentiæ suæ edere, majorem quam malum te mortalem male obterendo. Sed apparet illos peregre abesse trans Oceanum forte apud Æthiopas crimine puros : mos enim istis frequenter ad illos abire cœnatum, interdum etiam quum sponte ipsi condixerunt.

38. TIM. Quid ad tantam impudentiam dicam, Dami?

DAM. Illud, Timocles, quod olim ego audire ex te cupio, quomodo in eam opinionem veneris, uti putes deos providere.

TIM. Ordo primum eorum quæ fiunt mihi persuasit: sol eandem semper viam tenens, et eodem modo luna, et tempestatum vices, et plantarum satus, et generationes animalium, eaque ipsa animalia tanto artificio perfecta, ut nutriri, cogitare, moveri, incedere, fabricare, coriariam facere possint, et quæ sunt alia in eo genere : hæc nonne providentiæ opera tibi esse videntur?

DAM. Ipsum quodammodo, quod in quæstione est, pro argumento arripis, Timocles : nondum enim manifestum, an providentia horum unumquodque perficiatur. Sed talia quidem esse quæ fiunt, ipse quoque dixerim; sed non statim necesse est ut credamus etiam a providentia quadam illa fieri. Potest enim fieri ut a fortuito initio nunc similiter et eodem modo consistant. Tu autem ordinem illorum vocas necessitatem. Deinde nimirum indignaberis, si tibi non obsequantur ea quæ fiunt, qualia sunt, enumeranti et laudanti, simul vero putanti, hanc demonstrationem esse, providentia quadam illorum unumquodque vices suas servare. Igitur, ut est in comœdia,

Hoc subdolum videtur : affer alterum.

36. TIM. Equidem non puto alia opus esse in hisce demonstratione. Attamen interrogabo. Etenim responde mihi. Homerusne videtur tibi optimus poeta fuisse?

DAM. Sane.

TIM. Illi ergo credidi providentiam deorum declaranti.

DAM. Verum enim vero, homo mirabilis, poetam quidem bonum fuisse Homerum omnes tibi largientur, testem autem idoneum talium neque illum neque alium quemcumque poetam. Neque enim veri illis cura est, puto, sed ut auditores demulceant; atque ob id ipsum versibus occinunt, et personant fabulis, et in universum jucunditatis causa machinantur omnia.

40. Verum libenter audierim, quibus maxime Homeri dictis fidem habueris : num illis quæ de Jove dicit, insidias illi fecisse ut ligarent, filiam, et fratrem, et uxorem? et nisi Briareum advocasset Thetis, miserata factum, in compedes forte raptus nobis esset Jupiter optimus. Pro quo etiam beneficio gratiam relaturus Thetidi, decipit Agamemnonem immisso somnio mendaci, quo Achivorum multi perirent. Viden'? non poterat nempe jacto fulmine ipsum comburere Agamemnonem, quo non videretur esse impostor. Aut illa forte ad credendum te pertraxerunt, quum audires

ιστιν ἐπεσπάσατο ἀκούοντα, ὡς Διομήδης μὲν ἔτρωσε ἡν Ἀφροδίτην, εἶτα τὸν Ἄρην αὐτὸν Ἀθηνᾶς παρακεεύσει, μετὰ μικρὸν δὲ αὐτοὶ ξυμπεσόντες οἱ θεοὶ ἐμοομάχουν ἀναμὶξ οἵ ἄρρενές τε καὶ αἱ θήλειαι, καὶ Ἀθηνᾶ μὲν Ἄρην καταγωνίζεται, ἅτε καὶ προπεπονηότα, οἶμαι, ἐκ τοῦ τραύματος, ὃ παρὰ τοῦ Διομήδους λήφει,

Λητοῖ δ' ἀντέστη σῶκος ἐριούνιος Ἑρμῆς;

τὰ περὶ τῆς Ἀρτέμιδός σοι πιθανὰ ἔδοξεν, ὡς ἐκείνη εμψίμοιρος οὖσα ἠγανάκτησεν οὐ κληθεῖσα ἐφ' ἑστίασιν πὸ τοῦ Οἰνέως, καὶ διὰ τοῦτο σῦν τινα ὑπερφυᾶ καὶ νυπόστατον τὴν ἀλκὴν ἐπαφῆκεν ἐπὶ τὴν χώραν αὐτοῦ; ρ' οὖν τὰ τοιαῦτα λέγων σε Ὅμηρος πέπεικε;

41. ΖΕΥΣ. Βαβαί, ἡλίκον, ὦ θεοί, ἀνεβόησε τὸ λῆθος, ἐπαινοῦντες τὸν Δᾶμιν· ὁ δ' ἡμέτερος ἀπορουένῳ ἔοικε· δέδιε γοῦν καὶ ὑποτρέμει καὶ δῆλός ἐστιν πορρίψων τὴν ἀσπίδα, καὶ ἤδη περιβλέπει οἷ παρεκδὺς ποδράσεται.

ΤΙΜ. Οὐδ' Εὐριπίδης ἄρα σοι δοκεῖ λέγειν τι γιές, ὁπόταν αὐτοὺς ἀναβιβασάμενος τοὺς θεοὺς ἐπὶ ὴν σκηνὴν δεικνύῃ σώζοντας μὲν τοὺς χρηστοὺς τῶν ρώων, τοὺς πονηροὺς δὲ καὶ κατὰ σὲ τὴν ἀσέβειαν πιτρίβοντας;

ΔΑΜ. Ἀλλ', ὦ γενναιότατε φιλοσόφων Τιμόκλεις, ἰ τοιαῦτα ποιοῦντες οἱ τραγῳδοποιοὶ πεπείκασί σε, νάγκη δυοῖν θάτερον ἤτοι Πῶλον καὶ Ἀριστόδημον αὶ Σάτυρον ἡγεῖσθαί σε θεοὺς εἶναι τότε ἢ τὰ πρόσωπα ῶν θεῶν αὐτὰ καὶ τοὺς ἐμβάτας καὶ τοὺς ποδήρεις ιτῶνας καὶ χλαμύδας καὶ χειρῖδας καὶ προγαστρίδια αὶ σωμάτια καὶ τἄλλα, οἷς ἐκεῖνοι σεμνύνουσι τὴν ραγῳδίαν, ὅπερ γελοιότατον οἶμαι· ἐπεὶ καθ' ἑαυτὸν ὁπόταν ὁ Εὐριπίδης, μηδὲν ἐπειγούσης τῆς χρείας τῶν δραμάτων, τὰ δοκοῦντά οἱ λέγῃ, ἄκουσον αὐτοῦ τότε παρρησιαζομένου,

Ὁρᾷς τὸν ὑψοῦ τόνδ' ἄπειρον αἰθέρα
καὶ γῆν πέριξ ἔχονθ' ὑγραῖς ἐν ἀγκάλαις;
τοῦτον νόμιζε Ζῆνα, τόνδ' ἡγοῦ θεόν.

Καὶ πάλιν,

Ζεύς, ὅστις ὁ Ζεύς, οὐ γὰρ οἶδα, πλὴν λόγῳ
κλύων·

καὶ τὰ τοιαῦτα.

42. ΤΙΜ. Οὐκοῦν ἅπαντες ἄνθρωποι καὶ τὰ ἔθνη ἐξηπάτηνται θεοὺς νομίζοντες καὶ πανηγυρίζοντες;

ΔΑΜ. Εὖ γε, ὦ Τιμόκλεις, ὅτι με ὑπέμνησας τῶν κατὰ τὰ ἔθνη νομιζομένων, ἀφ' ὧν μάλιστα συνίδοι τις ἂν ὡς οὐδὲν βέβαιον ὁ περὶ θεῶν λόγος ἔχει· πολλοὶ γὰρ οἱ τάραχοι καὶ ἄλλοι ἄλλα νομίζουσι, Σκύθαι μὲν ἀκινάκῃ θύοντες καὶ Θρᾷκες Ζαμόλξιδι, δραπέτῃ ἀνθρώπῳ ἐκ Σάμου ὡς αὐτοὺς ἥκοντι, Φρύγες δὲ Μηνὶ καὶ Αἰθίοπες Ἡμέρᾳ καὶ Κυλλήνιοι Φάλητι καὶ Ἀσσύριοι περιστερᾷ καὶ Πέρσαι πυρὶ καὶ Αἰγύπτιοι ὕδατι. Καίτοι τοῦτο μὲν ἅπασι κοινὸν τοῖς Αἰγυπτίοις τὸ ὕδωρ,

a Diomede vulneratam Venerem, ac ipsum deinde, Minerva instigante, Martem? paullo post autem, irruentes in se invicem dii prælia miscuere viri pariter ac feminæ, et Minerva quidem Martem dejicit, laborantem quippe ex vulnere, opinor, quod a Diomede acceperat;

Latonam at contra stetit utilium dator Hermes.

Aut istæc de Diana probabilia tibi visa sunt, quum illa ægre fert et indignatur, se non vocatam ab Œneo ad epulas: atque eam ob causam aprum horribili magnitudine et robore, cui resistere nihil posset, in regionem illius immittit? numquid ergo talia dicens Homerus tibi persuasit?

41. JUP. Hem! quanto, o dii, clamore multitudo laudavit Damin! At noster desperare videtur; metuit enim, et intremiscit, et apparet abjecturum esse clypeum: et jam circumspicit qua se subducens queat aufugere.

TIM. Neque Euripides igitur tibi sanum quid videtur dicere, quum deos ipsos in scenam productos ostendit, ut servant bonos inter heroas, malos vero et impietatem qualis tua est obterunt?

DAM. Sed, o generosissime philosophorum Timocles, si, hæc dum agunt, persuasere tibi Tragici; oportet alterutrum horum, aut Polum et Aristodemum et Satyrum putare te deos esse tunc, aut ipsas deorum personas, et cothurnos, et talares togas, et chlamydes, et manicas, et ventralia, et thoraces, et alia quibus illi tragœdiam ornant: quod quidem maxime ridiculum arbitror. Alioqui ubi pro se Euripides, nihil urgente fabularum necessitate, quæ sibi videantur dicit, audias ipsum tunc libere pronunciantem :

Sublime fusum cernis, immensum æthera,
cujus tenetur mollibus complexibus
terra? hoc putato numen, hunc perhibe Jovem.

Et rursus,

O Jupiter, quicumque demum es Jupiter;
nam nescio, hominum modo sermone cognitum;

et similia.

42. TIM. Igitur omnes homines et populi decepti sunt, qui deos esse putent ac celebrent?

DAM. Bene, Timocles, admonuisti me eorum quæ inter gentes moribus legibusque recepta sunt: e quibus nimirum maxime cognoverit aliquis, quam nihil firmum illa, quæ de diis feruntur, habeant. Multa enim confusio, et alii alia sanxerunt : Scythæ sacrificantes acinacæ, et Zamolxidi Thraces, qui fugitivus e Samo ad illos venit, Phryges autem Deo Luno, et Diei Æthiopes, et Cyllenii Phaleti, et Assyrii columbæ, et Persæ igni, et aquæ Ægyptii. Quanquam communis quidem Ægyptiis omnibus deus est

ἰδίᾳ δὲ Μεμφίταις μὲν ὁ βοῦς θεός, Πηλουσιώταις δὲ κρόμμυον, καὶ ἄλλοις ἶβις ἢ κροκόδειλος καὶ ἄλλοις κυνοκέφαλος ἢ αἴλουρος ἢ πίθηκος· καὶ ἔτι κατὰ κώμας τοῖς μὲν ὁ δεξιὸς ὦμος θεός, τοῖς δὲ κατ' ἀντιπέραν οἰκοῦσιν ἅτερος· καὶ ἄλλοις κεφαλῆς ἡμίτομον, καὶ ἄλλοις ποτήριον κεραμεοῦν ἢ τρύβλιον. Ταῦτα πῶς οὐ γέλως ἐστίν, ὦ καλὲ Τιμόκλεις;

ΜΩΜ. Οὐκ ἔλεγον, ὦ θεοί, πάντα ταῦτα ἥξειν εἰς τοὐμφανὲς καὶ ἀκριβῶς ἐξετασθήσεσθαι;

ΖΕΥΣ. Ἔλεγες, ὦ Μῶμε, καὶ ἐπετίμας ὀρθῶς, καὶ ἔγωγε πειράσομαι ἐπανορθώσασθαι αὐτά, ἢν τὸν ἐν ποσὶ τοῦτον κίνδυνον διαφύγωμεν.

43. **ΤΙΜ.** Ἀλλ', ὦ θεοῖς ἐχθρὲ σύ, τοὺς χρησμοὺς καὶ προαγορεύσεις τῶν ἐσομένων τίνος ἔργον ἂν εἴποις ἢ θεῶν καὶ προνοίας τῆς ἐκείνων;

ΔΑΜ. Σιώπησον, ὦ ἄριστε, περὶ τῶν χρησμῶν, ἐπεὶ ἐρήσομαί σε, τίνος αὐτῶν μάλιστα μεμνῆσθαι ἀξιοῖς; ἆρ' ἐκείνου, ὃν τῷ Λυδῷ ὁ Πύθιος ἔχρησεν, ὃς ἀκριβῶς ἀμφήκης ἦν καὶ διπρόσωπος, οἷοί εἰσι τῶν Ἑρμῶν ἔνιοι, διττοὶ καὶ ἀμφοτέρωθεν ὅμοιοι, πρὸς ὁπότερον ἂν αὐτῶν μέρος ἐπιστραφῇς; τί γάρ; μᾶλλον ὁ Κροῖσος διαβὰς τὸν Ἅλυν τὴν αὑτοῦ ἀρχὴν ἢ τὴν Κύρου καταλύσει; καίτοι οὐκ ὀλίγων ταλάντων ὁ Σαρδιανὸς ἐκεῖνος ὄλεθρος τὸ ἀμφιδέξιον τοῦτο ἔπος ἐπρίατο.

ΜΩΜ. Αὐτά που, ὦ θεοί, ὁ ἀνὴρ διεξέρχεται λέγων ἃ ἐγὼ ἐδεδίειν μάλιστα. Ποῦ νῦν ὁ καλὸς ἡμῖν κιθαρῳδός; ἀπολόγησαι αὐτῷ κατελθὼν πρὸς ταῦτα.

ΖΕΥΣ. Σὺ ἡμᾶς ἐπισφάττεις, ὦ Μῶμε, οὐκ ἐν καιρῷ νῦν ἐπιτιμῶν.

44. **ΤΙΜ.** Ὅρα οἷα ποιεῖς, ὦ ἀλιτήριε Δᾶμι, μονονουχὶ τὰ ἕδη αὐτὰ τῶν θεῶν ἀνατρέπεις τῷ λόγῳ καὶ βωμοὺς αὐτῶν.

ΔΑΜ. Οὐ πάντας ἔγωγε τοὺς βωμούς, ὦ Τιμόκλεις· τί γὰρ καὶ δεινὸν ἀπ' αὐτῶν γίγνεται, εἰ θυμιαμάτων καὶ εὐωδίας εἰσὶ μεστοί; τοὺς δ' ἐν Ταύροις τῆς Ἀρτέμιδος ἡδέως ἂν ἐπεῖδον ἐκ βάθρων ἐπὶ κεφαλὴν ἀνατρεπομένους, ἐφ' ὧν τοιαῦτα ἡ παρθένος εὐωχουμένη ἔχαιρε.

ΖΕΥΣ. Τουτὶ πόθεν ἡμῖν τὸ ἄμαχον κακὸν ἐπῆλθεν; ὡς δαιμόνων οὐδενὸς ἀνὴρ φείδεται, ἀλλ' ἐξ ἁμάξης παρρησιάζεται καὶ

* μάρπτει ἑξείης, ὅς τ' αἴτιος ὅς τε καὶ οὐκί.

ΜΩΜ. Καὶ μὴν ὀλίγους ἄν, ὦ Ζεῦ, τοὺς ἀναιτίους εὕροις ἐν ἡμῖν· καί που τάχα προϊὼν ὁ ἄνθρωπος ἅψεται καὶ τῶν κορυφαίων τινός.

45. **ΤΙΜ.** Οὐδὲ βροντῶντος ἄρα τοῦ Διὸς ἀκούεις, ὦ θεομάχε Δᾶμι;

ΔΑΜ. Καὶ πῶς οὐ μέλλω βροντῆς ἀκούειν, ὦ Τιμόκλεις; εἰ δ' ὁ Ζεὺς ὁ βροντῶν ἐστι, σὺ ἄμεινον ἂν εἰδείης ἐκεῖθέν ποθεν παρὰ τῶν θεῶν ἀφιγμένος· ἐπεὶ οἵ γε ἐκ Κρήτης ἥκοντες ἄλλα ἡμῖν διηγοῦνται, τάφον τινὰ ἐκεῖθι δείκνυσθαι καὶ στήλην ἐφεστάναι δηλοῦσαν ὡς οὐκέτι βροντήσειεν ἂν ὁ Ζεὺς πάλαι τεθνεώς.

aqua; privatim vero Memphitis deus bos est; Pelusiotis cepe, et aliis ibis, aut crocodilus; aliis cynocephalus, aut feles, aut simia: et insuper per vicos aliis humerus dexter deus est; e regione autem habitantibus, sinister; et aliis caput dimidiatum, et aliis figulinum poculum aut patella. Hæc quomodo non ridicula sunt, o pulcher Timocles?

MOM. Nonne prædicebam, dii, futurum ut proferretur in lucem hæc omnia, et accurate examinarentur?

JUP. Prædixisti, Mome, et recte nos reprehendisti; ac studebo corrigere ista, modo præsens periculum effugerimus.

43. TIM. Verum tu, diis inimice, oracula et prædictiones futurorum cujus opus dixeris, nisi deorum illorumque providentiæ?

DAM. Tace, vir bone, de oraculis. Nam interrogabo te, cujus illorum maxime velis mentionem fieri? num illius quod Lydo Pythius reddidit, quod exacte ambiguum erat ac vultu duplici, quales sunt Hermarum quidam, duplices et utrimque similes, ad quamcumque illorum te partem convertas? quid enim? utrum magis superato Crœsus Halye suum imperium an Cyri dissolvet? atqui non paucis talentis Sardiana illa pestis ancipitem istum versum emerat.

MOM. Illa ipsa fere, dii, hic vir disputat, quæ ego maxime metueram. Ubi nunc est nobis pulcher ille citharœdus? descende et responde isti pro te ad hæc crimina.

JUP. Enecas tu nos, Mome, importunis illis reprehensionibus tuis.

44. TIM. Vide quid agas, exsecrande Dami: tantum non sedes ipsas deorum disputatione tua evertis, ipsorumque altaria.

DAM. Non omnia equidem altaria, Timocles: quid enim mali ab iis fiat, si suffitus et boni odoris plena sint? sed illa Tauricæ Dianæ libenter sane viderem e fundamentis in caput eversa, in quibus talibus epulis virgo illa gaudebat.

JUP. Unde nobis invictum istud malum ingruit? ut nulli deorum vir parcit! sed tanquam e plaustro confidenter maledicit,

Et lacerat deinceps insontes atque nocentes.

MOM. Verum paucos sane, Jupiter, inveneris inter nos insontes. Et mox forte progressus homo tanget etiam summorum quemdam.

45. TIM. Neque tonantem ipsum Jovem audis, hostis deorum Dami?

DAM. Quidni tonitru audiam, Timocles? utrum vero Jupiter sit qui tonat, melius tu noris, qui forte illinc a diis accunde veneris: quando, qui e Creta veniunt, alia nobis narrant, sepulcrum ibi quoddam ostendi et columellam impositam, quæ declaret non tonaturum amplius Jovem, ut qui jam olim sit mortuus.

ΜΩΜ. Τοῦτ' ἐγὼ πρὸ πολλοῦ ἠπιστάμην ἐροῦντα τὸν ἄνθρωπον. Τί δ' οὖν, ὦ Ζεῦ, ὠχρίακας ἡμῖν καὶ συγκροτεῖς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ τρόμου; θαρρεῖν χρὴ καὶ τῶν τοιούτων ἀνθρωπίσκων καταφρονεῖν.

ΖΕΥΣ. Τί λέγεις, ὦ Μῶμε; καταφρονεῖν; οὐχ ὁρᾷς ὅσοι ἀκούουσι καὶ ὡς ξυμπεπεισμένοι εἰσὶν ἤδη καθ' ἡμῶν καὶ ἀπάγει αὐτοὺς ἀναδησάμενος τῶν ὤτων ὁ Δᾶμις;

ΜΩΜ. Ἀλλὰ σὺ, ὦ Ζεῦ, ὁπόταν ἐθελήσῃς, σειρὴν χρυσείην καθεὶς ἅπαντας αὐτοὺς

αὐτῇ κεν γαίῃ ἐρύσαις αὐτῇ τε θαλάσσῃ.

46. **ΤΙΜ.** Εἰπέ μοι, ὦ κατάρατε, πέπλευκας ἤδη ποτέ;

ΔΑΜ. Καὶ πολλὰ, ὦ Τιμόκλεις.

ΤΙΜ. Οὔκουν ἔφερε μὲν ὑμᾶς τότε ἄνεμος ἐμπίπτων τῇ ὀθόνῃ καὶ ἐμπιπλὰς τὰ ἀκάτια ἢ οἱ ἐρέττοντες, ἐκυβέρνα δὲ εἷς τις ἐφεστὼς καὶ ἔσωζε τὴν ναῦν;

ΔΑΜ. Καὶ μάλα.

ΤΙΜ. Εἶτα ἡ ναῦς μὲν οὐκ ἂν ἔπλει μὴ κυβερνωμένη, τὸ δὲ ὅλον τοῦτο ἀκυβέρνητον οἴει καὶ ἀνηγεμόνευτον φέρεσθαι;

ΖΕΥΣ. Εὖ γε, Τιμόκλεις, ταῦτα καὶ ἰσχυρῶς τῷ παραδείγματι.

47. **ΔΑΜ.** Ἀλλ', ὦ θεοφιλέστατε Τιμόκλεις, τὸν μὲν κυβερνήτην ἐκεῖνον εἶδες ἂν ἀεὶ τὰ ξυμφέροντα ἐπινοοῦντα καὶ πρὸ τοῦ καιροῦ παρασκευαζόμενον καὶ προστάττοντα τοῖς ναύταις, ἀλυσιτελὲς δὲ οὐδὲ ἄλογον οὐδὲν εἶχέ τι ἡ ναῦς, ὃ μὴ χρήσιμον πάντως καὶ ἀναγκαῖον ἦν πρὸς τὴν ναυτιλίαν αὐτοῖς· ὁ δὲ σὸς οὗτος κυβερνήτης, ὃν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ νηῒ ἐφεστάναι ἀξιοῖς, καὶ οἱ ξυνναῦται αὐτοῦ οὐδὲν εὐλόγως οὐδὲ κατὰ τὴν ἀξίαν διατάττουσιν, ἀλλ' ὁ μὲν πρότονος, εἰ τύχοι, ἐς τὴν πρύμναν ἀποτέταται, οἱ πόδες δὲ ἐς τὴν πρῷραν ἀμφότεροι· καὶ χρυσαῖ μὲν αἱ ἄγκυραι ἐνίοτε, ὁ χηνίσκος δὲ μολυβδοῦς, καὶ τὰ μὲν ὕφαλα κατάγραφα, τὰ δ' ἔξαλα τῆς νεὼς ἄμορφα.

48. Καὶ αὐτῶν δὲ τῶν ναυτῶν ἴδοις ἂν τὸν μὲν ἀργὸν καὶ ἄτεχνον καὶ ἄτολμον πρὸς τὰ ἔργα διμοιρίτην ἢ τριμοιρίτην, τὸν δὲ κατακολυμβῆσαί τε δεινὸν καὶ ἐπὶ τὴν κεραίαν ἀναπηδῆσαι ῥᾴδιον καὶ εἰδότα τῶν χρησίμων ἕκαστα, μόνον τοῦτον ἀντλεῖν προστεταγμένον· τὰ δ' αὐτὰ καὶ ἐν τοῖς ἐπιβάταις, μαστιγίαν μέν τινα ἐν προεδρίᾳ παρὰ τὸν κυβερνήτην καθήμενον καὶ θεραπευόμενον, καὶ ἄλλον κίναιδον ἢ πατραλοίαν ἢ ἱερόσυλον ὑπερτιμώμενον καὶ τὰ ἄκρα τῆς νεὼς κατειληφότα, χαρίεντας δὲ πολλοὺς ἐν μυχῷ τοῦ σκάφους στενοχωρουμένους καὶ ὑπὸ τῶν πρὸς ἀλήθειαν χειρόνων πατουμένους· ἐννόησον γοῦν ὅπως μὲν Σωκράτης καὶ Ἀριστείδης ἔπλευσε καὶ Φωκίων, οὐδὲ τὰ ἄλφιτα διαρκῆ ἔχοντες οὐδὲ ἀποτεῖναι τοὺς πόδας δυνάμενοι ἐπὶ γυμνῶν τῶν σανίδων παρὰ τὸν ἄντλον, ἐν ὅσοις δὲ ἀγαθοῖς Καλλίας καὶ Μειδίας καὶ Σαρδανάπαλλος ὑπερτρυφῶντες καὶ τῶν ὑφ' αὐτοῖς καταπτύοντες.

49. Τοιαῦτα ἐν τῇ νηΐ σου γίγνεται, ὦ σοφώτατε

MOM. Hoc diu ego sciebam dicturum esse hominem. Quid ergo, Jupiter, expalluisti nobis, et dentes tremore collidis? bono an..no oportet esse, et ejusmodi homunciones contemnere.

JUP. Quid ais, Mome? contemnere? non vides quot ipsum audiant, et quam illius persuasionibus contra nos occupati sint? abducatque illos auribus devinctos Damis?

MOM. At tu, quum volueris, Jupiter, catena aurea demissa omnes

Ipsa cum terra huc et cum mare traxeris ad nos.

46. **TIM.** Dic mihi, exsecrabilis homo, an aliquando navigasti?

DAM. Et sæpe, Timocles.

TIM. Nonne ferebat tum vos ventus in linteum irruens et implens vela, aut etiam remigantes, astabat autem aliquis gubernans et servabat navem?

DAM. Sane.

TIM. Tum navis quidem non navigasset nisi esset gubernata : hoc universum autem sine gubernatore atque duce ferri arbitraris?

JUP. Optime hæc, Timocles, et valide disputas similitudine.

47. **DAM.** Verum, deorum amantissime Timocles, gubernatorem illum videbas semper cogitare utilia, et ante tempus parare se, et imperare nautis; inutile autem aut irrationabile nihil habebat navis, quod non omnino usui et necessarium ipsis esset ad navigationem. At tuus iste gubernator, quem magnæ præesse navi postulas, et socii illius nautæ, nihil ratione neque pro dignitate constituunt : sed protonus forte funis ad puppim tentus est, pedesque ad proram utrique ; et ancoræ interdum aureæ, cheniscus autem plumbeus; et picta quæ mari demerguntur, quæ vero eminent in nave, deformia.

48. Inter ipsos vero nautas videas alium quidem pigrum atque inertem et ad opera suscipienda timidum, dimidiæ esse vel tertiæ parti navis præfectum; alium vero ad natandum strenuum, ad exsiliendum in antennas agilem, et utilium omnium scientem, solum exhaurire sentinam jussum : eandemque inter vectores esse rationem : furciferum quendam primo loco apud gubernatorem assidere et coli ; aliumque cinædum, aut parricidam aut sacrilegum, supra reliquos honorari, et summa navis occupare ; honestos autem multos in angulo navis confertos, ab iis qui re vera deteriores sunt conculcari. Cogita enim, quomodo Socrates et Aristides navigaverint, et Phocion, qui ne alimentorum quidem satis habuerint, neque extendere pedes nudis in tabulis propter ipsam sentinam potuerint : in quantis contra bonis fuerint Callias, et Midias, et Sardanapalus luxuriantes, eosque qui sub se erant despuentes.

48. Talia tua in navi fiunt, Timocles, vir sapientissime :

Τιμόκλεις· διὰ τοῦτο αἱ ναυαγίαι μυρίαι. Εἰ δέ τις κυβερνήτης ἐφεστὼς ἑώρα καὶ διέταττεν ἕκαστα, πρῶτον μὲν οὐκ ἂν ἠγνόησεν οἵτινες οἱ χρηστοὶ καὶ οἵτινες οἱ φαῦλοι τῶν ἐμπλεόντων, ἔπειτα ἑκάστῳ κατὰ τὴν ἀξίαν τὰ προσήκοντα ἀπένειμεν ἄν, χώραν τε τὴν ἀμείνω τοῖς ἀμείνοσι παρ' αὐτὸν ἄνω, τὴν κάτω δὲ τοῖς χείροσι, καὶ συσσίτους ἔστιν οὓς ἀμείνους καὶ ξυμβούλους ἐποιήσατ' ἄν, καὶ τῶν ναυτῶν ὁ μὲν πρόθυμος ἢ πρῴρας ἐπιμελητὴς ἀπεδέδεικτ' ἂν ἢ τοίχου ἄρχων ἢ πάντως πρὸ τῶν ἄλλων, ὁ δὲ ὀκνηρὸς καὶ ῥᾴθυμος ἐπαίετ' ἂν τῷ καλωδίῳ πεντάκις τῆς ἡμέρας ἐς τὴν κεφαλήν. Ὥστε σοι, ὦ θαυμάσιε, τὸ τῆς νεὼς τοῦτο παράδειγμα κινδυνεύει περιτετράφθαι κακοῦ τοῦ κυβερνήτου τετυχηκός.

50. ΜΩΜ. Ταυτὶ μὲν ἤδη κατὰ ῥοῦν προχωρεῖ τῷ Δάμιδι καὶ πλησίστιος ἐπὶ τὴν νίκην φέρεται.

ΖΕΥΣ. Ὀρθῶς, ὦ Μῶμε, εἰκάζεις. Ὁ δ' οὐδὲν ἰσχυρὸν ὁ Τιμοκλῆς ἐπινοεῖ, ἀλλὰ τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ καθ' ἡμέραν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις εὐπερίτρεπτα πάντα ἐπαντλεῖ.

51. ΤΙΜ. Οὐκοῦν ἐπεὶ τῆς νεὼς τὸ παράδειγμα οὐ πάνυ σοι ἰσχυρὸν ἔδοξεν εἶναι, ἄκουσον ἤδη τὴν ἱεράν, φασίν, ἄγκυραν καὶ ἣν οὐδεμιᾷ μηχανῇ ἀπορρήξεις.

ΖΕΥΣ. Τί ποτ' ἄρα καὶ ἐρεῖ;

ΤΙΜ. Ἴδε γὰρ εἰ ἀκόλουθα ταῦτα ξυλλογίζομαι, καὶ εἴ πη αὐτὰ δυνατόν σοι περιτρέψαι. Εἰ γὰρ εἰσὶ βωμοί, εἰσὶ καὶ θεοί· ἀλλὰ μὴν εἰσὶ βωμοί, εἰσὶν ἄρα καὶ θεοί. Τί πρὸς ταῦτα φῄς;

ΔΑΜ. Ἢν πρότερον γελάσω ἐς κόρον, ἀποκρινοῦμαί σοι.

ΤΙΜ. Ἀλλὰ ἔοικας οὐδὲ παύσεσθαι γελῶν· εἰπὲ δὲ ὅμως ὅπη σοι γελοῖον ἔδοξε τὸ εἰρημένον εἶναι.

ΔΑΜ. Ὅτι οὐκ αἰσθάνῃ ἀπὸ λεπτῆς κρόκης ἐξαψάμενός σου τὴν ἄγκυραν, καὶ ταῦτα ἱερὰν οὖσαν· τὸ γὰρ εἶναι θεοὺς τῷ βωμοὺς εἶναι ξυνδήσας ἰσχυρὸν οἴει ποιήσασθαι ἀπ' αὐτῶν τὸν ὅρμον. Ὥστε ἐπεὶ μηδὲν ἄλλο τούτου φῄς ἔχειν εἰπεῖν ἱερώτερον, ἀπίωμεν ἤδη.

52. ΤΙΜ. Ὁμολογεῖς τοίνυν ἡττῆσθαι προαπιών;

ΔΑΜ. Ναί, ὦ Τιμόκλεις. Σὺ γὰρ ὥσπερ οἱ ὑπό τινων βιαζόμενοι ἐπὶ τοὺς βωμοὺς ἡμῖν καταπέφευγας. Ὥστε, νὴ τὴν ἄγκυραν τὴν ἱεράν, ἐθέλω σπείσασθαι ἤδη πρὸς σὲ ἐπ' αὐτῶν γε τῶν βωμῶν, ὡς μηκέτι περὶ τούτων ἐρίζοιμεν.

ΤΙΜ. Εἰρωνεύῃ ταῦτα πρὸς ἐμέ, τυμβωρύχε καὶ μιαρὲ καὶ κατάπτυστε καὶ μαστιγία καὶ κάθαρμα. Οὐ γὰρ ἴσμεν οὗτινος μὲν πατρὸς εἶ, πῶς δὲ ἡ μήτηρ σου ἐπορνεύετο, καὶ ὡς τὸν ἀδελφὸν ἀπέπνιξας καὶ μοιχεύεις καὶ τὰ μειράκια διαφθείρεις, λιχνότατε καὶ ἀναισχυντότατε; Μὴ φεῦγε δ' οὖν, ὡς καὶ πληγὰς παρ' ἐμοῦ λαβὼν ἀπέλθῃς· ἤδη γάρ σε τουτῳὶ τῷ ὀστράκῳ ἀποσφάξω παμμίαρον ὄντα.

53. ΖΕΥΣ. Ὁ μὲν γελῶν, ὦ θεοί, ἀποτρέχει, ὁ δ' ἀκολουθεῖ λοιδορούμενος οὐ φέρων κατατρυφῶντα τὸν

propterea naufragia mille. Si quis vero gubernator astans videret et constitueret singula, primo quidem non ignoraret qui boni, quique mali inter navigantes; dein unicuique pro dignitate, quæ illi conveniunt, tribueret, locumque meliorem melioribus apud se supra, inferioremque deterioribus; et convictores quosdam ex melioribus consiliariosque faceret; atque inter nautas promtus ille aut proram curare, vel latus, aut omnino præesse aliis juberetur; contra iste piger et omissus, quinquies in diem fune in caput pulsaretur. Itaque hæc tibi navis comparatio, vir optime, ne evertatur periculum est, quippe quæ malum adeo gubernatorem sit nacta.

50. MOM. Hæc secundo sane jam fluxu procedunt Damidi, plenisque ad victoriam velis invehitur.

JUP. Recte conjicis, Mome. At hic Timocles firmum nihil excogitat; verum communia ista et quotidiana, aliud post aliud, quæ tamen facile evertantur omnia, effundit.

51. TIM. Quandoquidem igitur navis tibi comparatio non satis valida visa est, audi jam sacram, aiunt, ancoram, et quam nulla machina abrumpas.

JUP. Quid tandem dicet?

TIM. Videas enim an consequentia colligam ista, et si qua evertere illa possis: si enim sunt altaria, sunt etiam dii: at sunt altaria, sunt ergo etiam dii. Quid ad hæc dicis?

DAM. Quum primum satis risero, tibi respondebo.

TIM. Sed videris non desiturus ridere. Dic vero tamen, qua tibi parte ridiculum visum sit quod dixi.

DAM. Quod non sentis a tenui te filo suspendisse ancoram tuam, eamque sacram. Quum enim illud, esse deos, ad illud alterum alligasti, altaria esse, putas firmum ex his te funem fecisse. Quando igitur negas quicquam te his habere sanctius quod dicas, jam abeamus.

52. TIM. Confiteris ergo te victum, quum prior discedis?

DAM. Recte, Timocles. Tu enim, ut illi quibus vis ab aliis infertur, ad altaria nobis confugisti. Itaque, per ancoram illam sacram, volo jam fœdus tecum ad ipsa illa altaria libatione interposita facere, nos non amplius de hisce rebus tecum velle contendere.

TIM. Cavillaris ista ad me, sepulcrorum effossor, et impure, et despuende, et verbero, et purgamentum. Nonne enim scimus quo sis patre natus, ut meretriciam mater tua vitam egerit, ut etiam fratrem suffocaveris, et adulter sis, et pueros corrumpas, helluo et impudentissime? Noli vero ante fugere quam plagis a me acceptis abeas: jam enim hac te testa jugulabo impuratissimum.

53. JUP. Alter quidem ridens, dii, discedit; alter vero sequitur maledicens, indigne ferens insultare sibi Damin:

ἔοικεν αὐτὸν πατάξειν τῷ κεράμῳ ἐς τὴν Ἡμεῖς δὲ τί ποιοῦμεν ἐπὶ τούτοις;

)ρθῶς ἐκεῖνό μοι ὁ κωμικὸς εἰρηκέναι δοκεῖ,

πονθας δεινὸν, ἂν μὴ προσποιῇ.

ὑπέρμεγα κακὸν, εἰ ὀλίγοι ἄνθρωποι ταῦτα ἀπίασι; πολλοὶ γὰρ οἱ τἀναντία γιγνώσκον- : Ἑλλήνων, ὁ πολὺς λεὼς καὶ ὁ σύρφαξ ἅπαντες.

Ἀλλ', ὦ Ἑρμῆ, τὸ τοῦ Δαρείου πάνυ κα- τὶν, ὃ εἶπεν ἐπὶ τοῦ Ζωπύρου· ὥστε καὶ ίμην ἂν ἕνα τοιοῦτον ἔχειν οἷον τὸν Δᾶμιν μυρίας μοι Βαβυλῶνας ὑπάρχειν.

XLV.

ΝΕΙΡΟΣ Η ΑΛΕΚΤΡΥΩΝ.

ΓΛΛΟΣ. Ἀλλὰ σὲ, ὦ κάκιστε ἀλεκτρυὼν, ς ἐπιτρίψειε φθονερὸν οὕτω καὶ ὀξύφωνον πλουτοῦντα καὶ ἡδίστῳ ὀνείρατι ξυνόντα τὴν εὐδαιμονίαν εὐδαιμονοῦντα διάτορόν ὸς ἀναβοήσας ἐπήγειρας, ὡς μηδὲ νύκτωρ ολὺ σοῦ μιαρωτέραν πενίαν διαφύγοιμι. ε χρὴ τεκμαίρεσθαι τῇ τε ἡσυχίᾳ πολλῇ ὶ τῷ κρύει μηδέπω με τὸ ὄρθριον ὥσπερ ηγνύντι — γνώμων γὰρ οὗτος ἀψευδέστατός υνούσης ἡμέρας — οὐδέπω μέσαι νύκτες πνος οὗτος ὥσπερ τὸ χρυσοῦν ἐκεῖνο κώδιον φ' ἑσπέρας εὐθὺς ἤδη κέκραγεν, ἀλλ' οὔτι ἰμυνοῦμαι γὰρ ἀμέλει σε, ἢν μόνον ἡμέρα τρίβων τῇ βακτηρίᾳ, νῦν δέ μοι πράγματα :απηδῶν ἐν τῷ σκότῳ.

ΡΥΩΝ. Μίκυλλε δέσποτα, ᾤμην τι χα- προλαμβάνων τῆς νυκτὸς ὁπόσον ἂν δυναί- ς ἐπορθρευόμενος ἀνύειν τὰ πολλὰ τῶν ἔρ- πρὶν ἥλιον ἀνίσχειν μίαν κρηπῖδα ἐργάσῃ, η τοῦτο ἐς τὰ ἄλφιτα πεπονηκώς. Εἰ δέ ν ἥδιον, ἐγὼ μὲν ἡσυχάσομαί σοι καὶ πολὺ ἔσομαι τῶν ἰχθύων, σὺ δὲ ὅρα ὅπως μὴ ιν λιμώττης ἀνεγρόμενος.

Ὦ Ζεῦ τεράστιε καὶ Ἡράκλεις ἀλεξί- κακον τοῦτ' ἐστίν; ἀνθρωπικῶς ἐλάλησεν

Εἶτά σοι τέρας εἶναι δοκεῖ τὸ τοιοῦτον, εἰ ῦν εἰμι;

ῶς γὰρ οὐ τέρας; Ἀλλ' ἀποτρέποιτε, ὦ θεοί, ' ἡμῶν.

Σύ μοι δοκεῖς, ὦ Μίκυλλε, κομιδῇ ἀπαί- μηδὲ ἀνεγνωκέναι τὰ Ὁμήρου ποιήματα, τοῦ Ἀχιλλέως ἵππος ὁ Ξάνθος μακρὰ χαί- τῷ χρεμετίζειν ἕστηκεν ἐν μέσῳ τῷ πο- όμενος ἔπη ὅλα ῥαψῳδῶν, οὐχ ὥσπερ ἐγὼ ν μέτρων, ἀλλὰ καὶ ἐμαντεύετο ἐκεῖνος καὶ

et videtur caput illi percussurus tegula. At nos quid facimus post hæc?

MERC. Recte mihi illud dixisse videtur Comicus,

Non passus es, si non fatere, injuriam.

Quod enim ingens malum, si pauci homines persuasum sibi de istis habentes abeunt? multi enim sunt qui contraria sentiant : plures Græcorum, multitudo populi, atque fæx vulgi, omnesque barbari.

JUP. Verum, Mercuri, Darii illud oppido præclarum est, quod dixit de Zopyro. Itaque et ipse malim unum talem habere, qualem Damin, auxiliatorem, quam sexcentas mihi Babylones esse.

XLV.

SOMNIUM SEU GALLUS.

1. MICYLLUS. At te, scelestissime galle, Jupiter ipse obterat, invidum adeo et clamosum animal, qui me divitem et jucundissimo in somnio versantem, et admirabili quadam felicitate beatum, penetrabili illo tuo acutoque clamore excitaveris, ut ne nocte quidem paupertatem, multum vel te impuriorem, effugere liceat. Verumtamen, si quidem ex illo multo adhuc silentio conjiciendum est et ex frigore quod nondum me, ut solet, mane urit (certissimum quippe hoc mihi adventantis diei indicium), media nondum nox est : at hic pervigil, tanquam aureum illud vellus custodiret, a vespera inde statim clamat; sed certe non sic auferet. Ulciscar enim te quum primum illuxerit, et baculo tibi dispergam cerebrum : nunc vero negotium mihi facesseres discurrendo in tenebris.

GALLUS. Micylle here, gratum tibi me putabam facturum, si noctis quantum possem cantu anteverterem, ut posses, ante lucem aggressus, majorem partem operis absolvere : si enim ante solis exortum unam modo crepidam perficias, lucro tibi iste labor ad victum cesserit. Sin dormire tibi jucundius est, equidem tacebo tibi et piscibus ipsis magis ero mutus. At tu vide, ne, dives per quietem, excitatus deinde esurias.

2. MIC. O Jupiter prodigialis, o depulsor malorum Hercules, quid hoc mali est? humana voce gallus locutus est!

GALL. Tum tibi prodigium esse videtur hoc, si eadem qua vos voce utor?

MIC. Qui enim non sit prodigium? Sed averruncate, dii, a nobis malum.

GALL. Videris mihi, Micylle, literarum omnino rudis esse, nec legisse Homeri poemata, in quibus Xanthus Achillis equus, valere longum jusso hinnitu, stetit medio in bello loquens, versus totos consuens, non ut ego nunc extra modulos : verum ille vaticinabatur etiam et divinabat futura, nec tamen inopinatum quid videbatur facere, nec qui

ΑΛΕΚ. Ἀπότιλον, ὦ Μίκυλλε, πρότερον τὸ πτίλον.... Τί τοῦτο; ἄμφω ἀπέτιλας.

ΜΙΚ. Ἀσφαλέστερον οὕτως, ὦ ἀλεκτρυὼν, καὶ σοὶ ἧττον ἂν ἄμορφον τὸ πρᾶγμα εἴη, ὡς μὴ χωλεύοις διὰ θάτερον τῆς οὐρᾶς μέρος.

29. ΑΛΕΚ. Εἶεν. Ἐπὶ τὸν Σίμωνα πρῶτον ἄπιμεν ἢ παρ' ἄλλον τινὰ τῶν πλουσίων;

ΜΙΚ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ παρὰ τὸν Σίμωνα, ὃς ἀντὶ δισυλλάβου τετρασύλλαβος ἤδη πλουτήσας εἶναι ἀξιοῖ. Καὶ δὴ πάρεσμεν ἐπὶ τὰς θύρας. Τί οὖν ποιῶ τὸ μετὰ τοῦτο;

ΑΛΕΚ. Ἐπίθες τὸ πτερὸν ἐπὶ τὸ κλεῖθρον.

ΜΙΚ. Ἰδοὺ ἤδη. Ὦ Ἡράκλεις, ἀναπεπέτασται ὥσπερ κλειδὶ ἡ θύρα.

ΑΛΕΚ. Ἡγοῦ ἐς τὸ πρόσθεν. Ὁρᾷς αὐτὸν ἀγρυπνοῦντα καὶ λογιζόμενον;

ΜΙΚ. Ὁρῶ νὴ Δία πρὸς ἀμαυράν τε καὶ διψῶσαν τὴν θρυαλλίδα, καὶ ὠχρὸς δ' ἐστὶν οὐκ οἶδ' ὅθεν, ὦ ἀλεκτρυὼν, καὶ κατέσκληκεν ὅλος ἐκτετηκὼς, ὑπὸ φροντίδων δηλαδή· οὐ γὰρ νοσεῖν ἄλλως ἐλέγετο.

ΑΛΕΚ. Ἄκουσον ἅ φησιν· εἴσῃ γὰρ ὅθεν οὕτως ἔχει.

ΣΙΜΩΝ. Οὐκοῦν τάλαντα μὲν ἑβδομήκοντα ἐκεῖνα πάνυ ἀσφαλῶς ὑπὸ τῇ κλίνῃ κατορώρυκται καὶ οὐδεὶς ὅλως εἶδε, τὰ δὲ ἑκκαίδεκα εἶδεν, οἶμαι, Σωσύλος ὁ ἱπποκόμος ὑπὸ τῇ φάτνῃ κατακρύπτοντά με· ὅλως γοῦν περὶ τὸν ἱππῶνά ἐστιν οὐ πάνυ ἐπιμελὴς ἄλλως οὐδὲ φιλόπονος ὤν. Εἰκὸς δὲ διηρπάσθαι πολλῷ πλείω τούτων, ἢ πόθεν γὰρ ὁ Τίβιος ταρίχους οὕτω μεγάλους ὠψωνηκέναι χθὲς ἐλέγετο ἢ τῇ γυναικὶ ἐλλόβιον ἐωνῆσθαι πέντε δραχμῶν ὅλων; Τἀμὰ οὗτοι σπαθῶσι τοῦ κακοδαίμονος. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ ἐκπώματα ἐν ἀσφαλεῖ μοι ἀπόκειται τοσαῦτα ὄντα· δέδια γοῦν μή τις ὑπορύξας

MIC. Quomodo hoc clausis januis? nisi forte etiam parietes perfodere me coges.

GALL. Minime : sed Mercurius, cujus ego sacer sum, eximium hoc mihi dedit, si quis longissimam in cauda pennam, quæ propter mollitiem inflectitur ....

MIC. At tibi duæ sunt tales.

GALL. Dextram igitur ego cuicumque præbuero evellendam, et teneat ille, quamdiu voluero, is aperire januam unamquamque potest, et videre, non visus ipse, omnia.

MIC. Nesciebam te quoque, galle, præstigiatorem esse. Verum mihi hoc si semel concesseris, videbis huc translata brevi tempore Simonis omnia : eo enim quum abiero, huc ea transferam; ille vero rursus arrodet, dum producit, soleas.

GALL. Nefas est hoc fieri : præcepit enim mihi Mercurius, si tale quid agat qui habeat pennam, ut cantu meo efficiam ut deprehendatur.

MIC. Non est verisimile quod dicis, furem Mercurium ipsum invidere illud aliis. Sed tamen abeamus; abstinebo enim auro, si potero.

GALL. Evelle prius, Micylle, pennam.... Quid hoc? evellisti ambas.

MIC. Sic tutius est, galle, et tibi minus deforme fuerit, ut ne claudices alterutra caudæ parte.

29. GALL. Esto. Ad Simonemne primo abimus, an ad alium quendam divitum?

MIC. Non sane, sed ad Simonem, qui pro disyllabo quadrisyllabus jam, dives factus, esse postulat. Et sane adsumus ad januam. Quid ergo post hæc agam?

GALL. Admove pennam ad seram.

MIC. En jam feci. O Hercules! aperta est velut clavi janua.

GALL. Præcede porro. Viden' eum vigilantem et subducentem rationes?

MIC. Video, per Jovem, ad obscuriusculam quidem et sitientem lucernam : est autem pallidus, nescio unde, galle; et totus exaruit, tabefactus nimirum a curis : neque enim alias ægrotare dictus est.

GALL. Audi quæ dicit : scies enim unde sic habeat.

SIMO. Ergo talenta quidem septuaginta illa secure omnino sub lecto sunt defossa, et nemo omnino vidit : sed sedecim illa vidit me, puto, Sosylus equiso occultantem sub præsepio; semper enim nunc circa stabulum versatur, qui alias omnino nec diligens nec laboris est amans. Verisimile est autem multo his plura esse direpta : unde enim alias tantum sibi salsamentum obsonasse heri Tibius diceretur, aut inaurem emisse contubernali suæ drachmis quinque integris? Omnino mea infelicis isti per luxum disperdunt. Sed neque tot pocula in tuto mihi sunt reposita : metuo enim ne quis perfosso pariete ea subducat. Multi

ν ὑφέληται αὐτά· πολλοὶ φθονοῦσι καὶ ἐπι-
ί μοι, καὶ μάλιστα ὁ γείτων Μίκυλλος.

Νὴ Δία, σοὶ γὰρ ὅμοιος ἐγὼ καὶ τὰ τρύβλια
ς ἄπειμι ἔχων.

.. Σιώπα, ὦ Μίκυλλε, μὴ καταφωράσῃ πα-
ιᾶς.

Ἄριστον γοῦν ἄγρυπνον αὐτὸν διαφυλάττειν
τερίειμι διαναστὰς ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν. Τίς
ὦ σέ γε, ὦ τοιχωρύχε....... Μὰ Δί', ἐπεὶ
ν τυγχάνεις, εὖ ἔχει. Ἀριθμήσω αὖθις ἀνο-
χρυσίον, μή τί με πρῴην διέλαθεν. Ἰδοὺ
ρφηκέ τις ἐπ' ἐμὲ δηλαδή· πολιορκοῦμαι καὶ
ομαι πρὸς ἁπάντων. Ποῦ μοι τὸ ξιφίδιον;
τινά... Θάπτωμεν αὖθις τὸ χρυσίον.

ΛΕΚ. Τοιαῦτα μέν σοι, ὦ Μίκυλλε, τὰ Σί-
Ἀπίωμεν δὲ καὶ παρ' ἄλλον τινά, ἕως ἔτι ὀλί-
υκτὸς λοιπόν ἐστιν.

Ὦ κακόδαιμον, οἷον βιοῖ τὸν βίον. Ἐχθροῖς
υτεῖν γένοιτο. Κατὰ κόρρης δ' οὖν πατάξας
ελθεῖν βούλομαι.

Τίς ἐπάταξέ με; λῃστεύομαι ὁ δυστυχής.

Οἴμωζε καὶ διαγρύπνει καὶ ὅμοιος γίγνου τὸ
ῷ χρυσῷ προστετηκὼς αὐτῷ. Ἡμεῖς δὲ παρὰ
εἰ δοκεῖ τὸν δανειστὴν ἴωμεν· οὐ μακρὰν δὲ
οἰκεῖ. Ἀνέῳγε καὶ αὕτη ἡμῖν ἡ θύρα.

ΛΕΚ. Ὁρᾷς ἐπαγρυπνοῦντα καὶ αὐτὸν ἐπὶ
ν, ἀναλογιζόμενον τοὺς τόκους καὶ τοὺς δακτύ-
κατεσκληκότα, ὃν δεήσει μετ' ὀλίγον πάντα
ταλιπόντα σίλφην ἢ ἐμπίδα ἢ κυνόμυιαν γε-

Ὁρῶ κακοδαίμονα καὶ ἀνόητον ἄνθρωπον
πολὺ τῆς σίλφης ἢ ἐμπίδος ἄμεινον βιοῦντα.
αὶ οὗτος ἐκτέτηκεν ὅλος ὑπὸ τῶν λογισμῶν.
ον ἀπίωμεν.

ΛΕΚ. Παρὰ τὸν σὸν Εὐκράτην, εἰ δοκεῖ.
γάρ, ἀνέῳγε καὶ αὕτη ἡ θύρα· ὥστε εἰσίωμεν.

Πάντα ταῦτα μικρὸν ἔμπροσθεν ἐμὰ ἦν.

Κ. Ἔτι γὰρ σὺ ὀνειρώττεις τὸν πλοῦτον; Ὁρᾷς
ν Εὐκράτην αὐτὸν μὲν ὑπὸ τοῦ οἰκέτου πρε-
νθρωπον;

Ὁρῶ νὴ Δία καταπυγοσύνην καὶ πασχητια-
ι καὶ ἀσέλγειαν οὐκ ἀνθρωπίνην· τὴν γυναῖκα
ϑι ὑπὸ τοῦ μαγείρου μοιχευομένην καὶ αὐτήν.

ΛΕΚ. Τί οὖν; ἐθέλοις ἂν καὶ τούτων κληρο-
ὦ Μίκυλλε, καὶ πάντα ἔχειν τὰ Εὐκράτους;

Μηδαμῶς, ὦ ἀλεκτρυών· λιμῷ ἀπολοίμην
. Χαιρέτω τὸ χρυσίον καὶ τὰ δεῖπνα, δύο
οί γε πλοῦτός ἐστι μᾶλλον ἢ τοιχωρυχεῖσθαι
οἰκετῶν.

Κ. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἡμέρα γὰρ ἤδη ἀμφὶ τὸ λυ-
ὑτό, ἀπίωμεν οἴκαδε παρ' ἡμᾶς· τὰ λοιπὰ δὲ
ὄψει, ὦ Μίκυλλε.

---

invident mihi et insidiantur, et maxime Micyllus hic vicinus.

MIC. Ita me Jupiter : tui nempe similis ego, et patellas sub ala habens abeo.

GALL. Tace, Micylle, ne adesse nos deprehendat.

SIM. Optimum igitur fuerit ut somno me abstineam et ipse custodiam omnia : surgens circumibo domum. Quis hic? equidem te video, perfossor parietum ... Per Jovem, quandoquidem columna es, bene habet. Numerabo iterum effossum aurum, num quid me forte nuper fugit. En iterum aliquis strepitum dedit, nempe me petens : obsideor et clanculum oppugnor ab omnibus. Ubi mihi pugio? si quem deprehendero .... Sepeliamus rursus aurum.

30. GALL. Talis tibi Simonis conditio, Micylle. Abeamus vero etiam ad alium quendam, dum pauxillum adhuc noctis superest.

MIC. Infelix! qualem vivit vitam! Inimicis ita divitibus esse contingat! Percussa ergo illius mala volo discedere.

SIM. Quis me percussit? a latronibus miser pereo!

MIC. Plora et vigila, et similis quantum ad colorem auro tuo evade, illi intabescens. Nos vero, si videtur, ad Gniphonem eamus danistam : non procul autem hic etiam habitat. Aperta nobis hæc quoque janua.

31. GALL. Vides vigilantem hunc quoque præ curis, computantem usuras, et digitis jam aridis tabe, quem paullo post oportebit, relictis hisce omnibus, blattam aut culicem aut muscam fieri?

MIC. Video miserum et dementem hominem, ne nunc quidem blatta aut culice melius viventem. Quam vero hic quoque totus putandis rationibus contabuit! Ad alium abeamus.

32. GALL. Ad Eucratem tuum, si videtur. Et ecce aperta et hæc est janua. Ingrediamur ergo.

MIC. Istæc omnia paullo ante mea erant.

GALL. Adhucnam divitias tu somnias? Vides igitur Eucraten ipsum a suo servo ... hominem senem?

MIC. Video, ita me Jupiter, pædicationem et morbum pathicum et libidinem non humanam : uxorem vero altero in angulo a coquo adulterio pollui ipsam quoque.

33. GALL. Quid ergo? velisne istorum quoque heres fieri, Micylle, et omnia habere Eucratis?

MIC. Nequaquam, galle : fame prius inteream. Valeant aurum et cœnæ! duo oboli mihi quidem divitiæ sunt potius quam si præda fierem servorum.

GALL. Sed nunc, dies enim jam circa ipsum diluculum est, domum ad nos abeamus : reliqua alio tempore, Micylle, videbis.

XLVI.

ΙΚΑΡΟΜΕΝΙΠΠΟΣ Η ΥΠΕΡΝΕΦΕΛΟΣ.

1. ΜΕΝΙΠΠΟΣ. Οὐκοῦν τρισχίλιοι μὲν ἦσαν ἀπὸ γῆς στάδιοι μέχρι πρὸς τὴν σελήνην, ὁ πρῶτος ἡμῖν σταθμός· τοὐντεῦθεν δὲ ἐπὶ τὸν ἥλιον ἄνω παρασάγγαι που πεντακόσιοι· τὸ δ' ἀπὸ τούτου ἐς αὐτὸν ἤδη τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν ἀκρόπολιν τὴν τοῦ Διὸς ἄνοδος καὶ ταῦτα γένοιτ' ἂν εὐζώνῳ ἀετῷ μιᾶς ἡμέρας.

ΕΤΑΙΡΟΣ. Τί ταῦτα πρὸς Χαρίτων, ὦ Μένιππε, ἀστρονομεῖς καὶ ἡσυχῇ πως ἀναμετρεῖς; πάλαι γὰρ ἐπακροῶμαί σου ἀκολουθῶν ἡλίους καὶ σελήνας, ἔτι δὲ τὰ φορτικὰ ταῦτα σταθμούς τινας καὶ παρασάγγας ὑποξενίζοντος.

ΜΕΝ. Μὴ θαυμάσῃς, ὦ ἑταῖρε, εἰ μετέωρα καὶ διαέρια δοκῶ σοι λέγειν· τὸ κεφάλαιον γὰρ δὴ πρὸς ἐμαυτὸν λογίζομαι τῆς ἔναγχος ἀποδημίας.

ΕΤΑΙΡ. Εἶτα, ὠγαθὲ, καθάπερ οἱ Φοίνικες ἄστροις ἐτεκμαίρου τὴν ὁδόν;

ΜΕΝ. Οὐ μὰ Δία, ἀλλ' ἐν αὐτοῖς τοῖς ἄστροις ἐποιούμην τὴν ἀποδημίαν.

ΕΤΑΙΡ. Ἡράκλεις, μακρόν τινα τὸν ὄνειρον λέγεις, εἴ γε σαυτὸν ἔλαθες κατακοιμηθεὶς παρασάγγας ὅλους.

2. ΜΕΝ. Ὄνειρον γὰρ, ὦ τᾶν, δοκῶ σοι λέγειν ὃς ἀρτίως ἀφῖγμαι παρὰ τοῦ Διός;

ΕΤΑΙΡ. Πῶς ἔφησθα; Μένιππος ἡμῖν διοπετὴς πάρεστιν ἐξ οὐρανοῦ;

ΜΕΝ. Καὶ μὴν ἐγώ σοι παρ' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ πάνυ Διὸς ἥκω τήμερον θαυμάσια καὶ ἀκούσας καὶ ἰδών· εἰ δὲ ἀπιστεῖς, καὶ αὐτὸ τοῦτο ὑπερευφραίνομαι τὸ πέρα πίστεως εὐτυχεῖν.

ΕΤΑΙΡ. Καὶ πῶς ἂν ἔγωγε, ὦ θεσπέσιε καὶ Ὀλύμπιε Μένιππε, γεννητὸς αὐτὸς καὶ ἐπίγειος ὢν ἀπιστεῖν δυναίμην ὑπερνεφέλῳ ἀνδρὶ καὶ ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω τῶν Οὐρανιώνων ἑνί; Ἀλλ' ἐκεῖνά μοι φράσον, εἰ δοκεῖ, τίνα τρόπον ἤρθης ἄνω καὶ ὁπόθεν ἐπορίσω κλίμακα τηλικαύτην τὸ μέγεθος; τὰ μὲν γὰρ ἀμφὶ τὴν ὄψιν οὐ πάνυ ἔοικας ἐκείνῳ τῷ Φρυγὶ, ὥστε καὶ ἡμᾶς εἰκάζειν καὶ σὲ οἰνοχοήσοντά που ἀνάρπαστον γεγονέναι πρὸς τοῦ ἀετοῦ.

ΜΕΝ. Σὺ μὲν πάλαι σκώπτων δῆλος εἶ, καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν εἴ σοι τὸ παράδοξον τοῦ λόγου μύθῳ δοκεῖ προσφερές. Ἀτὰρ οὐδὲν ἐδέησέ μοι πρὸς τὴν ἄνοδον οὔτε τῆς κλίμακος οὔτε παιδικὰ γενέσθαι τοῦ ἀετοῦ· οἰκεῖα γὰρ ἦν μοι τὰ πτερά.

ΕΤΑΙΡ. Τοῦτο μὲν ἤδη καὶ ὑπὲρ αὐτὸν Δαίδαλον ἔφησθα, εἴ γε πρὸς τοῖς ἄλλοις ἐλελήθεις ἡμᾶς ἱέραξ τις ἢ κολοιὸς ἐξ ἀνθρώπου γενόμενος.

ΜΕΜ. Ὀρθῶς, ὦ ἑταῖρε, καὶ οὐκ ἄπο σκοποῦ εἴκασας· τὸ Δαιδάλειον γὰρ ἐκεῖνο σόφισμα τῶν πτερῶν καὶ αὐτὸς ἐμηχανησάμην.

3. ΕΤΑΙΡ. Εἶτα, ὦ τολμηρότατε πάντων, οὐκ ἐδεδοίκεις μὴ καὶ σύ που τῆς θαλάττης καταπεσὼν Με-

XLVI.

ICAROMENIPPUS SIVE HYPERNEPHELUS.

1. MENIPPUS. Igitur ter mille hæc erant a terra stadia ad lunam usque, quæ prima nobis mansio : hinc ad solem sursum parasangæ circiter quingenti : hinc vero in ipsum cœlum et arcem Jovis arduam ascensus; et hæc fuerint expedito aquilæ unius diei.

SODALIS. Quid hæc, per Gratias, Menippe, de astris disputas, et immurmurans ea velut dimetiris? olim enim, dum sequor, te audio soles et lunas, insuper vero etiam plebeia istæc nomina, mansiones quasdam et parasangas, peregrina ratione memorare.

MEN. Noli mirari, sodalis, si sublimia atque aeria videor tibi dicere : summam enim apud me nuperæ peregrinationis repeto.

SOD. Tum tu, o bone, sicut Phœnices stellis signabas viam?

MEN. Non, ita me Jupiter; sed ipsis in astris peregrinatus sum.

SOD. Longum hercle somnium narras, si imprudens parasangas totos dormisti.

2. MEN. Somniumne tibi, amice, videor narrare, qui modo de Jove tibi adsum?

SOD. Quid ais? Menippus nobis a Jove demissus e cœlo adest?

MEN. Ego vero ab ipso tibi illo summo Jove advenio hodie, rebus auditis visisque mirabilibus. Si non credis, at ego hoc ipso nomine vehementer delector, quod ultra fidem beatus sum.

SOD. Et quomodo ego, divine atque Olympie Menippe, natus ipse et terrestris qui sim, fidem negare possim viro supra nubes elato, et, ut secundum Homerum dicam, cœlicolarum uni? Sed illud mihi dic, si videtur, qua ratione sursum sublatus sis, et unde copia tibi tantarum scalarum obtigerit? quantum enim ad speciem, non valde similis es illi Phrygi, ut nos inde conjicere possemus te quoque ad pincernæ forte officium in sublime raptum ab aquila.

MEN. Apparet dudum te ridere : nec mirum si remota a vulgi opinionibus narratio fabulæ similis tibi videtur. Sed nihil opus mihi ad ascensum neque scalis fuit, neque ut amasius fierem aquilæ, qui meas mihi alas habuerim.

SOD. Jam supra ipsum Dædalum est hoc quod narras, si quidem præter cetera, nobis non sentientibus, accipiter vel graculus ex homine factus es.

MEN. Recte, sodalis, neque a scopo procul conjecisti : Dædaleum enim illud alarum commentum ipse quoque machinatus sum.

3. SOD. Tum tu, audacissime omnium, non metuebas ne tu quoque, in aliquam maris regionem delapsus, Me-

νίππειόν τι πέλαγος ἡμῖν ὥσπερ τὸ Ἰκάριον ἀποδείξῃς ἐπὶ τῷ σεαυτοῦ ὀνόματι;

ΜΕΝ. Οὐδαμῶς· ὁ μὲν γὰρ Ἴκαρος ἅτε κηρῷ τὴν πτέρωσιν ἡρμοσμένος, ἐπειδὴ τάχιστα πρὸς τὸν ἥλιον ἐκεῖνος ἐτάκη, πτερορρυήσας εἰκότως κατέπεσεν· ἡμῖν δὲ ἀκήρωτα ἦν τὰ ὠκύπτερα.

ΕΤΑΙΡ. Πῶς λέγεις; ἤδη γὰρ οὐκ οἶδ' ὅπως ἠρέμα με προσάγεις πρὸς τὴν ἀλήθειαν τῆς διηγήσεως.

ΜΕΝ. Ὧδέ πως· ἀετὸν εὐμεγέθη συλλαβών, ἔτι δὲ γῦπα τῶν καρτερῶν ἀποτεμὼν αὐταῖς ὠλέναις τὰ πτερὰ .... μᾶλλον δὲ καὶ πᾶσαν ἐξ ἀρχῆς τὴν ἐπίνοιαν, εἴ σοι σχολή, δίειμι.

ΕΤΑΙΡ. Πάνυ μὲν οὖν· ὡς ἐγώ σοι μετέωρός εἰμι ὑπὸ τῶν λόγων καὶ πρὸς τὸ τέλος ἤδη κέχηνα τῆς ἀκροάσεως· μηδὲ πρὸς φιλίου με περιίδῃς ἄνω που τῆς διηγήσεως ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον.

4. **ΜΕΝ.** Ἄκουε τοίνυν· οὐ γὰρ ἀστεῖόν γε τὸ θέαμα κεχηνότα φίλον ἐγκαταλιπεῖν, καὶ ταῦτα ὡς σὺ φῂς ἐκ τῶν ὤτων ἀπηρτημένον. Ἐγὼ γὰρ ἐπειδὴ τάχιστα ἐξετάζων τὰ κατὰ τὸν βίον γελοῖα καὶ ταπεινὰ καὶ ἀβέβαια τὰ ἀνθρώπινα πάντα εὕρισκον, πλούτους λέγω καὶ ἀρχὰς καὶ δυναστείας, καταφρονήσας αὐτῶν καὶ τὴν περὶ ταῦτα σπουδὴν ἀσχολίαν τῶν ἀληθῶς σπουδαίων ὑπολαβὼν ἀνακύπτειν τε καὶ πρὸς τὸ πᾶν ἀποβλέπειν ἐπειρώμην· καί μοι ἐνταῦθα πολλήν τινα παρεῖχε τὴν ἀπορίαν πρῶτον μὲν αὐτὸς οὗτος ὁ ὑπὸ τῶν σοφῶν καλούμενος κόσμος· οὐ γὰρ εἶχον εὑρεῖν οὔθ' ὅπως ἐγένετο οὔτε τὸν δημιουργὸν οὔτ' ἀρχὴν οὔθ' ὅ τι τὸ τέλος ἐστὶν αὐτοῦ. Ἔπειτα δὲ κατὰ μέρος ἐπισκοπῶν πολὺ μᾶλλον ἀπορεῖν ἠναγκαζόμην· τούς τε γὰρ ἀστέρας ἑώρων ὡς ἔτυχε τοῦ οὐρανοῦ διερριμμένους καὶ τὸν ἥλιον αὐτὸν τί ποτε ἦν ἄρα ἐπόθουν εἰδέναι· μάλιστα δὲ τὰ κατὰ τὴν σελήνην ἄτοπά μοι καὶ παντελῶς παράδοξα κατεφαίνετο, καὶ τὸ πολυειδὲς αὐτῆς τῶν σχημάτων ἀπόρρητόν τινα τὴν αἰτίαν ἔχειν ἐδοκίμαζον. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ ἀστραπὴ διάξασα καὶ βροντὴ καταρραγεῖσα καὶ ὑετὸς ἢ χιὼν ἢ χάλαζα κατενεχθεῖσα καὶ ταῦτα δυσείκαστα πάντα καὶ ἀτέκμαρτα ἦν.

5. Οὐκοῦν ἐπειδήπερ οὕτω διεκείμην, ἄριστον εἶναι ὑπελάμβανον παρὰ τῶν φιλοσόφων τούτων ταῦτα ἕκαστα ἐκμαθεῖν· ᾤμην γὰρ ἐκείνους γε πᾶσαν ἔχειν ἂν εἰπεῖν τὴν ἀλήθειαν. Οὕτω δὴ τοὺς ἀρίστους ἐπιλεξάμενος αὐτῶν, ὡς ἐνῆν τεκμήρασθαι προσώπου τε σκυθρωπότητι καὶ χρόας ὠχρότητι καὶ γενείου βαθύτητι — μάλα γὰρ ὑψαγόραι τινὲς καὶ οὐρανογνώμονες οἱ ἄνδρες αὐτίκα μοι κατεφάνησαν — τούτοις ἐγχειρίσας ἐμαυτὸν καὶ συχνὸν ἀργύριον τὸ μὲν αὐτόθεν ἤδη καταβαλών, τὸ δὲ εἰσαῦθις ἀποδώσειν ἐπὶ κεφαλαίῳ τῆς σοφίας διομολογησάμενος ἠξίουν μετεωρολέσχης τε διδάσκεσθαι καὶ τὴν τῶν ὅλων διακόσμησιν καταμαθεῖν. Οἱ δὲ τοσοῦτον ἄρα ἐδέησάν με τῆς παλαιᾶς ἐκείνης ἀγνοίας ἀπαλλάξαι, ὥστε καὶ εἰς μείζους ἀπορίας φέροντες ἐνέβαλον ἀρχάς τινας καὶ τέλη καὶ ἀτόμους καὶ κενὰ καὶ ὕλας καὶ ἰδέας καὶ τὰ τοιαῦτα ὁσημέραι μου

nippeum quoddam pelagus nobis, sicut Icarium, tuo signatum nomine faceres?

MEN. Nequaquam : nam Icarus, cujus pennæ cera aptæ essent, ubi primum ad solem liquefactus erat, defluentibus pennis non potuit non decidere : at nostræ sine cera fuerunt alæ.

SOD. Quid ais? jam enim nescio quomodo sensim me ad veritatem narrationis perducis.

MEN. Sic fere : aquilam cepi bene magnam et vulturem insuper de robustis illis, horum alis cum ipsis humeris abscissis .... sed potius totum ab initio inde consilium, si tibi otium est, persequar.

SOD. Omnino vero : suspensus enim sum exspectatione narrationis tuæ, et fini jam auditionis inhio : neu tu, per ego te amicitiæ præsidem Jovem obsecro, me negligas in alto fere tuæ narrationis auribus quasi suspensum.

4. **MEN.** Audi ergo : non enim lepidum est spectaculum, hiantem amicum destituere, eumque suspensum, ut tu ais, auribus. Ego enim quum primum examinandis vitæ rationibus ridicula et humilia et infirma humana omnia deprehendissem, divitias dico et imperia et potestates, contemtis illis, ut qui studium circa ista obstare putarem ne rebus vere dignis studio vacare liceret, tollere oculos et ad ipsum hoc universum respicere tentabam. Et hic mihi multam dubitationem objecit primo quidem ipse hic qui a sapientibus mundus vocatur : neque enim invenire poteram quomodo exstitisset, neque opificem, neque principium, neque finem illius, quis esset. Deinde vero per partes quum considerabam, multo magis etiam cogebar dubitare : stellas enim videbam forte fortuna per cœlum sparsas, et solem ipsum, quid tandem esset, cupiebam cognoscere. Præsertim vero lunæ natura mihi singularis et omnino mira videbatur; et multiplicem illius figurarum diversitatem occultam quandam causam habere statuebam. Verum etiam fulgur illud impetu per omnia ruens, et prorumpens tonitru, et pluvia, aut nix, aut grando delabens; hæc quoque omnia vel conjectura vel signis erant mihi impervestigabilia.

5. Ita igitur animo affectus quum essem, optimum factu judicabam hæc de philosophis hisce discere singula : putabam enim illos certe, quicquid verum est, posse dicere. Sic ergo delectis illorum optimis, quantum colligere licebat e vultus tristitia et colore pallido et menti hirsutie (valde enim altiloqui et cœli consulti homines isti statim mihi videbantur) : his ergo me quum commisissem, magna vi pecuniæ partim e vestigio repræsentata, partim in futurum pro summa et fastigio sapientiæ promissa, postulabam doceri quomodo de sublimitate rerum disputandum esset, et ornatum hujus universi ediscere. At illi tantum aberat ut veteri illa me ignorantia liberarent, ut in multo etiam majores me dubitationes conjicerent, principia quædam, et fines, et atomos, et inania, et materias, et formas, et talia quoti-

καταχέοντες. Ὃ δὲ πάντων ἐμοὶ νοῦν ἐδόκει χαλεπώτατον, ὅτι μηδὲν ἅτερος θατέρῳ λέγοντες ἀκόλουθον, ἀλλὰ μαχόμενα πάντα καὶ ὑπεναντία ὅμως πείθεσθαί τέ με ἠξίουν καὶ πρὸς τὸν αὑτοῦ λόγον ἕκαστος ὑπάγειν ἐπειρῶντο.

ΕΤΑΙΡ. Ἄτοπον λέγεις, εἰ σοφοὶ ὄντες οἱ ἄνδρες ἐστασίαζον πρὸς αὑτοὺς περὶ τῶν ὄντων καὶ οὐ τὰ αὐτὰ περὶ τῶν αὐτῶν ἐδόξαζον.

6. ΜΕΝ. Καὶ μὴν, ὦ ἑταῖρε, γελάσῃ ἀκούσας τήν τε ἀλαζονείαν αὐτῶν καὶ τὴν ἐν τοῖς λόγοις τερατουργίαν, οἵ γε πρῶτα μὲν ἐπὶ γῆς βεβηκότες καὶ μηδὲν τῶν χαμαὶ ἐρχομένων ἡμῶν ὑπερέχοντες, ἀλλ' οὐδὲ ὀξύτερον τοῦ πλησίον δεδορκότες, ἔνιοι δὲ ὑπὸ γήρως ἢ ἀργίας ἀμβλυώττοντες, ὅμως οὐρανοῦ τε πέρατα διορᾶν ἔφασκον καὶ τὸν ἥλιον περιεμέτρουν καὶ τοῖς ὑπὲρ τὴν σελήνην ἐπεβάτευον καὶ ὥσπερ ἐκ τῶν ἀστέρων καταπεσόντες μεγέθη τε αὐτῶν καὶ σχήματα διεξῄεσαν, καὶ πολλάκις, εἰ τύχοι, μηδὲ ὁπόσοι στάδιοι Μεγαρόθεν Ἀθήναζέ εἰσιν ἀκριβῶς ἐπιστάμενοι τὸ μεταξὺ τῆς σελήνης καὶ τοῦ ἡλίου χωρίον ὁπόσων εἴη πηχῶν τὸ μέγεθος ἐτόλμων λέγειν, ἀέρος τε ὕψη καὶ θαλάττης βάθη καὶ γῆς περιόδους ἀναμετροῦντες, ἔτι δὲ κύκλους καταγράφοντες καὶ τρίγωνα ἐπὶ τετραγώνοις διασχηματίζοντες καὶ σφαίρας τινὰς ποικίλας τὸν οὐρανὸν δῆθεν αὐτὸν ἐπιμετροῦντες.

7. Ἔπειτα δὲ κἀκεῖνο πῶς οὐκ ἄγνωμον αὐτῶν καὶ παντελῶς τετυφωμένον τὸ περὶ τῶν οὕτως ἀδήλων λέγοντας μηδὲν ὡς εἰκάζοντας ἀποφαίνεσθαι, ἀλλ' ὑπερδιατείνεσθαί τε καὶ μηδεμίαν τοῖς ἄλλοις ὑπερβολὴν ἀπολιμπάνειν μονονουχὶ διομνυμένους μύδρον μὲν εἶναι τὸν ἥλιον, κατοικεῖσθαι δὲ τὴν σελήνην, ὑδατοποτεῖν δὲ τοὺς ἀστέρας τοῦ ἡλίου καθάπερ ἱμονιᾷ τινι τὴν ἰκμάδα ἐκ τῆς θαλάττης ἀνασπῶντος καὶ ἅπασιν αὐτοῖς τὸ ποτὸν ἐξ ἴσου διανέμοντος.

8. Τὴν μὲν γὰρ ἐναντιότητα ὁπόση τῶν λόγων ῥᾴδιον καταμαθεῖν. Καὶ σκόπει πρὸς Διὸς, εἰ ἐν γειτόνων ἐστὶ τὰ δόγματα καὶ μὴ πάμπολυ διεστηκότα· πρῶτα μὲν γὰρ αὐτοῖς ἡ περὶ τοῦ κόσμου γνώμη διάφορος, εἴ γε τοῖς μὲν ἀγέννητός τε καὶ ἀνώλεθρος εἶναι δοκεῖ· οἱ δὲ καὶ τὸν δημιουργὸν αὐτοῦ καὶ τῆς κατασκευῆς τὸν τρόπον εἰπεῖν ἐτόλμησαν, οὓς καὶ μάλιστα ἐθαύμαζον θεὸν μέν τινα τεχνίτην τῶν ὅλων ἐφιστάντας, οὐ προστιθέντας δὲ οὔτε ὅθεν ἥκων οὔτε ὅπου ἑστὼς ἕκαστα ἐτεκταίνετο, καίτοι πρό γε τῆς τοῦ παντὸς γενέσεως ἀδύνατον καὶ χρόνον καὶ τόπον ἐννοεῖν.

ΕΤΑΙΡ. Μάλα τινὰς, ὦ Μένιππε, τολμητὰς καὶ θαυματοποιοὺς ἄνδρας λέγεις.

ΜΕΝ. Τί δ', εἰ ἀκούσειας, ὦ θαυμάσιε, περί τε ἰδεῶν καὶ ἀσωμάτων ἃ διεξέρχονται ἢ τοὺς περὶ τοῦ πέρατός τε καὶ ἀπείρου λόγους; καὶ γὰρ αὖ καὶ αὕτη νεανικὴ αὐτοῖς ἡ μάχη, τοῖς μὲν τέλει τὸ πᾶν περιγράφουσι, τοῖς δὲ ἀτελὲς τοῦτο εἶναι ὑπολαμβάνουσιν. Οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ παμπόλλους τινὰς εἶναι τοὺς κόσμους ἀπεφαίνοντο καὶ τῶν ὡς περὶ ἑνὸς αὐτῶν διαλεγομένων

die mihi offundentes. Quod autem omnium mihi videbatur difficillimum, illud erat, quod quum nemo illorum quicquam diceret in quo conveniret ipsi cum altero, sed pugnantia omnia et sibi contraria, tamen persuadere mihi postulabant, et ad suam quisque rationem tentabant deducere.

SOD. Mira narras, si viri sapientes de natura rerum inter se dissederunt, neque eadem de iisdem rebus senserunt.

6. MEN. Quin tu ridebis, amice, si audias jactantiam illorum et prodigiosas in disputando præstigias : qui primum constituti in terra, et nihilo nobis, qui humi repimus, eminentiores, sed ne acutius quidem alio quovis cernentes, quidam vero etiam præ senectute vel inertia cæcutientes, tamen et cœli se fines pervidere dicerent, et solis circuitum metirentur, et per ea quæ supra lunam sunt incederent, et, tanquam de stellis delapsi, magnitudines illarum et formas enarrarent, et sæpe, si fors ita ferebat, ne hoc quidem, quot stadia Megaris sint Athenas usque, accurate scientes, interjecta inter lunam et solem regio quot sit ulnarum auderent dicere, aerisque altitudines et profunditates maris et terræ circuitus dimetientes, insuper vero describentes circulos, et triangula super quadratis formantes, et sphæras quasdam varias, cœlum nempe ipsum permetientes.

7. Deinde vero illud etiam in ipsis qui non impudens et omnino inflatum? quod de rebus adeo obscuris quum agant, nihil pro conjectura proferunt, sed ultra modum contendunt, neque ullam ceteris superlationem relinquunt, ac tantum non dejerant, candentem massam esse solem, habitari lunam, aquam bibere stellas, quum sol tanquam puteali quodam fune humorem e mari hauriat, et omnibus illis æqualiter potum dispenset.

8. Quanta quidem sit inter sententias illorum pugna facile est discere. Et vide, per Jovem, utrum vicina sint hæc placita, et non plurimum inter se dissidentia : primo enim illis sententia de mundo diversa est, quandoquidem aliis generationis et interitus expers esse videtur; alii vero opificem illius et modum constructionis dicere ausi sunt, quos vel maxime admiratus sum, qui deum quidem aliquem artificem hujus universi constituerunt, non adjecerunt autem neque unde veniens, neque ubi consistens fabricatus sit omnia; quum tamen ante exortum hujus universi neque tempus neque locus cogitari possit.

SOD. Audaces sane quosdam et præstigiatores homines narras.

MEN. Quid vero, si audias illos, carissime, de ideis et incorporeis quæ disputant, aut illorum de fine et infinito sermones? nam hæc quoque vehemens illis pugna est, aliis fine quodam totum hoc circumscribentibus, aliis autem infinitum id esse putantibus. Verum etiam permultos quosdam esse mundos pronunciabant, et eos, qui tanquam de uno

ον. Ἕτερος δέ τις οὐκ εἰρηνικὸς ἀνὴρ
ὅλων πατέρα εἶναι ἐδόξαζε.
μὲν γὰρ τῶν θεῶν τί χρὴ καὶ λέγειν; ὅπου
θμός τις ὁ θεὸς ἦν, οἱ δὲ κατὰ κυνῶν καὶ
πλατάνων ἐπώμνυντο. Καὶ οἱ μὲν τοὺς
ντας θεοὺς ἀπελάσαντες ἑνὶ μόνῳ τὴν τῶν
ἀπένεμον, ὥστε ἠρέμα καὶ ἄχθεσθαί με
πορίαν θεῶν ἀκούοντα· οἱ δὲ ἔμπαλιν ἐπι-
οι πολλούς τε αὐτοὺς ἀπέφαινον καὶ διελό-
έν τινα πρῶτον θεὸν ἐπεκάλουν, τοῖς δὲ τὰ
τρίτα ἔνεμον τῆς θεότητος· ἔτι δὲ οἱ μὲν
καὶ ἄμορφον ἡγοῦντο εἶναι τὸ θεῖον, οἱ δὲ
ατος αὐτοῦ διενοοῦντο. Εἶτα καὶ προνοεῖν
ᾶς πραγμάτων οὐ πᾶσιν ἐδόκουν οἱ θεοί,
ινες οἱ τῆς συμπάσης ἐπιμελείας αὐτοὺς
περ ἡμεῖς εἰώθαμεν ἀπολύειν τῶν λειτουρ-
αρηβηκότας· οὐδὲν γὰρ ὅτι μὴ τοῖς κωμι-
ήμασιν ἐοικότας αὐτοὺς εἰσάγουσιν. Ἔνιοι
ντα ὑπερβάντες οὐδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι θεούς
υον, ἀλλ' ἀδέσποτον καὶ ἀνηγεμόνευτον
κόσμον ἀπελίμπανον.
άρτοι ταῦτα ἀκούων ἀπιστεῖν μὲν οὐκ
βρεμέταις τε καὶ ἠϋγενείοις ἀνδράσιν· οὐ
ὅπη τῶν λόγων τραπόμενος ἀνεπίληπτόν
οιμι καὶ ὑπὸ θατέρου μηδαμῆ περιτρεπό-
τε δὴ τὸ Ὁμηρικὸν ἐκεῖνο ἀτεχνῶς ἔπα-
άκις μὲν γὰρ ἂν ὥρμησα πιστεύειν τινὶ

ος δέ με θυμὸς ἔρυκεν.

κσιν ἀμηχανῶν ἐπὶ γῆς μὲν ἀκούσεσθαί τι
ἀληθὲς ἀπεγίγνωσκον, μίαν δὲ τῆς συμ-
ίας ἀπαλλαγὴν ᾤμην ἔσεσθαι, εἰ αὐτὸς
ως ἀνέλθοιμι ἐς τὸν οὐρανόν. Τούτου δέ
τὴν ἐλπίδα μάλιστα μὲν καὶ ἡ ἐπιθυμία
οιὸς Αἴσωπος ἀετοῖς καὶ κανθάροις, ἐνίοτε
ς βάσιμον ἀποφαίνων τὸν οὐρανόν. Αὐ-
τεροφυῆσαί ποτε οὐδεμιᾷ μηχανῇ δυνατὸν
ατεφαίνετο· εἰ δὲ γυπὸς ἢ ἀετοῦ περι-
ά — ταῦτα γὰρ μόνα διαρκέσαι πρὸς μέ-
πίνου σώματος — τάχα ἄν μοι τὴν πεῖραν
. Καὶ δὴ συλλαβὼν τὰ ὄρνεα θατέρου μὲν
τέρυγα, τοῦ γυπὸς δὲ τὴν ἑτέραν ἀπέτεμον
τα διαδήσας καὶ κατὰ τοὺς ὤμους τελα-
ροῖς ἁρμοσάμενος καὶ πρὸς ἄκροις τοῖς
λαβάς τινας ταῖς χερσὶ παρασκευάσας ἐπει-
τοῦ τὸ πρῶτον ἀναπηδῶν καὶ ταῖς χερσὶν
ὶ ὥσπερ οἱ χῆνες ἔτι χαμαιπετῶς ἐπαιρό-
κροβατῶν ἅμα μετὰ τῆς πτήσεως· ἐπεὶ δὲ
τὸ πρᾶγμα, τολμηρότερον ἤδη τῆς πείρας
ὶ ἀνελθὼν ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν ἀφῆκα ἐμαυ-
ῦ κρημνοῦ φέρων ἐς αὐτὸ τὸ θέατρον.
δὲ ἀκινδύνως κατεπτόμην, ὑψηλὰ ἤδη καὶ
όνουν καὶ ἄρας ἀπὸ Πάρνηθος ἢ ἀπὸ Ὑμητ-
Γερανείας ἐπετόμην, εἶτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν

disputarent, damnabant. Alius vero quidam, vir minime pacificus, bellum patrem universorum esse sentiebat.

9. De diis enim quid opus etiam est dicere? ubi quibusdam numerus erat deus; alii vero per canes, et anseres, et platanos dejerabant. Et alii quidem, reliquis diis omnibus exactis, uni soli rerum omnium imperium tribuebant, adeo ut intra me ægre ferrem, quum tantam audirem deorum inopiam; alii contra liberaliores, et multos pronunciabant et divisis provinciis unum quendam primum deum vocabant, aliis secundas aut tertias divinitatis partes tribuebant. Præterea quidam incorporeum quiddam et forma carens esse dicebant numen; alii de eo tanquam de corpore cogitabant. Tum etiam curam gerere nostrarum rerum non omnibus videbantur dii; sed erant quidam qui omni illos cura solverent, uti nos solemus seniores liberare ministeriis: nulla enim in re non comicis satellitiis similes illos introducunt. Alii, hæc omnia supergressi, ne esse quidem omnino deos credebant, sed sine domino, sine duce ferri mundum patiebantur.

10. Verum enim hæc audiens fidem negare non audebam altifremis et bene barbatis viris; nec tamen habebam ad quam partem disputationum conversus aliquid reprehensione vacuum reperirem et ab altero nusquam eversum. Itaque plane Homericum illud usu mihi venit: nam sæpe quidem impetus me capiebat ut uni illorum crederem,

prohibebat at impetus alter.

Propter quæ omnia non inveniens quomodo in terra auditurus sim de hisce rebus verum, desperabam: unam vero dubitationis liberationem putavi futuram, si ipse volucris quacumque ratione factus in cœlum ascenderem. Hujus autem rei mihi spem præbebat maxime quidem cupiditas, tum vero et fabularum scriptor Æsopus, qui aquilis et scarabæis, quin aliquando camelis viam in cœlum aperuit. Atque ut ipsi mihi nascerentur alæ, id quidem nulla ratione fieri posse apparebat: si vero vulturis aut aquilæ mihi applicarem alas (has enim solas sufficere ad humani corporis magnitudinem), fortasse successurum mihi experimentum. Comprehensis ergo illis avibus, alterius dextram alam, vulturis autem alteram curiose amputavi: tum revinctas quum circa humeros loris validis aptassem, et ubi extremæ pennæ sunt, ansas quasdam parassem manibus; ipse me primum experiebar, exsultans et subserviens manibus, tollens me, anserum instar, de humo paullulum, et cum volatu extremis etiam digitis progrediens. Quum vero obediret mihi negotium, jam audacius tentabam experimenta, atque conscensa arce, inde me per præceps in theatrum ipsum demisi.

11. Quumque sine periculo devolassem, alta jam et sublimia cogitabam, solvensque a Parnethe vel Hymetto, Geraneam usque volabam, atque hinc deinde in summam

Ἀκροκόρινθον ἄνω, εἶτα ὑπὲρ Φολόης καὶ Ἐρυμάνθου μέχρι πρὸς τὸ Ταΰγετον. Ἤδη δ' οὖν μοι τοῦ τολμήματος ἐκμεμελετημένου τέλειός τε καὶ ὑψιπέτης γενόμενος οὐκέτι τὰ νεοττῶν ἐφρόνουν, ἀλλ' ἐπὶ τὸν Ὄλυμπον ἀναβὰς καὶ ὡς ἐνῆν μάλιστα κούφως ἐπισιτισάμενος τὸ λοιπὸν ἔτεινον εὐθὺ τοῦ οὐρανοῦ, τὸ μὲν πρῶτον ἰλιγγιῶν ὑπὸ τοῦ βάθους, μετὰ δὲ ἔφερον καὶ τοῦτο εὐμαρῶς. Ἐπεὶ δὲ κατ' αὐτὴν ἤδη τὴν σελήνην ἐγεγόνειν πάμπολυ τῶν νεφῶν ἀποσπάσας, ᾐσθόμην κάμνοντος ἐμαυτοῦ, καὶ μάλιστα κατὰ τὴν ἀριστερὰν πτέρυγα τὴν γυπίνην. Προσελάσας οὖν καὶ καθεζόμενος ἐπ' αὐτῆς διανεπαυόμην ἐς τὴν γῆν ἄνωθεν ἀποβλέπων καὶ ὥσπερ ὁ τοῦ Ὁμήρου Ζεὺς ἐκεῖνος ἄρτι μὲν τὴν τῶν ἱπποπόλων Θρᾳκῶν καθορώμενος, ἄρτι δὲ τὴν Μυσῶν καὶ μετ' ὀλίγον, εἰ δόξειέ μοι, τὴν Ἑλλάδα, τὴν Περσίδα καὶ τὴν Ἰνδικήν. Ἐξ ὧν ἁπάντων ποικίλης τινὸς ἡδονῆς ἐνεπιμπλάμην.

ΕΤΑΙΡ. Οὐκοῦν καὶ ταῦτα λέγοις ἄν, ὦ Μένιππε, ἵνα μηδὲ καθ' ἓν ἀπολειπώμεθα τῆς ἀποδημίας, ἀλλ' εἴ τί σοι καὶ ὁδοῦ πάρεργον ἱστόρηται, καὶ τοῦτο εἰδῶμεν· ὡς ἔγωγε οὐκ ὀλίγα προσδοκῶ ἀκούσεσθαι σχήματός τε πέρι γῆς καὶ τῶν ἐπ' αὐτῆς ἁπάντων, οἷά σοι ἄνωθεν ἐπισκοποῦντι κατεφαίνετο.

ΜΕΝ. Καὶ ὀρθῶς γε, ὦ ἑταῖρε, εἰκάζεις· διόπερ ὡς οἷόν τε ἀναβὰς ἐπὶ τὴν σελήνην τῷ λόγῳ συναποδήμει τε καὶ συνεπισκόπει τὴν ὅλην τῶν ἐπὶ γῆς διάθεσιν.

12. Καὶ πρῶτόν γέ μοι πάνυ μικρὰν δόκει τινὰ τὴν γῆν ὁρᾶν, πολὺ λέγω τῆς σελήνης βραχυτέραν, ὥστε ἐγὼ ἄφνω κατακύψας ἐπὶ πολὺ ἠπόρουν ποῦ εἴη τὰ τηλικαῦτα ὄρη καὶ ἡ τοσαύτη θάλαττα· καὶ εἴ γε μὴ τὸν Ῥόδιον κολοσσὸν ἐθεασάμην καὶ τὸν ἐπὶ τῇ Φάρῳ πύργον, εὖ ἴσθι, παντελῶς ἄν με ἡ γῆ διέλαθε. Νῦν δὲ ταῦτα ὑψηλὰ ὄντα καὶ ὑπερανεστηκότα καὶ ὁ Ὠκεανὸς ἠρέμα πρὸς τὸν ἥλιον ἀποστίλβων διεσήμαινέ μοι γῆν εἶναι τὸ ὁρώμενον. Ἐπεὶ δὲ ἅπαξ τὴν ὄψιν ἐς τὸ ἀτενὲς ἀπηρεισάμην, ἅπας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἤδη μοι κατεφαίνετο, οὐ κατὰ ἔθνη μόνον καὶ πόλεις, ἀλλὰ καὶ αὐτοὶ σαφῶς οἱ πλέοντες, οἱ πολεμοῦντες, οἱ γεωργοῦντες, οἱ δικαζόμενοι, τὰ γύναια, τὰ θηρία, καὶ πάνθ' ἁπλῶς ὁπόσα τρέφει ζείδωρος ἄρουρα.

ΕΤΑΙΡ. Παντελῶς ἀπίθανα φῂς ταῦτα καὶ αὐτοῖς ὑπεναντία· ὃς γὰρ ἀρτίως, ὦ Μένιππε, τὴν γῆν ἐζήτεις ὑπὸ τοῦ μεταξὺ διαστήματος ἐς βραχὺ συνεσταλμένην, καὶ εἴ γε μὴ ὁ κολοσσὸς ἐμήνυσέ σοι, τάχ' ἂν ἄλλο τι ᾠήθης ὁρᾶν, πῶς νῦν καθάπερ Λυγκεύς τις ἄφνω γενόμενος ἅπαντα διαγιγνώσκεις τὰ ἐπὶ γῆς, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ θηρία, μικροῦ δεῖν τὰς τῶν ἐμπίδων νεοττιάς;

13. **ΜΕΝ.** Εὖ με ὑπέμνησας· ὃ γὰρ μάλιστα ἐχρῆν εἰπεῖν, τοῦτο οὐκ οἶδ' ὅπως παρέλιπον. Ἐπεὶ γὰρ αὐτὴν μὲν ἐγνώρισα τὴν γῆν ἰδών, τὰ δ' ἄλλα οὐχ οἷός τε ἦν καθορᾶν ὑπὸ τοῦ βάθους ἅτε τῆς ὄψεως μηκέτι ἐφικνουμένης, πάνυ μ' ἠνία τὸ χρῆμα καὶ πολλὴν παρεῖχε

Corinthi arcem; deinde supra Pholoen et Erymanthum usque ad Taygetum. Jam igitur satis meditatus audax facinus, quum perfectus essem et altivolans, non amplius quæ pullorum sunt cogitabam, sed conscenso Olympo, viatico assumto quam poterat fieri levissimo, ceterum recta cœlum versus tendebam, primo quidem vertigine mihi ob profunditatem oboriente, deinde autem id ipsum quoque ferebam facile. Quum vero ad ipsam jam lunam delatus essem, multum relictis a tergo nubibus, fatigatum me sentiebam, et maxime ala sinistra, vulturina. Appulsus ergo in ea consedi interquiescens, in terram de superiori loco despiciens, et, ut Homericus ille Jupiter, modo equestrium Thracum terram despectans, modo Mysorum, paullo post autem, si videbatur mihi, Græciam, Persidem, et Indiam: e quibus omnibus varia quadam voluptate perfundebar.

SOD. Igitur illa quoque dixeris, Menippe, ne vel unum quiddam illius nos peregrinationis fugiat; sed si quid etiam obiter tibi observatum sit, illud quoque sciamus: non pauca enim me auditurum exspecto equidem de figura terræ omniumque quæ in illa sunt, qualia tibi de loco superiore intuenti sint visa.

MEN. Recte istuc, amice, conjicis. Itaque, quatenus fieri potest ascendens in lunam, cogitatione mecum peregrinare et universam eorum, quæ in terra sunt, positionem considera.

12. Et primum quidem puta mihi parvam omnino terram te quandam videre, multum dico luna minorem; adeo ut ego sæpe despiciens multum dubitarem ubi essent tanti montes et ingens adeo mare: et nisi Rhodiorum istum colossum vidissem, et illam in Pharo turrim, plane me, bene noris, tellus effugisset. Jam vero illa excelsa et eminentia, et placide refulgens ad solem Oceanus, terram esse quod videretur mihi indicarunt. Quum vero semel visum intentum fixissem, tota jam hominum vita mihi apparuit, non per gentes modo et urbes, sed ipsi distincte, qui navigarent, qui prælia committerent, qui colerent agrum, qui causas agerent, tum mulierculæ, animalia, et simpliciter quæ tellus alma nutrit omnia.

SOD. Omnino improbabilia sunt quæ dicis, et sibi invicem contraria. Qui enim modo terram, Menippe, quærebas ab interjecto spatio in breve contractam, et nisi colossus eam tibi indicasset, forte aliud videre tibi visus esses: quomodo nunc, tanquam Lynceus aliquis factus subito, quæcumque supra tellurem sunt cognoscis, homines, animalia, et parum abest quin culicum pullitiem?

13. MEN. Bene facis quod me admones: quod enim maxime dicendum erat, illud nescio quomodo prætermisi. Quum enim ipsam quidem terram visu agnoscerem, reliqua vero perspicere ob profunditatem non possem, visu jam non amplius pertingente, valde me ea res angebat et mul-

τὴν ἀπορίαν. Κατηφεῖ δὲ ὄντι μοι καὶ ὀλίγου δεῖν δεδακρυμένῳ ἐφίσταται κατόπιν ὁ φυσικὸς Ἐμπεδοκλῆς, ἀνθρακίας τις ἰδεῖν καὶ σποδοῦ πλέως καὶ κατωπτημένος· κἀγὼ μέν, ὡς εἶδον — εἰρήσεται γάρ — ὑπεταράχθην καί τινα σεληναῖον δαίμονα ᾠήθην ὁρᾷν· ὁ δὲ, Θάρρει, φησὶν, ὦ Μένιππε,

οὔτις τοι θεός εἰμι, τί μ' ἀθανάτοισιν ἐΐσκεις;

ὁ φυσικὸς οὗτός εἰμι Ἐμπεδοκλῆς· ἐπεὶ γὰρ ἐς τοὺς κρατῆρας ἐμαυτὸν φέρων ἐνέβαλον, ὁ καπνός με ἀπὸ τῆς Αἴτνης ἁρπάσας δεῦρ' ἀνήγαγε, καὶ νῦν ἐν τῇ σελήνῃ κατοικῶ ἀεροβατῶν τὰ πολλὰ καὶ σιτοῦμαι δρόσον. Ἥκω τοίνυν σε ἀπολύσων τῆς παρούσης ἀπορίας· ἀνιᾷ γάρ σε, οἶμαι, καὶ στρέφει τὸ μὴ σαφῶς τὰ ἐπὶ γῆς ὁρᾶν. Εὖ γε ἐποίησας, ἦν δ' ἐγὼ, βέλτιστε Ἐμπεδόκλεις, κἀπειδὰν τάχιστα κατάπτωμαι πάλιν ἐς τὴν Ἑλλάδα, μεμνήσομαι σπένδειν τέ σοι ἐπὶ τῆς καπνοδόκης κἀν ταῖς νουμηνίαις πρὸς τὴν σελήνην τρὶς ἐγχανὼν προσεύχεσθαι. Ἀλλὰ μὰ τὸν Ἐνδυμίωνα, ἦ δ' ὅς, οὐχὶ τοῦ μισθοῦ χάριν ἀφῖγμαι, πέπονθα δέ τι τὴν ψυχὴν ἰδών σε λελυπημένον. Ἀτὰρ οἶσθα ὅ τι δράσας ὀξυδερκὴς γενήσῃ;

14. Μὰ Δί', ἦν δ' ἐγὼ, ἢν μὴ σύ μοι τὴν ἀχλύν πως ἀφέλῃς ἀπὸ τῶν ὀμμάτων· νῦν γὰρ δὴ λημᾶν οὐ μετρίως δοκῶ. Καὶ μὴν οὐδέν γε, ἦ δ' ὅς, ἐμοῦ δεήσει· τὸ γὰρ ὀξυδερκὲς αὐτὸς ἤδη γῆθεν ἥκεις ἔχων. Τί οὖν τοῦτό ἐστιν; οὐ γὰρ οἶδ', ἔφην. Οὐκ οἶσθα, ἦ δ' ὅς, ἀετοῦ τὴν πτέρυγα τὴν δεξιὰν περικείμενος; Καὶ μάλα, ἦν δ' ἐγώ· τί δ' οὖν πτέρυγι καὶ ὀφθαλμῷ κοινόν ἐστιν; Ὅτι, ἦ δ' ὅς, παρὰ πολὺ τῶν ἄλλων ζῴων ἀετός ἐστιν ὀξυωπέστατος, ὥστε μόνος ἀντίον δέδορκε τῷ ἡλίῳ, καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ βασιλεὺς καὶ γνήσιος ἀετὸς, ἢν ἀσκαρδαμυκτὶ πρὸς τὰς ἀκτῖνας βλέπῃ. Φασὶ ταῦτα, ἦν δ' ἐγὼ, καί μοι ἤδη μεταμέλει, ὅτι δεῦρο ἀνιὼν οὐχὶ τὼ ὀφθαλμὼ τοῦ ἀετοῦ ἐνεθέμην τοὺς ἐμοὺς ἐξελών· ὡς νῦν γε ἡμιτελὴς ἀφῖγμαι καὶ οὐ πάντα βασιλικῶς ἐνεσκευασμένος, ἀλλ' ἔοικα τοῖς νόθοις ἐκείνοις καὶ ἀποκηρύκτοις. Καὶ μὴν πάρα σοὶ, ἦ δ' ὅς, αὐτίκα μάλα τὸν ἕτερον ὀφθαλμὸν ἔχειν βασιλικόν· ἢν γὰρ ἐθελήσῃς μικρὸν ἀναστὰς ἐπισχὼν τοῦ γυπὸς τὴν πτέρυγα θατέρᾳ μόνῃ πτερύξασθαι, κατὰ λόγον τῆς πτέρυγος τὸν δεξιὸν ὀφθαλμὸν ὀξυδερκὴς ἔσῃ· τὸν γὰρ ἕτερον οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐκ ἀμβλύτερον δεδορκέναι τῆς μερίδος ὄντα τῆς χείρονος. Ἅλις, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ καὶ ὁ δεξιὸς μόνος ἀετῶδες βλέποι· οὐδὲν γὰρ ἂν ἔλαττον γένοιτο, ἐπεὶ καὶ τοὺς τέκτονας πολλάκις ἑορακέναι μοι δοκῶ θατέρῳ τῶν ὀφθαλμῶν ἄμεινον πρὸς τοὺς κανόνας ἀπευθύνοντας τὰ ξύλα. Ταῦτα εἰπὼν ἐποίουν ἅμα τὰ ὑπὸ τοῦ Ἐμπεδοκλέους παρηγγελμένα· ὁ δὲ κατ' ὀλίγον ὑπαπιὼν ἐς καπνὸν ἠρέμα διελύετο.

15. Κἀπειδὴ τάχιστα ἐπτερυξάμην, αὐτίκα με φῶς πάμπολυ περιέλαμψε καὶ τὰ τέως λανθάνοντα πάντα διεφαίνετο· κατακύψας γοῦν ἐς τὴν γῆν ἑώρων σαφῶς τὰς πόλεις, τοὺς ἀνθρώπους, τὰ γιγνόμενα, καὶ οὐ τὰ ἐν ὑπαίθρῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ὁπόσα οἴκοι ἔπραττον οἰό-

tam præbebat sollicitudinem. Quum autem demisso essem animo et tantum non lacrimarer, a tergo mihi astat physicus philosophus Empedocles, carbonarius ad speciem et cinere oppletus et assatus : ego vero quum viderem (dicetur enim), aliquantum perturbatus, lunarem quendam me genium videre putabam equidem. At ille, Bono, inquit, animo esto, Menippe;

Non ego sum divus; quid me immortalibus æquas?

physicus ille sum Empedocles. Quum enim in crateras ipse me dejecissem, vapor me de Ætna correptum huc appulit : et jam in luna habito, multum incedens per aera, et rore pascor. Venio igitur exsoluturus te præsenti sollicitudine : angit enim te, puto, et torquet, quod non distincte quæ in terra fiunt vides. Bene sane facis, inquam, optime Empedocles, et quum primum in Græciam iterum devolavero, memor ero ut libem tibi in fumario, et noviluniis ad lunam ter hians te adorem. Verum ita me Endymion, inquit, non huc veni mercedis causa; sed animo commotus sum, quum te tristem viderem. Verum scin' quo facto acutum visum nancisci possis?

14. Non equidem, per Jovem, inquam, nisi tu mihi caliginem quodammodo abstergas ab oculis : nunc enim lippire non mediocriter mihi videor. Quin tu, inquit, nihil mea opera indigebis, qui acumen illud ipse jam de terra allatum habeas. Quid igitur hoc est? neque enim novi, inquam. An nescis, inquit, te dextram aquilæ alam alligatam habere? Ego vero, inquam : quid vero alæ et oculo commune est? Quod, inquit, multum visus acumine reliquis animantibus præstat aquila, adeo ut solus contra solem obtueatur; et ob id ipsum est rex et verus germanusque aquila, si nihil nictans radios intueatur. Aiunt ista, inquam : et jam pœnitet me, quod huc quum ascenderem, non ereptis meis oculis aquilinos eorum loco mihi imposui : qui sic imperfectus nunc venerim, nec regie per omnia instructus; sed similis sum spuriis istis et abdicatis. Quin penes te est, inquit, statim alterum oculum habere regium : si enim volueris, surgens paullum, retenta vulturis ala, alteram solam movere, pro ratione alæ dextro oculo acutum cernes; alter enim oculus fieri non potest quin obtusius cernat, qui deterioris partis sit. Satis fuerit, inquam, si vel solus dexter aquilinum cernat; neque enim quicquam mihi decesserit, quandoquidem fabros etiam vidisse mihi videor alterutro oculorum melius ad regulas ligna dirigere. Cum his verbis simul faciebam quod præceperat Empedocles : ille vero sensim se subducens in fumum paullatim dissolvebatur.

15. Ac vix cœperam movere alam, quum statim ingens me lux circumfulsit, et quæ adhuc latuerant, apparebant omnia. Despiciens igitur in terram, dilucide videbam urbes, homines, ea quæ fiebant, neque illa solum quæ sub divo, sed quæ domi etiam faciebant homines, quum latere

μενοι λανθάνειν, Πτολεμαῖον μὲν συνόντα τῇ ἀδελφῇ, Λυσιμάχῳ δὲ τὸν υἱὸν ἐπιβουλεύοντα, τὸν Σελεύκου δὲ Ἀντίοχον Στρατονίκῃ διανεύοντα λάθρα τῇ μητρυιᾷ, τὸν δὲ Θετταλὸν Ἀλέξανδρον ὑπὸ τῆς γυναικὸς ἀναιρούμενον καὶ Ἀντίγονον μοιχεύοντα τοῦ υἱοῦ τὴν γυναῖκα καὶ Ἀττάλῳ τὸν υἱὸν ἐγχέοντα τὸ φάρμακον, ἑτέρωθι δ' αὖ Ἀρσάκην φονεύοντα τὸ γύναιον καὶ τὸν εὐνοῦχον Ἀρβάκην ἕλκοντα τὸ ξίφος ἐπὶ τὸν Ἀρσάκην, Σπατῖνος δὲ ὁ Μῆδος ἐκ τοῦ συμποσίου πρὸς τῶν δορυφορούντων εἵλκετο ἔξω τοῦ ποδὸς σκύφῳ χρυσῷ τὴν ὀφρὺν κατηλοημένος. Ὅμοια δὲ τούτοις ἐν τῇ Λιβύῃ καὶ παρὰ Σκύθαις καὶ Θρᾳξὶ γιγνόμενα ἐν τοῖς βασιλείοις ἦν ὁρᾶν, μοιχεύοντας, φονεύοντας, ἐπιβουλεύοντας, ἁρπάζοντας, ἐπιορκοῦντας, δεδιότας, ὑπὸ τῶν οἰκειοτάτων προδιδομένους.

16. Καὶ τὰ μὲν τῶν βασιλέων τοιαύτην παρέσχε μοι τὴν διατριβήν, τὰ δὲ τῶν ἰδιωτῶν πολὺ γελοιότερα· καὶ γὰρ αὖ κἀκείνους ἑώρων, Ἑρμόδωρον μὲν τὸν Ἐπικούρειον χιλίων ἕνεκα δραχμῶν ἐπιορκοῦντα, τὸν Στωϊκὸν δὲ Ἀγαθοκλέα περὶ μισθοῦ τῷ μαθητῇ δικαζόμενον, Κλεινίαν δὲ τὸν ῥήτορα ἐκ τοῦ Ἀσκληπιείου φιάλην ὑφαιρούμενον, τὸν δὲ Κυνικὸν Ἡρόφιλον ἐν τῷ χαμαιτυπείῳ καθεύδοντα. Τί γὰρ ἂν τοὺς ἄλλους λέγοιμι, τοὺς τοιχωρυχοῦντας, τοὺς δικαζομένους, τοὺς δανείζοντας, τοὺς ἀπαιτοῦντας; ὅλως γὰρ ποικίλη καὶ παντοδαπή τις ἦν ἡ θέα.

ΕΤΑΙΡ. Καὶ μὴν καὶ ταῦτα, ὦ Μένιππε, καλῶς εἶχε λέγειν· ἔοικε γὰρ οὐ τὴν τυχοῦσαν τερπωλήν σοι παρεσχῆσθαι.

ΜΕΝ. Πάντα μὲν ἑξῆς διελθεῖν, ὦ φιλότης, ἀδύνατον, ὅπου γε καὶ ὁρᾶν αὐτὰ ἔργον ἦν· τὰ μέντοι κεφάλαια τῶν πραγμάτων τοιαῦτα ἐφαίνετο οἷά φησιν Ὅμηρος τὰ ἐπὶ τῆς ἀσπίδος· οὗ μὲν γὰρ ἦσαν εἰλαπίναι καὶ γάμοι, ἑτέρωθι δὲ δικαστήρια καὶ ἐκκλησίαι, καθ' ἕτερον δὲ μέρος ἔθυέ τις, ἐν γειτόνων δὲ πενθῶν ἄλλος ἐφαίνετο· καὶ ὅτε μὲν ἐς τὴν Γετικὴν ἀποβλέψαιμι, πολεμοῦντας ἂν ἑώρων τοὺς Γέτας· ὅτε δὲ μεταβαίην ἐπὶ τοὺς Σκύθας, πλανωμένους ἐπὶ τῶν ἁμαξῶν ἦν ἰδεῖν· μικρὸν δὲ ἐπικλίνας τὸν ὀφθαλμὸν ἐπὶ θάτερα τοὺς Αἰγυπτίους γεωργοῦντας ἐπέβλεπον, καὶ ὁ Φοῖνιξ δὲ ἐνεπορεύετο καὶ ὁ Κίλιξ ἐλῄστευε καὶ ὁ Λάκων ἐμαστιγοῦτο καὶ ὁ Ἀθηναῖος ἐδικάζετο.

17. Ἁπάντων τούτων ὑπὸ τὸν αὐτὸν γιγνομένων χρόνον ὥρα σοι ἤδη ἐπινοεῖν ὁποῖός τις ὁ κυκεὼν οὗτος ἐφαίνετο. Ὥσπερ ἂν εἴ τις παραστησάμενος πολλοὺς χορευτάς, μᾶλλον δὲ πολλοὺς χορούς, ἔπειτα προστάξειε τῶν ᾀδόντων ἑκάστῳ τὴν συνῳδίαν ἀφέντα ἴδιον ᾄδειν μέλος, φιλοτιμουμένου δὲ ἑκάστου καὶ τὸ ἴδιον περαίνοντος καὶ τὸν πλησίον ὑπερβαλέσθαι τῇ μεγαλοφωνίᾳ προθυμουμένου, ἆρα ἐνθυμῇ πρὸς Διὸς οἵα γένοιτ' ἂν ἡ ᾠδή;

ΕΤΑΙΡ. Παντάπασιν, ὦ Μένιππε, παγγέλοιος καὶ τεταραγμένη.

ΜΕΝ. Καὶ μήν, ὦ ἑταῖρε, τοιοῦτοι πάντες εἰσὶν

se putarent : Ptolemæum coeuntem cum sorore, insidiantem Lysimacho filium, Seleuci Antiochum filium furtim innuentem Stratonicæ novercæ, interfici ab uxore Alexandrum Thessalum, et Antigonum stupro uxorem filii polluentem, et miscentem Attalo venenum filium; et rursus ab altera parte mulierculam quam Arsaces interficeret, et eunuchum Arbacem, dum gladium stringit in Arsacen, Spatinus autem Medus e convivio a satellitibus foras trahebatur pede, scypho aureo contusus circa supercilium. Similia hisce et apud Scythas et Thraces fieri in regiis videre erat, adulteros, homicidas, insidiatores, raptores, perjuros, metuentes, alios qui proderentur a familiarissimis.

16. Ac regum quidem res sic me detinuerunt : privatorum autem multo magis ridiculæ. Nam illos etiam videbam-Hermodorum Epicureum propter mille drachmas pejerare, Stoicum Agathoclem de mercede litigare cum discipulo; Cliniam rhetorem ex Æsculapii templo phialam subducere; Cynicum Herophilum pernoctare in fornice. Quid enim dicam alios, qui parietes perfoderent, qui causas haberent, qui fœnori darent, qui exigerent? in universum enim varium quoddam et omnigenum erat spectaculum.

SOD. Verum etiam talia bene esset si diceres : videntur ěnim non vulgarem tibi præbuisse voluptatem.

MEN. Omnia quidem deinceps ut enarrem, carissime, fieri non potest, quum etiam videre ipsa difficile fuerit : verum summa rerum capita talia videbantur, qualia Homerus ait fuisse illa in scuto expressa. Hic enim epulæ erant ac nuptiæ, ab altera parte judicia et conciones; alia parte sacrificabat aliquis, in vicinia autem lugens alius apparebat. Et quoties ad Geticam respicerem, pugnantes videbam Getas; quoties vero transirem ad Scythas, videre erat errantes in plaustris : paullum vero deflexo in partem alteram oculo, colentes agrum Ægyptios spectabam; mercaturam exercebat Phœnix, et Cilix latrocinabatur, flagellis cædebatur Laco, Atheniensis litigabat.

17. Hæc omnia quum eodem tempore fierent, jam potes cogitare quis iste cinnus visus sit. Velut si quis cantatoribus conductis multis, vel choris potius, deinde jubeat canentium unumquemque, relicto concentu, suum sibi carmen canere; studiose autem faciente unoquoque et suum peragente canticum, et superare vocis magnitudine prope stantem conante, numquid cogitatione comprehendis, per Jovem, qualis ille cantus futurus sit?

SOD. Omnino quidem, Menippe, ridiculus maxime et confusus.

MEN. Enimvero tales, sodalis, sunt omnes illi in terra

οἱ ἐπὶ γῆς χορευταὶ κἀκ τοιαύτης ἀναρμοστίας ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος συντέτακται, οὐ μόνον ἀπῳδὰ φθεγγομένων, ἀλλὰ καὶ ἀνομοίων τὰ σχήματα καὶ τἀναντία κινουμένων καὶ ταὐτὸν οὐδὲν ἐπινοούντων, ἄχρι ἂν αὐτῶν ἕκαστον ὁ χορηγὸς ἀπελάσῃ τῆς σκηνῆς οὐκέτι δεῖσθαι λέγων· τοὐντεῦθεν δὲ ὅμοιοι πάντες ἤδη σιωπῶντες, οὐκέτι τὴν συμμιγῆ ἐκείνην καὶ ἄτακτον ᾠδὴν ἀπᾴδοντες. Ἀλλ' ἐν αὐτῷ γε ποικίλῳ καὶ πολυειδεῖ τῷ θεάτρῳ πάντα μὲν γελοῖα δήπουθεν ἦν τὰ γιγνόμενα·

18. μάλιστα δὲ ἐπ' ἐκείνοις ἐπῄει μοι γελᾶν τοῖς περὶ γῆς ὅρων ἐρίζουσι καὶ τοῖς μέγα φρονοῦσιν ἐπὶ τῷ τὸ Σικυώνιον πεδίον γεωργεῖν ἢ Μαραθῶνος ἔχειν τὰ περὶ τὴν Οἰνόην ἢ Ἀχαρνῆσι πλέθρα κεκτῆσθαι χίλια· τῆς γοῦν Ἑλλάδος ὅλης, ὡς τότε μοι ἄνωθεν ἐφαίνετο, δακτύλων οὔσης τὸ μέγεθος τεττάρων κατὰ λόγον, οἶμαι, ἡ Ἀττικὴ πολλοστημόριον ἦν. Ὥστε ἐνενόουν, ἐφ' ὁπόσῳ τοῖς πλουσίοις τούτοις μέγα φρονεῖν κατελείπετο· σχεδὸν γὰρ ὁ πολυπλεθρότατος αὐτῶν μίαν τῶν Ἐπικουρείων ἀτόμων ἐδόκει μοι γεωργεῖν. Ἀποβλέψας δὲ δὴ καὶ ἐς τὴν Πελοπόννησον, εἶτα τὴν Κυνοσουρίαν γῆν ἰδὼν ἀνεμνήσθην περὶ ὅσου χωρίου, κατ' οὐδὲν Αἰγυπτίου φακοῦ πλατυτέρου, τοσοῦτοι ἔπεσον Ἀργείων καὶ Λακεδαιμονίων μιᾶς ἡμέρας. Καὶ μὴν εἴ τινα ἴδοιμι ἐπὶ χρυσῷ μέγα φρονοῦντα, ὅτι δακτυλίους τε εἶχεν ὀκτὼ καὶ φιάλας τέτταρας, πάνυ καὶ ἐπὶ τούτῳ ἂν ἐγέλων· τὸ γὰρ Πάγγαιον ὅλον αὐτοῖς μετάλλοις κεγχριαῖον ἦν τὸ μέγεθος.

19. ΕΤΑΙΡ. Ὦ μακάριε Μένιππε τῆς παραδόξου θέας. Αἱ δὲ δὴ πόλεις πρὸς Διὸς καὶ οἱ ἄνδρες αὐτοὶ πηλίκοι διεφαίνοντο ἄνω;

ΜΕΝ. Οἶμαί σε πολλάκις ἤδη μυρμήκων ἀγορὰν ἑορακέναι, τοὺς μὲν εἰλουμένους, ἐνίους δὲ ἐξιόντας, ἑτέρους δὲ ἐπανιόντας αὖθις εἰς τὴν πόλιν· καὶ ὁ μέν τις τὴν κόπρον ἐκφέρει, ὁ δὲ ἁρπάσας ποθὲν ἢ κυάμου λέπος ἢ πυροῦ ἡμίτομον θεῖ φέρων. Εἰκὸς δὲ εἶναι παρ' αὐτοῖς κατὰ λόγον τοῦ μυρμήκων βίου καὶ οἰκοδόμους τινὰς καὶ δημαγωγοὺς καὶ πρυτάνεις καὶ μουσικοὺς καὶ φιλοσόφους. Πλὴν αἵ γε πόλεις αὐτοῖς ἀνδράσι ταῖς μυρμηκιαῖς μάλιστα ἐῴκεσαν. Εἰ δέ σοι δοκεῖ μικρὸν τὸ παράδειγμα, τὸ ἀνθρώπους εἰκάσαι τῇ μυρμήκων πολιτείᾳ, τοὺς παλαιοὺς μύθους ἐπίσκεψαι τῶν Θετταλῶν· εὑρήσεις γὰρ τοὺς Μυρμιδόνας, τὸ μαχιμώτατον φῦλον, ἐκ μυρμήκων ἄνδρας γεγονότας. Ἐπειδὴ δ' οὖν πάντα ἱκανῶς ἑώρατο καὶ κατεγεγέλαστό μοι, διασείσας ἐμαυτὸν ἀνεπτόμην

δώματ' ἐς αἰγιόχοιο Διὸς μετὰ δαίμονας ἄλλους.

20. Οὔπω στάδιον ἀνεληλύθειν καὶ ἡ Σελήνη γυναικείαν φωνὴν προϊεμένη, Μένιππε, φησὶν, οὕτως ὄναιο, διακόνησαί μοί τι πρὸς τὸν Δία. Λέγοις ἄν, ἦν δ' ἐγώ· βαρὺ γὰρ οὐδὲν, ἢν μή τι φέρειν δέῃ. Πρεσβείαν, ἔφη, τινὰ οὐ χαλεπὴν καὶ δέησιν ἀπένεγκαι παρ' ἐμοῦ τῷ Διί· ἀπείρηκα γὰρ ἤδη, Μένιππε, πολλὰ καὶ δεινὰ

cantatores, et ex tali inconcinnitate vita hominum constructa est, non voces modo dissonas edentium, sed figura etiam et habitu dissimilium, contrarioque se motu moventium, et nihil idem cogitantium, donec unumquemque illorum de scena choragus exigat, non amplius illo opus esse dicens. Ab eo inde tempore similes omnes jam tacentes, neque amplius confusum illum et inordinatum cantum invicem turbantes. Verum in ipso hoc vario et multiformi theatro ridicula scilicet erant, quæ fierent, omnia:

18. maxime vero illos ridere subiit, qui de terræ finibus contendunt, et qui magni sibi videntur eo, quod Sicyonium campum exercent, aut Marathonis ea habent quæ sunt vicina Œnoæ, aut Acharnis jugera mille possident: quum enim universa, ut tunc mihi ex alto videbatur, Græcia quattuor digitos lata esset, pro portione, opinor, Attica aliquota de plurimis pars erat. Cogitabam igitur quantillum esset in quo divitibus illis, ut magni sibi viderentur, relinqueretur: fere enim, qui illorum plurima jugera possidet, unam de Epicuri atomis mihi videbatur colere. Despiciens autem in Peloponnesum quoque, ac Cynosuriam deinde terram videns, recordatus sum de quantilla regione, quæ lente Ægyptia latior non videretur, tot Argivorum et Lacedæmoniorum die uno ceciderint. Verum etiam auro sibi placentem si quem viderem, quod anulos haberet octo et phialas quattuor, vehementer hunc quoque ridebam: Pangæus enim totus cum metallis granum milii magnitudine æquabat.

19. SOD. O beate Menippe admirabilis spectaculi nomine! Urbes autem, per ego te Jovem, et ipsi viri quanti superne videbantur?

MEN. Puto jam sæpe te formicarum forum vidisse, discurrentes in orbem alias, alias exeuntes, alias redeuntes rursus in oppidum: atque alia stercus egerit, alia raptum undecumque aut fabæ corticem, aut triticum dimidiatum, cum illo currit. Verisimile est autem esse apud illas, pro portione vitæ formicarum, et architectos quosdam, et populi duces, et senatores, et musicos, et philosophos. Verum ipsa cum suis viris oppida formicetis maxime similia erant. Si vero parva tibi videatur comparatio, confer homines formicarum civitati, antiquas Thessalorum fabulas considera: invenies enim Myrmidonas, pugnacissimam gentem, homines ex formicis ortos. Quum ergo satis omnia visa mihi pariter ac derisa essent, concusso corpore evolavi domos

ad Jovis ægisoni post cetera numina divûm.

20. Stadium nondum evolaveram, quum muliebrem Luna vocem emittens, Menippe, inquit, ita tibi bene succedat! ministra mihi apud Jovem aliquid. Dixeris, inquam: nihil enim grave est, nisi forte ferendum aliquid sit. Legationem, inquit, non difficilem, et preces defer a me ad Jovem. Patientiam enim consumsi, Menippe, omnem,

παρὰ τῶν φιλοσόφων ἀκούουσα, οἷς οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἔργον ἢ τἀμὰ πολυπραγμονεῖν, τίς εἰμι καὶ πηλίκη ἢ καὶ δι' ἥντινα αἰτίαν διχότομος ἢ ἀμφίκυρτος γίγνομαι. Καὶ οἱ μὲν κατοικεῖσθαί μέ φασιν, οἱ δὲ κατόπτρου δίκην ἐπικρέμασθαι τῇ θαλάττῃ, οἱ δὲ ὅ τι ἂν ἕκαστος ἐπινοήσῃ τοῦτό μοι προσάπτουσι. Τὰ τελευταῖα δὲ καὶ τὸ φῶς αὐτὸ κλοπιμαῖόν τε καὶ νόθον εἶναί μοί φασιν ἄνωθεν ἧκον παρὰ τοῦ Ἡλίου, καὶ οὐ παύονται καὶ πρὸς τοῦτόν με ἀδελφὸν ὄντα μου συγκροῦσαι καὶ στασιάσαι προαιρούμενοι· οὐ γὰρ ἱκανὰ ἦν αὐτοῖς ἃ περὶ αὐτοῦ εἰρήκασι τοῦ Ἡλίου λίθον αὐτὸν εἶναι καὶ μύδρον διάπυρον.

multa illa et molesta audiendo a philosophis, quibus nullum aliud opus est, quam curiose de me disputare, quæ sim et quanta, vel quam ob causam dimidiata aut gibbosa fiam. Et alii etiam habitari me aiunt; alii, speculi instar impendere mari; alii, quicquid quisque excogitaverit, illud mihi applicant. Denique ipsam quoque lucem furtivam esse mihi et adulterinam aiunt, ut quæ desuper e Sole veniat; nec desinunt etiam cum hoc fratre me meo committere et dissidium inter nos excitare velle: neque enim satis illis erant quæ de ipso Sole dixerant, lapidem illum esse et massam ignitam.

21. Καίτοι πόσα ἐγὼ συνεπίσταμαι αὐτοῖς ἃ πράττουσι τῶν νυκτῶν αἰσχρὰ καὶ κατάπτυστα οἱ μεθ' ἡμέραν σκυθρωποὶ καὶ ἀνδρώδεις τὸ βλέμμα καὶ τὸ σχῆμα σεμνοὶ καὶ ὑπὸ τῶν ἰδιωτῶν ἀποβλεπόμενοι; Κἀγὼ μὲν ταῦτα ὁρῶσα ὅμως σιωπῶ· οὐ γὰρ ἡγοῦμαι πρέπειν ἀποκαλύψαι καὶ διαφωτίσαι τὰς νυκτερινὰς ἐκείνας διατριβὰς καὶ τὸν ἐπὶ σκηνῆς ἑκάστου βίον, ἀλλὰ κἄν τινα ἴδω αὐτῶν μοιχεύοντα ἢ κλέπτοντα ἢ ἄλλο τι τολμῶντα νυκτερινώτατον, εὐθὺς ἐπισπασαμένη τὸ νέφος ἐνεκαλυψάμην, ἵνα μὴ δείξω τοῖς πολλοῖς γέροντας ἄνδρας βαθεῖ πώγωνι καὶ ἀρετῇ ἐνασχημονοῦντας. Οἱ δὲ οὐδὲν ἀνιᾶσι διασπαράττοντές με τῷ λόγῳ καὶ πάντα τρόπον ὑβρίζοντες, ὥστε νὴ τὴν Νύκτα πολλάκις ἐβουλευσάμην μετοικῆσαι ὅτι πορρωτάτω, ἵν' αὐτῶν τὴν περίεργον ἂν γλῶτταν διέφυγον. Μέμνησο τοίνυν ταῦτά τε ἀπαγγεῖλαι τῷ Διὶ καὶ προσθεῖναι δ' ὅτι μὴ δυνατόν ἐστί μοι κατὰ χώραν μένειν, ἢν μὴ τοὺς φυσικοὺς ἐκείνους ἐπιτρίψῃ καὶ τοὺς διαλεκτικοὺς ἐπιστομίσῃ καὶ τὴν Στοὰν κατασκάψῃ καὶ τὴν Ἀκαδήμειαν καταφλέξῃ καὶ παύσῃ τὰς ἐν τοῖς περιπάτοις διατριβάς· οὕτω γὰρ ἂν εἰρήνην ἄγοιμι ὁσημέραι παρ' αὐτῶν γεωμετρουμένη.

21. Quanquam quot ego illis conscia sum quæ noctibus faciunt turpia et despuenda, severi illi interdiu et viriles obtutu, et habitu graves, et conspiciendi plebeiis! Atque ego videns ista tamen taceo: neque enim decere arbitror revelari atque illuminari illas noctium transigendarum rationes, et istam uniuscujusque in scena vitam: verum si quem illorum video adulterium committentem aut furantem, aut aliud quid patrantem maxime nocturnum, statim nube contracta me involvo, quo ne ostendam multitudini viros senes in barba prolixa et in virtutis professione turpiter se gerentes. At illi nihil remittunt lacerare me sermonibus suis et omnibus contumeliis afficere. Itaque, per Noctem, sæpe cogitavi migrare quam longissime, ubi illorum linguam male sedulam possem effugere. Memento igitur ista renunciare Jovi, et adjicere, non posse me loco meo manere, nisi physicos illos obterat, et os obturet dialecticis, et Porticum evertat, et comburat Academiam, finemque imponat illis in Peripato commorationibus: ita enim forte quietem agam ego, quam quotidie isti dimetiuntur.

22. Ἔσται ταῦτα, ἦν δ' ἐγώ, καὶ ἅμα πρὸς τὸ ἄναντες ἔτεινον τὴν ἐπὶ τοῦ οὐρανοῦ,

ἔνθα μὲν οὔτε βοῶν οὔτ' ἀνδρῶν φαίνετο ἔργα·

μετ' ὀλίγον γὰρ καὶ ἡ σελήνη βραχεῖά μοι καθεωρᾶτο καὶ τὴν γῆν ἤδη ἀπέκρυπτε. Λαβὼν δὲ τὸν ἥλιον ἐν δεξιᾷ διὰ τῶν ἀστέρων πετόμενος τριταῖος ἐπλησίασα τῷ οὐρανῷ, καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐδόκει μοι ὡς εἶχον εὐθὺς εἴσω παριέναι· ῥᾳδίως γὰρ ᾤμην διαλαθεῖν ἅτε ἐξ ἡμισείας ὢν ἀετός, τὸν δὲ ἀετὸν ἠπιστάμην ἐκ παλαιοῦ συνήθη τῷ Διί· ὕστερον δὲ ἐλογισάμην ὡς τάχιστα καταφωράσουσί με γυπὸς τὴν ἑτέραν πτέρυγα περικείμενον. Ἄριστον οὖν κρίνας τὸ μὴ παρακινδυνεύειν ἔκοπτον προσελθὼν τὴν θύραν. Ὑπακούσας δὲ ὁ Ἑρμῆς καὶ τοὔνομα ἐκπυθόμενος ἀπῄει κατὰ σπουδὴν φράσων τῷ Διί, καὶ μετ' ὀλίγον εἰσεκλήθην πάνυ δεδιὼς καὶ τρέμων, καταλαμβάνω τε πάντας ἅμα συγκαθημένους οὐδὲ αὐτοὺς ἀφρόντιδας· ὑπετάραττε γὰρ ἡσυχῇ τὸ παράδοξόν μου τῆς ἐπιδημίας, καὶ ὅσον οὐδέπω πάντας ἀνθρώπους ἀφίξεσθαι προσεδόκων τὸν αὐτὸν τρόπον ἐπτερωμένους.

22. Fiet istuc, inquiebam, et simul ardua via tendebam cœlum versus,

nulli ubi comparent hominumve boumve labores:

paullo post enim ipsa quoque luna parva mihi videbatur, terramque jam occultabat. A dextris autem relicto sole inter astra volans, tertio die appropinquavi cœlo. Ac primo quidem statueram statim sicut eram ingredi: facile enim futurum putabam uti laterem, qui ex dimidia parte essem aquila; aquilam autem ab antiquo inde familiarem Jovi esse noveram: deinde vero cogitabam, celeriter me deprehensum ab illis iri, qui alteram vulturis alam affixam haberem. Optimum ergo ratus illud periculum non subire, accedens pulso januam. Exaudit Mercurius, et explorato nomine, abit celeriter nunciaturus Jovi. Ac paullo post intro vocatus, metuens sane ac tremens, deprehendo simul assidentes omnes, ne ipsos quidem sollicitudinis expertes: insperata quippe ista mea peregrinatio aliquantum illos commoverat, et exspectabant tantum non jam omnes adventuros esse homines eodem modo alatos.

23. Ὁ δὲ Ζεὺς μάλα φοβερῶς δριμύ τε καὶ τιτανῶδες εἰς ἐμὲ ἀπιδὼν φησι

Τίς πόθεν εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

Ἐγὼ δὲ ὡς τοῦτ' ἤκουσα, μικροῦ μὲν ἐξέθανον ὑπὸ τοῦ δέους, εἱστήκειν δὲ ὅμως ἀχανὴς καὶ ὑπὸ τῆς μεγαλοφωνίας ἐμβεβροντημένος. Χρόνῳ δ' ἐμαυτὸν ἀναλαβὼν ἅπαντα διηγούμην σαφῶς ἄνωθεν ἀρξάμενος, ὡς ἐπιθυμήσαιμι τὰ μετέωρα ἐκμαθεῖν, ὡς ἔλθοιμι παρὰ τοὺς φιλοσόφους, ὡς τἀναντία λεγόντων ἀκούσαιμι, ὡς ἀπαγορεύσαιμι διασπώμενος ὑπὸ τῶν λόγων, εἶτα ἑξῆς τὴν ἐπίνοιαν καὶ τὰ πτερὰ καὶ τἄλλα πάντα μέχρι πρὸς τὸν οὐρανόν· ἐπὶ πᾶσι δὲ προσέθηκα τὰ ὑπὸ τῆς Σελήνης ἐπεσταλμένα. Μειδιάσας δ' οὖν ὁ Ζεὺς καὶ μικρὸν ἐπανεὶς τῶν ὀφρύων, Τί ἂν λέγοις, φησὶν, Ὤτου πέρι καὶ Ἐφιάλτου, ὅπου καὶ Μένιππος ἐτόλμησεν ἐς τὸν οὐρανὸν ἀνελθεῖν; Ἀλλὰ νῦν μὲν ἐπὶ ξενίᾳ σε καλοῦμεν, αὔριον δὲ, ἔφη, περὶ ὧν ἥκεις χρηματίσαντες ἀποπέμψομεν. Καὶ ἅμα ἐξαναστὰς ἐβάδιζεν ἐς τὸ ἐπηκοώτατον τοῦ οὐρανοῦ· καιρὸς γὰρ ἦν ἐπὶ τῶν εὐχῶν καθέζεσθαι.

24. Μεταξύ τε προϊὼν ἀνέκρινέ με περὶ τῶν ἐν τῇ γῇ πραγμάτων, τὰ πρῶτα μὲν ἐκεῖνα, πόσου νῦν ὁ πυρός ἐστιν ὤνιος ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος, καὶ εἰ σφόδρα ἡμῶν ὁ πέρυσι χειμὼν καθίκετο, καὶ εἰ τὰ λάχανα δεῖται πλείονος ἐπομβρίας· μετὰ δὲ ἠρώτα εἴ τις ἔτι λείπεται τῶν ἀπὸ Φειδίου, καὶ δι' ἣν αἰτίαν ἐλλείποιεν Ἀθηναῖοι τὰ Διάσια τοσούτων ἐτῶν, καὶ εἰ τὸ Ὀλύμπιον αὐτῷ ἐπιτελέσαι διανοοῦνται, καὶ εἰ συνελήφθησαν οἱ τὸν ἐν Δωδώνῃ νεὼν σεσυληκότες. Ἐπεὶ δὲ περὶ τούτων ἀπεκρινάμην, Εἰπέ μοι, Μένιππε, ἔφη, περὶ δὲ ἐμοῦ οἱ ἄνθρωποι τίνα γνώμην ἔχουσι; Τίνα, ἔφην, δέσποτα, ἢ τὴν εὐσεβεστάτην, βασιλέα σε εἶναι πάντων θεῶν; Παίζεις ἔχων, ἔφη· τὸ δὲ φιλόκαινον αὐτῶν ἀκριβῶς οἶδα, κἂν μὴ λέγῃς. Ἦν γάρ ποτε χρόνος, ὅτε καὶ μάντις ἐδόκουν αὐτοῖς καὶ ἰατρὸς καὶ πάντα ὅλως ἦν ἐγὼ,

μεσταὶ δὲ Διὸς πᾶσαι μὲν ἀγυιαὶ,
πᾶσαι δ' ἀνθρώπων ἀγοραί·

καὶ ἡ Δωδώνη τότε καὶ ἡ Πῖσα λαμπραὶ καὶ περίβλεπτοι πᾶσιν ἦσαν, ὑπὸ δὲ τοῦ καπνοῦ τῶν θυσιῶν οὐδὲ ἀναβλέπειν μοι δυνατόν· ἐξ οὗ δὲ ἐν Δελφοῖς μὲν Ἀπόλλων τὸ μαντεῖον κατεστήσατο, ἐν Περγάμῳ δὲ τὸ ἰατρεῖον ὁ Ἀσκληπιὸς καὶ τὸ Βενδίδειον ἐγένετο ἐν Θρᾴκῃ καὶ τὸ Ἀνουβίδειον ἐν Αἰγύπτῳ καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον ἐν Ἐφέσῳ, ἐπὶ ταῦτα μὲν ἅπαντες θέουσι καὶ πανηγύρεις ἀνάγουσι καὶ ἑκατόμβας παριστᾶσιν, ἐμὲ δὲ ὥσπερ παρηβηκότα ἱκανῶς τετιμηκέναι νομίζουσιν, ἂν διὰ πέντε ὅλων ἐτῶν θύσωσιν ἐν Ὀλυμπίᾳ. Τοιγαροῦν ψυχροτέρους ἄν μου τοὺς βωμοὺς ἴδοις τῶν Πλάτωνος νόμων ἢ τῶν Χρυσίππου συλλογισμῶν.

25. Τοιαῦτ' ἄττα διεξιόντες ἀφικνούμεθα ἐς τὸ χωρίον, ἔνθα ἔδει αὐτὸν καθεζόμενον διακοῦσαι τῶν εὐχῶν. Θυρίδες δὲ ἦσαν ἑξῆς τοῖς στομίοις τῶν φρεάτων ἐοι-

23. Jupiter autem, terribili me acerboque et Titanico vultu intuens,

Dic (inquit), quis es? unde virûm? quæ patria? quique parentes?

Ego vero, his auditis, parum aberat quin mortem præ metu oppeterem : astabam tamen obstupefactus et a majestate vocis attonitus. Tempore autem quum recepissem animum, enarrabam diserte omnia, re ab initio inde repetita, quam cupissem sublimia illa ediscere, ut venerim ad philosophos, ut pugnantia dicentes audiverim, ut sermonibus illorum in multa distractus animum desponderim, tum commentum meum deinceps, et alas, et reliqua ad cœlum usque omnia : post reliqua etiam Lunæ mandata adjeci. Subridens autem Jupiter, et remittens aliquantulum supercilia, Quid dicas, inquit, de Oto et Ephialte, quum Menippus etiam in cœlum ascendere ausus sit? Sed nunc quidem ad hospitalem te cœnam vocamus, cras vero, inquit, operam de negotio tibi tuo dabimus, ac deinde te dimittemus. Cum his dictis surgens ad eum cœli locum pergebat, unde facillime exaudiri possunt omnia : tempus enim erat precum causa audiendarum assidendi.

24. Dum progreditur, rogat me de his quæ in terra aguntur; primo quidem illa, quanti nunc sit in Græcia triticum, et an vehementer nos superiori anno hiems perstrinxerit, et an pluribus imbribus indigeant olera : postea vero interrogabat num quis adhuc reliquus esset de genere Phidiæ, et quam ob causam intermitterent Athenienses tot annis Jovialia, et an Olympium suum templum exædificare cogitent, et comprehensine essent qui Dodonæum templum spoliaverant. De his quum respondissem, Dic mihi, inquit, Menippe, de me quid sentiunt homines? Quid, inquam, domine, aliud quam religiosissimum illud, regem te esse omnium deorum? Ludis tu quidem, inquit : quam novarum rerum studiosi sint, accurate novi, etsi non dicis. Fuit enim quondam tempus, quum et divinus ipsis viderer, et medicus, et ego essem in universum omnia :

compita plena Jovis, fora tum Jovis omnia plena :

ac Dodona et Pisa splendidæ conspicuæque tum erant omnibus, præ fumo autem sacrificiorum nec prospicere poteram. Verum ex quo Delphis quidem Apollo divinandi officinam constituit, Pergami autem sanandi Æsculapius, et Bendideum factum in Thracia, et Anubideum in Ægypto, et Ephesi Dianeum, ad illa currunt omnes, et celebritates agunt, et hecatombas statuunt : mihi vero tanquam decrepito satis habitum honoris putant, si quinque solidis annis interjectis sacrificent mihi Olympiæ. Quare frigidiora mea altaria videas Platonis legibus aut syllogismis Chrysippi.

25. Hæc talia quædam collocuti pervenimus ad locum, ubi assidentem illum preces audire oportebat. Erant autem fenestræ deinceps puteorum orificiis similes, habentes

κυῖαι πώματα ἔχουσαι καὶ παρ' ἑκάστῃ θρόνος ἔκειτο χρυσοῦς. Καθίσας οὖν ἑαυτὸν ἐπὶ τῆς πρώτης ὁ Ζεὺς καὶ ἀφελὼν τὸ πῶμα παρεῖχε τοῖς εὐχομένοις ἑαυτόν· ηὔχοντο δὲ πανταχόθεν τῆς γῆς διάφορα καὶ ποικίλα. Συμπαρακύψας γὰρ καὶ αὐτὸς ἐπήκουον ἅμα τῶν εὐχῶν. Ἦσαν δὲ τοιαίδε, Ὦ Ζεῦ, βασιλεῦσαί μοι γένοιτο· ὦ Ζεῦ, τὰ κρόμμυά μοι φῦναι καὶ τὰ σκόροδα· ὦ θεοί, τὸν πατέρα μοι ταχέως ἀποθανεῖν· ὁ δέ τις ἔφη, Εἴθε κληρονομήσαιμι τῆς γυναικός, εἴθε λάθοιμι ἐπιβουλεύσας τῷ ἀδελφῷ, γένοιτό μοι νικῆσαι τὴν δίκην, στεφθῆναι τὰ Ὀλύμπια. Τῶν πλεόντων δὲ ὁ μὲν βορέαν ηὔχετο ἐπιπνεῦσαι, ὁ δὲ νότον, ὁ δὲ γεωργὸς ᾔτει ὑετόν, ὁ δὲ κναφεὺς ἥλιον. Ἐπακούων δὲ ὁ Ζεὺς καὶ τὴν εὐχὴν ἑκάστην ἀκριβῶς ἐξετάζων οὐ πάντα ὑπισχνεῖτο,

ἀλλ' ἕτερον μὲν ἔδωκε πατήρ, ἕτερον δ' ἀνένευσε·

τὰς μὲν γὰρ δικαίας τῶν εὐχῶν προσίετο ἄνω διὰ τοῦ στομίου καὶ ἐπὶ τὰ δεξιὰ κατετίθει φέρων, τὰς δὲ ἀνοσίους ἀπράκτους αὖθις ἀπέπεμπεν ἀποφυσῶν κάτω, ἵνα μηδὲ πλησίον γένοιντο τοῦ οὐρανοῦ. Ἐπὶ μιᾶς δέ τινος εὐχῆς καὶ ἀποροῦντα αὐτὸν ἐθεασάμην· δύο γὰρ ἀνδρῶν τἀναντία εὐχομένων καὶ τὰς ἴσας θυσίας ὑπισχνουμένων οὐκ εἶχεν ὁποτέρῳ μᾶλλον ἐπινεύσειεν αὐτῶν, ὥστε δὴ τὸ Ἀκαδημαϊκὸν ἐκεῖνο ἐπεπόνθει καὶ οὐδέν τι ἀποφήνασθαι δυνατὸς ἦν, ἀλλ' ὥσπερ ὁ Πύρρων ἐπεῖχεν ἔτι καὶ διεσκέπτετο.

26. Ἐπεὶ δὲ ἱκανῶς ἐχρημάτισε ταῖς εὐχαῖς, ἐπὶ τὸν ἑξῆς μεταβὰς θρόνον καὶ τὴν δευτέραν θυρίδα κατακύψας τοῖς ὅρκοις ἐσχόλαζε καὶ τοῖς ὀμνύουσι. Χρηματίσας δὲ καὶ τούτοις καὶ τὸν Ἐπικούρειον Ἑρμόδωρον ἐπιτρίψας μετεκαθέζετο ἐπὶ τὸν ἑξῆς θρόνον κληδόσι καὶ φήμαις καὶ οἰωνοῖς προσέξων. Εἶτ' ἐκεῖθεν ἐπὶ τὴν τῶν θυσιῶν θυρίδα μετῄει, δι' ἧς ὁ καπνὸς ἀνιὼν ἀπήγγελλε τῷ Διὶ τοῦ θύοντος ἑκάστου τοὔνομα. Ἀποστὰς δὲ τούτων προσέταττε τοῖς ἀνέμοις καὶ ταῖς ὥραις ἃ δεῖ ποιεῖν· Τήμερον παρὰ Σκύθαις ὑέτω, παρὰ Λίβυσιν ἀστραπτέτω, παρ' Ἕλλησι νιφέτω, σὺ δὲ ὁ Βορέας πνεῦσον ἐν Λυδίᾳ, σὺ δὲ ὁ Νότος ἡσυχίαν ἄγε, ὁ δὲ Ζέφυρος τὸν Ἀδρίαν διακυμαινέτω, καὶ τῆς χαλάζης ὅσον μέδιμνοι χίλιοι διασκεδασθήτωσαν ὑπὲρ Καππαδοκίας.

27. Ἁπάντων δὲ ἤδη σχεδὸν αὐτῷ διῳκημένων, ἀπῄειμεν ἐς τὸ συμπόσιον· δείπνου γὰρ ἤδη καιρὸς ἦν· καί με ὁ Ἑρμῆς παραλαβὼν κατέκλινε παρὰ τὸν Πᾶνα καὶ τοὺς Κορύβαντας καὶ τὸν Ἄττην καὶ τὸν Σαβάζιον, τοὺς μετοίκους τούτους καὶ ἀμφιβόλους θεούς. Καὶ ἄρτον δὲ ἡ Δημήτηρ παρεῖχε καὶ ὁ Διόνυσος οἶνον καὶ ὁ Ἡρακλῆς κρέα καὶ μύρτα ἡ Ἀφροδίτη καὶ ὁ Ποσειδῶν μαινίδας. Ἅμα δὲ καὶ τῆς ἀμβροσίας ἠρέμα καὶ τοῦ νέκταρος παρεγευόμην· ὁ γὰρ βέλτιστος Γανυμήδης ὑπὸ φιλανθρωπίας εἰ θεάσαιτο ἀποβλέποντά ποι τὸν Δία, κοτύλην ἂν ἢ καὶ δύο τοῦ νέκταρος ἐνέχει μοι φέρων. Οἱ δὲ θεοί, ὡς Ὅμηρός που λέγει καὶ

opercula; et ad unamquamque sella aurea posita. Ad primam igitur harum assidens Jupiter, remoto operculo precantibus se dabat. Orabant vero undique terrarum diversa et varia. Ego enim ipse quoque capite admoto preces simul audiebam. Erant vero ejusmodi : Jupiter, regnare mihi contingat! Jupiter, cepæ mihi nascantur et allia! O dii, pater mihi mox moriatur! Alius quidam dicebat, Utinam heres sim uxoris! utinam lateam dum struo fratri insidias! contingat mihi causam vincere, coronari Olympia. Navigantium vero unus boream aspirare rogabat, alter vero notum : agricola pluviam petebat, solem fullo. Audiens vero Jupiter, precibus singulis accurate examinatis, non pollicebatur omnia;

Verum propitius pater hoc dedit, abnuit illud.

Justas etenim preces sursum admissas per fenestellam reponebat ad dextra; nefarias autem infectas deorsum flando remittebat, ut ne prope quidem cœlum venirent. In unis vero precibus dubium etiam illum vidi. Duobus enim viris contraria petentibus et hostias pollicentibus æquales, non habebat utri illorum magis annueret : itaque illud Academicum usu ei venit, neque quicquam poterat pronunciare; sed Pyrrhonis instar sustinebat se adhuc et dispiciebat.

26. Quum autem satis operam dedisset precibus, in proximam transiit sellam et ad fenestram alteram, ubi admoto capite juribusjurandis vacabat et jurantibus. His quoque ubi se præbuerat et Hermodorum obtriverat Epicureum, in proximam sellam transiit, ut ominibus et vocibus et auguriis attenderet. Tum inde ad sacrificiorum fenestram transgressus est, per quam ascendens fumus renunciabat Jovi sacrificantis uniuscujusque nomen. His perfunctus, ventis atque tempestatibus quid faciendum esset injunxit : Hodie apud Scythas pluat, apud Libyes fulguret, apud Græcos ningat : tu, Borea, flato per Lydiam; tu, Note, quietus esto; Zephyrus autem fluctibus agat Adriam : et grandinis mille circiter medimni spargantur per Cappadociam.

27. Omnibus fere ab illo peractis, ad convivium abiimus : jam enim cœnæ tempus erat : meque assumtum Mercurius accumbere jussit propter Panem et Corybantas et Attin et Sabazium, inquilinos illos et ancipites deos. Hic panem ministrabat Ceres, et Bacchus vinum, et carnes Hercules, et myrta Venus, et Neptunus mænas. Simul vero etiam ambrosiam et nectar clanculum gustabam : optimus enim Ganymedes, humanitate ductus, si qua dispicientem animadverteret Jovem, cotylam unam aut duas etiam nectaris mihi raptim infundebat. Dii vero, ut alicubi dicit Ho-

αὐτὸς οἶμαι καθάπερ ἐγὼ τἀκεῖ τεθεαμένος, οὔτε σῖτον ἔδουσιν οὔτε πίνουσιν αἴθοπα οἶνον, ἀλλὰ τὴν ἀμβροσίην παρατίθενται καὶ τοῦ νέκταρος μεθύσκονται, μάλιστα δὲ ἥδονται σιτούμενοι τὸν ἐκ τῶν θυσιῶν καπνὸν αὐτῇ κνίσῃ ἀνενηνεγμένον καὶ τὸ αἷμα δὲ τῶν ἱερείων, ὃ τοῖς βωμοῖς οἱ θύοντες περιχέουσιν. Ἐν δὲ τῷ δείπνῳ ὅ τε Ἀπόλλων ἐκιθάρισε καὶ ὁ Σειληνὸς κόρδακα ὠρχήσατο καὶ αἱ Μοῦσαι ἀναστᾶσαι τῆς τε Ἡσιόδου Θεογονίας ᾖσαν ἡμῖν καὶ τὴν πρώτην ᾠδὴν τῶν ὕμνων τῶν Πινδάρου. Κἀπειδὴ κόρος ἦν, ἀνεπαυόμεθα ὡς εἶχεν ἕκαστος ἱκανῶς ὑποβεβρεγμένος.

28. Ἄλλοι μέν ῥα θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ
εὗδον παννύχιοι, ἐμὲ δ' οὐκ ἔχε νήδυμος ὕπνος·

ἀνελογιζόμην γὰρ πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, μᾶλλον δὲ ἐκεῖνα, πῶς ἐν τοσούτῳ χρόνῳ ὁ Ἀπόλλων οὐ φύει πώγωνα ἢ πῶς γίνεται νὺξ ἐν οὐρανῷ τοῦ ἡλίου παρόντος ἀεὶ καὶ συνευωχουμένου. Τότε μὲν οὖν μικρόν τι κατέδαρθον. Ἕωθεν δὲ διαναστὰς ὁ Ζεὺς προσέταττε κηρύττειν ἐκκλησίαν.

29. Κἀπειδὴ παρῆσαν ἅπαντες, ἄρχεται λέγειν· Τὴν μὲν αἰτίαν τοῦ ξυναγαγεῖν ὑμᾶς ὁ χθιζὸς οὗτος ξένος παρέσχηται· πάλαι δὲ βουλόμενος ὑμῖν κοινώσασθαι περὶ τῶν φιλοσόφων, μάλιστα ὑπὸ τῆς Σελήνης καὶ ὧν ἐκείνη μέμφεται προτραπεὶς ἔγνων μηκέτ' ἐπὶ πλέον παρατεῖναι τὴν διάσκεψιν· γένος γάρ τι ἀνθρώπων ἐστὶν οὐ πρὸ πολλοῦ τῷ βίῳ ἐπιπολάζον ἀργὸν φιλόνεικον κενόδοξον ὀξύχολον ὑπόλιχνον ὑπόμωρον τετυφωμένον ὕβρεως ἀνάπλεων, καὶ ἵνα καθ' Ὅμηρον εἴπω, « ἐτώσιον ἄχθος ἀρούρης. » Οὗτοι τοίνυν εἰς συστήματα διαιρεθέντες καὶ διαφόρους λόγων λαβυρίνθους ἐπινοήσαντες οἱ μὲν Στωϊκοὺς ὠνομάκασιν, οἱ δὲ Ἀκαδημαϊκούς, οἱ δὲ Ἐπικουρείους, οἱ δὲ Περιπατητικοὺς καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα τούτων· ἔπειτα δὲ ὄνομα σεμνὸν τὴν ἀρετὴν περιθέμενοι καὶ τὰς ὀφρῦς ἐπάραντες καὶ πώγωνας ἐπισπασάμενοι περιέρχονται ἐπιπλάστῳ σχήματι κατάπτυστα ἤθη περιστέλλοντες, ἐμφερεῖς μάλιστα τοῖς τραγικοῖς ἐκείνοις ὑποκριταῖς, ὧν ἢν ἀφέλῃ τις τὰ προσωπεῖα καὶ τὴν χρυσόπαστον ἐκείνην στολήν, τὸ καταλειπόμενόν ἐστι γελοῖον ἀνθρώπιον ἑπτὰ δραχμῶν ἐς τὸν ἀγῶνα μεμισθωμένον.

30. Τοιοῦτοι δὲ ὄντες ἀνθρώπων μὲν ἁπάντων καταφρονοῦσι, περὶ θεῶν δὲ ἀλλόκοτα διεξέρχονται καὶ συνάγοντες εὐεξαπάτητα μειράκια τήν τε πολυθρύλητον ἀρετὴν τραγῳδοῦσι καὶ τὰς τῶν λόγων ἀπορίας ἐκδιδάσκουσι, καὶ πρὸς μὲν τοὺς μαθητὰς καρτερίαν ἀεὶ καὶ σωφροσύνην ἐπαινοῦσι καὶ πλούτου καὶ ἡδονῆς καταπτύουσι, μόνοι δὲ καὶ καθ' ἑαυτοὺς γενόμενοι τί ἂν λέγοι τις ὅσα μὲν ἐσθίουσιν, ὅσα δὲ ἀφροδισιάζουσιν, ὅπως δὲ περιλείχουσι τῶν ὀβολῶν τὸν ῥύπον; Τὸ δὲ πάντων δεινότατον, ὅτι μηδὲν αὐτοὶ μήτε κοινὸν μήτε ἴδιον ἐπιτελοῦντες, ἀλλ' ἀχρεῖοι καὶ περιττοὶ καθεστῶτες

οὔτε ποτ' ἐν πολέμῳ ἐναρίθμιοι οὔτ' ἐνὶ βουλῇ,

merus, qui et ipse, puto, non minus quam ego ista viderit, nec frumento vescuntur, nec vinum bibunt nigricans, sed apponitur ipsis ambrosia, et nectare inebriantur : maxime autem delectantur pro cibo haurientes ascendentem cum nidore victimarum fumum, et sanginem hostiarum, quem altaribus sacrificantes affundunt. In cœna porro cithara canente Apolline cordacem saltavit Silenus, et Musæ, quum surrexissent, Hesiodi de nativitate deorum carmina et primum hymnorum Pindari nobis canebant. Denique quum satias esset, unusquisque, ut erat, acquievimus, bene madidi.

28. Relicuos pariter mulcet divosque hominesque
tota nocte quies : sed me non attigit alma,

qui cogitarem tum multa alia, tum præ ceteris illa, quomodo in tanto tempore Apollo barbam non gignat, aut quomodo nox fiat in cœlo, præsente semper sole et una epulante. Post hæc paullum obdormiscebam. Mane autem surgens Jupiter præconio vocari concionem jubebat.

29. Et præsentibus omnibus, dicere incipit : Causam vos convocandi hesternus hic noster hospes præbuit. Quum autem jam olim voluerim communicare vobiscum de philosophis, maxime a Luna illiusque querelis incitatus, decrevi non diutius illam deliberationem differre. Est enim genus hominum non ita diu sæculo spumæ instar innatans, pigrum, contentiosum, inanis gloriæ cupidum, iracundum, gulæ obnoxium, stolidum, inflatum, contumeliosum, et ut Homerico verbo utar, « telluris inutile pondus. » Hi ergo in turmas divisi, excogitatis diversis disputationum labyrinthis, alii Stoicos se vocarunt, alii Academicos, Epicureos alii, alii Peripateticos, et aliis nominibus multo etiam magis ridiculis : deinde circumposito sibi augusto virtutis nomine, superciliis sublatis, demissis barbis, circumeunt ficto habitu despuendos mores occultantes, similes maxime tragicis illis actoribus, quibus si personas auferas et amictum illum auro intextum, quod relinquitur ridiculum quiddam est, homuncio septem drachmis ad certamen illud conductus.

30. Tales vero quum sint, homines quidem omnes contemnunt, de diis autem absurda narrant, conductisque adolescentulis ad decipiendum opportunis, tum virtutem illam multis sermonibus tritam tragico clamore prædicant, tum disputationes edocent quæ exitum non habent : et apud discipulos quidem tolerantiam semper et temperantiam laudant, divitiasque et voluptatem despuunt; soli vero et sibi quum sunt relicti, qui dicat aliquis quæ edant, quam venerem exerceant, ut sordes delingant obolorum! Gravissimum vero omnium hoc est, quod nullam ipsi neque communem rem neque suam conferentes in medium, sed inutiles et supervacanei,

non habiles bello, non consultantibus apti,

ὅμως τῶν ἄλλων κατηγοροῦσι καὶ λόγους τινὰς πικροὺς συμφορήσαντες καὶ λοιδορίας τινὰς ἐκμεμελετηκότες ἐπιτιμῶσι καὶ ὀνειδίζουσι τοῖς πλησίον, καὶ οὗτος αὐτῶν τὰ πρῶτα φέρεσθαι δοκεῖ ὅς ἂν μεγαλοφωνότατός τε ᾖ καὶ ἰταμώτατος καὶ πρὸς τὰς βλασφημίας θρασύτατος.

31. Καίτοι τὸν διατεινόμενον αὐτῶν καὶ βοῶντα καὶ κατηγοροῦντα τῶν ἄλλων ἢν ἔρῃ, σὺ δὲ δὴ τί πράττων τυγχάνεις ἢ τί φῶμεν πρὸς θεῶν σε πρὸς τὸν βίον συντελεῖν; φαίη ἄν, εἰ τὰ δίκαια καὶ ἀληθῆ θέλοι λέγειν, ὅτι πλεῖν μὲν ἢ γεωργεῖν ἢ στρατεύεσθαι ἤ τινα τέχνην μετιέναι περιττὸν εἶναί μοι δοκεῖ, κέκραγα δὲ καὶ αὐχμῶ καὶ ψυχρολουτῶ καὶ ἀνυπόδητος τοῦ χειμῶνος περιέρχομαι καὶ ὥσπερ ὁ Μῶμος τὰ ὑπὸ τῶν ἄλλων γιγνόμενα συκοφαντῶ, καὶ εἰ μέν τις ὠψώνηκε τῶν πλουσίων πολυτελῶς ἢ ἑταίραν ἔχει, τοῦτο πολυπραγμονῶ καὶ ἀγανακτῶ, εἰ δὲ τῶν φίλων τις ἢ ἑταίρων κατάκειται νοσῶν ἐπικουρίας τε καὶ θεραπείας δεόμενος, ἀγνοῶ. Τοιαῦτα μέν ἐστιν ἡμῖν, ὦ θεοί, ταῦτα τὰ θρέμματα.

32. Οἱ δὲ δὴ Ἐπικούρειοι αὐτῶν λεγόμενοι μάλα δὴ καὶ ὑβρισταί εἰσι καὶ οὐ μετρίως ἡμῶν καθάπτονται μήτε ἐπιμελεῖσθαι τῶν ἀνθρωπίνων λέγοντες τοὺς θεοὺς μήτε ὅλως τὰ γιγνόμενα ἐπισκοπεῖν· ὥστε ὥρα ὑμῖν λογίζεσθαι, διότι ἢν ἅπαξ οὗτοι πεῖσαι τὸν βίον δυνηθῶσιν, οὐ μετρίως πεινήσετε. Τίς γὰρ ἂν ἔτι θύσειεν ὑμῖν πλέον οὐδὲν ἕξειν προσδοκῶν; Ἃ μὲν γὰρ ἡ Σελήνη αἰτιᾶται, πάντες ἠκούσατε τοῦ ξένου χθὲς διηγουμένου· πρὸς ταῦτα βουλεύεσθε ἃ καὶ τοῖς ἀνθρώποις γένοιτ' ἂν ὠφελιμώτατα καὶ ἡμῖν ἀσφαλέστατα.

33. Εἰπόντος ταῦτα τοῦ Διὸς ἡ ἐκκλησία διετεθρύλητο, καὶ εὐθὺς ἐβόων ἅπαντες, κεραύνωσον, κατάφλεξον, ἐπίτριψον, ἐς τὸ βάραθρον, ἐς τὸν Τάρταρον ὡς τοὺς Γίγαντας. Ἡσυχίαν δὲ ὁ Ζεὺς αὖθις παραγγείλας, Ἔσται ταῦτα ὡς βούλεσθε, ἔφη, καὶ πάντες ἐπιτρίψονται αὐτῇ διαλεκτικῇ, πλὴν τό γε νῦν εἶναι οὐ θέμις κολασθῆναί τινα· ἱερομηνία γάρ ἐστιν, ὡς ἴστε, μηνῶν τούτων τεττάρων, καὶ ἤδη τὴν ἐκεχειρίαν περιηγγειλάμην. Ἐς νέωτα οὖν ἀρχομένου ἦρος κακοὶ κακῶς ἀπολοῦνται τῷ σμερδαλέῳ κεραυνῷ.

Ἦ καὶ κυανέῃσιν ἐπ' ὀφρύσι νεῦσε Κρονίων.

34. Περὶ δὲ Μενίππου ταῦτα, ἔφη, μοι δοκεῖ· περιαιρεθέντα αὐτὸν τὰ πτερά, ἵνα μὴ καὶ αὖθις ἔλθῃ ποτέ, ὑπὸ τοῦ Ἑρμοῦ ἐς τὴν γῆν κατενεχθῆναι τήμερον. Καὶ ὁ μὲν ταῦτα εἰπὼν διέλυσε τὸν σύλλογον, ἐμὲ δὲ ὁ Κυλλήνιος τοῦ δεξιοῦ ὠτὸς ἀποκρεμάσας περὶ ἑσπέραν χθὲς κατέθηκε φέρων ἐς τὸν Κεραμεικόν.

Ἅπαντα ἀκήκοας, ἅπαντα, ὦ ἑταῖρε, τὰ ἐξ οὐρανοῦ. Ἄπειμι τοίνυν καὶ τοῖς ἐν τῇ Ποικίλῃ περιπατοῦσι τῶν φιλοσόφων αὐτὰ ταῦτα εὐαγγελιούμενος.

---

tamen accusant reliquos; et sermonibus quibusdam amaris congestis, maledicta quædam meditati, increpant et reprehendunt alios; atque ille inter ipsos ferre primas videtur, qui et vocalissimus sit, et impudentissimus, et ad maledicta audacissimus.

31. Atqui horum si eum qui contendit et clamat et accusat alios, interroges, Tu vero quid agis? aut quid te dicamus, dic per deos, ad vitam conferre? dicat sane, si justa et vera velit dicere, Navigare quidem, aut agrum colere, aut militare, aut artem quamcumque tractare, superfluum mihi videtur; sed clamo, et squaleo, et frigida lavor, et nudis pedibus per hiemem circumeo, et velut Momus, quæ a ceteris fiunt, ea calumnior : et si quis divitum sumtuose obsonavit, aut meretricem habet, de hoc laboro atque indignor; si vero amicorum aliquis aut sodalium decumbit ægrotus, auxilio et curatione indigens, ignoro. Tales sunt nobis, dii, istæ belluæ.

35. Illi vero eorum, qui Epicurei vocantur, vel maxime contumeliosi sunt, nec mediocriter nos perstringunt, neque curari res humanas dicentes a diis, neque omnino quæ fiant inspici. Itaque tempus est ut rationem harum rerum habeatis : nam si semel hi persuadere sæculo poterunt, non mediocriter esurietis. Quis enim adhuc sacra vobis faciat, si hoc nihil sibi profuturum speret? Quæ quidem Luna accusat, omnes heri, narrante hospite, audivistis : ad hæc jam, quæ et hominibus utilissima et securissima nobis sint, consulite.

33. Hæc ubi dixit Jupiter, crebris concio vocibus personuit, quum omnes statim clamarent, Fulmina! combure! obtere! in barathrum! in Tartarum ut Gigantas! Imperato rursus silentio, Jupiter, Erunt ista ut vultis, inquit, et omnes cum ipsa dialectica peribunt : verum, ut nunc est, puniri quenquam nefas; festi enim, ut nostis, dies sunt per menses hosce quattuor, et jam imperavi justitium et inducias. Novo igitur anno, ineunte vere, mali male peribunt terribili fulmine.

Hæc ubi dicta, superciliis pater annuit atris.

34. De Menippo autem, ait, hæc mihi placent : amputatis alis, ne qua iterum huc veniat, a Mercurio hodie deferatur in terram. His dictis, concionem dimisit. Me vero Cyllenius dextra aure suspensum heri circa vesperam in Ceramico deposuit.

Omnia audisti, sodalis, illa e cœlo omnia. Abeo jam, ambulantibus in Pœcile philosophis bonum illum nuncium allaturus.

XLVII.

ΔΙΣ ΚΑΤΗΓΟΡΟΥΜΕΝΟΣ Η ΔΙΚΑΣΤΗΡΙΑ.

1. ΖΕΥΣ. Ἀλλ' ἐπιτριβεῖεν ὅσοι τῶν φιλοσόφων παρὰ μόνοις τὴν εὐδαιμονίαν φασὶν εἶναι τοῖς θεοῖς· εἰ γοῦν ᾔδεσαν ὁπόσα τῶν ἀνθρώπων ἕνεκα πάσχομεν, οὐκ ἂν ἡμᾶς τοῦ νέκταρος ἢ τῆς ἀμβροσίας ἐμακάριζον Ὁμήρῳ πιστεύσαντες ἀνδρὶ τυφλῷ καὶ γόητι, μάκαρας ἡμᾶς καλοῦντι καὶ τὰ ἐν οὐρανῷ διηγουμένῳ, ὃς οὐδὲ τὰ ἐν τῇ γῇ καθορᾶν ἐδύνατο. Αὐτίκα γέ τοι ὁ μὲν Ἥλιος οὑτοσὶ ζευξάμενος τὸ ἅρμα πανήμερος τὸν οὐρανὸν περιπολεῖ πῦρ ἐνδεδυκὼς καὶ τῶν ἀκτίνων ἀποστίλβων, οὐδ' ὅσον κνήσασθαι τὸ οὖς, φασί, σχολὴν ἄγων· ἢν γάρ τι κἂν ὀλίγον ἐπιρραθυμήσας λάθῃ, ἀφηνιάσαντες οἱ ἵπποι καὶ τῆς ὁδοῦ παρατραπόμενοι κατέφλεξαν τὰ πάντα. Ἡ Σελήνη δὲ ἄγρυπνος καὶ αὐτὴ περίεισι φαίνουσα τοῖς κωμάζουσι καὶ τοῖς ἀωρὶ ἀπὸ τῶν δείπνων ἐπανιοῦσιν. Ὁ Ἀπόλλων τε αὖ πολυπράγμονα τὴν τέχνην ἐπανελόμενος ὀλίγου δεῖν τὰ ὦτα ἐκκεκώφηται πρὸς τῶν ἐνοχλούντων κατὰ χρείαν τῆς μαντικῆς, καὶ ἄρτι μὲν αὐτῷ ἐν Δελφοῖς ἀναγκαῖον εἶναι, μετ' ὀλίγον δὲ ἐς Κολοφῶνα θεῖ, κἀκεῖθεν ἐς Ξάνθον μεταβαίνει καὶ δρομαῖος αὖθις ἐς τὴν Κλάρον, εἶτα ἐς Δῆλον ἢ ἐς Βραγχίδας, καὶ ὅλως ἔνθα ἂν ἡ πρόμαντις πιοῦσα τοῦ ἱεροῦ νάματος καὶ μασησαμένη τῆς δάφνης καὶ τὸν τρίποδα διασεισαμένη κελεύσῃ παρεῖναι, ἄοκνον χρὴ αὐτίκα μάλα παρεστάναι ξυνείροντα τοὺς χρησμοὺς ἢ οἴχεσθαί οἱ τὴν δόξαν τῆς τέχνης. Ἐῶ λέγειν ὁπόσα ἐπὶ πείρᾳ τῆς μαντικῆς ἐπιτεχνῶνται αὐτῷ ἄρνεια κρέα καὶ χελώνας ἐς τὸ αὐτὸ ἕψοντες· ὥστε εἰ μὴ τὴν ῥῖνα ὀξὺς ἦν, κἂν ἀπῆλθεν αὐτοῦ ὁ Λυδὸς καταγελῶν. Ὁ μὲν γὰρ Ἀσκληπιὸς ὑπὸ τῶν νοσούντων ἐνοχλούμενος ὁρῇ τε δεινὰ θιγγάνει τε ἀηδέων ἐπ' ἀλλοτρίῃσί τε ξυμφορῇσιν ἰδίας καρποῦται λύπας. Τί γὰρ ἂν ἢ τοὺς ἀνέμους φυτουργοῦντας λέγοιμι καὶ παραπέμποντας τὰ πλοῖα καὶ τοῖς λικμῶσιν ἐπιπνέοντας, ἢ τὸν ὕπνον ἐπὶ πάντας πετόμενον, ἢ τὸν ὄνειρον μετὰ τοῦ ὕπνου διανυκτερεύοντα καὶ ὑποφητεύοντα αὐτῷ; Πάντα γὰρ ταῦτα ὑπὸ φιλανθρωπίας οἱ θεοὶ πονοῦσι πρὸς τὸν ἐπὶ τῆς γῆς βίον ἕκαστοι ξυντελοῦντες.

2. Καίτοι τὰ μὲν τῶν ἄλλων μέτρια· ἐγὼ δὲ αὐτὸς ὁ πάντων βασιλεὺς καὶ πατὴρ ὅσας μὲν ἀηδίας ἀνέχομαι, ὅσα δὲ πράγματα ἔχω πρὸς τοσαύτας φροντίδας διῃρημένος· ᾧ πρῶτα μὲν τὰ τῶν ἄλλων θεῶν ἔργα ἐπισκοπεῖν ἀναγκαῖον, ὁπόσοι τι ἡμῖν ξυνδιαπράττουσι τῆς ἀρχῆς, ὡς μὴ βλακεύωσιν ἐν αὐτοῖς, ἔπειτα δὲ καὶ αὐτῷ μυρία ἄττα πράττειν καὶ σχεδὸν ἀνέφικτα ὑπὸ λεπτότητος· οὐ γὰρ μόνον τὰ κεφάλαια ταῦτα τῆς διοικήσεως, ὑετοὺς καὶ χαλάζας καὶ πνεύματα καὶ ἀστραπὰς αὐτὸς οἰκονομησάμενος καὶ διατάξας πέπαυμαι τῶν ἐπὶ μέρους φροντίδων ἀπηλλαγμένος, ἀλλά με δεῖ καὶ ταῦτα μὲν ποιεῖν, ἀποβλέπειν δὲ κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον ἁπανταχόσε καὶ πάντα ἐπισκοπεῖν ὥσπερ τὸν

XLVII.

BIS ACCUSATUS SEU TRIBUNALIA.

1. JUPITER. Dispereant vero quotquot philosophorum apud solos felicitatem esse deos contendunt! nam si scirent quot hominum causa subeamus molestias, non sane nectaris aut ambrosiæ nos nomine beatos prædicarent, Homero fidem habentes, cæco homini atque impostori, beatos vocanti nos et cœlestia enarranti, qui ne illa quidem quæ in terra sunt poterat videre. Jam Sol quidem hicce curru juncto per totum diem cœlum obit, igne indutus et refulgens radiis, ne tantum quidem otii agens, quantum auri scalpendæ, quod aiunt, sufficiat: si enim vel paullum modo de contentione imprudens remittat, excussis frenis equi et via deflectentes ilico comburant omnia. Luna vero pervigil et ipsa circumit, lucens comissantibus et intempesta nocte de cœna redeuntibus. Rursus Apollo, negotiosam artem qui sibi delegerit, parum abest quin obsurdescat ab his qui divinationis indigentes negotium illi facessunt: et jam quidem Delphis esse cogitur, paullo post currit Colophonem, et inde ad Xanthum transit, tum curriculo rursus Clarum, tum in Delum, aut ad Branchidas; et in universum quocumque illum antistita sacro liquore poto et commansa lauro et commoto tripode adesse jubeat, impigrum oportet confestim præsto esse, consuentem oracula, nisi velit perire sibi artis gloriam. Omitto enim dicere quas ipsi artis tentandæ causa insidias struant, dum agninas carnes atque testudines una coquunt; adeo ut, nisi acutas nares haberet, deriso illo abiisset Lydus. Æsculapius quidem, vexatus ab ægrotantibus, videtque aspera, et insuavia tangit, et ex alienis calamitatibus suos legit dolores. Quid vero aut Ventos dicam plantarum culturam adjuvantes, et navigia deducentes, et aspirantes ventilantibus; aut advolantem ad omnes Somnum; aut Somnium cum Somno pernoctans, dum oracula illius effatur? Hæc enim omnia dii præ hominum amore elaborant, et ad vitam in hac terra singuli conferunt.

2. Et tamen reliquorum negotia mediocria: ego vero ipse, rex ille et pater omnium, quot injucunda sustineo, quot negotia habeo, inter tot curas distractus! cui primum quidem ceterorum deorum opera inspicere necesse sit, quotquot imperii nostri aliquam partem nobiscum administrant, ut ne quid negligenter faciant; deinde vero sexcenta alia per me peragenda, quæ vix assequi licet propter tenuitatem. Non enim, quum illa tantum, quæ ad summam administrationis pertinent, pluvias, grandines, ventos et fulgura, dispensavi ipse atque ordinavi, quietus sum et particularibus curis liber: verum oportet me et ista facere et respicere eodem tempore usquequaque, et inspicere omnia; ut

ἐν τῇ Νεμέᾳ βουκόλον, τοὺς κλέπτοντας, τοὺς ἐπιορκοῦντας, τοὺς θύοντας, εἴ τις ἔσπεισε, πόθεν ἡ κνῖσα καὶ ὁ καπνὸς ἀνέρχεται, τίς νοσῶν ἢ πλέων ἐκάλεσε, καὶ τὸ πάντων ἐπιπονώτατον, ὑφ' ἕνα καιρὸν ἔν τε Ὀλυμπίᾳ τῇ ἑκατόμβῃ παρεῖναι καὶ ἐν Βαβυλῶνι τοὺς πολεμοῦντας ἐπισκοπεῖν καὶ ἐν Γέταις χαλαζᾶν καὶ ἐν Αἰθίοψιν εὐωχεῖσθαι. Τὸ δὲ μεμψίμοιρον οὐδὲ οὕτω διαφυγεῖν ῥᾴδιον, ἀλλὰ πολλάκις οἱ μὲν ἄλλοι θεοί τε καὶ ἀνέρες ἱπποκορυσταὶ εὕδουσι παννύχιοι, τὸν Δία δὲ ἐμὲ οὐκ ἔχει νήδυμος ὕπνος. Ἢν γάρ τι καὶ μικρὸν ἐπινυστάξωμεν, ἀληθὴς εὐθὺς ὁ Ἐπίκουρος, ἀπρονοήτους ἡμᾶς ἀποφαίνων τῶν ἐπὶ γῆς πραγμάτων, καὶ ὁ κίνδυνος οὐκ εὐκαταφρόνητος, εἰ ταῦτα οἱ ἄνθρωποι πιστεύσουσιν αὐτῷ, ἀλλ' ἀστεφάνωτοι μὲν ἡμῖν οἱ ναοὶ ἔσονται, ἀκνίσωτοι δὲ αἱ ἀγυιαί, ἄσπονδοι δὲ οἱ κρατῆρες, ψυχροὶ δὲ οἱ βωμοί, καὶ ὅλως ἄθυτα καὶ ἀκαλλιέρητα καὶ ὁ λιμὸς πολύς. Τοιγαροῦν ὥσπερ οἱ κυβερνῆται ὑψηλὸς μόνος ἐπὶ τῆς πρύμνης ἕστηκα τὸ πηδάλιον ἔχων ἐν ταῖν χεροῖν, καὶ οἱ μὲν ἄλλοι ἐπιβάται μεθύοντες εἰ τύχοι ἐγκαθεύδουσιν, ἐγὼ δὲ ἄγρυπνος καὶ ἄσιτος ὑπὲρ ἁπάντων μερμηρίζω κατὰ φρένα καὶ κατὰ θυμὸν μόνῳ τῷ δεσπότης εἶναι δοκεῖν τετιμημένος.

3. Ὥστε ἡδέως ἂν ἐροίμην τοὺς φιλοσόφους, οἳ μόνους τοὺς θεοὺς εὐδαιμονίζουσιν, ὁπότε καὶ σχολάζειν ἡμᾶς τῷ νέκταρι καὶ τῇ ἀμβροσίᾳ νομίζουσι μυρία ὅσα ἔχοντας πράγματα· ἰδού γέ τοι ὑπ' ἀσχολίας τοσαύτας ἑώλους δίκας φυλάττομεν ἀποκειμένας ὑπ' εὐρῶτος ἤδη καὶ ἀραχνίων διεφθαρμένας, καὶ μάλιστα ὁπόσαι τὰς ἐπιστήμας καὶ τέχνας πρὸς ἀνθρώπους τινὰς ξυνέστησαν, πάνυ παλαιὰς ἐνίας αὐτῶν. Οἱ δὲ κεκράγασιν ἁπανταχόθεν καὶ ἀγανακτοῦσι καὶ τὴν δίκην ἐπιβοῶνται κἀμὲ τῆς βραδυτῆτος αἰτιῶνται ἀγνοοῦντες ὡς οὐκ ὀλιγωρίᾳ τὰς κρίσεις ὑπερημέρους ξυνέβη γενέσθαι, ἀλλ' ὑπὸ τῆς εὐδαιμονίας, ᾗ ξυνεῖναι ἡμᾶς ὑπολαμβάνουσι· τοῦτο γὰρ τὴν ἀσχολίαν καλοῦσι.

4. ΕΡΜΗΣ. Καὶ αὐτός, ὦ Ζεῦ, πολλὰ τοιαῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ἀκούσας δυσχεραινόντων λέγειν πρὸς σὲ οὐκ ἐτόλμων. Ἐπεὶ δὲ σὺ περὶ τούτων τοὺς λόγους ἐνέβαλες, καὶ δὴ λέγω. Πάντες ἀγανακτοῦσι καὶ σχετλιάζουσιν, ὦ πάτερ, καὶ ἐς τὸ φανερὸν μὲν οὐ τολμῶσι λέγειν, ὑποτονθορύζουσι δὲ συγκεκυφότες αἰτιώμενοι τὸν χρόνον, οὓς ἔδει πάλαι τὰ καθ' αὑτοὺς εἰδότας στέργειν ἕκαστον τοῖς δεδικασμένοις.

ΖΕΥΣ. Τί οὖν, ὦ Ἑρμῆ, δοκεῖ; προτίθεμεν αὐτοῖς ἀγορὰν δικῶν, ἢ θέλεις ἐς νέωτα παραγγελοῦμεν;

ΕΡΜ. Οὐ μὲν οὖν, ἀλλὰ ἤδη προθῶμεν.

ΖΕΥΣ. Οὕτω ποίει· σὺ μὲν κήρυττε καταπτάμενος ὅτι ἀγορὰ δικῶν ἔσται κατὰ τάδε, πάντας ὁπόσοι τὰς γραφὰς ἀπενηνόχασιν, ἥκειν τήμερον ἐς Ἄρειον πάγον, ἐκεῖ δὲ τὴν μὲν Δίκην ἀποκληροῦν σφίσι τὰ δικαστήρια κατὰ λόγον τῶν τιμημάτων ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων. Εἰ δέ τις ἄδικον οἴοιτο γεγενῆσθαι τὴν κρίσιν, ἐξεῖναι ἐφέντι ἐπ' ἐμὲ δικάζεσθαι ἐξ ὑπαρχῆς, ὡς εἰ μηδὲ τὸ παράπαν ἐδεδίκαστο. Σὺ δέ, ὦ θύγατερ, κα-

illum in Nemea pastorem, fures, pejerantes, sacrificantes, si quis libavit, unde nidor et fumus ascendat, quis ægrotus aut navigans vocaverit : quodque omnium laboriosissimum est, eodem tempore adesse Olympiæ ad hecatombam, et Babylone ad inspiciendos belligerantes, et grandinem demittere apud Getas, et apud Æthiopas epulari. Sed ne sic quidem effugere querelas facile est : verum sæpe ceteri dique equitesque viri tota carpunt nocte soporem, me vero, Jovem, fugit alma quies. Si qua enim vel paullum conniveamus, ilicet verus est Epicurus, qui pronunciat rebus nos terrestribus nihil providere; nec contemnendum periculum, si homines ista illi credant : verum sine coronis tum erunt nobis ædes, nidor nullus per compita, sine libamentis crateres, frigida altaria : in universum nec mactabitur nec litabitur, et fames erit multa. Quæ quum ita sint, gubernatoris instar excelsus solus sto in puppi, gubernaculum tenens manibus : ac reliqui vectores ebrii forte sunt et dormiunt; at ego pervigil, cibi expers, pro omnibus « intra animum curas et per præcordia verso, » eo solo honoratus, quod dominus esse videor.

3. Itaque libenter interrogaverim philosophos, qui soles deos beatos prædicant, quando demum vacare nos nectari et ambrosiæ putent, qui infinita adeo habeamus negotia. Ecce enim præ otii inopia obsoletos tot causarum libellos servamus repositos, situ jam et aranearum telis corruptos, illos præsertim per quos scientiæ atque artes hominibus quibusdam litem intenderunt, antiquos sane quosdam illorum. At illi clamant undique, et indignantur, et judicium invocant, et in me tarditatis culpam conjiciunt, ignari non negligentia contigisse ut diu adeo differrentur judicia, sed præ illa felicitate, in qua vivere nos arbitrantur : sic enim vocant nostras occupationes.

4. MERCURIUS. Ipse quoque, Jupiter, multa hujusmodi in terra querentes quum audirem, dicere ad te non audebam. Quando vero tute sermonem de his injecisti, dico nimirum. Cuncti graviter ferunt, pater, et conqueruntur, et aperte quidem dicere non audent, submurmurant vero collatis capitibus, moras accusantes : quos oportebat olim, conditione sua cognita, rebus judicatis unumquemque acquiescere.

JUP. Quid ergo, Mercuri, videtur? proponimus illis forum judiciorum? an vis in proximum annum denunciemus?

MERC. Non sane : sed jam proponamus.

JUP. Ita fac : devola, præconio edic forum judiciorum, in hanc formulam : Quicumque detulere causas ut veniant omnes hodie in Areopagum : ibi vero Justitiam sorte assignaturam illis judices pro portione æstimationum ex omnibus Atheniensibus. Si quis vero injustum putet factum esse judicium, licere ipsi, ad me provocanti, judicari de novo, quasi plane judicatum non esset. Tu vero, filia,

θεζομένη παρὰ τὰς σεμνὰς θεὰς ἀποκλήρου τὰς δίκας καὶ ἐπισκόπει τοὺς δικάζοντας.

5. ΔΙΚΗ. Αὖθις ἐς τὴν γῆν, ἵν' ἐξελαυνομένη πρὸς αὐτῶν δραπετεύω πάλιν ἐκ τοῦ βίου τὴν Ἀδικίαν ἐπιγελῶσαν οὐ φέρουσα;

ΖΕΥΣ. Χρηστὰ ἐλπίζειν σε δεῖ· πάντως γὰρ ἤδη πεπείκασιν αὐτοὺς οἱ φιλόσοφοι σὲ τῆς Ἀδικίας προτιμᾶν, καὶ μάλιστα ὁ τοῦ Σωφρονίσκου τὸ δίκαιον ὑπερεπαινέσας καὶ ἀγαθῶν τὸ μέγιστον ἀποφήνας.

ΔΙΚ. Πάνυ γοῦν αὐτὸν ὃν φὴς ἐκεῖνον ὤνησαν οἱ περὶ ἐμοῦ λόγοι, ὃς παραδοθεὶς τοῖς ἕνδεκα καὶ ἐς τὸ δεσμωτήριον ἐμπεσὼν ἔπιεν ἄθλιος τοῦ κωνείου, μηδὲ τὸν ἀλεκτρυόνα τῷ Ἀσκληπιῷ ἀποδεδωκώς· παρὰ τοσοῦτον ὑπερέσχον οἱ κατήγοροι τἀναντία περὶ τῆς Ἀδικίας φιλοσοφοῦντες.

6. ΖΕΥΣ. Ξένα ἔτι τοῖς πολλοῖς τὰ τῆς φιλοσοφίας ἦν τότε, καὶ ὀλίγοι ἦσαν οἱ φιλοσοφοῦντες, ὥστε εἰκότως ἐς τὸν Ἄνυτον καὶ Μέλητον ἔρρεπε τὰ δικαστήρια· τὸ δὲ νῦν εἶναι οὐχ ὁρᾷς ὅσοι τρίβωνες καὶ βακτηρίαι καὶ πῆραι; ἁπανταχοῦ πώγων βαθὺς καὶ βιβλίον ἐν τῇ ἀριστερᾷ, καὶ πάντες ὑπὲρ σοῦ φιλοσοφοῦσι, μεστοὶ δὲ οἱ περίπατοι κατὰ ἴλας καὶ φάλαγγας ἀλλήλοις ἀπαντώντων, καὶ οὐδεὶς ὅστις οὐ τρόφιμος τῆς ἀρετῆς εἶναι δοκεῖν βούλεται· πολλοὶ γοῦν τὰς τέχνας ἀφέντες ἃς εἶχον τέως, ἐπὶ τὴν πήραν ᾄξαντες καὶ τὸ τριβώνιον, καὶ τὸ σῶμα πρὸς τὸν ἥλιον ἐς τὸ Αἰθιοπικὸν ἐπιχράναντες αὐτοσχέδιοι φιλόσοφοι ἐκ σκυτοτόμων ἢ τεκτόνων περινοστοῦσι σὲ καὶ τὴν σὴν ἀρετὴν ἐπαινοῦντες. Ὥστε κατὰ τὴν παροιμίαν, θᾶττον ἄν τις ἐν πλοίῳ πεσὼν διαμάρτοι ξύλου ἢ ἔνθα ἂν ἀπίδῃ ὁ ὀφθαλμὸς, ἀπορήσει φιλοσόφου.

7. ΔΙΚ. Καὶ μὴν οὗτοί με, ὦ Ζεῦ, δεδίττονται πρὸς ἀλλήλους ἐρίζοντες καὶ ἀγνωμονοῦντες ἐν αὐτοῖς οἷς περὶ ἐμοῦ διεξέρχονται. Φασὶ δὲ καὶ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐν μὲν τοῖς λόγοις προσποιεῖσθαί με, ἐπὶ δὲ τῶν πραγμάτων μηδὲ τὸ παράπαν ἐς τὴν οἰκίαν παραδέχεσθαι, ἀλλὰ δήλους εἶναι ἀποκλείσοντας, ἢν ἀφίκωμαί ποτε αὐτοῖς ἐπὶ τὰς θύρας· πάλαι γὰρ τὴν Ἀδικίαν προεπεξενῶσθαι αὐτοῖς.

ΖΕΥΣ. Οὐ πάντες, ὦ θύγατερ, μοχθηροί εἰσιν· ἱκανὸν δὲ, κἂν ἐνίοις τισὶ χρηστοῖς ἐντύχῃς. Ἀλλ' ἄπιτε ἤδη, ὡς κἂν ὀλίγαι τήμερον ἐκδικασθῶσιν.

8. ΕΡΜ. Προΐωμεν, ὦ Δίκη, ταύτην εὐθὺ τοῦ Σουνίου μικρὸν ὑπὸ τὸν Ὑμηττὸν ἐπὶ τὰ λαιὰ τῆς Πάρνηθος, ἔνθα αἱ δύο ἐκεῖναι ἄκραι· σὺ γὰρ ἔοικας ἐκλελῆσθαι πάλαι τὴν ὁδόν. Ἀλλὰ τί δακρύεις καὶ σχετλιάζεις; μὴ δέδιθι· οὐκέθ' ὅμοια τὰ ἐν τῷ βίῳ· τεθνᾶσιν ἐκεῖνοι πάντες οἱ Σκείρωνες καὶ Πιτυοκάμπται καὶ Βουσίριδες καὶ Φαλάριδες, οὓς ἐδεδίεις τότε, νυνὶ δὲ Σοφία καὶ Ἀκαδήμεια καὶ Στοὰ κατέχουσι πάντα καὶ πανταχοῦ σε ζητοῦσι καὶ περὶ σοῦ διαλέγονται κεχηνότες εἴ ποθεν ἐς αὐτοὺς καταπτοῖο πάλιν.

ΔΙΚ. Σὺ γοῦν μοι, ὦ Ἑρμῆ, τἀληθὲς ἂν εἴποις μόνος, ἅτε ξυνὼν αὐτοῖς τὰ πολλὰ καὶ ξυνδιατρίβων ἐν

assidens ad Severas Deas, sortire dicas, et judicantibus attende.

5. JUSTITIA. Rursus in terram? ut exacta ab illis denuo fugiam e vita, si ferre deridentem Injustitiam non potero?

JUP. Bona sperare fas est : omnino enim jam persuaserunt illis philosophi, ut Injustitiæ te præferant, Sophronisci præsertim filius, qui summis justum laudibus extulit et bonorum maximum esse ostendit.

JUST. Valde nimirum illi ipsi quem dicis sermones de me habiti profuere, qui undecimviris traditus et conjectus in carcerem, de cicuta bibit infelix, quum nec gallum reddidisset Æsculapio : in tantum superabant accusatores, contraria philosophantes de Injustitia.

6. JUP. Peregina adhuc vulgo ista tempestate erat philosophia, ac pauci erant philosophantes : itaque non mirum erat in Anytum et Melitum inclinare judicia. Ut vero nunc res sunt, non vides quot pallia, et baculi, et peræ? ubique barba prolixa, et in sinistra liber, et pro te philosophantur omnes : plenæ sunt ambulationes turmatim et per phalanges sibi invicem occurrentium, et nemo est quin virtutis videri alumnus velit. Multi enim relictis quæ ad eum diem habuerant opificiis, ad peram ruentes et pallium, corpusque ad solem Æthiopum colore inficientes, extemporales philosophi ex cerdonibus aut fabris circumeunt, te tuamque laudantes virtutem. Itaque, quod est in proverbio, facilius aliquis in navigio cadens lignum non contingat, quam oculus quocumque respiciens non incidat in philosophum.

7. JUST. Quin illi ipsi metum mihi incutiunt, Jupiter, qui contendant inter se, improbi in iis ipsis quæ de me disputant. Aiunt vero etiam plerosque illorum in disputationibus suis quidem me affectare, in rebus autem gerendis vel in domum suam non admittere, sed sine dubio exclusuros, si quando ad fores illorum veniam : dudum enim Injustitiam hospitio ab illis receptam.

JUP. Non omnes, filia, pravi sunt : satis vero fuerit, si vel in paucos aliquot bonos incidas. Verum abite jam, ut vel paucæ hodie causæ judicentur.

8. MERC. Abeamus, Justitia, recta Sunium versus, paullum sub Hymetto ad sinistra Parnethis, ubi duo illa cacumina : videris enim dudum oblita esse viæ. Sed quid lacrimaris et lamentaris? noli metuere; non jam similis est sæculi conditio : mortui sunt illi Scirones, et Pityocamptæ, et Busirides, et Phalarides, quos tum metuebas; jam vero Sapientia, et Academia, et Porticus tenent omnia; et undique te quærunt, et de te disputant, inhiantes sicunde ad illos rursus devoles.

JUST. Tu enimvero, Mercuri, solus verum mihi dixeris, quippe qui frequenter cum illis sis atque verseris in

τε γυμνασίοις καὶ ἐν τῇ ἀγορᾷ — καὶ ἀγοραῖος γὰρ εἶ καὶ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις κηρύττεις — ὁποῖοι γεγένηνται καὶ εἰ δυνατή μοι παρ' αὐτοῖς ἡ μονή.

ΕΡΜ. Νὴ Δί', ἀδικοίην γὰρ ἂν πρὸς ἀδελφήν σε οὖσαν μὴ λέγων· οὐκ ὀλίγα γὰρ πρὸς τῆς φιλοσοφίας ὠφέληνται οἱ πολλοὶ αὐτῶν· καὶ γὰρ εἰ μηδὲν ἄλλο, αἰδοῖ γοῦν τοῦ σχήματος μετριώτερα διαμαρτάνουσι. Πλὴν ἀλλὰ καὶ μοχθηροῖς τισιν ἐντεύξῃ αὐτῶν — χρὴ γάρ, οἶμαι, τἀληθῆ λέγειν — ἐνίοις δὲ ἡμισόφοις καὶ ἡμιφαύλοις· ἔτι γὰρ αὐτοὺς μετέβαπτεν ἡ φιλοσοφία παραλαβοῦσα. Ὁπόσοι μὲν οὖν ἐς κόρον ἔπιον τῆς βαφῆς, χρηστοὶ ἀκριβῶς ἀπετελέσθησαν ἀμιγεῖς ἑτέρων χρωμάτων, καὶ πρός γε τὴν σὴν ὑποδοχὴν οὗτοι ἑτοιμότατοι· ὅσοι δὲ ὑπὸ τοῦ πάλαι ῥύπου μὴ ἐς βάθος παρεδέξαντο ὅπόσον δευσοποιὸν τοῦ φαρμάκου, τῶν μὲν ἄλλων ἀμείνους, ἀτελεῖς δὲ ὅμως καὶ μιξόλευκοι καὶ κατεστιγμένοι καὶ παρδαλωτοὶ τὴν χρόαν. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ μόνον ψαύσαντες ἔξωθεν τοῦ λέβητος ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ καὶ ἐπιχρισάμενοι τῆς ἀσβόλου ἱκανῶς οἴονται καὶ αὐτοὶ μεταβεβάφθαι. Σοὶ μέντοι δῆλον ὅτι μετὰ τῶν ἀρίστων ἡ διατριβὴ ἔσται.

9. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων ἤδη πλησιάζομεν τῇ Ἀττικῇ· ὥστε τὸ μὲν Σούνιον ἐν δεξιᾷ καταλίπωμεν, ἐς δὲ τὴν ἀκρόπολιν ἀπονεύωμεν ἤδη. Καὶ ἐπείπερ καταβεβήκαμεν, αὐτὴ μὲν ἐνταῦθά που ἐπὶ τοῦ πάγου κάθησο ἐς τὴν Πνύκα ὁρῶσα καὶ περιμένουσα ἔστ' ἂν κηρύξω τὰ παρὰ τοῦ Διός, ἐγὼ δ' ἐς τὴν ἀκρόπολιν ἀναβὰς ῥᾷον οὕτως ἅπαντας ἐκ τοῦ ἐπηκόου προσκαλέσομαι.

ΔΙΚ. Μὴ πρότερον ἀπέλθῃς, ὦ Ἑρμῆ, πρὶν εἰπεῖν ὅστις οὗτος ὁ προσιὼν ἔρχεται, ὁ κερασφόρος, ὁ τὴν σύριγγα, ὁ λάσιος τὰ σκέλη.

ΕΡΜ. Τί φής; ἀγνοεῖς τὸν Πᾶνα, τῶν Διονύσου θεραπόντων τὸν βακχικώτατον; Οὗτος ᾤκει μὲν τὸ πρόσθεν ἀνὰ τὸ Παρθένιον, ὑπὸ δὲ τὸν Δάτιδος ἐπίπλουν καὶ τὴν Μαραθῶνάδε τῶν βαρβάρων ἀπόβασιν ἧκεν ἄκλητος τοῖς Ἀθηναίοις σύμμαχος, καὶ τὸ ἀπ' ἐκείνου τὴν ὑπὸ τῇ ἀκροπόλει σπήλυγγα ταύτην ἀπολαβόμενος οἰκεῖ μικρὸν ὑπὲρ τοῦ Πελασγικοῦ ἐς τὸ μετοικικὸν συντελῶν. Καὶ νῦν ὡς τὸ εἰκὸς ἰδὼν ἡμᾶς ἐκ γειτόνων προσέρχεται δεξιωσόμενος.

10. ΠΑΝ. Χαίρετε, ὦ Ἑρμῆ καὶ Δίκη.

ΔΙΚ. Καὶ σύ γε, ὦ Πὰν μουσικώτατε καὶ πηδητικώτατε σατύρων ἁπάντων, Ἀθήνησι δὲ καὶ πολεμικώτατε.

ΠΑΝ. Τίς δαὶ ὑμᾶς, ὦ Ἑρμῆ, χρεία δεῦρ' ἤγαγεν;

ΕΡΜ. Αὕτη σοι διηγήσεται τὰ πάντα· ἐγὼ δ' εἶμι ἐπὶ τὴν ἀκρόπολιν καὶ τὸ κήρυγμα.

ΔΙΚ. Ὁ Ζεύς, ὦ Πάν, κατέπεμψέ με ἀποκληρώσουσαν τὰς δίκας. Σοὶ δὲ πῶς τὰ ἐν Ἀθήναις ἔχει;

ΠΑΝ. Τὸ μὲν ὅλον οὐ κατ' ἀξίαν τιμῶσί με, ἀλλὰ πολὺ καταδεέστερον τῆς ἐλπίδος, καὶ ταῦτα τηλικοῦτον ἀπωσάμενος κυδοιμὸν τὸν ἐκ τῶν βαρβάρων. Ὅμως δὲ δὶς ἢ τρὶς τοῦ ἔτους ἀνιόντες ἐπιλεξάμενοι τράγον

gymnasiis et in foro (nam forensis es et in concionibus præconium facis), quales facti sint, et an fieri possit ut apud illos ego maneam.

MERC. Sane potest : injustus enim sim, si tibi, sorori, non dicam : non parvum enim e philosophia fructum vulgus illorum cepit. Etenim, si nihil aliud, reverentia certe habitus moderatius aliquanto peccant. Verum enim vero etiam in pravos illorum quosdam incides (nam verum, puto, dicendum est); in quosdam vero semisapientes et semipravos : etiamnum enim illos susceptos novo colore inficiebat philosophia. Quotquot igitur ad saturitatem biberunt illius tincturæ, plane boni facti sunt, colore nullo admixto alio : atque ad te recipiendam hi sunt paratissimi. Qui vero præ antiquis sordibus non satis profunde receperunt vim illam medicamenti penetrabilem, hi meliores quidem reliquis, imperfecti tamen, et ex albo varii, et punctis pardalium instar maculosi. Sunt vero qui, ubi extra solummodo summo digito ahenum contigere, fuligine inuncti, satis ipsi quoque mutasse colorem sibi videntur. Apertum vero, futuram tibi consuetudinem esse cum optimis.

9. Sed dum loquimur, jam appropinquamus Atticæ. Itaque relicto a dextris Sunio ad arcem jam deflectamus : et quandoquidem modo descendimus, ipsa quidem hic in colle consideas concionem prospiciens, exspectansque dum mandata a Jove edixero : ego vero conscensa arce sic facilius omnes de loco ad exaudiendum apto advocavero.

JUST. Noli prius abire, Mercuri, quam dixeris quis sit ille ad nos viam affectans, cornutus, cum fistula, hirsutis cruribus.

MERC. Quid ais? Pana ignoras, illum Bacchi famulorum maxime bacchicum? Hic olim quidem ad Partheniom habitabat, sub appulsum vero Datidis et escensionem barbarorum in Marathona non vocatus auxilio venit Atheniensibus, et ab eo inde tempore istam sub arce speluncam nactus, ibi habitat prope Pelasgicum, censeturque inter inquilinos, et nunc, ut probabile est, ex propinquo nos visos salutatum accedit.

10. PAN. Salvete, Mercuri et Justitia.

JUST. Tu quoque salve, Pan canendi et saltandi inter satyros omnes peritissime, Athenis vero etiam pugnacissime!

PAN. Quænam vos, Mercuri, negotium huc deduxit?

MERC. Hæc tibi narrabit omnia : ego ad arcem eo et præconium.

JUST. Demisit me, Pan, ad sortienda judicia Jupiter. Tibi vero quomodo Athenis vivitur?

PAN. In universum non pro dignitate me colunt, sed multo quam speraveram tenuius, idque quum tantum represserim tumultum ex barbaris. Tamen bis aut ter anno ascendentes, delectum caprum non castratum mihi sacri-

ἔνορχιν θύουσί μοι πολλῆς τῆς κινάβρας ἀπόζοντα, εἶτα εὐωχοῦνται τὰ κρέα, ποιησάμενοί με τῆς εὐφροσύνης μάρτυρα καὶ ψιλῷ τιμήσαντες τῷ κρότῳ· ἀλλ' ἔχει τινά μοι ψυχαγωγίαν ὁ γέλως αὐτῶν καὶ ἡ παιδιά.

11. ΔΙΚ. Τὰ δ' ἄλλα, ὦ Πὰν, ἀμείνους πρὸς ἀρετὴν ἐγένοντο ὑπὸ τῶν φιλοσόφων;

ΠΑΝ. Τίνας λέγεις τοὺς φιλοσόφους; ἆρ' ἐκείνους τοὺς κατηφεῖς, τοὺς ξυνάμα πολλοὺς, τοὺς τὸ γένειον ὁμοίους ἐμοὶ, τοὺς λάλους;

ΔΙΚ. Καὶ μάλα.

ΠΑΝ. Οὐκ οἶδα ὅλως ὅ τι καὶ λέγουσιν οὐδὲ ξυνίημι τὴν σοφίαν αὐτῶν· ὄρειος γὰρ ἐγὼ καὶ τὰ κομψὰ ταῦτα ῥημάτια καὶ ἀστικὰ οὐ μεμάθηκα, ὦ Δίκη· πόθεν γὰρ ἐν Ἀρκαδίᾳ σοφιστὴς ἢ φιλόσοφος; μέχρι τοῦ πλαγίου αὐλοῦ καὶ τῆς σύριγγος ἐγὼ σοφὸς, τὰ δ' ἄλλα αἰπόλος καὶ χορευτὴς καὶ πολεμιστὴς, ἢν δέῃ. Πλὴν ἀλλὰ ἀκούω γε αὐτῶν ἀεὶ κεκραγότων καὶ ἀρετήν τινα καὶ ἰδέας καὶ φύσιν καὶ ἀσώματα διεξιόντων, ἄγνωστα ἐμοὶ καὶ ξένα ὀνόματα. Καὶ τὰ πρῶτα μὲν εἰρηνικῶς ἐνάρχονται τῶν πρὸς ἀλλήλους λόγων, προϊούσης δὲ τῆς ξυνουσίας ἐπιτείνουσι τὸ φθέγμα μέχρι πρὸς τὸ ὄρθιον, ὥστε ὑπερδιατεινομένων καὶ ἅμα λέγειν ἐθελόντων τό τε πρόσωπον ἐρυθριᾷ καὶ ὁ τράχηλος οἰδεῖ καὶ αἱ φλέβες ἐξανίστανται ὥσπερ τῶν αὐλητῶν, ὁπόταν ἐς στενὸν τὸν αὐλὸν ἐμπνεῖν βιάζωνται. Διαταράξαντες γοῦν τοὺς λόγους καὶ τὸ ἐξ ἀρχῆς ἐπισκοπούμενον ξυγχέαντες ἀπέρχονται λοιδορησάμενοι ἀλλήλοις οἱ πολλοὶ τὸν ἱδρῶτα ἐκ τοῦ μετώπου ἀγκύλῳ τῷ δακτύλῳ ἀποξυόμενοι, καὶ οὗτος κρατεῖν ἔδοξεν ὃς ἂν μεγαλοφωνότερος αὐτῶν ᾖ καὶ θρασύτερος καὶ διαλυομένων ἀπέλθῃ ὕστερος. Πλὴν ἀλλ' ὅ γε λεὼς ὁ πολὺς τεθήπασιν αὐτοὺς, καὶ μάλιστα ὁπόσους μηδὲν τῶν ἀναγκαιοτέρων ἀσχολεῖ, καὶ παρεστᾶσι πρὸς τὸ θράσος καὶ τὴν βοὴν κεκηλημένοι. Ἐμοὶ μὲν οὖν ἀλαζόνες τινὲς ἐδόκουν ἀπὸ τούτων καὶ ἠνιώμην ἐπὶ τῇ τοῦ πώγωνος ὁμοιότητι. Εἰ δὲ καὶ δημωφελές τι ἐνῆν τῇ βοῇ αὐτῶν καί τι ἀγαθὸν ἐκ τῶν ῥημάτων ἐκείνων ἀνεφύετο αὐτοῖς, οὐκ ἂν εἰπεῖν ἔχοιμι. Πλὴν ἀλλ' εἴ γε δεῖ μηδὲν ὑποστειλάμενον τἀληθὲς διηγήσασθαι — οἰκῶ γὰρ ἐπὶ σκοπῆς, ὡς ὁρᾷς — πολλοὺς αὐτῶν ἤδη πολλάκις ἐθεασάμην περὶ δείλην ὀψίαν ....

12. ΔΙΚ. Ἐπίσχες, ὦ Πάν. Οὐχ ὁ Ἑρμῆς σοι κηρύττειν ἔδοξεν;

ΠΑΝ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΕΡΜ. Ἀκούετε λεῴ, ἀγορὰν δικῶν ἀγαθῇ τύχῃ καταστησώμεθα τήμερον Ἐλαφηβολιῶνος ἑβδόμῃ ἱσταμένου. Ὁπόσοι γραφὰς ἀπήνεγκαν, ἥκειν ἐς Ἄρειον πάγον, ἔνθα ἡ Δίκη ἀποκληρώσει τὰ δικαστήρια καὶ αὐτὴ παρέσται τοῖς δικάζουσιν, οἱ δικασταὶ ἐξ ἁπάντων Ἀθηναίων, ὁ μισθὸς τριώβολον ἑκάστης δίκης, ἀριθμὸς τῶν δικαστῶν κατὰ λόγον τοῦ ἐγκλήματος. Ὁπόσοι δὲ ἀποθέμενοι γραφὴν, πρὶν ἐσελθεῖν, ἀπέθανον, καὶ τούτους ὁ Αἰακὸς ἀναπεμψάτω. Ἢν δέ τις ἄδικα δε-

ficant, hircosissime olentem; tum carnes epulantur, testem me advocantes lætitiæ, et tenui honorantes plausu: verumtamen affert quandam mihi oblectationem risus illorum et jocus.

11. JUST. Ceterum vero, Pan, an meliores ad virtutem facti sunt a philosophis?

PAN. Quosnam mihi narras philosophos? numquid illos demisso vultu, confertos, illos mento tenus mihi similes, loquaces illos?

JUST. Sane.

PAN. Planissime nescio quid sibi velint, nec sapientiam illorum intelligo: monticola enim ego, et comtula ista dicta atque urbana non didici, Justitia: unde enim in Arcadia sophista aut philosophus? ad obliquam arundinem usque et fistulam ego sapiens; ceterum caprarum pastor, et saltator, et, si opus sit, pugnator. Verum audio tamen illos semper clamantes, et virtutem quandam, et species, et naturam, et expertia corporis proferentes, ignorabilia mihi et peregrina nomina. Ac primo quidem pacifice occipiunt suos inter se sermones; procedente vero disputatione, ad orthium usque modum vocem intendunt: adeo ut a nimia contentione atque simul dicendi studio et vultus rubescat, et intumescat cervix, et venæ surgant magis quam tibicinum, quando in angusta inflanda tibia vim sibi adhibent. Perturbatis igitur invicem sermonibus, et confuso quæstionis statu abeunt plerique conviciantes sibi invicem, sudorem de fronte digito incurvato detergentes: et ille vicisse videtur, qui vocalior est audaciorque et discedentibus abit ultimus. Interim vulgus illos stupet, maxime si quos nihil magis necessarium occupatos tenet, atque astant audacia illorum atque clamoribus defixi ac deliniti. Mihi vero his indiciis vani homines esse videbantur, ægreque ferebam illam barbæ similitudinem. Utrum autem aliquid publice utile insit in illo eorum clamore, et boni quid ex verbis istis exoriatur ipsis, non equidem dixerim. Verum si absque dissimulatione rem ipsam dicere fas est (habito enim hic, ut vides, in specula), multos illorum sæpe jam vidi, sero vespere ....

12. JUST. Exspecta, Pan. Nonne Mercurius concionari tibi visus est?

PAN. Nempe.

MERC. Audito, popule. Forum judiciorum, quod felix faustumque sit, agamus hodie, Elaphebolionis ineuntis septimo. Quicumque causas detulerunt, veniant in Areopagum: ibi Justitia sortietur dicas et ipsa aderit judicantibus. Judices ex omnibus Atheniensibus: merces uniuscujusque causæ triobolum: numerus judicum pro portione criminis. Quicumque vero dato libello ante, quam in judicium venirent, mortui sunt, eos quoque remittito Æacus

δικάσθαι οἴηται, ἐφέσιμον ἀγωνιεῖται τὴν δίκην· ἡ δὲ ἔφεσις ἐπὶ τὸν Δία.

PAR. Quare tandem, nisi quod non habeat artem qua se servare possit?

TYCH. Sic est.

PAR. Ergo etiam a parasitica non servaretur parasitus, si ea inertia esset?

TYCH. Nempe.

PAR. Ergo arte servatur, inertia autem non?

TYCH. Scilicet.

PAR. Ars igitur est parasitica.

TYCH. Ars, ut apparet.

PAR. Atqui gubernatores quidem bonos, et aurigas artifices sedibus ego novi sæpe excussos, et contusos alios,

, καὶ τοὺς μὲν ξυντριβέντας, τοὺς δὲ καὶ πάμπαν φθαρέντας, παρασίτου δὲ ναυάγιον οὐδεὶς ἔχει οῦτον εἰπεῖν. Οὐκοῦν εἰ μήτε ἀτεχνία ἐστὶν ἡ πα-ιτικὴ μήτε δύναμις, σύστημα δέ τι ἐκ καταλήψεων γεγυμνασμένων, τέχνη δῆλον ὅτι διωμολόγηται ἡμῖν ιερον.

9. ΤΥΧ. Ὅσον ἐκ τούτου εἰκάζω· ἀλλ' ἐκεῖνο σκό-, ὅπως καὶ ὅρον ἡμῖν τινα γενναῖον ἀποδῷς τῆς ρασιτικῆς.

ΠΑΡ. Ὀρθῶς σύ γε λέγων. Δοκεῖ γὰρ δή μοι ως ἂν μάλιστα ὡρίσθαι· παρασιτική ἐστι τέχνη πο-ν καὶ βρωτέων καὶ τῶν διὰ ταῦτα λεκτέων, τέλος αὐτῆς τὸ ἡδύ.

ΤΥΧ. Ὑπέρευ γέ μοι δοκεῖς ὁρίσασθαι τὴν σεαυ-τέχνην· ἀλλ' ἐκεῖνο σκόπει, μὴ πρὸς ἐνίους τῶν φι-τόφων μάχη σοι περὶ τοῦ τέλους ᾖ.

ΠΑΡ. Καὶ μὴν ἀπόχρη γε, εἴπερ ἔσται τὸ αὐτὸ τέ-; εὐδαιμονίας καὶ παρασιτικῆς.

10. Φανεῖται δὲ οὕτως· ὁ γὰρ σοφὸς Ὅμηρος τὸν παρασίτου βίον θαυμάζων ὡς ἄρα μακάριος καὶ λωτὸς εἴη μόνος,

Οὐ γὰρ ἔγωγέ τί φημι τέλος χαριέστερον εἶναι,
ἢ ὅτ' ἂν εὐφροσύνη μὲν ἔχῃ κάτα δῆμον ἅπαντα,
παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
σίτου καὶ κρειῶν, μέθυ δ' ἐκ κρητῆρος ἀφύσσων
οἰνοχόος φορέῃσι καὶ ἐγχείῃ δεπάεσσι.

ιὶ ὡς οὐχ ἱκανῶς ταῦτα θαυμάζων μᾶλλον τὴν αὐτοῦ ώμην ποιεῖ φανερωτέραν εὖ λέγων·

Τοῦτό τί μοι κάλλιστον ἐνὶ φρεσὶν εἴδεται εἶναι,

χ ἕτερόν τι ἐξ ὧν φησιν, ἢ τὸ παρασιτεῖν εὔδαιμον ιίζων· καὶ μὴν οὐδὲ τῷ τυχόντι ἀνδρὶ περιτέθεικε ύτους τοὺς λόγους, ἀλλὰ τῷ σοφωτάτῳ τῶν Ἑλλή-ν. Καίτοι γε εἴπερ ἐβούλετο Ὀδυσσεὺς τὸ κατὰ ὺς Στωϊκοὺς ἐπαινεῖν τέλος, ἐδύνατο ταυτὶ λέγειν ε τὸν Φιλοκτήτην ἀνήγαγεν ἐκ τῆς Λήμνου, ὅτε τὸ λιον ἐξεπόρθησεν, ὅτε τοὺς Ἕλληνας φεύγοντας κα-σχεν, ὅτε εἰς Τροίαν εἰσῆλθεν ἑαυτὸν μαστιγώσας ὶ κακὰ καὶ Στωϊκὰ ῥάκη ἐνδύς· ἀλλὰ τότε οὐκ εἶπε ῦτο τέλος χαριέστερον. Ἀλλὰ μὴν καὶ ἐν τῷ τῶν πικουρείων βίῳ γενόμενος αὖθις παρὰ τῇ Καλυψοῖ, ε αὐτῷ ὑπῆρχεν ἐν ἀργίᾳ τε βιοτεύειν καὶ τρυφᾶν ὶ βινεῖν τὴν Ἄτλαντος θυγατέρα καὶ κινεῖν πάσας ς λείας κινήσεις, οὐδὲ τότε εἶπε τοῦτο τὸ τέλος χα-έστερον, ἀλλὰ τὸν τῶν παρασίτων βίον. Ἐκαλοῦντο δαιτυμόνες οἱ παράσιτοι τότε. Πῶς οὖν λέγει; ἔλιν γὰρ ἄξιον ἀναμνησθῆναι τῶν ἐπῶν· οὐδὲ γὰρ ὸν τε ἀκούειν αὐτῶν μὴ πολλάκις λεγομένων· « δαι-μόνες καθήμενοι ἑξείης· » καί,

Παρὰ δὲ πλήθωσι τράπεζαι
σίτου καὶ κρειῶν.

11. Ὅ γε μὴν Ἐπίκουρος σφόδρα ἀναισχύντως ελόμενος τὸ τῆς παρασιτικῆς τέλος τῆς κατ' αὐτὸν

alios autem omnino pereuntes; parasiti vero naufragium tale nemo dixerit. Ergo si neque inertia est parasitica, neque facultas, sed corpus quoddam concinnatum e perceptionibus coexercitatis, artem nempe esse inter nos hodie convenit.

9. TYCH. Quantum ex istis colligo. Verum illud vide, ut etiam finitionem nobis solidam reddas parasiticæ.

PAR. Recte tu illud postulas. Videtur enim mihi hoc fere modo rectissime finiri: parasitica est ars esculentorum et poculentorum atque propter ista dicendorum, finis autem ipsius voluptas.

TYCH. Pulcherrime vero definiisse mihi tuam artem videris. Sed illud dispice, ne cum philosophorum quibusdam pugna tibi sit de fine.

PAR. Quin sufficit, modo sit idem finis felicitatis et parasiticæ.

10. Apparebit autem ita: sapiens enim Homerus admirans parasiti vitam, ut quæ beata sit et invidenda sola,

Non (inquit) finis, mihi crede, exstat jucundior ullus,
quam si lætitiæ populum tenor occupet omnem,
si mensa exstructa sit alte
pane ac carne, merumque cavis crateribus haustum
circum omnes pincerna ferat, cyathisque ministret.

Et quasi non satis illa esset admiratus, suam ipsius sententiam manifestiorem reddit, bene dicens:

Nimirum hæc animo pulcherrima judice nostro,

nihil aliud, quantum dicit, beatum putans quam parasitari: ac non vulgari viro illos sermones tribuit, sed sapientissimo Græcorum. Atqui si voluisset Ulysses Stoicum illum finem laudare, poterat ea dicere quum Philocteten reducit e Lemno, quum vastat Ilium, quum fugientes Græcos retinet, quum Trojam ingreditur flagellis a se ipso sectus, malosque et Stoicos indutus pannos: verum eo tempore non dixit hunc « jucundiorem finem. » Quin etiam in Epicureorum vivendi ratione constitutus rursus apud Calypsonem, quum liceret ipsi in otio vivere et luxuriari et subigere Atlantis filiam, et mollibus omnibus moveri motibus, ne tum quidem dixit hunc « finem jucundiorem », sed de parasitorum vita dixit. Vocabantur autem eo tempore parasiti convivæ. Quomodo igitur dicit? rursus enim versus ipsos memorare operæ pretium est: neque enim possunt intelligi, nisi sæpius recitentur; « Convivæque sedent deinceps; » et,

Mensa exstructa sit alte
pane et carne.

11. Verum Epicurus valde impudenter suffuratus parasiticæ finem, felicitatis quam ipse statuit finem facit. Hoc

εὐδαιμονίας τέλος αὐτὸ ποιεῖ. Καὶ ὅτι κλοπὴ τὸ πρᾶγμά ἐστι καὶ οὐδὲν Ἐπικούρῳ μέλει τὸ ἡδὺ, ἀλλὰ τῷ παρασίτῳ, οὕτω μάθοις ἄν. Ἔγωγε ἡγοῦμαι τὸ ἡδὺ πρῶτον μὲν τὸ τῆς σαρκὸς ἀόχλητον, ἔπειτα τὸ μὴ θορύβου καὶ ταραχῆς τὴν ψυχὴν ἐμπεπλῆσθαι. Τούτων τοίνυν ὁ μὲν παράσιτος ἑκατέρων τυγχάνει, ὁ δὲ Ἐπικούρειος οὐδὲ θατέρου· ὁ γὰρ ζητῶν περὶ σχήματος γῆς καὶ κόσμων ἀπειρίας καὶ μεγέθους ἡλίου καὶ ἀποστημάτων καὶ πρώτων στοιχείων καὶ περὶ θεῶν, εἴτε εἰσὶν εἴτε οὐκ εἰσὶ, καὶ περὶ αὐτοῦ τοῦ τέλους ἀεὶ πολεμῶν καὶ διαφερόμενος πρός τινας οὐ μόνον ἐν ἀνθρωπίναις, ἀλλὰ καὶ ἐν κοσμικαῖς ἐστιν ἐνοχλήσεσιν. Ὁ δὲ παράσιτος πάντα καλῶς ἔχειν οἰόμενος καὶ πεπιστευκὼς μὴ ἄλλως ταῦτα ἔχειν ἄμεινον ἢ ἔχει, μετὰ πολλῆς ἀδείας καὶ γαλήνης, οὐδενὸς αὐτῷ τοιούτου παρενοχλοῦντος, ἐσθίει καὶ κοιμᾶται ὕπτιος ἀφεικὼς τοὺς πόδας καὶ τὰς χεῖρας ὥσπερ Ὀδυσσεὺς τῆς Σχερίας ἀποπλέων οἴκαδε.

12. Καὶ μὴν οὐχὶ κατὰ ταῦτα μόνον οὐδὲν προσήκει τὸ ἡδὺ τῷ Ἐπικούρῳ, ἀλλὰ καὶ κατ' ἐκεῖνα· ὁ γὰρ Ἐπίκουρος οὗτος, ὅστις ποτέ ἐστιν ὁ σοφὸς, ἤτοι φαγεῖν ἔχει ἢ οὔ· εἰ μὲν οὖν οὐκ ἔχει, οὐχ ὅπως ἡδέως οὐ ζήσεται, ἀλλ' οὐδὲ ζήσεται· εἰ δὲ ἔχει, εἴτε παρ' ἑαυτοῦ εἴτε παρ' ἄλλου· εἰ μὲν οὖν παρ' ἄλλου τὸ φαγεῖν ἔχει, παράσιτός ἐστι καὶ οὐχ ὃς λέγει· εἰ δὲ παρ' ἑαυτοῦ, οὐχ ἡδέως ζήσεται.

ΤΥΧ. Πῶς οὐχ ἡδέως;

ΠΑΡ. Εἰ γὰρ ἔχει τὸ φαγεῖν παρ' ἑαυτοῦ, πολλά τοι, ὦ Τυχιάδη, τῷ τοιούτῳ βίῳ παρακολουθεῖν ἀνάγκη· καὶ ἄθρει πόσα. Δεῖ τὸν μέλλοντα βιώσεσθαι καθ' ἡδονὴν τὰς ἐγγιγνομένας ὀρέξεις ἁπάσας ἀναπληροῦν. Ἢ τί φής;

ΤΥΧ. Κἀμοὶ δοκεῖ.

ΠΑΡ. Οὐκοῦν τῷ μὲν συχνὰ κεκτημένῳ ἴσως τοῦτο παρέχει, τῷ δὲ ὀλίγα καὶ μηδὲν οὐκέτι· ὥστε πένης οὐκ ἂν σοφὸς γένοιτο οὐδὲ ἐφικνοῖτο τοῦ τέλους, λέγω δὴ τοῦ ἡδέος. Ἀλλ' οὐδὲ μὴν πλούσιος, ὁ παρὰ τῆς οὐσίας ἀφθόνως ταῖς ἐπιθυμίαις χορηγῶν, δυνήσεται τοῦδε ἐφικέσθαι. Τί δή ποτε; ὅτι πᾶσα ἀνάγκη τὸν ἀναλίσκοντα τὰ ἑαυτοῦ πολλαῖς περιπίπτειν ἀηδίαις, τοῦτο μὲν τῷ μαγείρῳ κακῶς σκευάσαντι τὸ ὄψον μαχόμενον ἢ εἰ μὴ μάχοιτο φαῦλα παρὰ τοῦτο ἐσθίοντα τὰ ὄψα καὶ τοῦ ἡδέος ὑστεροῦντα, τοῦτο δὲ τῷ οἰκονομοῦντι τὰ κατὰ τὴν οἰκίαν, εἰ μὴ καλῶς οἰκονομοίη, μαχόμενον. Ἢ οὐχ οὕτως;

ΤΥΧ. Νὴ Δία, κἀμοὶ δοκεῖ.

ΠΑΡ. Τῷ μὲν οὖν Ἐπικούρῳ πάντα ξυμβαίνειν εἰκὸς, ὥστε οὐδέποτε τεύξεται τοῦ τέλους· τῷ δὲ παρασίτῳ οὔτε μάγειρός ἐστιν ᾧ χαλεπῆναι, οὔτε ἀγρὸς οὔτε οἰκονόμος οὔτε ἀργύρια ὑπὲρ ὧν ἀπολλυμένων ἀχθεσθείη, καὶ πάντα ἔχει, ὥστε καὶ φάγοι καὶ πίοι ἂν μόνος οὗτος, ὑπὸ μηδενὸς, ὧν ἐκείνους ἀνάγκη, ἐνοχλούμενος.

13. Ἀλλ' ὅτι μὲν τέχνη ἐστὶν ἡ παρασιτικὴ, κἀκ

autem esse furtum, neque Epicuro esse voluptatem curæ, sed parasito, sic didiceris. Equidem arbitror, voluptatem primo quidem inesse in corporis a molestia vacuitate; deinde in eo, si tumultus et perturbationis plena non sit anima. Utrumque horum consequitur parasitus; at Epicureus neque alterutrum. Qui enim quærit de figura terræ, de mundis infinitis, de magnitudine solis, de distantiis, de primis elementis, de diis, sintne an non sint, qui de ipso denique bonorum fine semper pugnat et ab aliis dissidet; ille non in humanis modo, sed in mundanis etiam est molestiis. At parasitus, qui bene habere omnia putet, credatque non meliori hæc esse loco posse quam sunt, cum securitate multa et tranquillitate, nulla re tali ipsum interpellante, edit et dormit supinus, pedibus manibusque remissis, ut Ulysses Scheria domum navigans.

12. Quin non hanc solum ob rationem nihil pertinet ad Epicurum voluptas; verum etiam ob ista : Epicurus enim, quicumque demum est ille sapiens, aut habet quod edat, aut non habet : si non habet, tantum abest ut suaviter vivat, ut ne vivat quidem; si vero habet, aut ab se habet, aut ab alio : si ab alio habeat, parasitus est, non, ut ait, philosophus; si vero ab se, non vivet suaviter.

TYCH. Quomodo non suaviter?

PAR. Quia, si cibum ab se habet, multa sane, Tychiade, hanc vitam consequi necesse est. Et vide quot ac quanta. Oportet eum qui suaviter vivere velit, insitas cupiditates omnes explere. Aut quid dicas aliud?

TYCH. Etiam mihi sic videtur.

PAR. Igitur ei qui multa possidet, hoc fortasse suppeditaverit : illi vero qui parum aut nihil, non item. Itaque pauper non fiat sapiens, neque ad finem perveniat, dico autem voluptatem. Imo ne dives quidem, is qui de suis opibus copiose ministrat cupiditatibus, poterit ad illum pervenire. Quid ita? quia necesse est omnino, eum qui sua impendat, in multas incidere injucunditates : cui nunc pugnandum sit cum coquo, si male paravit obsonium, aut, si non pugnet, mala ob hoc obsonia edendum, et voluptate carendum : nunc cum dispensatore rei familiaris, si male dispenset, pugnandum. An non ita est?

TYCH. Per Jovem, mihi quoque sic videtur.

PAR. Ergo Epicuro quidem evenire ista possunt omnia; quo fit ut nunquam consequatur finem : sed parasito neque coquus est cui irascatur, neque ager, neque dispensator, neque pecuniæ, de quibus deperditis gravetur; et habet omnia, ut solus ipse edat ac bibat, earum, quibus isti necessario conflictantur, molestiarum a nulla interpellatus.

13. Verum artem esse parasiticam, tum ex his, tum ex

ϰαὶ τῶν ἄλλων ἱϰανῶς δέδειϰται. Λοιπὸν ὅτι τη δειϰτέον, ϰαὶ τοῦτο οὐχ ἁπλῶς, ἀλλὰ πρῶ- ὅτι ϰοινῇ πασῶν διαφέρει τῶν τεχνῶν, εἶτα ὅτι ἑϰάστης. Κοινῇ μὲν οὖν ἁπασῶν οὕτω διαφέ- ης γὰρ τέχνης ἀνάγϰη προσάγειν μάθησιν πό- ν πληγὰς, ἅπερ οὐϰ ἔστιν ὅστις οὐϰ ἂν ἀπεύ- ύτην δὲ τὴν τέχνην, ὡς ἔοιϰε, μόνην ἔξεστι νευ πόνου. Τίς γὰρ ἀπὸ δείπνου ποτὲ ἀπῆλθε ὥσπερ τινὰς ἐϰ τῶν διδασϰαλείων ὁρῶμεν, τίς εῖπνον ἀπιὼν ὤφθη σϰυθρωπὸς, ὥσπερ οἱ εἰς εῖα φοιτῶντες; Καὶ μὴν ὁ μὲν παράσιτος ἑϰὼν δεῖπνον ἔρχεται μάλα ἐπιθυμῶν τῆς τέχνης, ς ἄλλας τέχνας μανθάνοντες μισοῦσιν αὐτὰς, οι δι' αὐτὰς ἀποδιδράσϰουσι. Τί δὲ, οὐ ννοῆσαί σε δεῖ, ὅτι ϰαὶ τοὺς ἐν ἐϰείναις ταῖς τροϰόπτοντας οἱ πατέρες ϰαὶ μητέρες τούτοις μάλιστα, οἷς ϰαθ' ἡμέραν ϰαὶ τὸν παράσιτον; ὴ Δί' ἔγραψεν ὁ παῖς, λέγοντες, δότε αὐτῷ ὐϰ ἔγραψεν ὀρθῶς, μὴ δότε. Οὕτω τὸ πρᾶγμα ον ϰαὶ ἐν τιμωρίᾳ μέγα φαίνεται.

reliquis satis demonstratum est. Superest ut demonstremus etiam esse optimam; idque non simpliciter, sed primo quidem, communiter artibus omnibus esse præstantiorem; deinde, etiam singulatim unaquaque. Communiter ergo cunctis ita præstat, quod omnis ars necessario adhibet disciplinam, laborem, metum, plagas, quæ nemo est quin abominetur: hanc vero solam, ut videtur, artem discere licet sine labore. Quis enim de cœna unquam discessit plorans, ut quosdam videmus de scholis? quis vero ad cœnam abiens visus est tristis, ut qui scholas frequentant? Quin parasitus sponte sua ipse ad cœnam venit, artis cupidissimus: qui vero artes discunt reliquas, odio eas habent, adeo ut quidam propter eas aufugiant. Quid vero? nonne illud etiam tibi cogitandum est, quod illis in artibus proficientes liberos his maxime rebus patres matresque munerantur, quibus parasitum quotidie? Pulchre per Jovem, in quiunt, scripsit puer; date illi cibum: Non recte scripsit; ne date. Adeo ea res et ad honorem gravis et ad pœnam videtur.

Καὶ μὴν αἱ ἄλλαι τέχναι τὸ ὕστερον τοῦτο ετὰ τὸ μαθεῖν ϰαὶ τοὺς ϰαρποὺς ἡδέως ἀπολαμ- πολλὴ γὰρ « ϰαὶ ὄρθιος οἶμος ἐς αὐτάς· » ἡ δὲ ϰὴ μόνη τῶν ἄλλων εὐθὺς ἀπολαύει τῆς τέχνης τῷ μανθάνειν, ϰαὶ ἅμα τε ἄρχεται ϰαὶ ἐν τῷ ίν. Καὶ μέντοι τῶν ἄλλων τεχνῶν οὐ τινὲς, αι ἐπὶ μόνην τὴν τροφὴν γεγόνασιν, ὁ δὲ πα- ὐθὺς ἔχει τὴν τροφὴν ἅμα τῷ ἄρξασθαι τῆς Ἢ οὐϰ ἐννοεῖς ὅτι ὁ μὲν γεωργὸς γεωργεῖ οὐ γεῖν ἕνεϰα ϰαὶ ὁ τέϰτων τεϰταίνεται οὐχὶ τοῦ θαι ἕνεϰα, ὁ δὲ παράσιτος οὐχ ἕτερον μέν τι ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ϰαὶ ἔργον ἐστὶν αὐτοῦ ϰαὶ οὗ νεται;

14. Verum ceteræ artes postremum hoc habent post disciplinam, et laboris fructum lubenter recipiunt; multa enim et ardua ad illas via est: parasitica vero sola reliquarum statim ipso disciplinæ tempore sua arte fruitur; et simul, dum incipit, finem etiam suum consequitur. Ac reliquarum artium non quædam modo, sed universæ ad sola alimenta paranda natæ sunt: parasitus autem statim quum incipit artem, alimenta habet. An non cogitas agrum coli ab agricola non agriculturæ causa, et struere fabrum domos non struendi causa: sed parasitus nihil sequitur aliud, verum idem et opus ipsius est, et illud cujus causa suscipitur?

αὶ μὴν ἐϰεῖνά γε οὐδείς ἐστιν ὅστις οὐϰ ἐπίστα- οἱ μὲν τὰς λοιπὰς τέχνας ἐργαζόμενοι τὸν μὲν όνον ταλαιπωροῦσι, μίαν δὲ ἢ δύο μόνας τοῦ έρας ἱερὰς ἄγουσι, ϰαὶ αἱ πόλεις δὲ τὰς μὲν τὰς δὲ ἐμμήνους ἑορτὰς διατελοῦσι, ϰαὶ εὐ- ι λέγονται τότε· ὁ δὲ παράσιτος τοῦ μηνὸς τὰς ἡμέρας ἱερὰς ἄγει· πᾶσαι γὰρ αὐτῷ δοϰοῦσιν θεῶν.

15. Præterea hæc etiam nemo est qui nesciat: reliquis in artibus qui elaborant, per omne tempus ærumnabili labore funguntur præter unum aut duo solos in mense dies quos festos habent; ipsæque civitates alios annuos, alios autem menstruos dies festos obeunt, ac tum exhilarari dicuntur: parasitus vero triginta mensis dies festos agit: omnes enim deorum esse illi videntur.

Ετι οἱ μὲν βουλόμενοι τὰς ἄλλας τέχνας ϰατορ- οσιτίαις ϰαὶ ὀλιγοποσίαις χρῶνται ϰαθάπερ οἱ , πολυσιτίαις δὲ ϰαὶ πολυποσίαις οὐϰ ἔστιν μενον μανθάνειν.

16. Porro qui in reliquis artibus recte versari volunt, ii pauco cibo et potu pauco utuntur, ægrotorum instar; at copioso cibo potuque multo qui gaudet, is fieri non potest ut discat.

αὶ αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι χωρὶς ὀργάνων οὐδα- ϰεϰτημένῳ ὑπηρετεῖν δύνανται· οὔτε γὰρ αὐ- χωρὶς αὐλῶν οὔτε ψάλλειν ἄνευ λύρας οὔτε ἄνευ ἵππου· αὕτη δὲ οὕτως ἐστὶν ἀγαθὴ ϰαὶ τῷ τεχνίτῃ, ὥστε ὑπάρχει ϰαὶ μηδὲν ἔχοντι ῆσθαι αὐτῇ.

17. Tum reliquæ artes sine instrumentis nullo modo ministrare possunt artifici; neque enim tibiis canere licet sine tibiis, neque psallere sine lyra, neque sine equo equitare: hæc vero ita commoda, ita non gravis artifici, ut etiam nihil armorum habens uti ea possit.

αὶ ὡς ἔοιϰεν ἄλλας τέχνας μανθάνομεν μισθὸν ταύτην δὲ λαμβάνοντες.

18. Deinde, ut constat, ceteras artes discimus mercede data; hanc accepta.

Ετι τῶν μὲν ἄλλων τεχνῶν εἰσι διδάσϰαλοί

19. Insuper ceterarum artium quidam sunt magistri; pa-

τινες, τῆς δὲ παρασιτικῆς οὐδείς, ἀλλ' ὥσπερ ἡ ποιητικὴ κατὰ Σωκράτη καὶ αὕτη θείᾳ τινὶ μοίρᾳ παραγίγνεται.

20. Κἀκεῖνο δὴ σκόπει, ὅτι τὰς μὲν ἄλλας τέχνας ὁδεύοντες ἢ πλέοντες οὐ δυνάμεθα διαπράττεσθαι, ταύτῃ δέ ἐστι χρῆσθαι καὶ ἐν ὁδῷ καὶ πλέοντι.

21. ΤΥΧ. Πάνυ μὲν οὖν.

ΠΑΡ. Καὶ μέντοι, ὦ Τυχιάδη, αἱ μὲν ἄλλαι τέχναι δοκοῦσί μοι ταύτης ἐπιθυμεῖν, αὕτη δὲ οὐδεμιᾶς ἑτέρας.

ΤΥΧ. Τί δέ, οὐχ οἱ τὰ ἀλλότρια λαμβάνοντες ἀδικεῖν σοι δοκοῦσι;

ΠΑΡ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΤΥΧ. Πῶς οὖν ὁ παράσιτος τὰ ἀλλότρια λαμβάνων οὐκ ἀδικεῖ μόνος;

ΠΑΡ. Οὐκ ἔχω λέγειν.

22. Καὶ μὴν τῶν ἄλλων τεχνῶν αἱ ἀρχαὶ φαῦλαί τινες καὶ εὐτελεῖς εἰσι, τῆς δὲ παρασιτικῆς ἡ ἀρχὴ πάνυ γενναία τις· τὸ γὰρ θρυλούμενον τοῦτο τῆς φιλίας ὄνομα οὐκ ἂν ἄλλο τι εὕροις ἢ ἀρχὴν παρασιτικῆς.

ΤΥΧ. Πῶς λέγεις;

ΠΑΡ. Ὅτι οὐδεὶς ἐχθρὸν ἢ ἀγνῶτα ἄνθρωπον ἀλλ' οὐδὲ συνήθη μετρίως ἐπὶ δεῖπνον καλεῖ, ἀλλὰ δεῖ πρότερον οἶμαι τοῦτον γενέσθαι φίλον, ἵνα κοινωνήσῃ σπονδῶν καὶ τραπέζης καὶ τῶν τῆς τέχνης ταύτης μυστηρίων. Ἐγὼ γοῦν πολλάκις ἤκουσά τινων λεγόντων, ποταπὸς δὲ οὗτος ὁ φίλος ὅστις οὔτε βέβρωκεν οὔτε πέπωκε μεθ' ἡμῶν, δῆλον ὅτι τὸν συμπίνοντα καὶ συνεσθίοντα μόνον πιστὸν φίλον ἡγουμένων.

23. Ὅτι γε μὴν ἡ βασιλικωτάτη τῶν τεχνῶν ἐστιν αὕτη, μάθοις ἂν καὶ ἐκ τοῦδε οὐχ ἥκιστα· τὰς μὲν γὰρ λοιπὰς τέχνας οὐ μόνον κακοπαθοῦντες καὶ ἱδροῦντες, ἀλλὰ νὴ Δία καθήμενοι καὶ ἑστῶτες ἐργάζονται ὥσπερ ἀμέλει δοῦλοι τῶν τεχνῶν, ὁ δὲ παράσιτος μεταχειρίζεται τὴν αὑτοῦ τέχνην ὡς βασιλεὺς κατακείμενος.

24. Ἐκεῖνα μὲν γὰρ τί δεῖ λέγειν περὶ τῆς εὐδαιμονίας αὐτοῦ, ὅτι δὴ μόνος κατὰ τὸν σοφὸν Ὅμηρον « οὔτε φυτεύει χερσὶ φυτὸν οὔτε ἀροῖ, ἀλλὰ τά γ' ἄσπαρτα καὶ ἀνήροτα πάντα » νέμεται;

25. Καὶ μὴν ῥήτορά τε καὶ γεωμέτρην καὶ χαλκέα οὐδὲν κωλύει τὴν ἑαυτοῦ τέχνην ἐργάζεσθαι ἐάν τε πονηρὸς ἐάν τε καὶ μωρὸς ᾖ, παρασιτεῖν δὲ οὐδεὶς δύναται ἢ μωρὸς ὢν ἢ πονηρός.

ΤΥΧ. Παπαῖ, οἷον χρῆμα ἀποφαίνῃ τὴν παρασιτικήν· ὥστε καὶ αὐτὸς ἤδη βούλεσθαι δοκῶ μοι παράσιτος εἶναι ἀντὶ τούτου ὅς εἰμι.

26. ΠΑΡ. Ὡς μὲν τοίνυν κοινῇ πάντων διαφέρει, δεδεῖχθαί μοι δοκῶ. Φέρε δὲ ὡς καὶ κατ' ἰδίαν ἑκάστης διαφέρει, σκοπῶμεν. Τὸ μὲν δὴ ταῖς βαναύσοις τέχναις παραβάλλειν αὐτὴν ἀνόητόν ἐστι, καὶ μᾶλλόν πως καθαιροῦντος τὸ ἀξίωμα τῆς τέχνης. Ὅτι γε μὴν τῶν καλλίστων καὶ μεγίστων τεχνῶν διαφέρει δεικτέον. Ὡμολόγηται δὴ πρὸς πάντων τήν τε ῥητορικὴν καὶ τὴν φιλοσοφίαν, ἃς διὰ γενναιότητα καὶ ἐπιστήμας ἀπο-

rasiticæ autem nullus : sed quemadmodum poetica, auctore Socrate, ita hæc quoque divina quadam sorte contingit.

20. Etiam illud mihi considera, quod reliquas artes, dum iter facimus aut navigamus, non possumus exercere; hac in via etiam et naviganti licet uti.

21. TYCH. Utique.

PAR. Verum etiam, Tychiade, videntur mihi hanc appetere artes reliquæ, hæc aliam nullam.

TYCH. Quid vero? nonne qui aliena sumunt injuste agere tibi videntur?

PAR. Quidni?

TYCH. Quomodo igitur parasitus, sumens aliena, solus injuste non agit?

PAR. Non habeo quod dicam.

22. Verum reliquarum artium contemnenda quædam ac vilia sunt initia; parasiticæ vero origo plane generosa : illud enim tritum amicitiæ nomen non aliud invenies quam parasiticæ initium.

TYCH. Quid ita?

PAR. Quia nemo inimicum aut ignotum hominem, imo neque mediocriter modo familiarem vocat ad cœnam : sed oportet, puto, hunc prius amicum fieri, ut particeps fiat libationum et mensæ, et artis hujus mysteriorum. Equidem sæpe audivi dicentes, Qualis autem hic sit amicus, qui neque comedit neque bibit nobiscum! ut qui putarent videlicet solum qui una bibat atque cibum una capiat, fidelem amicum.

23. Hanc vero maxime regiam esse artium, etiam hinc non minimum intelligas. Reliquas artes enim non cum molestia tantum et sudore exercent, sed, per Jovem, sedentes atque stantes, nempe velut servi artium : at parasitus suam artem tractat accumbens velut rex.

24. Illa enim quid dicere attinet de illius felicitate, quod solus, ut docti Homeri verbis utar, « nec plantat manibus plantam, nec arat; sed sine semine aratroque » depascitur omnia?

25. Ceterum rhetorem et geometram et fabrum nihil prohibet artem exercere suam, etsi malus sit vel adeo stultus : parasitari autem nemo potest, qui vel stultus sit, vel malus.

TYCH. Vah quantam rem ostendis esse parasiticam. Itaque ipse mihi jam videor velle parasitus fieri pro eo qui sum.

26. PAR. Quantum ergo communiter omnibus præstet artibus, ostendisse mihi videor. Age vero etiam, quantum singulatim unaquaque sit præstantior, consideremus. Ac sellulariis quidem artibus illam conferre, insanum fuerit, et potius illius qui destruere dignitatem artis velit. Sed quantum maximis pulcherrimisque præstet artibus, ostendendum. Jam in confesso est apud omnes, rhetoricam et philosophiam, quas propter præstantiam etiam scientias

αίνονταί τινες, * * * * ἐπειδὰν οὖν καὶ τούτων ἀπο-είξω τὴν παρασιτικὴν πολὺ κρατοῦσαν, δῆλον ὅτι τῶν λλων τεχνῶν δόξει προφερεστάτη καθάπερ ἡ Ναυσι-άα τῶν θεραπαινίδων.

27. Κοινῇ μὲν οὖν ἀμφοῖν διαφέρει καὶ τῆς ῥητορι-ῆς καὶ τῆς φιλοσοφίας, πρῶτον κατὰ τὴν ὑπόστασιν· μὲν γὰρ ὑφέστηκεν, αἱ δὲ οὔ· οὔτε γὰρ τὴν ῥητορι-ὴν ἕν τι καὶ τὸ αὐτὸ νομίζομεν, ἀλλ' οἱ μὲν τέχνην, οἱ ὲ τοὐναντίον ἀτεχνίαν, ἄλλοι δὲ κακοτεχνίαν, ἄλλοι δὲ λλο τι· ὁμοίως δὲ καὶ τὴν φιλοσοφίαν κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ σαύτως ἔχουσαν, ἑτέρως μὲν γὰρ Ἐπικούρῳ δοκεῖ τὰ ράγματα ἔχειν, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Στοᾶς, ἑτέ-ως δὲ τοῖς ἀπὸ τῆς Ἀκαδημείας, ἑτέρως δὲ τοῖς ἀπὸ οῦ Περιπάτου, καὶ ἁπλῶς ἄλλος ἄλλην ἀξιοῖ τὴν φι-οσοφίαν εἶναι· καὶ μέχρι γε νῦν οὔτε οἱ αὐτοὶ γνώ-ης κρατοῦσιν οὔτε αὐτῶν ἡ τέχνη μία φαίνεται. Ἐξ ν δῆλον ὅ τι τεκμαίρεσθαι καταλείπεται. Ἀρχὴν γάρ ημι μηδὲ εἶναι τέχνην ἧς οὐκ ἔστιν ὑπόστασις. Ἐπεὶ ί δή ποτε; ἀριθμητικὴ μὲν μία ἐστὶ καὶ ἡ αὐτὴ καὶ ὶς δύο παρά τε ἡμῖν καὶ παρὰ Πέρσαις τέτταρά ἐστι αὶ συμφωνεῖ ταῦτα καὶ παρὰ Ἕλλησι καὶ βαρβάροις, ιλοσοφίας δὲ πολλὰς καὶ διαφόρους ὁρῶμεν καὶ οὔτε ὰς ἀρχὰς οὔτε τὰ τέλη σύμφωνα πασῶν.

ΤΥΧ. Ἀληθῆ λέγεις· μίαν μὲν γὰρ τὴν φιλοσοφίαν ἶναι λέγουσιν, αὐτοὶ δὲ αὐτὰς ποιοῦσι πολλάς.

28. ΠΑΡ. Καὶ μὴν τὰς μὲν ἄλλας τέχνας, εἰ καί ι κατὰ ταύτας ἀσύμφωνον εἴη, καὶ παρέλθοι τις συγ-νώμης ἀξιώσας, ἐπεὶ μέσαι τε δοκοῦσι καὶ αἱ κατα-λήψεις αὐτῶν οὐκ εἰσὶν ἀμετάπτωτοι, προσδεκτέος ἂν ἴη· φιλοσοφίαν δὲ τίς ἂν [ἀναγκαίαν] ἀνάσχοιτο μὴ ίαν εἶναι καὶ μηδὲ σύμφωνον αὐτὴν ἑαυτῇ μᾶλλον ῶν ὀργάνων; μία μὲν οὖν οὐκ ἔστι φιλοσοφία, ἐπειδὴ ρῶ καὶ ἄπειρον οὖσαν· πολλαὶ δὲ οὐ δύνανται εἶναι, πειδήπερ ἡ φιλοσοφία μία.

29. Ὁμοίως δὲ καὶ περὶ τῆς ὑποστάσεως τῆς ῥητο-ικῆς ταῦτα φαίη τις ἄν· τὸ γὰρ περὶ ἑνὸς προκειμένου αὐτὰ μὴ λέγειν ἅπαντας, ἀλλὰ μάχην εἶναι φορᾶς ἀντιδόξου, ἀπόδειξις μεγίστη τοῦ μηδὲ τὴν ἀρχὴν εἶναι οὗτο οὗ μία κατάληψις οὐκ ἔστι· τὸ γὰρ ζητεῖν τὸ, τί μᾶλλον αὐτῶν ἐστι, καὶ τὸ μηδέποτε ὁμολογεῖν μίαν εἶναι, τοῦτο αὐτὴν ἀναιρεῖ τοῦ ζητουμένου τὴν οὐσίαν.

30. Ἡ μέντοι παρασιτικὴ οὐχ οὕτως ἔχει, ἀλλὰ καὶ ἐν Ἕλλησι καὶ βαρβάροις μία ἐστὶ καὶ κατὰ ταὐτὰ καὶ ὡσαύτως, καὶ οὐκ ἂν εἴποι τις ἄλλως μὲν τούσδε, ἑτέ-ρως δὲ τούσδε παρασιτεῖν, οὐδέ εἰσιν ὡς ἔοικε παράσιτοί τινες οἷον Στωϊκοὶ ἢ Ἐπικούρειοι δόγματα ἔχοντες διάφορα, ἀλλὰ πᾶσι πρὸς ἅπαντας ὁμολογία τίς ἐστι καὶ συμφωνία τῶν ἔργων καὶ τοῦ τέλους. Ὥστε ἔμοιγε δοκεῖ ἡ παρασιτικὴ κινδυνεύειν κατά γε τοῦτο καὶ σοφία εἶναι.

31. ΤΥΧ. Πάνυ μοι δοκεῖς ταῦτα ἱκανῶς εἰρηκέναι. Ὡς δὲ καὶ τὰ ἄλλα χείρων ἐστὶν ἡ φιλοσοφία τῆς σῆς τέχνης, πῶς ἀποδεικνύεις;

ΠΑΡ. Οὐκοῦν ἀνάγκη πρῶτον εἰπεῖν ὅτι φιλοσο-

quidam dicunt,**** Si igitur his quoque longe potiorem esse parasiticam ostendero, sine dubio nimirum reliquarum quoque artium eminentissima, ut inter famulas Nausicaa, videbitur.

27. Ergo communiter quidem ambabus præstat, et rhetoricæ et philosophiæ, primo ob id ipsum, quod in rerum natura adest : nam de hac constat, de istis non item. Neque enim rhetoricen unum idemque putamus omnes; sed quidam artem, alii contra ea inertiam, alii vero maleficium, alii aliud : similiter philosophiam quoque, quæ eodem se modo atque æqualiter habet : aliter enim se res habere videntur Epicuro, aliter vero Stoicis, aliter Academicis, aliter denique Peripateticis; simpliciterque aliam alius putat esse philosophiam : atque in hunc certe diem neque in eadem sententia iidem manent, neque ars illorum una esse videtur. Ex his nempe apparet quid conjicere relinquatur. Neque enim omnino artem esse dico, quam ne esse quidem certum sit. Nam quid tandem? arithmetica una est et eadem, et bis duo apud nos pariter et apud Persas sunt quattuor, et convenit de his inter Græcos pariter et barbaros : philosophias vero multas ac diversas videmus, et neque principia omnium neque fines consentire.

TYCH. Vera dicis : nam unam quidem esse dicunt philosophiam; ipsi vero illas faciunt multas.

28. PAR. Verum artes reliquas, si quid etiam in iis sit parum consentiens, et hoc prætereat aliquis, venia dignum censens, eo quod mediæ cujusdam ancipitisque videantur naturæ, neque omnis erroris expertes illarum perceptiones, ille sane audiendus fuerit : philosophiam vero quis ferre possit non unam esse, neque magis inter se consonare quam diversi generis instrumenta musica? Jam una quidem non est philosophia; infinitam enim esse video : multæ autem non possunt esse, quandoquidem una est, si est philosophia. (Ergo nulla est.)

29. Similiter de eo, utrum sit rhetorice, hæc eadem aliquis dixerit. Quod enim de uno argumento proposito non eadem dicunt omnes, sed pugna est euntium in diversa sententiarum, ex hoc ipso maxime demonstratur, plane non esse in rerum natura illud cujus una non sit perceptio. Quod enim disputatur, quid eorum potius illud sit, et nunquam in uno aliquo convenitur; illud ipsam tollit ejus, de quo quæritur, substantiam.

30. Verum non ita se habet parasitica : sed inter Græcos pariter ac barbaros una est, et circa eadem eodem modo versatur : neque est ut dicat quisquam, aliter hos, aliter vero illos parasitari; neque sunt, ut videtur, in parasitis quidam velut Stoici aut Epicurei decreta habentes diversa, sed omnibus respectu omnium est consensus aliquis et convenientia actionum pariter ac finis. Itaque, quantum mihi videtur, parasitica fortasse hoc respectu etiam sapientia fuerit.

31. TYCH. Satis omnino de his dixisse mihi videris. Verum quantum ad reliqua etiam deteriorem esse tua arte philosophiam, quomodo demonstras?

PAR. Igitur illud primum dicendum est : philosophiam

φίας μὲν οὐδέποτε ἠράσθη παράσιτος, παρασιτικῆς δὲ πάμπολλοι ἐπιθυμήσαντες μνημονεύονται φιλόσοφοι, καὶ μέχρι νῦν γε ἐρῶσι.

ΤΥΧ. Καὶ τίνας ἂν εἰπεῖν ἔχοις φιλοσόφους παρασιτεῖν σπουδάσαντας;

ΠΑΡ. Οὕστινας μέντοι, ὦ Τυχιάδη; οὓς καὶ σὺ γιγνώσκων ὑποκρίνῃ ἀγνοεῖν κἀμὲ ὥς τινος αὐτοῖς αἰσχύνης ἐντεῦθεν γιγνομένης, οὐχὶ τιμῆς.

ΤΥΧ. Οὐ μὰ τὸν Δία, ὦ Σίμων, ἀλλὰ καὶ σφόδρα ἀπορῶ οὕστινας καὶ εὕρῃς εἰπεῖν.

ΠΑΡ. Ὦ γενναῖε, σύ μοι δοκεῖς ἀνήκοος εἶναι καὶ τῶν ἀναγραψάντων τοὺς ἐκείνων βίους, ἐπεὶ πάντως ἂν καὶ ἐπιγνῶναι οὕστινας λέγω δύναιο.

ΤΥΧ. Καὶ μέντοι νὴ τὸν Ἡρακλέα ποθῶ δὴ ἀκούειν τίνες εἰσίν.

ΠΑΡ. Ἐγώ σοι δείξω καὶ καταλέξω αὐτοὺς ὄντας οὐχὶ τοὺς φαύλους, ἀλλ' ὧν ἐγὼ δοκῶ τοὺς ἀρίστους καὶ οὓς ἥκιστα οἴει.

32. Αἰσχίνης μέντοι ὁ Σωκρατικός, οὗτος ὁ τοὺς μακροὺς καὶ ἀστείους διαλόγους γράψας, ἧκέ ποτε εἰς Σικελίαν κομίζων αὐτούς, εἴ πως δύναιτο δι' αὐτῶν γνωσθῆναι Διονυσίῳ τῷ τυράννῳ, καὶ τὸν Μιλτιάδην ἀναγνοὺς καὶ δόξας ηὐδοκιμηκέναι λοιπὸν ἐκάθητο ἐν Σικελίᾳ παρασιτῶν Διονυσίῳ καὶ ταῖς Σωκράτους διατριβαῖς ἐρρῶσθαι φράσας.

33. Τί δέ, καὶ Ἀρίστιππος ὁ Κυρηναῖος οὐχὶ τῶν δοκίμων φαίνεταί σοι φιλοσόφων;

ΤΥΧ. Καὶ πάνυ.

ΠΑΡ. Καὶ οὗτος μέντοι κατὰ τὸν αὐτὸν χρόνον διέτριβεν ἐν Συρακούσαις παρασιτῶν Διονυσίῳ. Πάντων γοῦν ἀμέλει τῶν παρασίτων αὐτὸς ηὐδοκίμει παρ' αὐτῷ· καὶ γὰρ ἦν πλέον τι τῶν ἄλλων εἰς τὴν τέχνην εὐφυής, ὥστε τοὺς ὀψοποιοὺς ὁσημέραι ἔπεμπε παρὰ τοῦτον ὁ Διονύσιος ὥς τι παρ' αὐτοῦ μαθησομένους. Οὗτος μέντοι δοκεῖ καὶ κοσμῆσαι τὴν τέχνην ἀξίως.

34. Ὁ δὲ Πλάτων ὑμῶν ὁ γενναιότατος καὶ αὐτὸς μὲν ἧκεν ἐς Σικελίαν ἐπὶ τούτῳ, καὶ ὀλίγας παρασιτήσας ἡμέρας τῷ τυράννῳ τοῦ παρασιτεῖν ὑπὸ ἀφυΐας ἐξέπεσε, καὶ πάλιν Ἀθήναζε ἀφικόμενος καὶ φιλοπονήσας καὶ παρασκευάσας ἑαυτὸν αὖθις δευτέρῳ στόλῳ ἐπέπλευσε τῇ Σικελίᾳ καὶ δειπνήσας πάλιν ὀλίγας ἡμέρας ὑπὸ ἀμαθίας ἐξέπεσε· καὶ αὕτη ἡ συμφορὰ Πλάτωνι περὶ Σικελίαν ὁμοία δοκεῖ γενέσθαι τῇ Νικίου.

ΤΥΧ. Καὶ τίς, ὦ Σίμων, περὶ τούτου λέγει;

35. ΠΑΡ. Πολλοὶ μὲν καὶ ἄλλοι, Ἀριστόξενος δὲ ὁ μουσικός, πολλοῦ λόγου ἄξιος. Εὐριπίδης μὲν γὰρ ὅτι Ἀρχελάῳ μέχρι τοῦ θανάτου παρεσίτει καὶ Ἀνάξαρχος Ἀλεξάνδρῳ πάντως ἐπίστασαι.

36. Καὶ Ἀριστοτέλης δὲ τῆς παρασιτικῆς ἤρξατο μόνον ὥσπερ καὶ τῶν ἄλλων τεχνῶν, καὶ αὐτὸς δὲ παράσιτος Νηλέως ἦν.

37. Φιλοσόφους μὲν οὖν, ὥσπερ ἦν, παρασιτεῖν σπουδάσαντας ἔδειξα· παράσιτον δὲ οὐδεὶς ἔχει φράσαι φιλοσοφεῖν ἐθελήσαντα.

nemo unquam parasitus adamavit; parasiticam vero appetiisse multi memorantur philosophi, et in hunc diem appetunt.

TYCH. Et quos dicere possis philosophos parasitandi studiosos?

PAR. Quosnam vero, Tychiade? eos quos tu quum bene noris, ignorare me quoque simulas, velut turpitudo quædam illis inde, non honos accedat.

TYCH. Non, ita me Jupiter, Simo: sed vehementer hæreo nec quos tu inveneris habeo dicere.

PAR. Videris mihi, vir optime, non legisse vel eos qui vitas illorum scripsere: alioquin omnino posses, quos dicam, agnoscere.

TYCH. Verum cupio, mehercules, audire qui sint.

PAR. Ego tibi ostendam et recensebo, eosque non viles, sed eorum, quos ego philosophos arbitror, præstantissimos, et quos tu minime putes.

32. Igitur Æschines quidem Socraticus, ille qui longos illos urbanosque dialogos scripsit, venit quondam, secum illos ferens, in Siciliam, si qua per illos posset Dionysio tyranno innotescere, lectoque Miltiade, quum probatus videretur, reliquo tempore in Sicilia, parasitans Dionysio, desedit, longum valere jussis Socratis disputationibus.

33. Quid vero, Aristippus Cyrenæus non de nobilibus tibi videtur philosophis?

TYCH. De nobilissimis.

PAR. Verum hic etiam eodem tempore versabatur Syracusis parasitans Dionysio. Quin omnium ipse parasitorum princeps apud illum audiebat: erat etenim præter ceteros ingenio ad eam artem apto; adeo ut coquos ad ipsum quotidie mitteret Dionysius, ab eo qui aliquid discerent. Atque hic etiam, prout dignum erat, ornasse artem videtur.

34. At Plato ille vester præstantissimus venit et ipse quidem hoc consilio in Siciliam; quum vero paucis diebus parasitatus tyranno fuisset, illa parasitatione, quod satis ad eam ingenii non haberet, excidit: atque Athenas regressus, ubi multo se labore ad eam rem paraverat, altero cursu denuo navigavit in Siciliam, cœnatusque paucos dies, propter inscitiam excidit: similisque videtur illa, quæ Platoni in Sicilia evenit, calamitas cladi ad eandem Niciæ.

TYCH. Et quis, Simo, hac de re narrat?

35. PAR. Quum alii multi, tum Aristoxenus musicus, vir maxime commemorabilis. Jam Euripidem Archelao ad mortem usque parasitatum esse, et Anaxarchum Alexandro, omnino nosti.

36. Aristoteles vero inchoavit tantum, ut reliquas artes, ita et parasiticam: erat autem et ipse parasitus Nelei.

37. Ergo philosophos, ut res est, parasiticæ vitæ operam dantes ostendi: parasitum vero nemo dicere potest philosophari qui voluerit.

ὶ μέντοι εἰ ἔστιν εὔδαιμον τὸ μὴ πεινῆν μηδὲ
ὲ ῥιγοῦν, ταῦτα οὐδενὶ ἄλλῳ ὑπάρχει ἢ πα-
Ὥστε φιλοσόφους μὲν ἄν τις πολλοὺς καὶ
καὶ πεινῶντας εὕροι, παράσιτον δὲ οὔ· ἢ οὐκ
ράσιτος, ἀλλὰ δυστυχής τις ἢ πτωχὸς ἄνθρω-
σόφῳ ὅμοιος.

ΓΧ. Ἱκανῶς ταῦτά γε. Ὅτι δὲ κατὰ πολλὰ
ιλοσοφίας καὶ ῥητορικῆς ἡ παρασιτικὴ πῶς
ις;

Εἰσὶν, ὦ βέλτιστε, καιροὶ τοῦ τῶν ἀνθρώπων
ν τις εἰρήνης, οἶμαι, ὁ δ' αὖ πολέμου· ἐν δὴ
σα ἀνάγκη φανερὰς γίγνεσθαι τὰς τέχνας καὶ
ας ταύτας ὁποῖοί τινές εἰσι. Πρότερον δὲ, εἰ
ρπώμεθα τὸν τοῦ πολέμου καιρὸν, καὶ τίνες
λιστα χρησιμώτατοι ἰδίᾳ τε ἕκαστος αὑτῷ καὶ
τόλει.

Οὐ μέτριον ἀγῶνα καταγγέλλεις τῶν ἀνδρῶν·
πάλαι γελῶ κατ' ἐμαυτὸν ἐννοῶν ποῖος ἂν εἴη
μενος παρασίτῳ φιλόσοφος.

ΑΡ. Ἵνα τοίνυν μὴ πάνυ θαυμάζῃς μηδὲ τὸ
οκῇ σοι χλεύης ἄξιον, φέρε προτυπωσώμεθα
αὐτοῖς ἠγγέλθαι μὲν αἰφνίδιον εἰς τὴν χώραν
ἔναι πολεμίους, εἶναι δὲ ἀνάγκην ἐπεξιέναι
ριορᾶν ἔξω δῃουμένην τὴν γῆν, τὸν στρατηγὸν
γέλλειν ἅπαντας εἰς τὸν κατάλογον τοὺς ἐν
αὶ δὴ χωρεῖν τοὺς ἄλλους, ἐν δὲ δὴ τούτοις
ς τινὰς καὶ ῥήτορας καὶ παρασίτους. Πρῶτον
δύσωμεν αὐτούς· ἀνάγκη γὰρ τοὺς μέλλοντας
ι γυμνοῦσθαι πρότερον. Θεῶ δὴ τοὺς ἄνδρας,
, καθ' ἕκαστον καὶ δοκίμαζε τὰ σώματα.
τοίνυν αὐτῶν ὑπὸ ἐνδείας ἴδοις ἂν λεπτοὺς
ς πεφρικότας ὥσπερ ἤδη τραυματίας παρει-
γῶνα μὲν γὰρ καὶ μάχην σταδιαίαν καὶ ὠθι-
κόνιν καὶ τραύματα μὴ γελοῖον ᾖ λέγειν δύνα-
ιν ἀνθρώπους ὥσπερ ἐκείνους τινὸς δεομένους
ς.

θρει δὲ πάλιν μεταβὰς τὸν παράσιτον ὁποῖός
αι. Ἆρ' οὐχ ὁ μὲν τὸ σῶμα πρῶτον πολὺς
ῶμα ἡδὺς, οὐ μέλας δὲ οὐδὲ λευκός — τὸ μὲν
κὶ, τὸ δὲ δούλῳ προσέοικεν — ἔπειτα θυμο-
νὸν βλέπων ὁποῖον ἡμεῖς, μέγα καὶ ὕφαιμον;
λὸν δεδοικότα καὶ θῆλυν ὀφθαλμὸν εἰς πόλε-
ν. Ἆρ' οὐχ ὁ τοιοῦτος καλὸς μὲν γένοιτ' ἂν
πλίτης, καλὸς δὲ καὶ εἰ ἀποθάνοι καλῶς;

λλὰ τί δεῖ ταῦτα εἰκάζειν ἔχοντας αὐτῶν πα-
τα; ἁπλῶς γὰρ εἰπεῖν, ἐν πολέμῳ τῶν πώποτε
ἢ φιλοσόφων οἱ μὲν οὐδὲ ὅλως ὑπέμειναν ἔξω
ς προελθεῖν, εἰ δέ τις καὶ ἀναγκασθεὶς παρε-
ημὶ τοῦτον λείψαντα τὴν τάξιν ὑποστρέφειν.

Ὡς θαυμάσια πάντα καὶ οὐδὲν ὑπισχνῇ μέ-
έγε δὲ ὅμως.

Τῶν μὲν τοίνυν ῥητόρων Ἰσοκράτης οὐχ
πόλεμον ἐξῆλθέ ποτε, ἀλλ' οὐδ' ἐπὶ δικαστή-
, διὰ δειλίαν, οἶμαι, ὅτι οὐδὲ τὴν φωνὴν διαρ-

38. Jam si beatum est non esurire, neque sitire, neque rigere; hæc nulli adsunt alii nisi parasito. Itaque philosophos quidem aliquis multos et rigentes inveniat et esurientes : parasitum vero non inveniat; aut ille non fuerit parasitus, sed infelix aliquis aut mendicus mortalis, aut philosopho similis.

39. TYCH. Satis ista. Sed multum etiam præstare philosophiæ ac rhetoricæ parasiticam, quomodo monstras?

PAR. Sunt, vir optime, tempora vitæ hominum, alterum pacis, arbitror, alterum rursus belli : in hisce vero necesse omnino est manifestas fieri artes earumque professores, cujusmodi sint. Prius autem, si videtur, consideremus tempus belli, et quales maxime videantur tum privatim sibi, tum rei publicæ utilissimi.

TYCH. Non mediocre certamen virorum denuncias : et dudum intra me rideo equidem, qualis futurus sit collatus parasito philosophus.

40. PAR. Ut igitur non nimis admireris, neu ludibrio tibi digna res videatur, age apud animum ipsi nostrum fingamus, nunciatum esse subito hostes irruptionem in patriam nostram fecisse, necessitatem autem postulare ut contra ipsos erumpamus, neque agros vastari extra patiamur; imperatorem porro ad numeros vocare quicumque militari sunt ætate, et venire sane reliquos, in his vero etiam philosophos quosdam et rhetoras, et parasitos. Primo igitur illos exuamus : oportet enim qui armandi sunt prius nudari. Inspice vero viros, o bone, singulatim, et proba corpora. Partem igitur illorum præ indigentia videbis tenues et pallidos, horridos denique, quasi jam saucios in acie relictos : certamen enim et pugnam statariam, et impressionem, et pulverem, et vulnera vide ne ridiculum fuerit dicere perferre posse homines, quales illi sunt, refectione aliqua indigentes.

41. Vide autem in alteram partem transgressus parasitum, qualis appareat. Nonne iste multum primo corporis habet, et colore est jucundo, neque niger neque albus (quorum alterum mulieri, servo alterum convenit), deinde animosus, vultu, ut nos, minaci, elato et sanguine repleto? non enim honestum est oculum timidum et effeminatum ferre in pugnam. Nonne talis et pulcher fuerit dum vivet miles, et pulcher, si pulchre moriatur?

42. Sed quid opus est conjecturis ista effingere, quum ipsarum rerum habeamus exempla? ut enim simpliciter dicam, in bello, quicumque usquam fuerunt rhetores vel philosophi, vel plane non sunt ausi extra muros procedere; si vero quis etiam coactus in aciem prodiit, hunc aio ordinibus desertis refugisse.

TYCH. Ut mira omnia, et mediocre nihil promittis ! Dic tamen.

PAR. E rhetoribus ergo Isocrates tantum abest ut in prælium progressus unquam sit, ut ne in tribunal quidem escenderit, præ timiditate, opinor, quia vel voce destituebatur.

κοῦσαν εἶχε. Τί ἔτι; οὐχὶ Δημάδης μὲν καὶ Αἰσχίνης καὶ Φιλοκράτης ὑπὸ δέους εὐθὺς τῇ καταγγελίᾳ τοῦ Φιλίππου πολέμου τὴν πόλιν προὔδοσαν καὶ σφᾶς αὐτοὺς τῷ Φιλίππῳ καὶ διετέλεσαν Ἀθήνησιν ἀεὶ τὰ ἐκείνου πολιτευόμενοι; ὡς εἴ γε καὶ ἄλλος τις Ἀθηναῖος κατὰ ταὐτὰ ἐπολέμει, κἀκεῖνος ἐν αὐτοῖς ἦν φίλος. Ὁ Ὑπερίδης δὲ καὶ Δημοσθένης καὶ Λυκοῦργος, οἵ γε δοκοῦντες ἀνδρειότεροι κἂν ταῖς ἐκκλησίαις ἀεὶ θορυβοῦντες καὶ λοιδορούμενοι τῷ Φιλίππῳ, τί ποτε ἀπειργάσαντο γενναῖον ἐν τῷ πρὸς αὐτὸν πολέμῳ; καὶ Ὑπερίδης μὲν καὶ Λυκοῦργος οὐδ' ἐξῆλθον, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως ἐτόλμησαν μικρὸν ἔξω παρακῦψαι τῶν πυλῶν, ἀλλ' ἐντειχίδιοι ἐκάθηντο παρ' αὐτοῖς ἤδη πολιορκούμενοι γνωμίδια καὶ προβουλευμάτια συντιθέντες. Ὁ δὲ δὴ κορυφαιότατος αὐτῶν, ὁ ταυτὶ λέγων ἐν ταῖς ἐκκλησίαις συνεχῶς « Φίλιππος γὰρ ὁ Μακεδὼν ὄλεθρος, ὅθεν οὐδὲ ἀνδράποδον πρίαιτό τίς ποτε, » τολμήσας προελθεῖν ἐς τὴν Βοιωτίαν πρὶν ἢ συμμῖξαι τὰ στρατόπεδα καὶ συμβαλεῖν ἐς χεῖρας, ῥίψας τὴν ἀσπίδα ἔφυγεν· ἢ οὐδέπω ταῦτα πρότερον διήκουσας οὐδενὸς πάνυ γνώριμα ὄντα οὐχ ὅπως Ἀθηναίοις, ἀλλὰ Θρᾳξὶ καὶ Σκύθαις, ὅθεν ἐκεῖνο τὸ κάθαρμα ἦν;

43. ΤΥΧ. Ἐπίσταμαι ταῦτα· ἀλλ' οὗτοι μὲν ῥήτορες καὶ λόγους λέγειν ἠσκημένοι, ἀρετὴν δὲ οὔ. Τί δὲ περὶ τῶν φιλοσόφων λέγεις; οὐ γὰρ δὴ τούτους ἔχεις ὥσπερ ἐκείνους αἰτιᾶσθαι.

ΠΑΡ. Οὗτοι πάλιν, ὦ Τυχιάδη, οἱ περὶ τῆς ἀνδρείας ὁσημέραι διαλεγόμενοι καὶ κατατρίβοντες τὸ τῆς ἀρετῆς ὄνομα πολλῷ μᾶλλον τῶν ῥητόρων φανοῦνται δειλότεροι καὶ μαλακώτεροι. Σκόπει δὲ οὕτως. Πρῶτον μὲν οὐκ ἔστιν ὅστις εἰπεῖν ἔχοι φιλόσοφον ἐν πολέμῳ τετελευτηκότα· ἤτοι γὰρ οὐδὲ ὅλως ἐστρατεύσαντο, ἢ εἴπερ ἐστρατεύσαντο, πάντες ἔφυγον. Ἀντισθένης μὲν οὖν καὶ Διογένης καὶ Κράτης καὶ Ζήνων καὶ Πλάτων καὶ Αἰσχίνης καὶ Ἀριστοτέλης καὶ πᾶς οὗτος ὁ ὅμιλος οὐδὲ εἶδον παράταξιν· μόνος δὲ τολμήσας ἐξελθεῖν ἐς τὴν ἐν Δηλίῳ μάχην ὁ σοφὸς αὐτῶν Σωκράτης φεύγων ἐκεῖθεν ἀπὸ τῆς Πάρνηθος ἐς τὴν Ταυρέου παλαίστραν κατέφυγε· πολὺ γὰρ αὐτῷ ἀστειότερον ἐδόκει μετὰ τῶν μειρακυλλίων καθεζόμενον ὀαρίζειν καὶ σοφισμάτια προβάλλειν τοῖς ἐντυγχάνουσιν ἢ ἀνδρὶ Σπαρτιάτῃ μάχεσθαι.

ΤΥΧ. Ὦ γενναῖε, ταῦτα μὲν ἤδη καὶ παρ' ἄλλων ἐπυθόμην, οὐ μὰ Δία σκώπτειν αὐτοὺς καὶ ὀνειδίζειν βουλομένων· ὥστε οὐδέν τί μοι δοκεῖς χαριζόμενος τῇ σεαυτοῦ τέχνῃ καταψεύδεσθαι τῶν ἀνδρῶν.

44. Ἀλλ' εἰ δοκεῖ ἤδη, φέρε καὶ σὺ τὸν παράσιτον ὁποῖός τίς ἐστιν ἐν πολέμῳ λέγε, καὶ εἰ ὅλως λέγεταί παράσιτός τις γενέσθαι τῶν παλαιῶν;

ΠΑΡ. Καὶ μήν, ὦ φιλότης, οὐδεὶς οὕτως ἀνήκοος Ὁμήρου, οὐδ' ἂν πάμπαν ἰδιώτης τύχῃ, ὃς οὐκ ἐπίσταται παρ' αὐτῷ τοὺς ἀρίστους τῶν ἡρώων παρασίτους ὄντας· ὅ τε γὰρ Νέστωρ ἐκεῖνος, οὗ ἀπὸ τῆς γλώττης ὥσπερ μέλι ὁ λόγος ἀπέρρει, αὐτοῦ τοῦ βασιλέως πα-

Quid porro? nonne Demades, et Æschines, et Philocrates præ metu, denunciato Philippi bello, statim et patriam et se ipsos Philippo prodiderunt, manseruntque Athenis sic, ut semper rem publicam ad illius voluntatem tractarent? Itaque si quis etiam Atheniensis alius in illis partibus militaret, ipse quoque inter ipsorum erat amicos. At Hyperides, et Demosthenes, et Lycurgus, qui fortiores videbantur, quique in concionibus tumultus semper ciebant maledicebantque Philippo, quod tandem egregium facinus in bello contra ipsum patrarunt? atque Hyperides quidem et Lycurgus non exierunt, quin ne caput quidem exserere ultra portas ausi sunt, sed intra mœnia desidentes, domi suæ jam obsessi, sententiolas quasdam et consultatiunculas componebant. Sed princeps illorum, qui ista perpetuo dictitaret in concionibus, « Philippus enim Macedo, pestis ista, a quo ne servulum quidem emat aliquis unquam, » progredi ausus in Bœotiam, antequam committerentur acies et ventum ad manus esset, abjecto clypeo fugit. An nunquam ista prius a quoquam audisti, quæ sint notissima non dico Atheniensibus, sed Thracibus ac Scythis, unde purgamentum illud fuit?

43. TYCH. Novi ista. Sed hi rhetores erant et verbis faciendis exercitati, ad virtutem non item. Quid vero ais de philosophis? neque enim sane habes quod hos, quemadmodum illos, accuses.

PAR. Hi rursus, Tychiade, de fortitudine disputantes quotidie, et virtutis nomen conterentes, multo etiam magis timidiores oratoribus apparebunt mollioresque. Considera vero ita. Primo non est qui nominare queat philosophum in prælio mortuum : aut enim plane non militarunt, aut, si militarunt, fugerunt omnes. Antisthenes quidem, et Diogenes, et Crates, et Zeno, et Plato, et Æschines, et Aristoteles, et omnis illa turba, ne viderunt quidem aciem: solus vero ausus progredi in pugnam Deliensem sapiens illorum Socrates, inde a Parnethe fugiens in Taureæ se palæstram abdidit : multo enim illi videbatur urbanius sedentem cum adolescentulis amatorias nugas garrire, et argutiolas objicere in quos incideret, quam cum viro Spartano pugnare.

TYCH. Vir optime, ista jam ex aliis quoque audivi, non profecto irridere volentibus illos, aut maledictis incessere. Itaque non videris mihi quicquam tuæ artis in gratiam contra illos mentiri.

44. Sed si videtur, age jam et tu parasitum, in bello qualem se præstet, dicito; et an omnino antiquorum quisquam parasitus fuisse dicatur?

PAR. Atqui nemo, amice, Homerum eum in medium ignorat, etsi aliarum omnium rerum rudis sit, qui nesciat apud illum præstantissimos heroum parasitos esse: nam et Nestor ille, cujus a lingua mellis instar defluebat oratio, ipsius parasitus regis fuit; et neque Achillem, qui quum

ράσιτος ἦν, καὶ οὔτε τὸν Ἀχιλλέα, ὅσπερ ἐδόκει τε καὶ ἦν τὸ σῶμα γενναιότατος καὶ δικαιότατος, οὔτε τὸν Διομήδην οὔτε τὸν Αἴαντα ὁ Ἀγαμέμνων οὕτως ἐπαινεῖ τε καὶ θαυμάζει ὥσπερ τὸν Νέστορα. Οὐδὲ γὰρ δέκα Αἴαντας εὔχεται γενέσθαι αὐτῷ οὔτε δέκα Ἀχιλλέας· πάλαι δ' ἂν ἑαλωκέναι τὴν Τροίαν, εἰ τοιούτους ὁποῖος ἦν οὗτος ὁ παράσιτος, καίπερ γέρων ὤν, στρατιώτας εἶχε δέκα. Καὶ τὸν Ἰδομενέα τὸν τοῦ Διὸς ἔκγονον παράσιτον Ἀγαμέμνονος ὁμοίως λέγει.

45. ΤΥΧ. Ταῦτα μὲν καὶ αὐτὸς ἐπίσταμαι· οὔπω γε μὴν δοκῶ μοι γιγνώσκειν πῶς δὴ τὼ ἄνδρε τῷ Ἀγαμέμνονι παράσιτοι ἦσαν.

ΠΑΡ. Ἀναμνήσθητι, ὦ γενναῖε, τῶν ἐπῶν ἐκείνων ὧνπερ αὐτὸς ὁ Ἀγαμέμνων πρὸς τὸν Ἰδομενέα λέγει.

ΤΥΧ. Ποίων;

ΠΑΡ. Σὸν δὲ πλεῖον δέπας αἰεὶ
ἕστηχ' ὥσπερ ἐμοὶ πιέειν ὅτε θυμὸς ἀνώγοι.

Ἐνταῦθα γὰρ τὸ αἰεὶ πλεῖον δέπας εἴρηκεν οὐχ ὅτι τὸ ποτήριον διὰ παντὸς πλῆρες εἱστήκει τῷ Ἰδομενεῖ καὶ μαχομένῳ καὶ καθεύδοντι, ἀλλ' ὅτι αὐτῷ δι' ὅλου τοῦ βίου μόνῳ συνδειπνεῖν ὑπῆρχε τῷ βασιλεῖ οὐχ ὥσπερ τοῖς λοιποῖς στρατιώταις πρὸς ἡμέρας τινὰς καλουμένοις. Τὸν μὲν γὰρ Αἴαντα, ἐπεὶ καλῶς ἐμονομάχησε τῷ Ἕκτορι, « εἰς Ἀγαμέμνονα δῖον ἄγον, » φησί, κατὰ τιμὴν ἀξιωθέντα ὀψὲ τοῦ παρὰ τῷ βασιλεῖ δείπνου· ὁ δὲ Ἰδομενεὺς καὶ ὁ Νέστωρ ὁσημέραι συνεδείπνουν τῷ βασιλεῖ, ὡς αὐτός φησι. Νέστωρ δὲ παράσιτός μοι δοκεῖ τῶν βασιλέων μάλιστα τεχνίτης καὶ ἀγαθὸς γενέσθαι· οὐ γὰρ ἐπὶ τοῦ Ἀγαμέμνονος ἄρξασθαι τῆς τέχνης, ἀλλὰ ἄνωθεν ἐπὶ Καινέως καὶ Ἐξαδίου· δοκεῖ δὲ οὐδὲ ἂν παύσασθαι παρασιτῶν, εἰ μὴ ὁ Ἀγαμέμνων ἀπέθανεν.

ΤΥΧ. Οὑτοσὶ μὲν γενναῖος ὁ παράσιτος. Εἰ δὲ καὶ ἄλλους τινὰς οἶσθα, πειρῶ λέγειν.

46. ΠΑΡ. Τί οὖν, ὦ Τυχιάδη, οὐχὶ καὶ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως παράσιτος ἦν, καὶ ταῦτα οὐδενὸς τῶν ἄλλων Ἑλλήνων φαυλότερος οὔτε τὴν ψυχὴν οὔτε τὸ σῶμα νεανίας ὤν; ἐγὼ γὰρ οὐδ' αὐτοῦ μοι δοκῶ τοῦ Ἀχιλλέως τεκμαίρεσθαι τοῖς ἔργοις αὐτοῦ χείρω εἶναι· τόν τε γὰρ Ἕκτορα ῥήξαντα τὰς πύλας καὶ παρὰ ταῖς ναυσὶν εἴσω μαχόμενον οὗτος ἐξέωσε καὶ τὴν Πρωτεσιλάου ναῦν ἤδη καιομένην ἔσβεσε, καίτοι ἐπεβάτευον αὐτῆς οὐχ οἱ φαυλότατοι, ἀλλ' οἱ τοῦ Τελαμῶνος Αἴας τε καὶ Τεῦκρος ὁ μὲν ὁπλίτης ἀγαθός, ὁ δὲ τοξότης. Καὶ πολλοὺς μὲν ἀπέκτεινε τῶν βαρβάρων, ἐν δὲ δὴ τούτοις καὶ Σαρπηδόνα τὸν παῖδα τοῦ Διός, ὁ παράσιτος τοῦ Ἀχιλλέως. Καὶ ἀπέθανε δὲ οὐχὶ τοῖς ἄλλοις ὁμοίως, ἀλλ' αὐτὸν μὲν Ἕκτορα Ἀχιλλεὺς ἀπέκτεινεν, εἷς ἕνα, καὶ αὐτὸν Ἀχιλλέα Πάρις, τὸν δὲ παράσιτον θεὸς καὶ δύο ἄνθρωποι. Καὶ τελευτῶν δὲ φωνὰς ἀφῆκεν οὐχ οἵας ὁ γενναιότατος Ἕκτωρ καὶ προσπίπτων τὸν Ἀχιλλέα καὶ ἱκετεύων ὅπως ὁ νεκρὸς αὐτοῦ τοῖς οἰκείοις ἀποδοθῇ, ἀλλ' οἵας εἰκὸς ἀφεῖναι παράσιτον. Τίνας δὴ ταύτας;

videbatur tum erat et corpore præstantissimus et justissimus, neque Diomedem, neque Ajacem Agamemno ita laudatque et admiratur, velut Nestorem. Neque enim Ajaces decem sibi contingere optat, neque decem Achilles: sed olim ait futurum fuisse ut caperetur Troja, si tales, qualis hic parasitus, senex licet, milites decem habuisset. Idomeneum etiam, Jove natum, parasitum similiter dicit Agamemnonis.

45. TYCH. Ista quidem ipse etiam novi; nondum tamen videor mihi intelligere quomodo duo illi viri parasiti Agamemnonis fuerint.

PAR. Recordare, vir optime, versuum illorum quos ipse Agamemno dicit ad Idomeneum.

TYCH. Quorum?

PAR. Tibi pocula semper
plena stetere, velut mihi, si potare luberet.

Hic enim « plena semper pocula » dixit, non quo poculum perpetuo plenum steterit Idomeneo et pugnanti et dormienti; sed quod ipsi per totam vitam liceret soli cœnare cum rege, non ut reliquis militibus, qui certis modo quibusdam diebus vocarentur. Ajacem enim, solitaria contra Hectorem pugna præclare defunctum, « Ad divum, » ait, « Agamemnona ducunt, » honoris causa cœnæ regis sero adhibitum: Idomeneus vero atque Nestor cœnabant cum rege quotidie, ut ipse ait. Nestor vero parasitus mihi videtur regum maxime artifex et bonus fuisse: nec enim cœpisse artem in Agamemnone, sed superiori tempore in Cæneo et Exadio: videtur autem nec desiturum fuisse parasitari, nisi obivisset Agamemno.

TYCH. Hic quidem præclarus parasitus. Si vero et alios quosdam nosti, tenta dicere.

46. PAR. Quid ergo, Tychiade, nonne etiam Patroclus parasitus Achillis fuit, isque nec ullo ceterorum Græcorum deterior, neque mente neque corpore, quum esset adhuc juvenis? etenim ne ipso quidem illum Achille deteriorem esse, ex operibus illius intelligere mihi videor. Hectorem enim perruptis portis ad naves intra vallum pugnantem hic extrusit, et navem Protesilai jam ardentem restinxit, licet vectores in ea essent non vilissimi, sed Telamonis filii Ajax et Teucer, miles alter egregius, alter sagittator: ac barbarorum quidem interfecit multos, in his vero etiam Sarpedonem Jovis filium, ipse parasitus Achillis: nec sicut alii mortuus est, quum ipsum Hectorem Achilles interfecerit, solum solus, et ipsum Achillem Paris; parasitum vero deus et homines duo. Moriensque voces edidit, non quales Hector fortissimus, qui genibus etiam Achillis advolutus supplicavit ut corpus suum reddatur suis; sed quales convenit emittere parasitum. Quas enim?

Τοιοῦτοι δ' εἴπερ μοι ἐείκοσιν ἀντεβόλησαν,
πάντες κ' αὐτόθ' ὄλοντο ἐμῷ ὑπὸ δουρὶ δαμέντες.

47. ΤΥΧ. Ταῦτα μὲν ἱκανῶς. Ὅτι δὲ μὴ φίλος, ἀλλὰ παράσιτος ἦν ὁ Πάτροκλος τοῦ Ἀχιλλέως, πειρῶ λέγειν.

ΠΑΡ. Αὐτόν, ὦ Τυχιάδη, τὸν Πάτροκλον ὅτι παράσιτος ἦν, λέγοντά σοι παρέξομαι.

ΤΥΧ. Θαυμαστὰ λέγεις.

ΠΑΡ. Ἄκουε τοίνυν αὐτῶν τῶν ἐπῶν·

Μὴ ἐμὰ σῶν ἀπάνευθε τιθήμεναι ὀστέ', Ἀχιλλεῦ,
ἀλλ' ὁμοῦ, ὡς ἐτράφημεν ἐν ὑμετέροισι δόμοισι.

Καὶ πάλιν ὑποβάς, καὶ « νῦν με δεξάμενος, » φησίν, « ὁ Πηλεὺς »

ἔτρεφεν ἐνδυκέως καὶ σὸν θεράποντ' ὀνόμηνε,

τουτέστι παράσιτον εἶχεν. Εἰ μὲν τοίνυν φίλον ἐβούλετο τὸν Πάτροκλον λέγειν, οὐκ ἂν αὐτὸν ὠνόμαζε θεράποντα· ἐλεύθερος γὰρ ἦν ὁ Πάτροκλος. Τίνας τοίνυν λέγει τοὺς θεράποντας, εἰ μήτε τοὺς δούλους μήτε τοὺς φίλους; τοὺς παρασίτους δῆλον ὅτι· ᾗ καὶ τὸν Μηριόνην τοῦ Ἰδομενέως καὶ αὐτὸν θεράποντα ὀνομάζει, οὕτως, οἶμαι, καλουμένων τότε τῶν παρασίτων. Σκόπει δὲ ὅτι καὶ ἐνταῦθα τὸν μὲν Ἰδομενέα Διὸς ὄντα υἱὸν οὐκ ἀξιοῖ λέγειν « ἀτάλαντον Ἄρηϊ, » Μηριόνην δὲ τὸν παράσιτον αὐτοῦ.

48. Τί δέ; οὐχὶ καὶ Ἀριστογείτων δημοτικὸς ὢν καὶ πένης, ὥσπερ Θουκυδίδης φησί, παράσιτος ἦν Ἁρμοδίου; τί δέ; οὐχὶ καὶ ἐραστής; ἐπιεικῶς γὰρ οἱ παράσιτοι καὶ ἐρασταὶ τῶν τρεφόντων εἰσίν. Οὗτος τοίνυν πάλιν ὁ παράσιτος τὴν Ἀθηναίων πόλιν τυραννουμένην εἰς ἐλευθερίαν ἀφείλετο, καὶ νῦν ἕστηκε χαλκοῦς ἐν τῇ ἀγορᾷ μετὰ τῶν παιδικῶν. Οὗτοι μὲν δή, τοιοῦτοι ὄντες μάλα ἀγαθοί, παράσιτοι ἦσαν.

49. Σὺ δὲ ποῖόν τινα εἰκάζεις ἐν πολέμῳ τὸν παράσιτον; οὐχὶ πρῶτον μὲν ὁ τοιοῦτος ἀριστοποιησάμενος ἔξεισιν ἐπὶ τὴν παράταξιν καθάπερ καὶ ὁ Ὀδυσσεὺς ἀξιοῖ; οὐ γὰρ ἀλλ' ὃν ἐν πολέμῳ μάχεσθαί φησιν ἑστιάσει, εἰ καὶ εὐθὺς ἅμα ἕῳ μάχεσθαι δέοι· καὶ ὃν ἄλλοι στρατιῶται χρόνον ὑπὸ δέους ὁ μέν τις ἀκριβῶς ἁρμόζει τὸ κράνος, ὁ δὲ θωράκιον ἐνδύεται, ὁ δὲ αὐτὸ τὸ δεινὸν ὑποπτεύων τοῦ πολέμου τρέμει, οὗτος δὲ ἐσθίει τότε μάλα φαιδρῷ τῷ προσώπῳ καὶ μετὰ τὴν ἔξοδον εὐθὺς ἐν πρώτοις διαγωνίζεται· ὁ δὲ τρέφων αὐτὸν ὄπισθεν ὑποτέτακται τῷ παρασίτῳ, κἀκεῖνος αὐτὸν ὥσπερ ὁ Αἴας τὸν Τεῦκρον ὑπὸ τῷ σάκει καλύπτει, καὶ τῶν βελῶν ἀφιεμένων γυμνώσας ἑαυτὸν τοῦτον σκέπει· βούλεται γὰρ ἐκεῖνον μᾶλλον σώζειν ἢ ἑαυτόν.

50. Εἰ δὲ δὴ καὶ πέσοι παράσιτος ἐν πολέμῳ, οὐκ ἂν ἐπ' αὐτῷ δήπου οὔτε λοχαγὸς οὔτε στρατιώτης αἰσχυνθείη μεγάλῳ τε ὄντι νεκρῷ καὶ ὥσπερ ἐν συμποσίῳ καλῶς κατακειμένῳ. Ὡς ἄξιόν γε φιλοσόφου νεκρὸν ἰδεῖν τούτῳ παρακείμενον, ξηρόν, ῥυπῶντα, μακρὸν πωγώνιον ἔχοντα, προτεθνηκότα τῆς μάχης, ἀσθενῆ

Viginti tales si me contra arma tulissent,
unusquisque mea domitus jacuisset ab hasta.

47. TYCH. Sufficiunt ista. At, non amicum Achillis fuisse Patroclum, sed parasitum, illud tenta dicere.

PAR. Ipsum, Tychiade, Patroclum præbebo tibi dicentem se fuisse parasitum.

TYCH. Mira narras.

PAR. Ipsos ergo audi versus :

Ne mea, Achille, tuis procul ossibus ossa recondе,
verum una, ut vestris una sumus ædibus alti.

Et rursus paullo post, « Hic me susceptum, » inquit, « Peleus. »

et studiose aluit, jussitque tibi esse ministrum,

hoc est, parasitum. Si enim amicum voluisset dicere Patroclum, non nominasset ministrum; liber enim erat Patroclus. Quos ergo vocat ministros, si neque servos, neque amicos? nempe parasitos. Qua ratione etiam Merionen Idomenei et ipsum ministrum nominat; quum sic, puto, tum vocarentur parasiti. Vide autem quam hic etiam Idomeneum, Jovis qui filius esset, non dignetur vocare « Marti æquiparandum, » sed Merionen illius parasitum.

48. Quid vero? nonne et Aristogiton, plebeius homo et pauper, ut ait Thucydides, parasitus erat Harmodii? quid vero? nonne idem etiam amator? æquum est enim ut parasiti iidem etiam sint alentium se amatores. Hic igitur rursus parasitus Athenarum urbem, tyrannide oppressam, vindicavit in libertatem : et nunc stat æneus in foro suo cum amasio. Hi ergo, viri fortissimi quum essent, fuere iidem parasiti.

49. Tu vero qualem suspicaris in bello futurum parasitum? nonne primum talis pransus exibit in aciem, sicut etiam Ulysses æquum esse censet? Etenim quem in prælio pugnare jubet, eum sine dubio excipiet epulis, etsi statim a lucis exortu pugnandum sit : quoque tempore milites alii præ metu, alius quidem accurate aptat galeam, thoracem induit alius, alius ipsa belli metuenda suspicans tremit; eo tempore hic noster hilari vultu cibum capit, et post egressionem in primis statim pugnam capessit : sed qui illum alit, altero stat ordine post parasitum; quem ille, ut Teucrum Ajax, suo clypeo occultat, emissisque telis, suo nudato corpore, hunc tegit, quippe qui hunc potius quam se servare cupiat.

50. Si vero cadat etiam in prælio parasitus, non sane illius interfecti neque ductorem ordinis, neque militem pudeat, magni nempe corporis, et sicut in convivio pulchre decumbentis. Et operæ sane pretium est juxta jacens videre philosophi cadaver, aridum, squalidum, longam habens barbulam, jam ante pugnam demortuum, imbecillum ho-

ἄνθρωπον. Τίς οὐκ ἂν καταφρονήσειε ταύτης τῆς πόλεως τοὺς ὑπασπιστὰς αὐτῆς οὕτω κακοδαίμονας ὁρῶν; τίς δὲ οὐκ ἂν εἰκάσαι χλωροὺς καὶ κομήτας ὁρῶν ἀνθρωπίσκους κειμένους, τὴν πόλιν ἀποροῦσαν συμμάχων τοὺς ἐν τῇ εἱρκτῇ κακούργους ἐπιλῦσαι τῷ πολέμῳ; Τοιοῦτοι μὲν ἐν τῷ πολέμῳ πρὸς ῥήτορας καὶ φιλοσόφους εἰσὶν οἱ παράσιτοι.

51. Ἐν εἰρήνῃ δὲ τοσοῦτόν μοι δοκεῖ διαφέρειν παρασιτικὴ φιλοσοφίας ὅσον αὐτὴ ἡ εἰρήνη πολέμου. Καὶ πρῶτον, εἰ δοκεῖ, σκοπῶμεν τὰ τῆς εἰρήνης χωρία.

ΤΥΧ. Οὔπω ξυνίημι ὅ τι τοῦτό πως βούλεται. Σκοπῶμεν δὲ ὅμως.

17. Postea abstrusa suuto et peregrina verba, et rarenter a veteribus dicta : atque hæc collecta in promtu habe, ut jaculari possis in eos qui tecum loquuntur : ita enim vulgus te respicient atque admirandum hominem putabunt, cujus suum supra captum sit eruditio, si ἀποστλεγγίσασθαι quis dicat pro destringi, et pro sole uti εἱληθερεῖσθαι, et arrhabonem nomines προνόμιον, et diluculum ἀκροκνεφές. Interdum vero et ipse fingas nova et prodigiosa nomina, præcipiens vocari eum qui eloquendo valet, εὔλεξιν, et prudentem σοφόνουν, saltatorem vero χειρόσοφον. Si vero vel in jungendis verbis peccaveris, vel barbara singula protuleris, unum sit remedium, impudentia, atque in promtu statim nomen alicujus qui neque sit neque fuerit unquam poetæ, vel solutæ orationis scriptoris, qui ita dicendum probaverit, vir doctus et linguæ ad summam accurationem peritus. Verum leges etiam non tu quidem vetera, neque si quid nugator ille Isocrates, aut expers Gratiarum Demosthenes, aut frigidus Plato scripsere; sed libros paullo ante nostram ætatem editos, et istas quas declamationes vocant, ut commeatu ab iis instructus, habeas quo in tempore abutaris, atque inde tanquam e penu depromas.

18. Si vero etiam dicendum sit, et argumenta quædam præsentes subjecerint atque dicendi materiem; quæcumque difficilia sunt, facilia dicantur, et contemnantur, quasi virile omnino nihil ipsi elegerint : verum quando elegere, tu nihil cunctatus dicito quodcumque tandem verbum intempestivam in linguam venerit, nihil curans ista, ut primum, sicut nempe primum est, suo tempore dicas et secundum post hoc, et post illud tertium : sed quod subierit primum, primum dicatur; ac si ita usu veniat, fronti ocrea circumdetur,

περὶ τῇ κνήμῃ δὲ ἡ κόρυς. Πλὴν ἀλλ' ἔπειγε καὶ σύνειρε καὶ μὴ σιώπα μόνον. Κἂν περὶ ὑβριστοῦ τινος ἢ μοιχοῦ λέγῃς Ἀθήνησι, τὰ ἐν Ἰνδοῖς καὶ Ἐκβατάνοις λεγέσθω. Ἐπὶ πᾶσι δὲ ὁ Μαραθὼν καὶ ὁ Κυναίγειρος, ὧν οὐκ ἄν τι ἄνευ γένοιτο. Καὶ ἀεὶ ὁ Ἄθως πλείσθω καὶ ὁ Ἑλλήσποντος πεζευέσθω καὶ ὁ ἥλιος ὑπὸ τῶν Μηδικῶν βελῶν σκεπέσθω καὶ Ξέρξης φευγέτω καὶ ὁ Λεωνίδας θαυμαζέσθω καὶ τὰ Ὀθρυάδου γράμματα ἀναγιγνωσκέσθω, καὶ ἡ Σαλαμὶς καὶ τὸ Ἀρτεμίσιον καὶ αἱ Πλαταιαὶ πολλὰ ταῦτα καὶ πυκνὰ, καὶ ἐπὶ πᾶσι τὰ ὀλίγα ἐκεῖνα ὀνόματα ἐπιπολαζέτω καὶ ἐπανθείτω, καὶ συνεχὲς τὸ ἄττα καὶ τὸ δήπουθεν, κἂν μηδὲν αὐτῶν δέῃ· καλὰ γάρ ἐστι καὶ εἰκῆ λεγόμενα.

19. Ἢν δέ ποτε καὶ ᾆσαι καιρὸς εἶναι δοκῇ, πάντα σοι ᾀδέσθω καὶ μέλος γιγνέσθω. Κἄν ποτε ἀπορήσῃς πράγματος ᾠδικοῦ, τοὺς ἄνδρας τοὺς δικαστὰς ὀνομάσας ἐμμελῶς πεπληρωκέναι οἴου τὴν ἁρμονίαν. Τὸ δὲ οἴμοι τῶν κακῶν πολλάκις, καὶ ὁ μηρὸς πατασσέσθω, καὶ λαρύγγιζε καὶ ἐπιχρέμπτου τοῖς λεγομένοις καὶ βάδιζε μεταφέρων τὴν πυγήν. Καὶ ἢν μέν σε μὴ ἐπαινῶσιν, ἀγανάκτει καὶ λοιδοροῦ αὐτοῖς· ἢν δὲ ὀρθοὶ ἑστήκωσιν ὑπὸ τῆς αἰσχύνης ἤδη πρὸς τὴν ἔξοδον ἕτοιμοι, καθέζεσθαι κέλευε, καὶ ὅλως τυραννὶς τὸ πρᾶγμα ἔστω.

20. Ὅπως δὲ καὶ τὸ πλῆθος τῶν λόγων θαυμάζωσιν, ἀπὸ τῶν Ἰλιακῶν ἀρξάμενος ἢ καὶ νὴ Δία ἀπὸ τῶν Δευκαλίωνος καὶ Πύρρας γάμων, ἢν δοκῇ, καταβίβαζε τὸν λόγον ἐπὶ τὰ νῦν καθεστῶτα· οἱ μὲν γὰρ συνιέντες ὀλίγοι, καὶ μάλιστα μὲν σιωπήσονται ὑπ' εὐγνωμοσύνης, ἢν δὲ καὶ λέγωσί τι, ὑπὸ φθόνου αὐτὸ δόξουσι δρᾶν· οἱ πολλοὶ δὲ τὸ σχῆμα καὶ φωνὴν καὶ βάδισμα καὶ περίπατον καὶ μέλος καὶ κρηπῖδα καὶ τὸ ἄττα σου ἐκεῖνο τεθήπασι καὶ τὸν ἱδρῶτα ὁρῶντες καὶ τὸ ἆσθμα οὐκ ἔχουσιν ὅπως ἀπιστήσουσι μὴ οὐχὶ πάνδεινόν τινα ἐν τοῖς λόγοις ἀγωνιστὴν εἶναί σε. Ἄλλως τε καὶ τὸ ταχὺ τοῦτο οὐ μικρὰν ἔχει τὴν ἀπολογίαν καὶ θαῦμα παρὰ τοῖς πολλοῖς· ὥστε ὅρα μή ποτε γράψῃς ἢ σκεψάμενος παρέλθῃς, ἔλεγχος γὰρ σαφὴς ταῦτά γε.

21. Οἱ φίλοι δὲ πηδάτωσαν ἀεὶ καὶ μισθὸν τῶν δείπνων ἀποτινέτωσαν, εἴ ποτε αἴσθοιντό σε καταπεσούμενον, χεῖρα ὀρέγοντες καὶ παρέχοντες εὑρεῖν τὸ λεχθησόμενον ἐν τοῖς μεταξὺ τῶν ἐπαίνων διαλείμμασι· καὶ γὰρ αὖ καὶ τοῦδε μελέτω σοι τὸν χορὸν ἔχειν οἰκεῖον καὶ συνᾴδοντα. Ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν τοῖς λόγοις. Μετὰ ταῦτα δὲ προϊόντα σε δορυφορείτωσαν ἐγκεκαλυμμένον αὐτὸν καὶ περὶ ὧν ἔφης μεταξὺ διαλαμβάνοντα. Καὶ ἤν τις ἐντύχῃ, θαυμάσια περὶ σαυτοῦ λέγε καὶ ὑπερεπαίνει καὶ ἐπαχθὴς γίγνου αὐτῷ· Τί γὰρ ὁ Παιανιεὺς πρὸς ἐμέ; καί, Πρὸς ἕνα ἴσως μοι τῶν παλαιῶν ὁ ἀγών· καὶ τὰ τοιαῦτα.

22. Ὃ δὲ μέγιστον καὶ πρὸς τὸ εὐδοκιμεῖν ἀναγκαιότατον ὀλίγου δεῖν παραλέλοιπα, ἁπάντων καταγέλα τῶν λεγόντων· καὶ ἢν μέν τις καλῶς εἴπῃ, ἀλλότρια καὶ οὐχ ἑαυτοῦ δεικνύειν δοκείτω· ἢν δὲ μετρίως ἐνεχθῇ,

et galea cruri. Verum insta, et verba continua, et modo ne tace. Et si de stupratore aliquo aut adultero dicas Athenis, quæ apud Indos aguntur et Ecbatanis, dicantur. Præter omnia vero Marathon et Cynægirus, sine quibus nihil fiat: et semper navigetur Athos, et pedibus transeatur Hellespontus, tegaturque sol a sagittis Persicis, et fugiat Xerxes, et Leonidas in admiratione sit, et legantur sanguineæ Othryadis literæ, et audiantur Salamis, et Artemisium, ac Platææ, multa hæc et crebra: tum omnibus pauca illa nomina in summo innatent et florum instar præniteant; perpetuumque sit illud ἄττα, atque δήπουθεν, licet nusquam illis sit opus: pulchra enim sunt, etiam quum dicuntur temere.

19. Si vero aliquando etiam cantandi tempus esse videatur, cantentur omnia et fiant cantilena. Et si quando non habeas quod cantari aptum sit, appellandis flexa in cantum voce judicibus impletam tibi harmoniam existima. Atque illud, Hei malorum! frequens esto, et percutiatur femur; tum modulanti gutture pronuncia, et screatu verba distingue, et inter agendum fluctuante podice ingredere. Et si te non laudent, indignator illis et maledicito; sin per pudorem surrexerint, ad abeundum jam parati, assidere illos jubeto, atque in universum, regnum tu exerceto.

20. Ut vero copiam quoque in te admirentur rerum dicendarum, ab Iliacis inde temporibus facto initio, aut, per Jovem, a Deucalionis et Pyrrhæ nuptiis, si videatur, ad illum qui nunc est status rerum orationem deducito. Nam qui intelligunt, pauci; iique maximam partem bonitate quadam reticebunt: si quid vero dicant etiam, per invidiam videbuntur facere. Sed vulgus habitum, et vocem, et incessum, et inambulationem, et cantillationem, et crepidam, et illud tuum ἄττα admirantur, ac viso sudore tuo atque anhelatione, non possunt non credere, formidandum te in dicendo certatorem esse. Inprimis vero etiam illa extemporalitas excusationem non parvam præstat, atque apud populum admirationem. Itaque vide ne unquam scribas, aut post aliquam meditationem ad dicendum prodeas: in ista enim aperte deprehendaris.

21. Amici autem semper plaudant pedibus, et mercedem solvant cœnarum, si quando labare te sentiant, præbentes manum, et inter moras laudationum inveniendi quid dicas occasionem suppeditantes: nam illud quoque tibi curæ sit, chorum tibi tuum uti habeas qui concinat. Hæc quidem observanda tibi in ipsis orationibus. Post ea vero prodeuntem te deducant, suo tectum satellitio, et de his quæ dixisti disputantem. Et si quis forte fiat obviam, admiranda de te dicito, et supra modum te ipse lauda, ut gravis ei sis: Quid enim ad me ille Pæaniensis? et, Ad unum forte veterum mihi certamen est; et id genus alia.

22. Quod autem maximum et ad famam parandam inprimis necessarium, pæne prætermiseram: quicumque dicunt, eos deride: et si quis bene dixerit, aliena, non sua, proferre videatur; si feratur mediocriter, reprehensione di-

πάντα ἔστω ἐπιλήψιμα. Καὶ ἐν ταῖς ἀκροάσεσι μετὰ πάντας εἰσιέναι χρή, ἐπίσημον γάρ· καὶ σιωπησάντων ἁπάντων ξένον τινὰ ἔπαινον ἐπειπεῖν τὰς ἀκοὰς τῶν παρόντων ἐπιστρέφοντα καὶ ἐνοχλήσοντα, ὡς ναυτιᾶν ἅπαντας ἐπὶ τῷ φορτικῷ τῶν ὀνομάτων καὶ ἐπιφράττεσθαι τὰ ὦτα. Καὶ ἐπισείσῃς δὲ μὴ πολλάκις τὴν χεῖρα, εὐτελὲς γάρ, μηδὲ ἀναστῇς, πλὴν ἅπαξ γε ἢ δὶς τὸ πλεῖστον· ὑπομειδία δὲ τὰ πολλὰ καὶ δῆλος γίγνου μὴ ἀρεσκόμενος τοῖς λεγομένοις. Ἀμφιλαφεῖς δὲ αἱ ἀφορμαὶ τῶν μέμψεων τοῖς συκοφαντικοῖς τὰ ὦτα. Τὰ δ' ἄλλα χρὴ θαρρεῖν· ἡ τόλμα γὰρ καὶ ἀναισχυντία καὶ ψεῦδος πρόχειρον καὶ ὅρκος ἐπ' ἄκροις ἀεὶ τοῖς χείλεσι καὶ φθόνος πρὸς ἅπαντας καὶ μῖσος καὶ βλασφημία καὶ διαβολαὶ πιθαναί. Ταῦτά σε ἀοίδιμον ἐν βραχεῖ καὶ περίβλεπτον ἀποφανεῖ. Τοιαῦτα μὲν τὰ φανερὰ καὶ τὰ ἔξω.

23. Ἰδίᾳ δὲ πάντα πράγματα ποιεῖν σοι δεδόχθω, κυβεύειν μεθύσκεσθαι λαγνεύειν μοιχεύειν ἢ αὐχεῖν γε, κἂν μὴ ποιῇς, καὶ πρὸς ἅπαντας λέγειν καὶ γραμμάτια ἐπιδεικνύειν ὑπὸ γυναικῶν δῆθεν γραφέντα· καλὸς γὰρ εἶναι θέλε καὶ σοὶ μελέτω ὑπὸ τῶν γυναικῶν σπουδάζεσθαι δοκεῖν· ἐς τὴν ῥητορικὴν γὰρ καὶ τοῦτο ἀνοίσουσιν οἱ πολλοί, ὡς διὰ τοῦτό σου καὶ ἄχρι τῆς γυναικωνίτιδος εὐδοκιμοῦντος· καὶ τὸ δεῖνα δέ, μὴ αἰδεσθῇς, εἰ καὶ πρὸς ἀνδρῶν ἐπὶ τῷ ἑτέρῳ ἐρᾶσθαι δοκοίης, καὶ ταῦτα γενειήτης ἢ καὶ νὴ Δία φαλακρὸς ἤδη ὤν. Ἀλλ' ἔστωσαν οἱ καὶ ἐπὶ τούτῳ συνόντες· ἢν δὲ μὴ ὦσιν, οἱ οἰκέται ἱκανοί. Πολλὰ γὰρ καὶ ἐκ τοῦ τοιούτου πρὸς τὴν ῥητορικὴν χρήσιμα παραγίγνεται· πλείων ἡ ἀναισχυντία καὶ θράσος. Ὁρᾷς ὡς λαλίστεραι αἱ γυναῖκες καὶ λοιδοροῦνται περιττῶς καὶ ὑπὲρ τοὺς ἄνδρας; εἰ δὴ τὰ ὅμοια πάσχοις, διοίσεις τῶν ἄλλων. Καὶ μὴν καὶ πιττοῦσθαι χρὴ μάλιστα μὲν τὰ πάντα, εἰ δὲ μή, πάντως ἐκεῖνα. Καὶ αὐτὸ δέ σοι τὸ στόμα πρὸς ἅπαντα ὁμοίως κεχηνέτω, καὶ ἡ γλῶττα ὑπηρετείτω καὶ πρὸς τοὺς λόγους καὶ πρὸς τὰ ἄλλα ὁπόσα ἂν δύνηται· δύναται δὲ οὐ σολοικίζειν μόνον καὶ βαρβαρίζειν οὐδὲ ληρεῖν ἢ ἐπιορκεῖν ἢ λοιδορεῖσθαι ἢ διαβάλλειν καὶ ψεύδεσθαι, ἀλλὰ καὶ νύκτωρ τι ἄλλο ὑποτελεῖν, καὶ μάλιστα ἢν πρὸς οὕτω πολλοὺς τοὺς ἔρωτας μὴ διαρκέσῃς· πάντα αὐτή γε ἐπιστάσθω καὶ γονιμωτέρα γιγνέσθω καὶ μηδὲν ἀποστρεφέσθω.

24. Ἢν ταῦτα, ὦ παῖ, καλῶς ἐκμάθῃς — δύνασαι δέ· οὐδὲν γὰρ ἐν αὐτοῖς βαρύ — θαρρῶν ἐπαγγέλλομαι οὐκ ἐς μακράν σε ἄριστον ῥήτορα καὶ ἡμῖν ὅμοιον ἀποτελεσθήσεσθαι. Τὸ μετὰ τοῦτο δὲ οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν ὅσα ἐν βραχεῖ παρέσται σοι τἀγαθὰ παρὰ τῆς Ῥητορικῆς. Ὁρᾷς ἐμέ, ὃς πατρὸς μὲν ἀφανοῦς καὶ οὐδὲ καθαρῶς ἐλευθέρου ἐγενόμην ὑπὲρ Ξοῖν καὶ Θμοῦιν δεδουλευκότος, μητρὸς δὲ ἀκεστρίας, ἐπ' ἀμφοδίου τινός. Αὐτὸς δὲ τὴν ὥραν οὐ παντάπασιν ἀδόκιμος εἶναι δόξας τὸ μὲν πρῶτον ἐπὶ ψιλῷ τῷ τρέφεσθαι συνῆν τινι κακοδαίμονι καὶ γλίσχρῳ ἐραστῇ, ἐπεὶ δὲ τὴν ὁδὸν ταύτην ῥάστην οὖσαν κατεῖδον καὶ διεκπαίσας ἐπὶ τῷ

gna sint omnia. In recitationibus ultimus omnium ingredere; facit enim te conspicuum : et tacentibus omnibus, peregrinam quadam laudationem subjicere memento, quæ aures præsentium advertat et offendat, ut nauseent omnes ad verborum insolentiam, et aures obturent. Neque vero manum sæpe ad laudandum moveas, vile enim id est; neu assurgas, nisi semel forte aut bis ad summum : subride autem frequenter, et ostende non placere tibi quæ dicuntur. Opportunæ sunt autem ad reprehendendum occasiones apud eos, qui pronas calumniis aures habent. Ceterum confidendum est : audacia enim, et impudentia, et mendacium in promtu, et jusjurandum in extremis semper labiis, et invidia contra omnes, et odium, et maledicentia, et calumniæ probabiles. Hæc celebrem te brevi et conspicuum facient. Atque talia sunto quæ extra sunt et apparent.

23. In privato autem facinora omnia committere tibi decretum sit, aleatorem esse, inebriari, libidinari, mœchari, aut gloriari certe, si non feceris, idque apud omnes dicere, et literulas ostendere a mulieribus scilicet scriptas. Etenim pulcher esse velle debes, et hoc agere ut mulieres studiose videantur te sectari : nam hoc quoque ad rhetoricen vulgo referent, quasi ea causa in ipsa gynæconitide gratiosus sis. Verum nec illud tibi pudori sit, si a viris quoque diversæ rei causa amari videare, idque barbatus quum sis, aut, ita me Jupiter, jam calvus. Sed sint qui etiam hac ipsa causa semper tecum sint : si vero non sint, servi sufficient. Multa enim ex hac etiam re commoda facultati dicendi utilia accedunt : major erit impudentia atque audacia. Viden' ut loquaciores sint mulieres, et abunde maledicant ac supra viros? si ergo idem quod illæ patiaris, præcelles reliquis. Verum etiam pice velli oportet maxime sane per omnia; si vero minus, omnino quidem illis partibus. Ipsum vero os tibi ad omnia hiet pariter, et ministret lingua quum ad sermones, tum ad alia quæcumque poterit : potest autem non solœcismos tantum committere aut barbarismos, neque nugari solum, aut pejerare, aut maledicere, aut calumniari ac mentiri; sed noctu aliud quoque subire ministerium, inprimis ad multos adeo amores si non sufficias. Omnia quidem illa norit, et genitalior fiat, neu quicquam aversetur.

24. Hæc si, puer, diligenter edidiceris (potes vero; neque enim quicquam est in illis difficile), confidenter tibi polliceor, non longo interjecto tempore optimum te rhetora et nobis similem redditum iri. Quod sequitur, non opus est uti ego dicam, quot brevi bona a Rhetorice tibi affutura sint. Vides enim me, qui ignobili patre natus sim, et ne pure quidem libero, ut qui ultra Xoin et Thmuin servierit, matre autem sarcinatrice, in bivio quodam. Ipse autem, qui forma viderer esse non omnino contemnenda, primo solorum alimentorum pretio fui cum amatore misero atque avaro : quum vero viderem hanc viam esse facillimam, per eamque prorumpens in summo jam essem (erant mihi enim,

ἄκρῳ ἐγενόμην — ὑπῆρχε γάρ μοι, ὦ φίλη Ἀδράστεια, πάντα ἐκεῖνα ἃ προεῖπον ἐφόδια, τὸ θράσος, ἡ ἀμαθία, ἡ ἀναισχυντία — πρῶτον μὲν οὐκέτι Ποθεινὸς ὀνομάζομαι, ἀλλ' ἤδη τοῖς Διὸς καὶ Λήδας παισὶν ὁμώνυμος γεγένημαι· ἔπειτα δὲ γραῒ συνοικήσας τὸ πρῶτον μὲν ἐγαστριζόμην πρὸς αὐτῆς ἐρᾶν προσποιούμενος γυναικὸς ἑβδομηκοντούτιδος τέτταρας ἔτι λοιποὺς ὀδόντας ἐχούσης, χρυσίῳ καὶ τούτους ἐνδεδεμένους. Πλὴν ἀλλά γε διὰ τὴν πενίαν ὑφιστάμην τὸν ἆθλον καὶ τὰ ψυχρὰ ἐκεῖνα τὰ ἐκ τῆς σοροῦ φιλήματα ὑπερήδιστά μοι ἐποίει ὁ λιμός. Εἶτα ὀλίγου δεῖν κληρονόμος ὧν εἶχεν ἁπάντων κατέστην, εἰ μὴ κατάρατός τις οἰκέτης ἐμήνυσεν ὡς φάρμακον εἴην ἐπ' αὐτὴν ἐωνημένος.

cara Adrastea! præsidia illa quæ modo dicebam omnia, confidentia, inscitia, impudentia), primo quidem non amplius Pothinus nominor, sed jam Jovis et Ledæ pueris cognominis factus sum : deinde adjunxi me ad anum mulierem, a qua primum laute alebar, amare dum simulo mulierem septuagenariam, dentes adhuc quattuor habentem reliquos, auro revinctos et ipsos. Verumtamen paupertatis causa laborem sustinui, quum frigida illa de capulo oscula suavissima mihi fames redderet. Deinde parum aberat quin heres constitutus essem quæ habebat omnium, nisi servus exsecrabilis indicasset venenum a me, quod illi darem, esse emtum.

25. Ἐξωσθεὶς δὲ ἐπὶ κεφαλὴν ὅμως οὐδὲ τότε ἠπόρησα τῶν ἀναγκαίων, ἀλλὰ καὶ ῥήτωρ δοκῶ κἂν ταῖς δίκαις ἐξετάζομαι προδιδοὺς τὰ πολλὰ καὶ τοὺς δικαστὰς τοῖς ἀνοήτοις καθυπισχνούμενος, καὶ ἡττῶμαι μὲν τὰ πλεῖστα, οἱ φοίνικες δὲ ἐπὶ τῇ θύρᾳ χλωροὶ καὶ ἐστεφανωμένοι· τούτοις γὰρ ἐπὶ τοὺς δυστυχεῖς χρῶμαι τοῖς δελέασιν. Ἀλλὰ καὶ τὸ μισεῖσθαι πρὸς ἁπάντων καὶ ἐπίσημον εἶναί με ἐπὶ τῇ μοχθηρίᾳ τοῦ τρόπου καὶ πολὺ πρότερον τῶν λόγων καὶ τὸ δείκνυσθαι τῷ δακτύλῳ τοῦτον ἐκεῖνον τὸν ἀκρότατον ἐν πάσῃ κακίᾳ λεγόμενον, οὐ μικρὸν εἶναί μοι δοκεῖ. Ταῦτά σοι παραινῶ, νὴ τὴν πάνδημον, πολὺ πρότερον ἐμαυτῷ παραινέσας καὶ χάριν ἐμαυτῷ οὐ μικρὰν ἐπισπασάμενος.

25. Præceps igitur ejectus, necessariis tamen ne sic quidem carui : sed et rhetor esse videor, et in judiciis versor, prævaricans sæpe, et judicum corruptionem insipientibus pollicens. Et plerumque causa equidem cado : sed palmæ tamen in janua virides et coronis cinctæ; illis enim ad infelices escis utor. Sed id ipsum quoque, quod odio sum omnibus, et quod insignis sum ob morum perversitatem, et quod multo prius quam ob orationis facultatem ideo monstror digito, quia princeps ipse in omni malitia dicor, non parvum mihi quidem videtur. Hæc tibi, ita me popularis Venus! præcipio, quæ multo prius ipse mihi præcepi, eaque ratione gratiam mihi non parvam conciliavi.

26. Εἶεν· ὁ μὲν γεννάδας εἰπὼν ταῦτα πεπαύσεται· σὺ δὲ ἢν πεισθῇς τοῖς εἰρημένοις, καὶ δὴ παρεῖναι νόμιζε οἷπερ ἐξ ἀρχῆς ἐπόθεις ἐλθεῖν, καὶ οὐδέν σε κωλύσει ἑπόμενον τοῖς νόμοις ἔν τε τοῖς δικαστηρίοις κρατεῖν καὶ ἐν τοῖς πλήθεσιν εὐδοκιμεῖν καὶ ἐπέραστον εἶναι καὶ γαμεῖν οὐ γραῦν τινα τῶν κωμικῶν, καθάπερ ὁ νομοθέτης καὶ διδάσκαλος, ἀλλὰ καλλίστην γυναῖκα τὴν Ῥητορικήν, ὡς τὸ τοῦ Πλάτωνος ἐκεῖνο πτηνὸν ἅρμα ἐλαύνοντα φέρεσθαι σοὶ μᾶλλον πρέπειν περὶ σεαυτοῦ εἰπεῖν ἢ ἐκείνῳ περὶ τοῦ Διός· ἐγὼ δὲ — ἀγεννὴς γὰρ καὶ δειλός εἰμι — ἐκστήσομαι τῆς ὁδοῦ ὑμῖν καὶ παύσομαι τῇ ῥητορικῇ ἐπιπολάζων, ἀσύμβολος ὢν πρὸς αὐτὴν τὰ ὑμέτερα· μᾶλλον δὲ ἤδη πέπαυμαι. Ὥστε ἀκονιτὶ ἀνακηρύττεσθε καὶ θαυμάζεσθε μόνον τοῦτο μεμνημένοι, ὅτι μὴ τῷ τάχει ἡμῶν κεκρατήκατε ὠκύτεροι φανέντες, ἀλλὰ τῷ ῥᾴστην καὶ πρανῆ τραπέσθαι τὴν ὁδόν.

26. Sint ista satis! generosus ille post hæc dicta tacebit. Tu vero si dictis ab illo moveare, jam adesse te puta quorsum venire initio desiderabas; neque quicquam te prohibebit quominus legibus illis obsecutus tum in judiciis vincas, tum bene audias apud multitudinem, et amabilis sis, ducasque non anum quandam de comicarum illo genere, ut tuus legislator et magister, sed mulierem pulcherrimam Rhetoricen, adeo ut Platonis illud, volucri curru vectum ferri, de te potius deceat dicere te, quam ipsum de Jove hoc dicere decuit. Ego vero (ignavus enim et timidus sum) de via vobis decedam, et desinam ob rhetoricen spectari, qui nihil ad eam conferam vestri illius modi : vel potius jam desii. Itaque sine pulvere prædicandos vos atque admirandos præbete, illud solum recordati, non celeritate vos vestra vicisse, qui velociores judicati sitis, verum quod facillimam et declivem viam estis ingressi.

LII.

ΦΙΛΟΨΕΥΔΗΣ Η ΑΠΙΣΤΩΝ.

1. ΤΥΧΙΑΔΗΣ. Ἔχεις μοι, ὦ Φιλόκλεις, εἰπεῖν τί ποτε ἄρα τοῦτό ἐστιν ὃ τοὺς πολλοὺς εἰς ἐπιθυμίαν τοῦ ψεύδεσθαι προάγεται, ὡς αὐτούς τε χαίρειν μηδὲν ὑγιὲς λέγοντας καὶ τοῖς τὰ τοιαῦτα διεξιοῦσι μάλιστα προσέχειν τὸν νοῦν;

LII.

PHILOPSEUDES SIVE INCREDULUS.

1. TYCHIADES. Potesne mihi, Philocles, dicere, quid sit tandem illud quod ad mentiendi libidinem plerosque allicit, ut et ipsi gaudeant quum nihil sani dicunt, et narrantibus talia animum maxime attendant?

ΚΛΗΣ. Πολλὰ, ὦ Τυχιάδη, ἐστὶν ἃ τοὺς
ς ἐνίους ἀναγκάζει τὰ ψευδῆ λέγειν ἐς τὸ χρή-
οβλέποντας.
Οὐδὲν πρὸς ἔπος ταῦτα, φασὶν, οὐδὲ περὶ
ἠρόμην ὁπόσοι τῆς χρείας ἕνεκα ψεύδονται.
ης τοιγαροῦν οὗτοί γε μᾶλλον καὶ ἐπαίνου
ῶν ἄξιοι, ὁπόσοι ἢ πολεμίους ἐξηπάτησαν ἢ
ρίᾳ τῷ τοιούτῳ φαρμάκῳ ἐχρήσαντο ἐν τοῖς
ια πολλὰ καὶ Ὀδυσσεὺς ἐποίει τήν τε αὑτοῦ
νύμενος καὶ τὸν νόστον τῶν ἑταίρων. Ἀλλὰ
ιων, ὦ ἄριστε, φημὶ οἳ αὐτὸ ἄνευ τῆς χρείας
περὶ πολλοῦ τῆς ἀληθείας τίθενται ἡδόμενοι
ιατι καὶ ἐνδιατρίβοντες ἐπ' οὐδεμιᾷ προφάσει
Τούτους οὖν ἐθέλω εἰδέναι τίνος ἀγαθοῦ
οῦσιν.
Λ. Ἦ που κατανενόηκας ἤδη τινὰς τοιούτους,
ος ἔρως οὗτός ἐστι πρὸς τὸ ψεῦδος;
Καὶ μάλα πολλοί εἰσιν οἱ τοιοῦτοι.
Τί δ' οὖν ἄλλο ἢ ἄνοιαν χρὴ αἰτίαν εἶναι
ιναι τοῦ μὴ ἀληθῆ λέγειν, εἴ γε τὸ χείριστον
βελτίστου προαιροῦνται;
Οὐδὲν τοῦτο· ἐπεὶ πολλοὺς ἂν ἐγώ σοι δεί-
νετοὺς τἄλλα καὶ τὴν γνώμην θαυμαστοὺς
πως ἑαλωκότας τούτῳ τῷ κακῷ καὶ φιλοψευ-
, ὡς ἀνιᾶσθαί με, εἰ τοιοῦτοι ἄνδρες ἄριστοι
ὅμως χαίρουσιν αὐτούς τε καὶ τοὺς ἐντυγχά-
ξαπατῶντες· ἐκείνους μὲν γὰρ τοὺς παλαιοὺς
σὲ χρὴ εἰδέναι, τὸν Ἡρόδοτον καὶ Κτησίαν
ον καὶ πρὸ τούτων τοὺς ποιητὰς καὶ τὸν
αὐτὸν, ἀοιδίμους ἄνδρας, ἐγγράφῳ τῷ ψεύ-
ρημένους, ὡς μὴ μόνον ἐξαπατᾶν τοὺς τότε
αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ μέχρι ἡμῶν διικνεῖσθαι τὸ
διαδοχῆς ἐν καλλίστοις ἔπεσι καὶ μέτροις
ενον. Ἐμοὶ γοῦν πολλάκις αἰδεῖσθαι ὑπὲρ
ισιν, ὁπόταν Οὐρανοῦ τομὴν καὶ Προμηθέως
γῶνται καὶ Γιγάντων ἐπανάστασιν καὶ τὴν
πᾶσαν τραγῳδίαν, καὶ ὡς δι' ἔρωτα ὁ Ζεὺς
ύκνος ἐγένετο καὶ ὡς ἐκ γυναικός τις ἐς ὄρνεον
ον μετέπεσεν, ἔτι Πηγάσους καὶ Χιμαίρας
νας καὶ Κύκλωπας καὶ ὅσα τοιαῦτα, πάνυ
καὶ τεράστια μυθίδια παίδων ψυχὰς κηλεῖν
ἔτι τὴν Μορμὼ καὶ τὴν Λάμιαν δεδιότων.
τοι τὰ μὲν τῶν ποιητῶν ἴσως μέτρια, τὸ δὲ
ἤδη καὶ ἔθνη πολλὰ κοινῇ δημοσίᾳ ψεύδε-
ὺ γελοῖον; εἰ Κρῆτες μὲν τοῦ Διὸς τάφον δει-
ὐκ αἰσχύνονται, Ἀθηναῖοι δὲ τὸν Ἐριχθόνιον
ἀναδοθῆναί φασι καὶ τοὺς πρώτους ἀνθρώ-
ῆς Ἀττικῆς ἀναφῦναι καθάπερ τὰ λάχανα,
ώτερον οὗτοι τῶν Θηβαίων, οἳ ἐξ ὄφεως
παρτούς τινας ἀναβεβλαστηκέναι διηγοῦνται.
οὖν ταῦτα καταγέλαστα ὄντα μὴ οἴηται
ι, ἀλλ' ἐμφρόνως ἂν ἐξετάζων ταῦτα Κοροί-
ἢ Μαργίτου νομίζοι τὸ πείθεσθαι ἢ Τριπτό-
ται διὰ τοῦ ἀέρος ἐπὶ δρακόντων ὑποπτέρων

PHILOCLES. Multa sunt, Tychiade, quæ cogant homines quosdam mendacia dicere, utilitatis suæ respectu.

TYCH. Nihil hæc ad rem, neque de his ego rogabam, quotquot usus alicujus causa mentiuntur. Etenim venia hi potius, quidam eorum etiam laude digni sunt, qui vel hostes decepere, vel ad salutem tali remedio in malis usi sunt, qualia etiam Ulysses multa fecit, dum vel suam vitam redimeret, vel reditum sociorum. Verum de illis dico, vir optime, qui ipsum præter necessitatem mendacium longe veritati præponunt, eaque re delectantur, et nulla causa necessaria in ea versantur. De his scire velim ego, cui bono hoc faciant.

2. PHIL. Numquid jam cognovisti tales quosdam, quibus insitus sit hic amor mendacii?

TYCH. Et plurimi quidem sunt tales.

PHIL. Quid ergo aliud causæ illis esse, quam amentiam, dicendum est, quod verum non dicant, quando quod pessimum est pro optimo eligunt?

TYCH. Hoc nihil est; quandoquidem plurimos ego tibi ostenderim, prudentes alioquin et admirabili sapientia, nescio quomodo illo malo captos et mendaciorum studiosos, adeo ut male me habeat, si tales viri, optimi reliqua omnia, tamen gaudent seque et illos quibuscum sunt decipere. Illos enim antiquos prius, quam ego, tu noveris oportet, Herodotum, et Ctesiam Cnidium, et ante hos, poetas, Homerumque adeo ipsum, viros celeberrimos, scripto usos mendacio, adeo ut non modo qui tum erant auditores suos deceperint, sed ad nos etiam mendacium successione quadam verbis versibusque pulcherrimis commendatum pervenerit. Me quidem sæpe subit illorum vicem pudere, quum Cœli castrationem, et vincula Promethei enarrant, et seditionem Gigantum, et totam apud inferos tragœdiam, et ut propter amorem Jupiter sit taurus vel cycnus factus, et ut ex muliere in avem aliqua aut in ursam mutata sit: ad hæc Pegasos, et Chimæras, et Gorgones, et Cyclopes, et quæ sunt ex eo genere, absurdæ omnino et portentosæ fabellæ, puerulorum mentes mulcere aptæ, qui etiamnum Larvam Lamiamque metuunt.

3. Qanquam poetarum illa forte tolerabilia fuerint mendacia: quod vero jam civitates et gentes multæ communiter et publice mentiuntur, qui non ridiculum? si Cretenses Jovis sepulcrum ostendentes non erubescunt, Athenienses vero Erichthonium de terra exstitisse aiunt, primosque homines, olerum instar, de Attico solo enatos; multo hi quidem speciosius quam Thebani, qui de serpentis dentibus Spartos (*sativos*) quosdam germinasse narrant. Si quis vero hæc tam ridicula non putet vera esse, sed iis prudenter examinatis, Corœbi cujusdam aut Margitæ judicet credere vel Triptolemum per aera vectum alatis draconibus, vel Panem

37.

ἢ Πᾶνα ἥκειν ἐξ Ἀρκαδίας σύμμαχον ἐς Μαραθῶνα ἢ Ὠρείθυιαν ὑπὸ τοῦ Βορέου ἀναρπασθῆναι, ἀσεβὴς οὗτός γε καὶ ἀνόητος αὐτοῖς ἔδοξεν οὕτω προδήλοις καὶ ἀληθέσι πράγμασιν ἀπιστῶν· ἐς τοσοῦτον ἐπικρατεῖ τὸ ψεῦδος.

4. ΦΙΛ. Ἀλλ' οἱ μὲν ποιηταί, ὦ Τυχιάδη, καὶ αἱ πόλεις δὲ συγγνώμης τυγχάνοιεν ἄν, οἱ μὲν τὸ ἐκ τοῦ μύθου τερπνὸν ἐπαγωγότατον ὂν ἐγκαταμιγνύντες τῇ γραφῇ, οὗπερ μάλιστα δέονται πρὸς τοὺς ἀκροατάς, Ἀθηναῖοι δὲ καὶ Θηβαῖοι καὶ εἴ τινες ἄλλοι σεμνοτέρας ἀποφαίνονται τὰς πατρίδας ἐκ τῶν τοιούτων. Εἰ γοῦν τις ἀφέλοι τὰ μυθώδη ταῦτα ἐκ τῆς Ἑλλάδος, οὐδὲν ἂν κωλύσαι λιμῷ τοὺς περιηγητὰς αὐτῶν διαφθαρῆναι μηδὲ ἀμισθὶ τῶν ξένων τἀληθὲς ἀκούειν ἐθελησάντων. Οἱ δὲ μηδὲ μιᾶς ἕνεκα τοιαύτης αἰτίας ὅμως χαίροντες τῷ ψεύσματι παγγέλοιοι εἰκότως δοκοῖεν ἄν.

5. ΤΥΧ. Εὖ λέγεις· ἐγὼ γὰρ παρὰ Εὐκράτους ἥκω σοι τοῦ πάνυ πολλὰ τὰ ἄπιστα καὶ μυθώδη ἀκούσας, μᾶλλον δὲ μεταξὺ λεγομένων ἀπιὼν ᾠχόμην οὐ φέρων τοῦ πράγματος τὴν ὑπερβολήν, ἀλλά με ὥσπερ αἱ Ἐρινύες ἐξήλασαν πολλὰ τεράστια καὶ ἀλλόκοτα διεξιόντος.

ΦΙΛ. Καίτοι, ὦ Τυχιάδη, ἀξιόπιστος ὁ Εὐκράτης ἐστὶ καὶ οὐδεὶς ἂν οὐδὲ πιστεύσειεν ὡς ἐκεῖνος οὕτω βαθὺν πώγωνα καθειμένος ἑξηκοντούτης ἀνήρ, ἔτι καὶ φιλοσοφίᾳ ξυνὼν τὰ πολλά, ὑπομείνειεν ἂν καὶ ἄλλου τινὸς ψευδομένου ἀκοῦσαι παρών, οὐχ ὅπως αὐτός τι τολμῆσαι τοιοῦτον.

ΤΥΧ. Οὐ γὰρ οἶσθα, ὦ ἑταῖρε, οἷα μὲν εἶπεν, ὅπως δὲ αὐτὰ ἐπιστώσατο, ὡς δὲ καὶ ἐπώμνυτο τοῖς πλείστοις παραστησάμενος τὰ παιδία, ὥστε με καὶ ἀποβλέποντα ἐς αὐτὸν ποικίλα ἐννοεῖν, ἄρτι μὲν ὡς μεμήνοι καὶ ἔξω εἴη τοῦ καθεστηκότος, ἄρτι δὲ ὡς γόης ὢν ἄρα τοσοῦτον χρόνον ἐλελήθει με ὑπὸ τῇ λεοντῇ γελοῖόν τινα πίθηκον περιστέλλων· οὕτως ἄτοπα διηγεῖτο.

ΦΙΛ. Τίνα ταῦτα πρὸς τῆς Ἑστίας, ὦ Τυχιάδη; ἐθέλω γὰρ εἰδέναι ἥντινα τὴν ἀλαζονείαν ὑπὸ τηλικούτῳ τῷ πώγωνι ἔσκεπεν.

6. ΤΥΧ. Εἴωθα μὲν καὶ ἄλλοτε, ὦ Φιλόκλεις, φοιτᾶν πρὸς αὐτόν, εἴ ποτε πολλὴν τὴν σχολὴν ἄγοιμι, τήμερον δὲ Λεοντίχῳ συγγενέσθαι δεόμενος — ἑταῖρος δέ μοι, ὡς οἶσθα — ἀκούσας παρὰ τοῦ παιδὸς ὡς παρ' Εὐκράτην ἕωθεν ἀπέλθοι νοσοῦντα ἐπισκεψόμενος, ἀμφοῖν ἕνεκα, ὡς καὶ τῷ Λεοντίχῳ συγγενοίμην κἀκεῖνον ἴδοιμι — ἠγνοήκειν γὰρ ὡς νοσοίη — παραγίγνομαι πρὸς αὐτόν· εὑρίσκω δὲ αὐτόθι τὸν μὲν Λεόντιχον οὐκέτι — ἐφθάκει γάρ, ὡς ἔφασκεν, ὀλίγον προεξεληλυθώς — ἄλλους δὲ συχνούς, ἐν οἷς Κλεόδημός τε ἦν ὁ ἐκ τοῦ Περιπάτου καὶ Δεινόμαχος ὁ Στωϊκὸς καὶ Ἴων, οἶσθα τὸν ἐπὶ τοῖς Πλάτωνος λόγοις θαυμάζεσθαι ἀξιοῦντα ὡς μόνον ἀκριβῶς κατανενοηκότα τὴν γνώμην τοῦ ἀνδρὸς καὶ τοῖς ἄλλοις ὑποφητεῦσαι δυνάμενον. Ὁρᾷς οἵους ἄνδρας σοί φημι, πανσόφους καὶ παναρέτους,

venisse ex Arcadia auxiliatum in Marathonem, vel raptam a Borea Orithyiam : ille impius et amens illis videri solet, qui manifestis adeo et veris rebus fidem neget. Eo usque mendacium invaluit.

4. PHIL. Sed poetæ, Tychiade, et civitates veniam fere consequantur : alteri suavitatem fabularum, quæ tantas habeat illecebras, suæ scriptioni admiscentes, qua scilicet maxime ad auditores suos opus habent; Athenienses vero ac Thebani, et si qui alii, augustiores talibus commentis reddunt patrias. Si quis enim tollat e Græcia fabulosa ista, nihil prohibuerit fame eorum monstratores perire, quum ne gratis quidem hospites audire verum velint. At qui nulla prorsus tali causa inducti tamen gaudent mendacio, illi merito videantur plane ridiculi.

5. TYCH. Recte istuc dicis. Ego enim ab Eucrate tibi adsum, nobili illo, ubi incredibilibus multis et fabulosis auditis, vel potius in media eorum enarratione discessi, qui ferre egressam modum licentiam non possem : sed tanquam Furiæ quædam me ejecerunt, illo portentosa multa et absurda enarrante.

PHIL. Atqui, Tychiade, fide dignus Eucrates est, neque quisquam temere crediderit illum, qui prolixam adeo barbam submiserit, hominem sexagenarium, ad hoc cum philosophia diu versatum, vel alium sustinere posse ut audiat se præsente mentientem, nedum ut ipse tale quid audeat.

TYCH. Nempe nescis, sodalis, qualia dixerit, quomodo fidem illis facere studuerit, quomodo dejeraverit ad pleraque, pueros etiam suos per quorum caput juraret interponens, adeo ut vultu in illum defixo varia cogitarem; modo quidem furere hominem et mente non constare; modo impostorem esse ac tam diu me fugisse, qui leonina pelle simium tegeret ridiculum : adeo absurda narrabat.

PHIL. Quænam ista, per ego te Vestam rogo, Tychiade? volo enim scire quamnam sub tanta barba tegat vanitatem.

6. TYCH. Solebam etiam alias, Philocles, ventitare ad illum, si valde otiosus essem : hodie vero quum Leonticho convento mihi opus esset, qui meus, ut nosti, sodalis est, audissemque ex ejus puero, mane abiisse ad Eucratem, ut ægrotantem viseret; utriusque rei causa, ut et Leontichum convenirem, et viderem ipsum, ignarus ægrotum esse, eo venio. Ac Leontichum quidem non amplius ibi invenio, qui paullo ante, uti ille dicebat, discessisset; sed alios frequentes, in quibus et Cleodemus erat Peripateticus, et Stoicus Dinomachus, atque Ion; nosti illum qui de Platonicis disputationibus admirationi esse postulat, tanquam qui solus accurate sententiam viri perceperit et aliis possit interpretari. Viden' quos tibi viros narrem sapientia omni et virtute præditos, quodque caput rei est, de une-

ὅ τι περ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ ἐξ ἑκάστης προαιρέσεως, αἰδεσίμους ἅπαντας καὶ μονονουχὶ φοβεροὺς τὴν πρόσοψιν; Ἔτι καὶ ὁ ἰατρὸς Ἀντίγονος παρῆν κατὰ χρείαν, οἶμαι, τῆς νόσου ἐπικληθεὶς, καὶ ῥᾷον ἐδόκει ἤδη ἔχειν ὁ Εὐκράτης καὶ τὸ νόσημα τῶν συντρόφων ἦν· τὸ ῥεῦμα γὰρ ἐς τοὺς πόδας αὖθις αὐτῷ κατεληλύθει. Καθέζεσθαι οὖν με παρ' αὐτὸν ἐπὶ τῆς κλίνης ὁ Εὐκράτης ἐπένευσεν ἠρέμα ἐγκλίνας τῇ φωνῇ ἐς τὸ ἀσθενικὸν, ὁπότε εἶδέ με, καίτοι βοῶντος αὐτοῦ καὶ διατεινομένου τι μεταξὺ εἰσιὼν ἐπήκουον. Κἀγὼ μάλα πεφυλαγμένως, μὴ ψαύσαιμι τῶν ποδῶν αὐτοῦ, ἀπολογησάμενος τὰ συνήθη ταῦτα, ὡς ἀγνοήσαιμι νοσοῦντα καὶ ὡς, ἐπεὶ ἔμαθον, δρομαῖος ἔλθοιμι, ἐκαθεζόμην πλησίον.

7. Οἱ μὲν δὴ ἐτύγχανον ἤδη περὶ τοῦ νοσήματος τὰ μὲν ἤδη προειρηκότες, τὰ δὲ καὶ τότε διεξιόντες, ἔτι δὲ καὶ θεραπείας τινὰς ἕκαστος ὑποβάλλοντες· ὁ γοῦν Κλεόδημος, Εἰ τοίνυν, φησὶ, τῇ ἀριστερᾷ τις ἀνελόμενος χαμόθεν τὸν ὀδόντα τῆς μυγαλῆς οὕτω φονευθείσης, ὡς προεῖπον, ἐνδήσειεν εἰς δέρμα λέοντος ἄρτι ἀποδαρέντος, εἶτα περιάψειε περὶ τὰ σκέλη, αὐτίκα παύεται τὸ ἄλγημα. Οὐκ εἰς λέοντος, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, ἐγὼ ἤκουσα, ἐλάφου δὲ θηλείας ἔτι παρθένου καὶ ἀβάτου· καὶ τὸ πρᾶγμα οὕτω πιθανώτερον· ὠκὺ γὰρ ἡ ἔλαφος καὶ ἔρρωται μάλιστα ἐκ τῶν ποδῶν. Καὶ ὁ λέων ἄλκιμος μὲν, καὶ τὸ λίπος αὐτοῦ καὶ ἡ χεὶρ ἡ δεξιὰ καὶ αἱ τρίχες ἐκ τοῦ πώγωνος αἱ ὀρθαὶ μεγάλα δύναιντ' ἂν, εἴ τις ἐπίσταιτο αὐτοῖς χρῆσθαι μετὰ τῆς οἰκείας ἐπῳδῆς ἑκάστῳ· ποδῶν δὲ ἴασιν ἥκιστα ἐπαγγέλλεται. Καὶ αὐτὸς, ἦ δ' ὃς ὁ Κλεόδημος, οὕτω πάλαι ἐγίγνωσκον ἐλάφου χρῆναι τὸ δέρμα εἶναι, διότι ὠκὺ ἔλαφος· ἔναγχος δὲ Λίβυς ἀνὴρ σοφὸς τὰ τοιαῦτα μετεδίδαξέ με εἰπὼν ὠκυτέρους εἶναι τῶν ἐλάφων τοὺς λέοντας. Ἀμέλει, ἔφη, καὶ αἱροῦσιν αὐτὰς διώκοντες. Ἐπῄνεσαν οἱ παρόντες ὡς εὖ εἰπόντος τοῦ Λίβυος.

8. Ἐγὼ δὲ, Οἴεσθε γὰρ, ἔφην, ἐπῳδαῖς τισι τὰ τοιαῦτα παύεσθαι ἢ τοῖς ἔξωθεν παραρτήμασι τοῦ κακοῦ ἔνδον διατρίβοντος; Ἐγέλασαν ἐπὶ τῷ λόγῳ μου καὶ δῆλοι ἦσαν κατεγνωκότες μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν, ἐπεὶ μὴ ἐπισταίμην τὰ προδηλότατα καὶ περὶ ὧν ἂν οὐδεὶς φρονῶν ἀντείποι μὴ οὐχὶ οὕτως ἔχειν. Ὁ μέντοι ἰατρὸς Ἀντίγονος ἐδόκει μοι ἡσθῆναι τῇ ἐρωτήσει μου· πάλαι γὰρ ἠμελεῖτο, οἶμαι, βοηθεῖν ἀξιῶν τῷ Εὐκράτει μετὰ τῆς τέχνης οἴνου τε παραγγέλλων ἀπέχεσθαι καὶ λάχανα σιτεῖσθαι καὶ ὅλως ὑφαιρεῖν τοῦ τόνου. Ὁ γοῦν Κλεόδημος ὑπομειδιῶν ἅμα, Τί λέγεις, ἔφη, ὦ Τυχιάδη; ἄπιστον εἶναί σοι δοκεῖ τὸ ἐκ τῶν τοιούτων γίγνεσθαί τινας ὠφελείας ἐς τὰ νοσήματα; Ἔμοιγε, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ μὴ πάνυ τὴν ῥῖνα κορύζης μεστὸς εἴην, ὡς πιστεύσειν τὰ ἔξω καὶ μηδὲν κοινωνοῦντα τοῖς ἔνδοθεν ἐπεγείρουσι τὰ νοσήματα μετὰ ῥηματίων, ὥς φατε, καὶ γοητείας τινὸς ἐνεργεῖν καὶ τὴν ἴασιν ἐπιπέμπειν προσαρτώμενα. Τὸ δ' οὐκ ἂν γένοιτο, οὐδ' ἢν ἐς τοῦ Νεμείου λέοντος τὸ δέρμα ἐνδήσῃ τις ἑκκαίδεκα μυγαλᾶς ὅλας· ἐγὼ γοῦν αὐτὸν τὸν λέοντα

quaque secta, venerabiles omnes ac tantum non aspectu ipso terribiles? Insuper vero aderat etiam Antigonus medicus, morbi causa, puto, advocatus. Ac jam mollius videbatur habere Eucrates, eratque familiaris illi morbus: defluxio enim iterum in pedes illi descenderat. Igitur assidere me apud se in lectulo jussit Eucrates, submissa paullum ad infirmitatem significandam voce, quum me vidisset, quanquam clamantem ipsum et contenta voce aliquid dicentem in ipso ingressu audiveram. Et ego summa cautione adhibita, ne forte pedes illius attingerem, excusatione illa vulgari prolata, me morbum ipsius ignorasse, audito autem, cursim advenisse, prope illum assedi.

7. Illi forte jam de morbo partim dixerant, partim adhuc disputabant; insuper etiam curationes unusquisque nonnullas subjiciebant. Nam Cleodemus, Si ergo, inquit, sinistra aliquis humi tollat dentem mustelæ, ita uti dixi interfectæ, et in excoriati modo leonis pelle deliget, ac deinde circumponat cruribus; statim cessat dolor. Non leonina, inquit Dinomachus, audivi equidem, sed cervæ virginis et nondum initæ: et probabilior sic res est; celere enim cerva et robustum maxime pedibus. Et leo fortis ille quidem, atque adeps illius et manus dextra et pili de barba recti multum valeant, si quis cum suo quodque carmine adhibere possit: pedum vero curationem minime promittit. Ipse quoque, inquit Cleodemus, ita olim censebam, cervæ oportere pellem esse, propterea quod velox cerva: sed nuper e Libya vir talium sapiens aliter me docuit, quum diceret velociores esse leones cervis. Nimirum, dicebat, capiunt illos etiam persecuti. Laudabant præsentes Libyn, qui recte dixisset.

8. At ego, Putatis enim, dicebam, incantationibus quibusdam talia sedari, aut rebus extra appensis, quum tamen intus habitet malum? Riserunt in hoc sermone meo, ac manifestum erat condemnari ab illis multam meam inscitiam, quoniam nescirem quæ essent manifestissima ac de quibus nemo sanus contradiceret, quasi non ita se haberent. Verumtamen Antigonus medicus videbatur delectari mea interrogatione: olim enim, puto, negligebatur, qui auxilium per artem suam afferre vellet Eucrati, et vino illum abstinere jubens, et vesci oleribus, et in universum de contentione remittere. Cleodemus ergo subridens, Quid ais, inquit, Tychiade? incredibile tibi videtur quasdam exsistere e talibus utilitates ad morbos? Mihi vero, inquam; nisi omnino pituita plenus mihi sit nasus, ut credam externa et quæ nihil communicent cum internis rebus morbos excitantibus, cum voculis quibusdam, ut dicitis, præstigiisque operari et sanationem, si appendantur, immittere. Enimvero hoc non contigerit, neque si quis in Nemeæi leonis pelle sedecim totas mustelas deliget. Ego enim

εἶδον πολλάκις χωλεύοντα ὑπ' ἀλγηδόνων ἐν ὁλοκλήρῳ τῷ αὐτοῦ δέρματι.

9. Πάνυ γὰρ ἰδιώτης, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, εἶ καὶ τὰ τοιαῦτα οὐκ ἐμέλησέ σοι ἐκμαθεῖν ὅντινα τρόπον ὠφελεῖ τοῖς νοσήμασι προσφερόμενα, καί μοι δοκεῖς οὐδὲ τὰ προφανέστατα ἂν παραδέξασθαι ταῦτα, τῶν ἐκ περιόδου πυρετῶν τὰς ἀποπομπὰς καὶ τῶν ἑρπετῶν τὰς καταθέλξεις καὶ βουβώνων ἰάσεις καὶ τἆλλα ὁπόσα καὶ αἱ γρᾶες ἤδη ποιοῦσιν. Εἰ δὲ ἐκεῖνα γίγνεται ἅπαντα, τί δή ποτε οὐχὶ ταῦτα οἰήσῃ γίγνεσθαι ὑπὸ τῶν ὁμοίων; Ἀπέραντα, ἦν δ' ἐγώ, ξυμπεραίνῃ, ὦ Δεινόμαχε, καὶ ἥλῳ, φασίν, ἐκκρούεις τὸν ἧλον· οὐδὲ γὰρ ἃ φῂς ταῦτα δῆλα μετὰ τοιαύτης δυνάμεως γιγνόμενα. Ἢν γοῦν μὴ πείσῃς πρότερον ἐπάγων τῷ λόγῳ, διότι φύσιν ἔχει γίγνεσθαι, τοῦ τε πυρετοῦ καὶ τοῦ οἰδήματος δεδιότος ἢ ὄνομα θεσπέσιον ἢ ῥῆσιν βαρβαρικὴν καὶ διὰ τοῦτο ἐκ τοῦ βουβῶνος δραπετεύοντος, ἔτι σοι γραῶν μῦθοι τὰ λεγόμενά ἐστι.

10. Σύ μοι δοκεῖς, ἦ δ' ὃς ὁ Δεινόμαχος, τὰ τοιαῦτα λέγων οὐδὲ θεοὺς εἶναι πιστεύειν εἴ γε μὴ οἴει τὰς ἰάσεις οἷόν τε εἶναι ὑπὸ ἱερῶν ὀνομάτων γίγνεσθαι. Τοῦτο μέν, ἦν δ' ἐγώ, μὴ λέγε, ὦ ἄριστε· κωλύει γὰρ οὐδὲν καὶ θεῶν ὄντων ὅμως τὰ τοιαῦτα ψευδῆ εἶναι. Ἐγὼ δὲ καὶ θεοὺς σέβω καὶ ἰάσεις αὐτῶν ὁρῶ καὶ ἃ εὖ ποιοῦσι τοὺς κάμνοντας ὑπὸ φαρμάκων καὶ ἰατρικῆς ἀνιστάντες· ὁ γοῦν Ἀσκληπιὸς αὐτὸς καὶ οἱ παῖδες αὐτοῦ ἤπια φάρμακα πάττοντες ἐθεράπευον τοὺς νοσοῦντας, οὐ λέοντας καὶ μυγαλᾶς περιάπτοντες.

11. Ἔα τοῦτον, ἔφη ὁ Ἴων, ἐγὼ δὲ ὑμῖν θαυμάσιόν τι διηγήσομαι. Ἦν μὲν ἐγὼ μειράκιον ἔτι ἀμφὶ τὰ τετταρακαίδεκα ἔτη σχεδόν· ἧκε δέ τις ἀγγέλλων τῷ πατρὶ Μίδαν τὸν ἀμπελουργόν, ἐρρωμένον ἐς τὰ ἄλλα οἰκέτην καὶ ἐργατικόν, ἀμφὶ πλήθουσαν ἀγορὰν ὑπὸ ἐχίδνης δηχθέντα κεῖσθαι ἤδη σεσηπότα τὸ σκέλος· ἀναδοῦντι γὰρ αὐτῷ τὰ κλήματα καὶ ταῖς χάραξι περιπλέκοντι προσερπύσαν τὸ θηρίον δακεῖν κατὰ τὸν μέγαν δάκτυλον, καὶ τὸ μὲν φθάσαι καὶ καταδῦναι αὖθις ἐς τὸν φωλεόν, τὸν δὲ οἰμώζειν ἀπολλύμενον ὑπ' ἀλγηδόνων. Ταῦτά τε οὖν ἀπηγγέλλετο καὶ τὸν Μίδαν ἑωρῶμεν αὐτὸν ἐπὶ σκίμποδος ὑπὸ τῶν ὁμοδούλων προσκομιζόμενον, ὅλον ᾠδηκότα, πελιδνόν, μυδῶντα, τὴν ἐπιφάνειαν ὀλίγον ἔτι ἐμπνέοντα. Λελυπημένῳ δὴ τῷ πατρὶ τῶν φίλων τις παρών, Θάρρει, ἔφη, ἐγὼ γάρ σοι ἄνδρα Βαβυλώνιον τῶν Χαλδαίων, ὥς φασιν, αὐτίκα μέτειμι, ὃς ἰάσεται τὸν ἄνθρωπον. Καὶ ἵνα μὴ διατρίβω λέγων, ἧκεν ὁ Βαβυλώνιος καὶ ἀνέστησε τὸν Μίδαν ἐπῳδῇ τινι ἐξελάσας τὸν ἰὸν ἐκ τοῦ σώματος, ἔτι καὶ προσαναρτήσας τῷ ποδὶ τεθνηκυίας παρθένου λίθον ἀπὸ τῆς στήλης ἐκκόψας. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως μέτριον· καίτοι ὁ Μίδας αὐτὸς ἀράμενος τὸν σκίμποδα, ἐφ' οὗ ἐκεκόμιστο, ᾤχετο ἐς τὸν ἀγρὸν ἀπιών. Τοσοῦτον ἡ ἐπῳδὴ ἐδυνήθη καὶ ὁ στηλίτης ἐκεῖνος λίθος.

12. Ὁ δὲ καὶ ἄλλα ἐποίησε θεσπέσια ὡς ἀληθῶς· ἐς τὸν ἀγρὸν γὰρ ἐλθὼν ἕωθεν ἐπειπὼν ἱερατικά τινα ἐκ

leonem ipsum sæpe claudicantem præ doloribus in integra sua pelle vidi.

9. Omnino nimirum idiota es, ait Dinomachus, neque talia discere curasti, quemadmodum morbis adhibita, prosint : ac videris mihi ne manifestissima quidem ista recipere, febrium intermittentium depulsiones, et serpentium mulcedines, et tumorum inguinalium sanationes, et reliqua quæ jam vetulæ faciunt. Si vero illa fiunt omnia, quidni et ista putabis fieri a similibus? Ea quæ non consequuntur, inquam, concludis, Dinomache, et clavo, quod aiunt, clavum ejicis : neque enim quæ dicis, ea tali potentia fieri manifestum est. Nisi enim prius eo conversa disputatione persuaseris quomodo fieri ista ex naturali lege possint, metuente febri aut tumore vel divinum nomen vel sermonem barbaricum, et propterea de inguinibus aufugiente; adhuc quæ dicis aniles sunt fabulæ.

10. Videris tu mihi, ait Dinomachus, talia qui dicas, neque deos credere, si quidem non putas fieri posse ut per divina nomina sanationes contingant. Illud quidem, inquam, noli dicere, vir optime : nihil enim prohibet, etiam si sunt dii, tamen talia esse mendacia. Ego vero et colo deos, et curationes illorum video, et quæ bene faciant laborantibus, quos medicamentorum et medicinæ opera restituant. Æsculapius enim ipse ejusque filii medicamentis bonis miscendis sanabant ægrotos, non leonibus mustelisque alligandis.

11. Omitte istum, inquit Ion : ego vero mirabile quiddam vobis enarrabo. Adolescentulus eram circa quattuor et decem fere annos : venit autem aliquis patri nuncians, Midam vinitorem, robustum cetera servum et labori intentum, eo fere tempore quo forum mane frequentari solet, a serpente morsum, jacere jam putrescente crure : deliganti enim palmites et palis applicanti, adrepentem viperam morsu appetiisse pollicem, ac subito suam rursus cavernam subiisse : illum vero plorare, qui periret doloribus. Hæc igitur nunciabantur : ac Midam videbamus ipsum in grabato afferri a conservis, totum tumoribus inflatum, luridum, putrescentem jam, et, quod oculis cerneres, ægre adhuc spirantem. Tristi autem patri amicorum aliquis, qui forte aderat, Bono es animo, inquit; ego enim tibi Babylonium hominem, de Chaldæis quos vocant, statim arcesso, qui sanabit hominem. Et ne moras narrandi faciam, venit Babylonius; restituit Midam, carmine quodam ejecto de corpore veneno, quum alligasset insuper pedi illius lapidem, quem de columella sepulcrali virginis defunctæ exciderat. Atque hoc fortassis mediocre videatur : quanquam ipse Midas, sublato in quo portatus fuerat grabato, discedens rus abiit. Tantum carmen illud valuit et ille lapis de sepulcro.

12. At ille alia quoque patravit vere divina. In prædium enim quum abiisset, mane, pronunciatis ex veteri libro

βίβλου παλαιᾶς ὀνόματα ἑπτὰ, θείῳ καὶ δᾳδὶ καθαγνίσας τὸν τόπον περιελθὼν ἐς τρὶς, ἐξήλασεν ὅσα ἦν ἑρπετὰ ἐντὸς τῶν ὅρων. Ἧκον οὖν ὥσπερ ἑλκόμενοι πρὸς τὴν ἐπῳδὴν ὄφεις πολλοὶ καὶ ἀσπίδες καὶ ἔχιδναι καὶ κεράσται καὶ ἀκοντίαι φρῦνοί τε καὶ φύσαλοι, ἐλείπετο δὲ εἷς δράκων παλαιὸς ὑπὸ γήρως, οἶμαι, ἐξερπύσαι μὴ δυνάμενος παρακούσας τοῦ προστάγματος· ὁ δὲ μάγος οὐκ ἔφη παρεῖναι ἅπαντας, ἀλλ' ἕνα τινὰ τῶν ὄφεων τὸν νεώτατον χειροτονήσας πρεσβευτὴν ἔπεμψεν ἐπὶ τὸν δράκοντα, καὶ μετὰ μικρὸν ἧκε κἀκεῖνος. Ἐπεὶ δὲ συνηλίσθησαν, ἐνεφύσησε μὲν αὐτὰ ὁ Βαβυλώνιος, τὰ δὲ αὐτίκα μάλα κατεκαύθη ἅπαντα ὑπὸ τῷ φυσήματι, ἡμεῖς δὲ ἐθαυμάζομεν.

13. Εἰπέ μοι, ὦ Ἴων, ἦν δ' ἐγὼ, ὁ ὄφις ὁ πρεσβευτὴς ὁ νέος ἆρα καὶ ἐχειραγώγει τὸν δράκοντα ἤδη, ὡς φὴς, γεγηρακότα, ἢ σκίπωνα ἔχων ἐκεῖνος ἐπεστηρίζετο; Σὺ μὲν παίζεις, ἔφη ὁ Κλεόδημος, ἐγὼ δὲ καὶ αὐτὸς ἀπιστότερος ὢν σου πάλαι τὰ τοιαῦτα — ᾤμην γὰρ οὐδενὶ λόγῳ δυνατὸν γίγνεσθαι ἂν αὐτὰ πιστεῦσαι — ὅμως ὅτε τὸ πρῶτον εἶδον πετόμενον τὸν ξένον τὸν βάρβαρον — ἐξ Ὑπερβορέων δὲ ἦν, ὡς ἔφασκεν — ἐπίστευσα καὶ ἐνικήθην ἐπὶ πολὺ ἀντισχών. Τί γὰρ ἔδει ποιεῖν αὐτὸν ὁρῶντα διὰ τοῦ ἀέρος φερόμενον ἡμέρας οὔσης καὶ ἐφ' ὕδατος βαδίζοντα καὶ διὰ πυρὸς διεξιόντα καὶ σχολῇ καὶ βάδην; Σὺ ταῦτα, ἦν δ' ἐγὼ, εἶδες, τὸν Ὑπερβόρεον ἄνδρα πετόμενον ἢ ἐπὶ τοῦ ὕδατος βεβηκότα; Καὶ μάλα, ἦ δ' ὅς, ὑποδεδεμένον γε καρβατίνας, οἷα μάλιστα ἐκεῖνοι ὑποδοῦνται. Τὰ μὲν γὰρ σμικρὰ ταῦτα τί χρὴ καὶ λέγειν, ὅσα ἐπεδείκνυτο ἔρωτας ἐπιπέμπων καὶ δαίμονας ἀνάγων καὶ νεκροὺς ἑώλους ἀνακαλῶν καὶ τὴν Ἑκάτην αὐτὴν ἐναργῆ παριστὰς καὶ τὴν Σελήνην κατασπῶν;

14. Ἐγὼ γοῦν διηγήσομαι ὑμῖν ἃ εἶδον γενόμενα ὑπ' αὐτοῦ ἐν Γλαυκίου τοῦ Ἀλεξικλέους· ἄρτι γὰρ ὁ Γλαυκίας τοῦ πατρὸς ἀποθανόντος παραλαβὼν τὴν οὐσίαν ἠράσθη Χρυσίδος τῆς Δημαινέτου θυγατρὸς, ἐμοὶ δὲ διδασκάλῳ ἐχρῆτο πρὸς τοὺς λόγους, καὶ εἴ γε μὴ ὁ ἔρως ἐκεῖνος ἀπησχόλησεν αὐτὸν, ἅπαντα ἂν ἤδη τὰ τοῦ Περιπάτου ἠπίστατο, ὃς καὶ ὀκτωκαιδεκαέτης ὢν ἀνέλυε καὶ τὴν φυσικὴν ἀκρόασιν μετεληλύθει εἰς τέλος· ἀμηχανῶν δὲ ὅμως τῷ ἔρωτι μηνύει μοι τὸ πᾶν. Ἐγὼ δὲ ὥσπερ εἰκὸς ἦν διδάσκαλον ὄντα, τὸν Ὑπερβόρεον ἐκεῖνον μάγον ἄγω πρὸς αὐτὸν ἐπὶ μναῖς τέτταρσι μὲν τὸ παραυτίκα — ἔδει γὰρ προτελέσαι τι πρὸς τὰς θυσίας — ἑκκαίδεκα δὲ, εἰ τύχοι τῆς Χρυσίδος. Ὁ δὲ αὐξομένην τηρήσας τὴν σελήνην — τότε γὰρ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ τὰ τοιαῦτα τελεσιουργεῖται — βόθρον τε ὀρυξάμενος ἐν αἰθρίῳ τινὶ τῆς οἰκίας περὶ μέσας νύκτας ἀνεκάλεσεν ἡμῖν πρῶτον μὲν τὸν Ἀλεξικλέα τὸν πατέρα τοῦ Γλαυκίου πρὸ ἑπτὰ μηνῶν τεθνεῶτα· ἠγανάκτει δὲ ὁ γέρων ἐπὶ τῷ ἔρωτι καὶ ὠργίζετο, τὰ τελευταῖα δὲ ὅμως ἐφῆκεν αὐτῷ ἐρᾶν. Μετὰ δὲ τὴν Ἑκάτην τε ἀνήγαγεν ἐπαγομένην τὸν Κέρβερον καὶ τὴν Σελήνην κατέσπασε πολύμορφόν τι θέαμα καὶ ἄλλοτε ἀλλοῖόν τι φανταζόμε-

sanctis septem nominibus, loco per sulphur et facem tribus circuitibus lustrato, quotquot intra fines illos fuerant serpentes ejecit. Veniebant igitur velut tracti ad incantationem angues multi et aspides, et viperæ, ac cerastæ, et jaculi, et rubetæ ac bufones: remanserat autem draco unus vetulus, qui præ senio, arbitror, non poterat erepere, ac propterea dicto audiens non fuerat. At magus negabat omnes adesse, atque unum serpentium minimum natu electum legatum misit ad draconem. Et venit paullo post iste etiam. Quum vero congregati essent, afflavit illos Babylonius: at illi confestim ab illo ipso flatu, nobis admirantibus, combusti sunt.

13. Dic mihi, Ion, dicebam ego, serpens ille legatus, junior, numquid manu ducebat draconem jam vetulum, ut dicebas, an ille scipione nixus ingrediebatur? Tu quidem ludis, Cleodemus ait: ego vero et ipse magis etiam quam tu incredulus circa talia quum essem (fieri enim nullo modo posse putabam ut ea crederem), tamen, ut primum volantem vidi peregrinum, barbarum illum (erat autem, ut dictitabat, ex Hyperboreis), credidi, et diu reluctatus tandem sum evictus. Quid enim facerem, qui viderem illum, sudo die, per aerem ferri, super aqua incedere, per ignem transire otiose et gradatim? Tu hæc, inquam ego, vidisti, Hyperboreum hominem volare, aut super aqua incedere? Ego vero, inquit, calceatum quidem crudo corio, ut plerumque illi calceantur. Nam parva illa quid dicere opus est, quæ ostendit immittendis amoribus, dæmonibus ciendis, mortuis veteribus revocandis in vitam, ipsa Hecate manifesto sistenda, ac detrahenda Luna?

14. Quin ego enarrabo vobis quæ vidi ab eo fieri apud Glauciam Alexiclis. Glaucias enim quum patre vix mortuo adiisset hereditatem, amore captus est Chrysidis Demæneti filiæ: me autem philosophiæ tum magistro utebatur; ac nisi amor illum iste detinuisset, omnia jam Peripateticæ scholæ placita didicisset, qui duodeviginti annorum adolescens jam analysi uteretur, et acroamaticos de natura libros ad finem usque pertractasset. Attamen consilii circa suum amorem inops, omnia mihi indicat. Ego vero, quod magistrum decebat, Hyperboreum illum magum ad eum deduco, quattuor in præsens minarum mercede interposita (oportebat enim statim numerare aliquid ad sacrificia), sedecim vero, si frui daretur Chryside. Ille vero plenam quum servasset lunam (tum enim plerumque talia sacra peraguntur), fossa in subdivali domus depressa, circa mediam noctem evocavit nobis primo quidem Alexiclem, patrem Glauciæ, ante menses septem defunctum. Graviter autem ferebat senex amorem, atque irascebatur; denique vero amare illi permisit tamen. Postea autem Hecaten evocavit, quæ Cerberum secum duceret, et Lunam detraxit, multiforme spectaculum, mutantemque præ se speciem fe-

νον· τὸ μὲν γὰρ πρῶτον γυναικείαν μορφὴν ἐπεδείκνυτο, εἶτα βοῦς ἐγένετο πάγκαλος, εἶτα σκύλαξ ἐφαίνετο. Τέλος δ' οὖν ὁ Ὑπερβόρεος ἐκ πηλοῦ ἐρώτιόν τι ἀναπλάσας, Ἄπιθι, ἔφη, καὶ ἄγε Χρυσίδα. Καὶ ὁ μὲν πηλὸς ἐξέπτατο, καὶ μετὰ μικρὸν δὲ ἐπέστη κόπτουσα τὴν θύραν ἐκείνη καὶ εἰσελθοῦσα περιβάλλει τὸν Γλαυκίαν ὡς ἂν ἐμμανέστατα ἐρῶσα καὶ συνῆν ἄχρι δὴ ἀλεκτρυόνων ἠκούσαμεν ᾀδόντων. Τότε δὴ ἥ τε Σελήνη ἀνέπτατο ἐς τὸν οὐρανὸν καὶ ἡ Ἑκάτη ἔδυ κατὰ τῆς γῆς καὶ τὰ ἄλλα φάσματα ἠφανίσθη καὶ τὴν Χρυσίδα ἐξεπέμψαμεν περὶ αὐτό που σχεδὸν τὸ λυκαυγές.

15. Εἰ ταῦτα εἶδες, ὦ Τυχιάδη, οὐκ ἂν ἔτι ἠπίστησας εἶναι πολλὰ ἐν ταῖς ἐπῳδαῖς χρήσιμα. Εὖ λέγεις, ἦν δ' ἐγώ· ἐπίστευον γὰρ ἄν, εἴ γε εἶδον αὐτά, νῦν δὲ συγγνώμη, οἶμαι, εἰ μὴ τὰ ὅμοια ὑμῖν ὀξυδερκεῖν ἔχω. Πλὴν ἀλλ' οἶδα γὰρ τὴν Χρυσίδα, ἣν λέγεις, ἐραστὴν γυναῖκα καὶ πρόχειρον· οὐχ ὁρῶ δὲ τίνος ἕνεκα ἐδεήθητε ἐπ' αὐτὴν τοῦ πηλίνου πρεσβευτοῦ καὶ μάγου τοῦ ἐξ Ὑπερβορέων καὶ Σελήνης αὐτῆς, ἣν εἴκοσι δραχμῶν ἀγαγεῖν ἐς Ὑπερβορέους δυνατὸν ἦν. Πάνυ γὰρ ἐνδίδωσι πρὸς ταύτην τὴν ἐπῳδὴν ἡ γυνὴ καὶ τὸ ἐναντίον τοῖς φάσμασι πέπονθεν· ἐκεῖνα μὲν γὰρ ἢν ψόφον ἀκούσῃ χαλκοῦ ἢ σιδήρου, πέφευγε — καὶ ταῦτα γὰρ ὑμεῖς φατε — αὕτη δέ, ἂν ἀργύριόν που ψοφῇ, ἔρχεται πρὸς τὸν ἦχον. Ἄλλως τε καὶ θαυμάζω αὐτοῦ τοῦ μάγου, εἰ δυνάμενος αὐτὸς ἐρασθῆναι πρὸς τῶν πλουσιωτάτων γυναικῶν καὶ τάλαντα ὅλα παρ' αὐτῶν λαμβάνειν, ὁ δὲ τεττάρων μνῶν πάνυ σμικρολόγος ὢν Γλαυκίαν ἐπέραστον ἐργάζεται. Γελοῖα ποιεῖς, ἔφη ὁ Ἴων, ἀπιστῶν ἅπασιν.

16. Ἐγὼ γοῦν ἡδέως ἂν ἐροίμην σε, τί περὶ τούτων φὴς ὅσοι τοὺς δαιμονῶντας ἀπαλλάττουσι τῶν δειμάτων οὕτω σαφῶς ἐξᾴδοντες καὶ τὰ φάσματα. Καὶ ταῦτα οὐκ ἐμὲ χρὴ λέγειν, ἀλλὰ πάντες ἴσασι τὸν Σύρον τὸν ἐκ τῆς Παλαιστίνης, τὸν ἐπὶ τούτων σοφιστήν, ὅσους παραλαβὼν καταπίπτοντας πρὸς τὴν σελήνην καὶ τὼ ὀφθαλμὼ διαστρέφοντας καὶ ἀφροῦ πιμπλαμένους τὸ στόμα ὅμως ἀνίστησι καὶ ἀποπέμπει ἀρτίους ἐπὶ μισθῷ μεγάλῳ ἀπαλλάξας τῶν δεινῶν· ἐπειδὰν γὰρ ἐπιστῇ κειμένοις καὶ ἔρηται ὅθεν εἰσεληλύθασιν εἰς τὸ σῶμα, ὁ μὲν νοσῶν αὐτὸς σιωπᾷ, ὁ δαίμων δὲ ἀποκρίνεται ἑλληνίζων ἢ βαρβαρίζων ἢ ὅθεν ἂν αὐτὸς ᾖ ὅπως τε καὶ ὅθεν ἐπῆλθεν ἐς τὸν ἄνθρωπον· ὁ δὲ ὅρκους ἐπάγων, εἰ δὲ μὴ πεισθείη, καὶ ἀπειλῶν ἐξελαύνει τὸν δαίμονα. Ἐγὼ γοῦν καὶ εἶδον ἐξιόντα μέλανα καὶ καπνώδη τὴν χροιάν. Οὐ μέγα, ἦν δ' ἐγώ, τὰ τοιαῦτά σε ὁρᾶν, ὦ Ἴων, ᾧ γε καὶ αἱ ἰδέαι αὐταὶ φαίνονται, ἃς ὁ πατὴρ ὑμῶν Πλάτων δείκνυσιν, ἀμαυρόν τι θέαμα ὡς πρὸς ἡμᾶς τοὺς ἀμβλυώττοντας.

17. Μόνος γὰρ Ἴων, ἔφη ὁ Εὐκράτης, τὰ τοιαῦτα εἶδεν, οὐχὶ δὲ καὶ ἄλλοι πολλοὶ δαίμοσιν ἐντετυχήκασιν οἱ μὲν νύκτωρ, οἱ δὲ μεθ' ἡμέραν; ἐγὼ δὲ οὐχ ἅπαξ, ἀλλὰ μυριάκις ἤδη τὰ τοιαῦτα τεθέαμαι· καὶ τὸ μὲν πρῶτον ἐταραττόμην πρὸς αὐτά, νῦν δὲ ὑπὸ τοῦ ἔθους οὐδέν

rens : primo quidem muliebrem formam ostendebat; tum bos fiebat pulcherrima; deinde catella videbatur. Tandem Hyperboreus de luto quum finxisset parvulum Cupidinem, Abi, inquit, et adduc Chrysidem! Avolat lutum, neque ita multo post astitit illa pulsans januam; et ingressa Glauciam amplectitur, ut quæ ad summum furorem usque amaret hominem, fuitque cum illo usque dum gallorum cantum audiremus. Tunc nempe Luna evolavit in cœlum, et terram Hecate subiit, et reliqua spectra evanuere, et emisimus, circa ipsum fere diluculum, Chrysidem.

15. Hæc si vidisses, Tychiade, non amplius fidem negares dicentibus esse multa in incantationibus utilia. Recte, inquam, mones : crederem enim, ea si vidissem; nunc autem venia, puto, parata est, si non ita acute ut vos videre talia possum. Verum enim vero (novi enim Chrysidem quam dicis, amatricem mulierem, facilemque et promtam) non video quam ob causam opus habueritis legato ad illam luteo, et mago ex Hyperboreis, ipsaque adeo Luna; quam viginti drachmis ad ipsos abducere licebat Hyperboreos. Nam tali carmini cedit mulier illa, et contrario spectris ingenio est : quæ si strepitum audiant æris aut ferri, fugiunt (nempe et hæc vos dicitis); verum illa argentum si qua tinniat, venit ad sonum. Alioquin ipsum quoque magum miror, si, quum possit ipse amari a ditissimis mulieribus et solida ab illis talenta accipere, pro quattuor minis sordidus homo Glauciam reddit amabilem. Ridicule facis, inquit Ion, qui fidem neges omnibus.

16. Ego lubens interrogaverim te, de illis quid sentias, qui dæmoniacos liberant terroribus, aperte adeo ipsa quoque spectra excantantes. Et hæc me dicere nihil opus est; sed norunt omnes Syrum illum e Palæstina, talium curationum sophistam, quot ille traditos sibi cadentes ad lunam, distorquentes oculos, spuma os repletum habentes, tamen suscitat, et sanos dimittit magna mercede liberatos malis. Quando enim astat jacentibus, et interrogat unde intraverint illi in corpus, ipse quidem tacet ægrotus; respondet vero dæmon græce vel barbare, aut undecumque sit ipse, quomodo et unde venerit in hominem : tum iste adjuratione et, si non pareat, minis dæmonem expellit. Atque ego vidi etiam exeuntem unum nigro colore et fumoso. Non erat magnum, inquam, talia te videre, Ion, cui ipsæ etiam ideæ appareant, quas Plato, pater vester, ostendit, evanidum ac tenue spectaculum nobis qui cæcutimus.

17. Nempe solus talia, Eucrates inquit, vidit Ion? nonne etiam alii multi inciderunt in dæmones, noctu partim, partim interdiu? ego vero non semel, sed decies millies jam vidi talia. Ac primo quidem ad ea perterrebar : jam vero ob consuetudinem inusitatum nihil videre mihi videor, et

τι παράλογον ὁρᾶν μοι δοκῶ, καὶ νῦν μάλιστα ἐξ οὗ μοι τὸν δακτύλιον ὁ Ἄραψ ἔδωκε σιδήρου τοῦ ἐκ τῶν σταυρῶν πεποιημένον καὶ τὴν ἐπῳδὴν ἐδίδαξε τὴν πολυώνυμον, ἐκτὸς εἰ μὴ κἀμοὶ ἀπιστήσεις, ὦ Τυχιάδη. Καὶ πῶς ἄν, ἦν δ' ἐγώ, ἀπιστήσαιμι Εὐκράτει τῷ Δείνωνος σοφῷ ἀνδρὶ καὶ μάλιστα ἐλευθερίως τὰ δοκοῦντά οἱ λέγοντι οἴκοι παρ' αὐτῷ ἐπ' ἐξουσίας;

18. Τὸ γοῦν περὶ τοῦ ἀνδριάντος, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἅπασι τοῖς ἐπὶ τῆς οἰκίας ὅσαι νύκτες φαινόμενον καὶ παισὶ καὶ νεανίαις καὶ γέρουσι τοῦτο οὐ παρ' ἐμοῦ μόνον ἀκούσειας ἄν, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἡμετέρων ἁπάντων. Ποίου, ἦν δ' ἐγώ, ἀνδριάντος; Οὐχ ἑόρακας, ἔφη, εἰσιὼν ἐν τῇ αὐλῇ ἑστηκότα πάγκαλον ἀνδριάντα, Δημητρίου ἔργον τοῦ ἀνθρωποποιοῦ; Μῶν τὸν δισκεύοντα, ἦν δ' ἐγώ, φῂς τὸν ἐπικεκυφότα κατὰ τὸ σχῆμα τῆς ἀφέσεως, ἀπεστραμμένον εἰς τὴν δισκοφόρον, ἠρέμα ὀκλάζοντα τῷ ἑτέρῳ, ἐοικότα ξυναναστησομένῳ μετὰ τῆς βολῆς; Οὐκ ἐκεῖνον, ἦ δ' ὅς, ἐπεὶ τῶν Μύρωνος ἔργων ἓν καὶ τοῦτό ἐστιν ὁ δισκοβόλος, ὃν λέγεις· οὐδὲ τὸν παρ' αὐτόν φημι, τὸν διαδούμενον τὴν κεφαλὴν τῇ ταινίᾳ, τὸν καλόν, Πολυκλείτου γὰρ τοῦτο ἔργον. Ἀλλὰ τοὺς μὲν ἐπὶ τὰ δεξιὰ εἰσιόντων ἄφες, ἐν οἷς καὶ τὰ Κριτίου καὶ Νησιώτου πλάσματα ἕστηκεν, οἱ τυραννοκτόνοι. Σὺ δὲ εἴ τινα παρὰ τὸ ὕδωρ τὸ ἐπιρρέον εἶδες προγάστορα, φαλαντίαν, ἡμίγυμνον τὴν ἀναβολήν, ἠνεμωμένον τοῦ πώγωνος τὰς τρίχας ἐνίας, ἐπίσημον τὰς φλέβας, αὐτοανθρώπῳ ὅμοιον, ἐκεῖνον λέγω, Πέλλιχος ὁ Κορίνθιος στρατηγὸς εἶναι δοκεῖ.

19. Νὴ Δί', ἦν δ' ἐγώ, εἶδόν τινα ἐπὶ τὰ δεξιὰ τοῦ Κρόνου ταινίας καὶ στεφάνους ξηροὺς ἔχοντα, κεχρυσωμένον πετάλοις τὸ στῆθος. Ἐγὼ δέ, ὁ Εὐκράτης ἔφη, ἐκεῖνα ἐχρύσωσα, ὁπότε μ' ἰάσατο διὰ τρίτης ὑπὸ τοῦ ἠπιάλου ἀπολλύμενον. Ἦν γὰρ καὶ ἰατρός, ἦν δ' ἐγώ, ὁ βέλτιστος οὗτος Πέλλιχος; Ἔστι, καὶ μὴ σκῶπτε, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἤ σε οὐκ εἰς μακρὰν μέτεισιν ὁ ἀνήρ· οἶδα ἐγὼ ὅσον δύναται οὗτος ὁ ὑπὸ σοῦ γελώμενος ἀνδριάς. Ἢ οὐ νομίζεις τοῦ αὐτοῦ εἶναι καὶ ἐπιπέμπειν ἠπιάλους οἷς ἂν ἐθέλοι, εἴ γε καὶ ἀποπέμπειν δυνατὸν αὐτῷ; Ἵλεως, ἦν δ' ἐγώ, ἔστω ὁ ἀνδριὰς καὶ ἤπιος οὕτως ἀνδρεῖος ὤν. Τί δ' οὖν καὶ ἄλλο ποιοῦντα ὁρᾶτε αὐτὸν ἅπαντες οἱ ἐν τῇ οἰκίᾳ; Ἐπειδὰν τάχιστα, ἔφη, νὺξ γένηται, ὁ δὲ καταβὰς ἀπὸ τῆς βάσεως, ἐφ' ᾗ ἕστηκε, περίεισιν ἐν κύκλῳ τὴν οἰκίαν καὶ πάντες ἐντυγχάνουσιν αὐτῷ ἐνίοτε καὶ ᾄδοντι, καὶ οὐκ ἔστιν ὅντινα ἠδίκησεν· ἐκτρέπεσθαι γὰρ χρὴ μόνον· ὁ δὲ παρέρχεται μηδὲν ἐνοχλήσας τοὺς ἰδόντας. Καὶ μὴν καὶ λούεται τὰ πολλὰ καὶ παίζει δι' ὅλης τῆς νυκτός, ὥστε ἀκούειν τοῦ ὕδατος ψοφοῦντος. Ὅρα τοίνυν, ἦν δ' ἐγώ, μὴ οὐχὶ Πέλλιχος ὁ ἀνδριάς, ἀλλὰ Τάλως ὁ Κρὴς ὁ τοῦ Μίνωος ᾖ· καὶ γὰρ ἐκεῖνος χαλκοῦς τις ἦν τῆς Κρήτης περίπολος. Εἰ δὲ μὴ χαλκοῦ, ὦ Εὔκρατες, ἀλλὰ ξύλου ἐπεποίητο, οὐδὲν αὐτὸν ἐκώλυεν οὐ Δημητρίου ἔργον εἶναι, ἀλλὰ τῶν Δαιδάλου τεχνημάτων· δραπετεύει γοῦν, ὡς φῄς, ἀπὸ τῆς βάσεως καὶ οὗτος.

nunc maxime, a quo tempore anulum hunc mihi dedit Arabs, de ferro patibulorum factum, et carmen me multorum nominum docuit; nisi forte nec mihi credis, Tychiade. Et quomodo, inquam, non credam Eucrati Dinonis filio, sapientissimo viro, et libere quæ sibi videantur et cum auctoritate domi suæ dicenti?

18. Illud enim de statua, inquit Eucrates, quod domesticis omnibus quot noctibus apparet, et pueris, et adolescentibus, et senibus, illud igitur non ex me solo audias, sed ex nostris omnibus. De qua, inquam, statua? Non vidisti, inquit, ingrediens, in aula stans signum pulcherrimum, Demetrii opus statuarum humanarum artificis? Num discum jaculantem dicis, inquam, incurvantem se ad habitum emittentis, reflexo vultu ad eam quæ discum attulit, paullum submisso genu altero, ut in ipso statim jactu surrecturus una videatur? Non, inquit, illud, quandoquidem Myronis operum et ipsum est, discobolus quem dicis. Neque illum juxta stantem dico, tænia redimitum caput, pulchrum; istud enim Polycleti opus. Sed omitte quæ sunt ad dextram introeuntium, in quibus Critii et Nesiotæ opera stant, tyrannorum interfectores. Tu vero si quam vidisti statuam ad influentem aquam, ventre prominulo, calvam, seminudam amictu, cujus barbæ pilos aliquot ventus videtur jactare, insignes habentem venas, exquisitissima hominis similitudine, illam dico: Pellichus Corinthiorum dux videtur esse.

19. Per Jovem, inquam, vidi quandam ad dextram Saturni, vittas habentem et corollas aridas, cujus pectus bracteis inauratum est. Ego, inquit Eucrates, inauravi illa, quum me sanasset tertium jam febri querquera pereuntem. Fuit nempe medicus quoque, inquam, optimus ille Pellichus? Est; et noli irridere, inquit Eucrates, aut non ita multo post ille te vir ulciscetur: novi ego quid possit ista derisa abs te statua. Aut non putas ejusdem esse immittere, quibus velit, querqueras, si expellere potest? Propitia, inquam, sit et placata virilis adeo statua! Quid igitur aliud quoque facientem quicumque in domo estis, videtis? Quum primum, inquit, nox oritur, descendens de sua basi, in qua stat, domum orbe quodam circumit, et omnes illi occurrunt, nonnunquam etiam cantanti, neque est quem læserit: modo opus est ut illi decedatur: sic præterit nulla molestia afficiens videntes. Quin etiam lavat plerumque et tota nocte ludit, ut strepitus aquæ exaudiatur. Vide ergo, dicebam, ne non Pellichus sit illa statua, sed Cretensis Talus, Minois famulus? nam ille æneus erat Cretæ circuitor. Si vero non ex ære, sed ex ligno factus esset, Eucrates; nihil prohiberet quominus non Demetrii esset opus, sed unum de Dædali artificiis: nam, ut ais, fugit de sua basi hic quoque.

20. Ὅρα, ἔφη, ὦ Τυχιάδη, μή σοι μεταμελήσῃ τοῦ σκώμματος ὕστερον. Οἶδα ἐγὼ οἷα ἔπαθεν ὁ τοὺς ὀβολοὺς ὑφελόμενος, οὓς κατὰ τὴν νουμηνίαν ἑκάστην τίθεμεν αὐτῷ. Πάνδεινα ἐχρῆν, ὁ Ἴων ἔφη, ἱερόσυλόν γε ὄντα. Πῶς οὖν αὐτὸν ἠμύνατο, ὦ Εὔκρατες; ἐθέλω γὰρ ἀκοῦσαι, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα οὑτοσὶ Τυχιάδης ἀπιστήσει. Πολλοί, ἦ δ' ὅς, ἔκειντο ὀβολοὶ πρὸς τοῖν ποδοῖν αὐτοῦ καὶ ἄλλα νομίσματα ἔνια ἀργυρᾶ πρὸς τὸν μηρὸν κηρῷ κεκολλημένα καὶ πέταλα ἐξ ἀργύρου, εὐχαί τινος ἢ μισθὸς ἐπὶ τῇ ἰάσει ὁπόσοι δι' αὐτὸν ἐπαύσαντο πυρετῷ ἐχόμενοι. Ἦν δὲ ἡμῖν Λίβυς τις οἰκέτης, κατάρατος, ἱπποκόμος· οὗτος ἐπεχείρησε νυκτὸς ὑφελέσθαι πάντα ἐκεῖνα καὶ ὑφείλετο καταβεβηκότα ἤδη τηρήσας τὸν ἀνδριάντα. Ἐπεὶ δὲ ἐπανελθὼν τάχιστα ἔγνω περισεσυλημένος ὁ Πέλλιχος, ὅρα ὅπως ἠμύνατο καὶ κατεφώρασε τὸν Λίβυν· δι' ὅλης γὰρ τῆς νυκτὸς περιῄει ἐν κύκλῳ τὴν αὐλὴν ὁ ἄθλιος ἐξελθεῖν οὐ δυνάμενος ὥσπερ ἐς λαβύρινθον ἐμπεσών, ἄχρι δὴ κατελήφθη ἔχων τὰ φώρια γενομένης τῆς ἡμέρας. Καὶ τότε μὲν πληγὰς οὐκ ὀλίγας ἔλαβεν ἁλούς, οὐ πολὺν δὲ ἐπιβιοὺς χρόνον κακὸς κακῶς ἀπέθανε μαστιγούμενος, ὡς ἔλεγε, κατὰ τὴν νύκτα ἑκάστην, ὥστε καὶ μώλωπας ἐς τὴν ἐπιοῦσαν φαίνεσθαι αὐτοῦ ἐπὶ τοῦ σώματος. Πρὸς ταῦτα, ὦ Τυχιάδη, καὶ τὸν Πέλλιχον σκῶπτε κἀμὲ ὥσπερ τοῦ Μίνωος ἡλικιώτην παραπαίειν ἤδη δόκει. Ἀλλ', ὦ Εὔκρατες, ἦν δ' ἐγώ, ἔστ' ἂν ὁ χαλκὸς μὲν χαλκός, τὸ δὲ ἔργον Δημήτριος ὁ Ἀλωπεκῆθεν εἰργασμένος ᾖ, οὐ θεοποιός τις, ἀλλ' ἀνθρωποποιὸς ὤν, οὔποτε φοβήσομαι τὸν ἀνδριάντα Πελλίχου, ὃν οὐδὲ ζῶντα πάνυ ἐδεδίειν ἀπειλοῦντά μοι.

21. Ἐπὶ τούτοις Ἀντίγονος ὁ ἰατρὸς εἶπε, Κἀμοί, ὦ Εὔκρατες, Ἱπποκράτης ἐστὶ χαλκοῦς ὅσον πηχυαῖος τὸ μέγεθος, ὃς μόνον ἐπειδὰν ἡ θρυαλλὶς ἀποσβῇ, περίεισι τὴν οἰκίαν ὅλην ἐν κύκλῳ ψοφῶν καὶ τὰς πυξίδας ἀνατρέπων καὶ τὰ φάρμακα συγχέων καὶ τὴν θύραν περιτρέπων, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν τὴν θυσίαν ὑπερβαλώμεθα, ἣν κατὰ τὸ ἔτος ἕκαστον αὐτῷ θύομεν. Ἀξιοῖ γάρ, ἦν δ' ἐγώ, καὶ Ἱπποκράτης ἤδη ὁ ἰατρὸς θύεσθαι αὐτῷ καὶ ἀγανακτεῖ, ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἐφ' ἱερῶν τελείων ἑστιαθῇ; ὃν ἔδει ἀγαπᾶν, εἴ τις ἀναγίσειεν αὐτῷ ἢ μελίκρατον ἐπισπείσειεν ἢ στεφανώσειε τὴν κεφαλήν.

22. Ἄκουε τοίνυν, ἔφη ὁ Εὐκράτης, τοῦτο μὲν καὶ ἐπὶ μαρτύρων, ὃ πρὸ ἐτῶν πέντε εἶδον· ἐτύγχανε μὲν ἀμφὶ τρυγητὸν τὸ ἔτος ὄν, ἐγὼ δὲ ἀμφὶ τὸν ἀγρὸν μεσούσης τῆς ἡμέρας τρυγῶντας ἀφεὶς τοὺς ἐργάτας κατ' ἐμαυτὸν εἰς τὴν ὕλην ἀπῄειν μεταξὺ φροντίζων τι καὶ ἀνασκοπούμενος. Ἐπεὶ δ' ἐν τῷ συνηρεφεῖ ἦν, τὸ μὲν πρῶτον ὑλαγμὸς ἐγένετο κυνῶν, κἀγὼ εἴκαζον Μνάσωνα τὸν υἱόν, ὥσπερ εἰώθει, παίζειν καὶ κυνηγετεῖν εἰς τὸ λάσιον μετὰ τῶν ἡλικιωτῶν παρελθόντα. Τὸ δ' οὐκ εἶχεν οὕτως, ἀλλὰ μετ' ὀλίγον σεισμοῦ τινος γενομένου καὶ βοῆς οἷον ἐκ βροντῆς γυναῖκα ὁρῶ προσιοῦσαν φοβεράν, ἡμισταδιαίαν σχεδὸν τὸ ὕψος· εἶχε δὲ καὶ δᾷδα ἐν τῇ ἀριστερᾷ καὶ ξίφος ἐν τῇ δεξιᾷ ὅσον εἰκοσάπηχυ,

20. At tu vide, inquit, Tychiade, ne dicti te postea tui pœniteat. Novi ego quid usu venerit ei qui obolos furatus fuerat, quos singulis noviluniis ipsi offerimus. Gravissima quidem oportuit evenire, inquit Ion, ut sacrilego. Quomodo igitur ultus est illum, Eucrates? volo enim audire, et si fidem vel maxime hic Tychiades sit negaturus. Multi, inquit, oboli ad pedes illius jacebant, et numi aliquot alii argentei ad femur ipsius cera agglutinati, et argenti bracteolæ, votum cujusdam, aut sanationis merces eorum qui per ipsum febri erant liberati. Erat vero nobis servus e Libya, sacer homo, equiso. Hic ausus est noctu suffurari omnia illa, et suffuratus est, observato tempore ubi descenderat statua. Quum primum vero reversus cognovit se spoliatum esse Pellichus, vide quomodo ultus sit Libyn ac deprehenderit. Tota enim nocte in aula circumiit in orbem infelix, qui exire non posset, velut in labyrinthum delapsus, usque dum die exorto deprehenderetur cum rebus furtivis. Ac tum quidem deprehensus plagas accepit non paucas: non diu vero quum supervixisset, malus male periit, qui diceret singulis se noctibus flagellari, adeo ut vibices etiam postridie illius in corpore apparerent. Post hæc, Tychiade, et Pellichum deride, et me, ut Minois æqualem, jam delirare puta. Verum, Eucrates, inquam, quam diu quod æs est, æs erit, et opus illud Demetrius Alopeciensis elaboraverit, non deorum faber, sed hominum statuarius; nunquam ego statuam Pellichi timuero, quem, neque si vivus mihi minaretur, valde metuerem.

21. Post hæc Antigonus medicus ait: Ac mihi, Eucrates, æneus Hippocrates est, cubitali circiter magnitudine, qui modo ubi linum lampadis exstinctum est, totam orbe domum circumit, perstrepit, pyxidas evertit, medicamenta confundit, convertit januam, præsertim ubi rem sacram differimus, quam singulis annis ei facimus. Postulat ergo, inquam, modo etiam Hippocrates sacrificari sibi, et indignatur si non suo tempore opimis epuletur hostiis? quem contentum esse decebat, si quis inferias illi mittat, aut libet mulsum, aut caput coronet.

22. Audi ergo, inquit Eucrates, idque sub testibus gestum, quod ante quinque annos vidi. Erat tempus anni circa vindemiam, ego vero, relictis in agro circa meridiem vindemiatoribus, solus abii in silvam, cogitans interim aliquid et commentans. Jam in opaco eram, quum primo quidem latratus exoritur canum; et ego arbitrabar Mnasonem filium pro more ludere et venari, densum silvæ cum sodalibus ingressum. At illud non ita se habebat: sed post paullo, motu quodam terræ facto et sono qualis est tonitrus, mulierem accedentem video terribilem, dimidii fere stadii altitudine: habebat vero facem etiam in sinistra, et in dextra gladium, viginti circiter cubitorum; ac quantum ad inferiora

καὶ τὰ μὲν ἔνερθεν ὀφιόπους ἦν, τὰ δὲ ἄνω Γοργόνι ἐμφερὴς, τὸ βλέμμα φημὶ καὶ τὸ φρικῶδες τῆς προσόψεως, καὶ ἀντὶ τῆς κόμης τοὺς δράκοντας βοστρυχηδὸν περιέκειτο εἱλουμένους περὶ τὸν αὐχένα καὶ ἐπὶ τῶν ὤμων ἐνίους ἐσπειραμένους. Ὁρᾶτε, ἔφη, ὅπως ἔφριξα, ὦ φίλοι, μεταξὺ διηγούμενος; καὶ ἅμα λέγων ἐδείκνυεν ὁ Εὐκράτης τὰς ἐπὶ τοῦ πήχεως τρίχας πᾶσιν ὀρθὰς ὑπὸ τοῦ φόβου.

23. Οἱ μὲν οὖν ἀμφὶ τὸν Ἴωνα καὶ τὸν Δεινόμαχον καὶ τὸν Κλεόδημον κεχηνότες ἀτενὲς προσεῖχον αὐτῷ γέροντες ἄνδρες, ἑλκόμενοι τῆς ῥινὸς, ἠρέμα προσκυνοῦντες οὕτως ἀπίθανον κολοσσὸν, ἡμισταδιαίαν γυναῖκα, γιγάντειόν τι μορμολυκεῖον. Ἐγὼ δὲ ἐνενόουν μεταξὺ οἷοι ὄντες αὐτοὶ νέοις τε ὁμιλοῦσιν ἐπὶ σοφίᾳ καὶ ὑπὸ πολλῶν θαυμάζονται μόνῃ τῇ πολιᾷ καὶ τῷ πώγωνι διαφέροντες τῶν βρεφῶν, τὰ δ' ἄλλα καὶ αὐτῶν ἐκείνων εὐαγωγότεροι πρὸς τὸ ψεῦδος.

24. Ὁ γοῦν Δεινόμαχος, Εἰπέ μοι, ἔφη, ὦ Εὔκρατες, οἱ κύνες δὲ τῆς θεοῦ πηλίκοι τὸ μέγεθος ἦσαν; Ἐλεφάντων, ἦ δ' ὃς, ὑψηλότεροι τῶν Ἰνδικῶν, μέλανες καὶ αὐτοὶ καὶ λάσιοι πιναρᾷ καὶ αὐχμώσῃ τῇ λάχνῃ. Ἐγὼ μὲν οὖν ἰδὼν ἔστην ἀναστρέψας ἅμα τὴν σφραγῖδα, ἥν μοι ὁ Ἄραψ ἔδωκεν, εἰς τὸ εἴσω τοῦ δακτύλου· ἡ Ἑκάτη δὲ πατάξασα τῷ δρακοντείῳ ποδὶ τοὔδαφος ἐποίησε χάσμα παμμέγεθες, ἡλίκον ταρτάρειον τὸ μέγεθος· εἶτα ᾤχετο μετ' ὀλίγον ἀλλομένη ἐς αὐτό. Ἐγὼ δὲ θαρσήσας ἐπέκυψα λαβόμενος δένδρου τινὸς πλησίον πεφυκότος, ὡς μὴ σκοτοδινιάσας ἐμπέσοιμι ἐπὶ κεφαλήν· εἶτα ἑώρων τὰ ἐν Ἅδου ἅπαντα, τὸν Πυριφλεγέθοντα, τὴν λίμνην, τὸν Κέρβερον, τοὺς νεκροὺς, ὥστε γνωρίζειν ἐνίους αὐτῶν· τὸν γοῦν πατέρα εἶδον ἀκριβῶς αὐτὰ ἐκεῖνα ἔτι ἀμπεχόμενον, ἐν οἷς αὐτὸν κατεθάψαμεν. Τί δὲ ἔπραττον, ὁ Ἴων ἔφη, ὦ Εὔκρατες, αἱ ψυχαί; Τί ἄλλο, ἦ δ' ὃς, ἢ κατὰ φῦλα καὶ φρήτρας μετὰ τῶν φίλων καὶ συγγενῶν διατρίβουσιν ἐπὶ τοῦ ἀσφοδέλου κατακείμενοι. Ἀντιλεγέτωσαν οὖν ἔτι, ἦ δ' ὃς ὁ Ἴων, οἱ ἀμφὶ τὸν Ἐπίκουρον τῷ ἱερῷ Πλάτωνι καὶ τῷ περὶ τῶν ψυχῶν λόγῳ. Σὺ δὲ μὴ καὶ τὸν Σωκράτην αὐτὸν καὶ τὸν Πλάτωνα εἶδες ἐν τοῖς νεκροῖς; Τὸν Σωκράτην ἔγωγε, ἦ δ' ὃς, οὐδὲ τοῦτον σαφῶς, ἀλλὰ εἰκάζων ὅτι φαλακρὸς καὶ προγάστωρ ἦν· τὸν Πλάτωνα δὲ οὐκ ἐγνώρισα· χρὴ γὰρ, οἶμαι, πρὸς φίλους ἄνδρας τἀληθῆ λέγειν. Ἅμα γοῦν ἔγωγε ἅπαντα ἀκριβῶς ἑόρακα, καὶ τὸ χάσμα συνέμυε καί τινες τῶν οἰκετῶν ἀναζητοῦντές με, καὶ Πυρρίας οὗτος ἐν αὐτοῖς, ἐπέστησαν οὔπω τέλεον μεμυκότος τοῦ χάσματος. Εἰπὲ, Πυρρία, εἰ ἀληθῆ λέγω. Νὴ Δί', ἔφη ὁ Πυρρίας, καὶ ὑλακῆς δὲ ἤκουσα διὰ τοῦ χάσματος καὶ πῦρ τι ὑπολάμπειν ἀπὸ τῆς δᾳδός μοι ἐδόκει. Κἀγὼ ἐγέλασα ἐπιμετρήσαντος τοῦ μάρτυρος τὴν ὑλακὴν καὶ τὸ πῦρ.

25. Ὁ Κλεόδημος δὲ, Οὐ καινὰ, εἶπεν, οὐδὲ ἄλλοις ἀόρατα ταῦτα εἶδες, ἐπεὶ καὶ αὐτὸς οὐ πρὸ πολλοῦ νοσήσας τοιόνδε τι ἐθεασάμην· ἐπεσκόπει δέ με καὶ ἐθεράπευεν Ἀντίγονος οὗτος. Ἑβδόμη μὲν ἦν ἡμέρα, ὁ δὲ

anguipes erat, supra autem Gorgoni similis, vultu inquam et aspectu horribili: et pro coma dracones erant cincinnorum in modum circumjacentes et implexi circa collum, quidam etiam in humeris spirarum in modum se volventes. Hic, Videtin', inquit, amici, quam inter narrandum perhorruerim? et cum his verbis simul ostendebat Eucrates omnibus pilos in brachio horrentes a terrore.

23. Ion igitur et Dinomachus et Cleodemus hiantes atque intenti hominem audiebant, senes viri, qui naso se trahendos præberent; et tacite adorabant colossum adeo incredibilem, mulierem dimidium stadium altam, giganteum quoddam terriculamentum. Ego vero interea cogitabam quales hi homines et versentur sapientiæ causa cum adolescentulis, et multis admirationi sint, qui tamen solo capillitio cano et barba distent a puerulis, quibus ipsis ceteroqui facilius mendacio ductari se patiantur.

24. Igitur Dinomachus, Dic mihi, inquit, Eucrates, canes deæ quanti erant? Elephantis, inquit ille, Indicis altiores, nigri et ipsi, hirsuti, villis sordidis ac squalidis. Ego itaque quum viderem, constiti, conversa ad interiorem partem digiti pala anuli, quem Arabs mihi dederat. Hecate vero, quum percussisset anguino pede solum, hiatum effecit maximum, tartarea magnitudine: tum paullo post in illum desiliens evanuit. Ego sumto animo, protenso capite introspexi, apprehensa tamen arbore in proximo enata, ne vertigine oborta præceps inciderem. Tum vidi quæ sunt apud inferos omnia, Pyriphlegethontem, lacum, Cerberum, mortuos, adeo ut quosdam illorum agnoscerem: patrem quidem meum accurate noram, iisdem adhuc indutum in quibus eum sepeliveramus. Quid vero agebant, inquit Ion, animæ, mi Eucrates? Quid aliud, inquit, quam per gentes et tribus cum amicis et cognatis agunt, accumbentes in asphodelo. Contradicant ergo adhuc, inquit Ion, Epicurei divino Platoni et libro de animis. Tu vero nonne ipsum etiam Socratem et Platonem vidisti inter mortuos? Socratem equidem, inquit, neque hunc dilucide, sed conjecturam inde faciens, quod calvus erat et ventricosus: Platonem vero non agnovi; oportet enim, arbitror, vera dicere apud amicos. Simul ergo ut omnia accurate ego vidi, et hiatus in eo erat ut coiret, quidam servorum requirentes me, et in illis hic ipse Pyrrhias, astitere, nondum plane clauso hiatu. Dic, Pyrrhia, utrum vera dicam. Per Jovem, ait Pyrrhias, etiam latratum audivi per hiatum, et ignis sublucere de face mihi videbatur. Et ego risi, corollarium addente teste latratum atque ignem.

25. Cleodemus autem, Non nova, inquit, neque non visa aliis hæc spectasti, quum ipse quoque non ita pridem ægrotans tale quid viderim: visebat me autem et curabat hic Antigonus. Dies erat septimus; febris talis, ut ipsa arden-

πυρετὸς οἷος καύσωνος σφοδρότερος. Ἅπαντες δέ με ἀπολιπόντες ἐπ' ἐρημίας ἐπικλεισάμενοι τὰς θύρας ἔξω περιέμενον· οὕτω γὰρ ἐκέλευσας, ὦ Ἀντίγονε, εἴ πως δυνηθείην εἰς ὕπνον τρέπεσθαι. Τότε οὖν ἐφίσταταί μοι νεανίας ἐγρηγορότι πάγκαλος λευκὸν ἱμάτιον περιβεβλημένος, εἶτα ἀναστήσας ἄγει διά τινος χάσματος ἐς τὸν Ἅδην, ὡς αὐτίκα ἐγνώρισα Τάνταλον ἰδὼν καὶ Τιτυὸν καὶ Σίσυφον. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα τί ἂν ὑμῖν λέγοιμι; ἐπεὶ δὲ κατὰ τὸ δικαστήριον ἐγενόμην — παρῆν δὲ καὶ ὁ Αἰακὸς καὶ ὁ Χάρων καὶ αἱ Μοῖραι καὶ αἱ Ἐρινύες — ὁ μέν τις ὥσπερ βασιλεὺς ὁ Πλούτων μοι δοκεῖν καθῆστο ἐπιλεγόμενος τῶν τεθνηξομένων τὰ ὀνόματα, οὓς ἤδη ὑπερημέρους τῆς ζωῆς συνέβαινεν εἶναι. Ὁ δὲ νεανίσκος ἐμὲ φέρων παρέστησεν αὐτῷ· ὁ δὲ Πλούτων ἠγανάκτησέ τότε καὶ πρὸς τὸν ἀγαγόντα με, Οὔπω πεπλήρωται, φησὶ, τὸ νῆμα αὐτῷ, ὥστε ἀπίτω. Σὺ δὲ δὴ τὸν χαλκέα Δημύλον ἄγε· ὑπὲρ γὰρ τὸν ἄτρακτον ἤδη βιοῖ. Κἀγὼ ἄσμενος ἀναδραμὼν αὐτὸς μὲν ἤδη ἀπύρετος ἦν, ἀπήγγελλον δὲ ἅπασιν ὡς τεθνήξεται Δημύλος· ἐν γειτόνων δὲ ἡμῖν ᾤκει νοσῶν τι καὶ αὐτὸς, ὡς ἀπηγγέλλετο. Καὶ μετὰ μικρὸν ἠκούομεν οἰμωγῆς ὀδυρομένων ἐπ' αὐτῷ.

26. Τί θαυμαστόν; εἶπεν ὁ Ἀντίγονος· ἐγὼ γὰρ οἶδά τινα μετὰ εἰκοστὴν ἡμέραν ἢ ᾗ ἐτάφη ἀναστάντα, θεραπεύσας καὶ πρὸ τοῦ θανάτου καὶ ἐπεὶ ἀνέστη τὸν ἄνθρωπον. Καὶ πῶς, ἦν δ' ἐγὼ, ἐν εἴκοσιν ἡμέραις οὔτε ἐμύδησε τὸ σῶμα οὔτε ἄλλως ὑπὸ λιμοῦ διεφθάρη; εἰ μή τινά γε Ἐπιμενίδην σύ γε ἐθεράπευσας.

27. Ἅμα ταῦτα λεγόντων ἡμῶν ἐπεισῆλθον οἱ τοῦ Εὐκράτους υἱοὶ ἐκ τῆς παλαίστρας, ὁ μὲν ἤδη ἐξ ἐφήβων, ὁ δὲ ἕτερος ἀμφὶ τὰ πεντεκαίδεκα ἔτη, καὶ ἀσπασάμενοι ἡμᾶς ἐκαθέζοντο ἐπὶ τῆς κλίνης παρὰ τῷ πατρί· ἐμοὶ δὲ εἰσεκομίσθη θρόνος. Καὶ ὁ Εὐκράτης ὥσπερ ἀναμνησθεὶς πρὸς τὴν ὄψιν τῶν υἱέων, Οὕτως ὀναίμην, ἔφη, τούτων — ἐπιβαλὼν αὐτοῖν τὴν χεῖρα — ὡς ἀληθῆ, ὦ Τυχιάδη, πρός σε ἐρῶ. Τὴν μακαρῖτίν μου γυναῖκα τὴν τούτων μητέρα πάντες ἴσασιν ὅπως ἠγάπησα, ἐδήλωσα δὲ οἷς περὶ αὐτὴν ἔπραξα οὐ ζῶσαν μόνον, ἀλλ' ἐπεὶ καὶ ἀπέθανε, τόν τε κόσμον ἅπαντα συγκατακαύσας καὶ τὴν ἐσθῆτα ᾗ ζῶσα ἔχαιρεν. Ἑβδόμῃ δὲ μετὰ τὴν τελευτὴν ἡμέρᾳ ἐγὼ μὲν ἐνταῦθα ἐπὶ τῆς κλίνης ὥσπερ νῦν ἐκείμην παραμυθούμενος τό γε πένθος· ἀνεγίγνωσκον γὰρ τὸ περὶ ψυχῆς τοῦ Πλάτωνος βιβλίον ἐφ' ἡσυχίας· ἐπεισέρχεται δὲ μεταξὺ ἡ Δημαινέτη αὐτὴ ἐκείνη καὶ καθίζεται πλησίον ὥσπερ νῦν Εὐκρατίδης οὑτοσὶ, δείξας τὸν νεώτερον τῶν υἱέων· ὁ δὲ αὐτίκα ἔφριξε μάλα παιδικῶς καὶ πάλαι ἤδη ὠχρὸς ἦν πρὸς τὴν διήγησιν. Ἐγὼ δὲ, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ὡς εἶδον, περιπλακεὶς αὐτῇ ἐδάκρυον ἀνακωκύσας· ἡ δὲ οὐκ εἴα βοᾶν, ἀλλ' ᾐτιᾶτό με, ὅτι τὰ ἄλλα πάντα χαρισάμενος αὐτῇ θάτερον τοῖν σανδάλοιν χρυσοῖν ὄντοιν οὐ κατακαύσαιμι, εἶναι δὲ αὐτὸ ἔφασκε παραπεσὸν ὑπὸ τῇ κιβωτῷ, καὶ διὰ τοῦτο ἡμεῖς οὐχ εὑρόντες θάτερον μόνον ἐκαύσαμεν. Ἔτι δὲ ἡμῶν διαλεγομένων κατάρατόν τι κυνίδιον ὑπὸ

tissima esset vehementior. Omnes autem, me solo relicto, clausis foribus extra manebant : ita enim jusseras, Antigone, si qua possem somnum capere. Tunc igitur astat mihi juvenis vigilanti undique pulcherrimus, veste candida indutus : deinde surgere me jussum deducit per hiatum quendam ad inferos, ut primo conspectu agnovi Tantalum videndo et Tityum et Sisyphum. Ac reliqua quid vobis dicam? Quum vero essem apud tribunal (aderat autem Æacus quoque et Charon, et Parcæ, et Furiæ), aliquis velut rex, Pluto ut mihi videtur, assidebat, pronuncians eorum qui jam morituri essent nomina, quos ultra diem ipsis dictum in vita manere contigerat. At juvenis me illi sistebat : sed Pluto indignabundus ad ductorem meum, Nondum, inquit, impletum illius filum est : proinde abeat. Tu vero jam fabrum adduc Demylum : jam enim ultra colum vivit. Et ego quum lætus recurrissem, ipse quidem jam sine febri eram, denunciabam vero omnibus, moriturum mox esse Demylum : in vicinia autem nostra habitabat, ægrotans ipse quoque, ut nunciabatur. Et paullo post audiebamus planctum eorum, qui illum deplorabant.

26. Quid mirabile? ait Antigonus : ego enim novi quendam vicesimo die post, quam sepultus fuerat, reviviscentem, qui et ante mortem et quum redisset in vitam, hominem curaverim. Et quomodo, inquam, viginti diebus neque putruit corpus, neque alioquin fame periit? nisi forte tu Epimenidem quendam curasti.

27. Hæc dum loquimur, superveniunt filii Eucratis redeuntes de palæstra, quorum alter jam ex ephebis excessit, alter circa quintum decimum annum est. Hi, quum salutassent nos, assidebant in lecto apud patrem : mihi vero illata est sella. Et Eucrates, quasi admonitus ad conspectum filiorum, Ita, inquit, hisce fruar (injecta utrique manu), ut vera tibi, Tychiade, narrabo. Uxorem meam, nunc felicem, horum matrem, norunt omnes quantum amaverim : declaravi autem iis quæ illius causa feci non viventis modo, sed etiam defunctæ, qui mundum illius omnem una cremaverim, et eam qua viva gaudebat vestem. Septimo autem a morte illius die ego hic in lectulo, uti nunc, jacebam, luctus solatia quærens : silentio enim legebam Platonis de anima librum : inter hæc supervenit Demæneta ipsa illa, et prope assidet, ut nunc Eucratides hic (ostendens filiorum juniorem : qui statim puerili more cohorruit, pallidus jam ante ad hanc narrationem). Ego vero, pergit Eucrates, quum viderem, complexus illam cum ejulatu lacrimabar. Illa non passa me clamare, sed accusavit quod reliquis in rebus omnibus sibi gratificatus, alterum sandaliorum (erant autem aurea) non cremaverim : decidisse vero illud dicebat juxta arcam; ac propter hoc nos quum non invenissemus, alterum modo cremaveramus. Adhuc loquentibus nobis,

τῇ κλίνῃ ὃν Μελιταῖον ὑλάκτησεν, ἡ δὲ ἠφανίσθη πρὸς τὴν ὑλακήν· τὸ μέντοι σανδάλιον εὑρέθη ὑπὸ τῇ κιβωτῷ καὶ κατεκαύθη ὕστερον.

28. Ἔτι ἀπιστεῖν τούτοις, ὦ Τυχιάδη, ἄξιον ἐναργέσιν οὖσι καὶ κατὰ τὴν ἡμέραν ἑκάστην φαινομένοις; Μὰ Δί', ἦν δ' ἐγώ· ἐπεὶ σανδάλῳ γε χρυσῷ ἐς τὰς πυγὰς ὥσπερ τὰ παιδία παίεσθαι ἄξιοι ἂν εἶεν οἱ ἀπιστοῦντες καὶ οὕτως ἀναισχυντοῦντες πρὸς τὴν ἀλήθειαν.

29. Ἐπὶ τούτοις ὁ Πυθαγορικὸς Ἀρίγνωτος εἰσῆλθεν, ὁ κομήτης, ὁ σεμνὸς ἀπὸ τοῦ προσώπου, οἶσθα τὸν ἀοίδιμον ἐπὶ τῇ σοφίᾳ, τὸν ἱερὸν ἐπονομαζόμενον. Κἀγὼ μὲν ὡς εἶδον αὐτὸν, ἀνέπνευσα, τοῦτ' ἐκεῖνο ἥκειν μοι νομίσας, πέλεκύν τινα κατὰ τῶν ψευσμάτων· ἐπιστομιεῖ γὰρ αὐτοὺς, ἔλεγον, ὁ σοφὸς ἀνὴρ οὕτω τεράστια διεξιόντας, καὶ τὸ τοῦ λόγου, θεὸν ἀπὸ μηχανῆς ἐπεισκυκληθῆναί μοι τοῦτον ᾤμην ὑπὸ τῆς Τύχης. Ὁ δὲ ἐπεὶ ἐκαθέζετο ὑπεκστάντος αὐτῷ τοῦ Κλεοδήμου, πρῶτα μὲν περὶ τῆς νόσου ἤρετο, καὶ ὡς ῥᾷον ἤδη ἔχειν ἤκουσε παρὰ τοῦ Εὐκράτους, Τί δὲ, ἔφη, πρὸς αὐτοὺς φιλοσοφεῖτε; μεταξὺ γὰρ εἰσιὼν ἐπήκουσα, καί μοι δοκεῖτε εἰς καλὸν διατεθήσεσθαι τὴν διατριβήν. Τί δ' ἄλλο, εἶπεν ὁ Εὐκράτης, ἢ τουτονὶ τὸν ἀδαμάντινον πείθομεν — δείξας ἐμέ — ἡγεῖσθαι δαίμονάς τινας εἶναι καὶ φαντάσματα καὶ νεκρῶν ψυχὰς περιπολεῖν ὑπὲρ γῆς καὶ φαίνεσθαι οἷς ἂν ἐθέλωσιν. Ἐγὼ μὲν οὖν ἠρυθρίασα καὶ κάτω ἔνευσα αἰδεσθεὶς τὸν Ἀρίγνωτον. Ὁ δὲ, Ὅρα, ἔφη, ὦ Εὔκρατες, μὴ τοῦτό φησι Τυχιάδης, τὰς τῶν βιαίως ἀποθανόντων μόνας ψυχὰς περινοστεῖν, οἷον εἴ τις ἀπήγξατο ἢ ἀπετμήθη τὴν κεφαλὴν ἢ ἀνεσκολοπίσθη ἢ ἄλλῳ γέ τῳ τρόπῳ τοιούτῳ ἀπῆλθεν ἐκ τοῦ βίου, τὰς δὲ τῶν κατὰ μοῖραν ἀποθανόντων οὐκέτι· ἢν γὰρ τοῦτο λέγῃ, οὐ πάνυ ἀπόβλητα φήσει. Μὰ Δί', ἦ δ' ὃς ὁ Δεινόμαχος, ἀλλ' οὐδὲ ὅλως εἶναι τὰ τοιαῦτα οὐδὲ συνεστῶτα ὁρᾶσθαι οἴεται.

30. Πῶς λέγεις, ἦ δ' ὃς ὁ Ἀρίγνωτος, δριμὺ ἀπιδὼν εἰς ἐμὲ, οὐδέν σοι τούτων γίγνεσθαι δοκεῖ, καὶ ταῦτα πάντων, ὡς εἰπεῖν, ὁρώντων; Ἀπολελόγησθε, ἦν δ' ἐγὼ, ὑπὲρ ἐμοῦ, εἰ μὴ πιστεύω, διότι μηδὲ ὁρῶ μόνος τῶν ἄλλων· εἰ δὲ ἑώρων, καὶ ἐπίστευον ἂν δηλαδὴ ὥσπερ ὑμεῖς. Ἀλλὰ, ἦ δ' ὃς, ἤν ποτε ἐς Κόρινθον ἔλθῃς, ἐροῦ ἔνθα ἐστὶν ἡ Εὐβατίδου οἰκία, καὶ ἐπειδάν σοι δειχθῇ παρὰ τὸ Κράνειον, παρελθὼν ἐς ταύτην λέγε πρὸς τὸν θυρωρὸν Τίβιον, ὡς ἐθέλοις ἰδεῖν ὅθεν τὸν δαίμονα ὁ Πυθαγορικὸς Ἀρίγνωτος ἀνορύξας ἀπήλασε καὶ πρὸς τὸ λοιπὸν οἰκεῖσθαι τὴν οἰκίαν ἐποίησε.

31. Τί δὲ τοῦτο ἦν, ὦ Ἀρίγνωτε; ἤρετο ὁ Εὐκράτης. Ἀοίκητος ἦν, ἦ δ' ὃς, ἐκ πολλοῦ ὑπὸ δειμάτων, εἰ δέ τις οἰκήσειεν, εὐθὺς ἐκπλαγεὶς ἔφευγεν ἐκδιωχθεὶς ὑπό τινος φοβεροῦ καὶ ταραχώδους φάσματος. Συνέπιπτεν οὖν ἤδη καὶ ἡ στέγη κατέρρει, καὶ ὅλως οὐδεὶς ἦν ὁ θαρρήσων παρελθεῖν εἰς αὐτήν. Ἐγὼ δὲ ἐπεὶ ταῦτα ἤκουσα, τὰς βίβλους λαβὼν — εἰσὶ δέ μοι Αἰγύπτιαι μάλα πολλαὶ περὶ τῶν τοιούτων — ἧκον ἐς τὴν οἰκίαν περὶ πρῶτον ὕπνον ἀποτρέποντος τοῦ ξένου

exsecrabilis quædam sub lecto canicula Melitensis latravit; ad quem illa latratum evanuit. Sandalium tamen, sub arca repertum, post crematum est.

28. Adhucne fidem negare talibus, Tychiade, æquum censes, manifestis adeo et quæ singulis diebus appareant? Non per Jovem, inquam, quandoquidem digni fuerint quorum aureo sandalio nates, ut puerulorum, cædantur, si qui recusant credere et impudenter adeo veris repugnant.

29. Inter hæc Pythagoricus Arignotus intravit, comatus, vultu venerabili: nosti illum sapientiæ causa celebrem, divini cognomine insignem. Atque ego illo conspecto respirabam, illud ipsum venire mihi ratus, securim contra mendacia. Os enim, cogitabam, istis hic obturabit vir sapiens, prodigiosa adeo narrantibus: et, quod est in proverbio, e machina deum demissum mihi hunc a Fortuna putabam. At ille quum assedisset, assurgente ei Cleodemo, primo quidem percontari de morbo, et quum mollius jam habere ab Eucrate audisset, Quid vero, inquit, inter vos philosophabamini? dum enim intro, audivi; et videmini mihi bene disputationem collocaturi. Quid vero aliud, inquit Eucrates, quam adamantino huic (me autem ostendebat) persuadere studemus, uti putet dæmones quosdam esse, et spectra, et vita functorum animas vagari in terra, et quibus velint apparere. Igitur erubui equidem, et vultum Arignoti verecundia dejeci. Atque is, Vide, inquit, Eucrates, num hoc dicat Tychiades, solas eorum qui violenta morte perierunt animas oberrare, ut si quis se suspenderit, aut capite truncatus, aut palo fixus, aut alia qua simili ratione de vita egressus sit; fato autem suo mortuorum non item: hoc enim si dicit, non plane rejicienda dixerit. Non ita est, per Jovem, respondebat Dinomachus, sed plane non esse talia, neque consistere ita, ut videri possint, arbitratur.

30. Quid ais? inquit Arignotus, torvum me intuens: nihil tibi horum videtur fieri, idque quum omnes, pæne dixero, videant? Jam causam pro me dixistis, inquam, si non credo, quia solus inter alios non video: si vero vidissem, crederem nimirum, uti vos. Verum, dicebat ille, si quando Corinthum veneris, interroga ubi sit Eubatidæ domus: et quum ostensa tibi fuerit ad Craneum, ingressus in eam dic ad janitorem Tibium, velle te videre unde dæmonem Pythagoricus Arignotus, effosso loco, exegerit, et habitabilem ab eo inde tempore domum præstiterit.

31. Quid vero hoc erat, o Arignote? interrogabat Eucrates. Deserta fuerat, inquit, diu propter terrores: si quis vero immigraret, mox perculsus fugiebat, a terribili et tumultuoso spectro ejectus. Ergo jam collabi domus, et defluere tectum; neque omnino quisquam erat qui auderet in illam ingredi. At ego his auditis, sumo mecum libros (sunt autem mihi Ægyptii sat multi de talibus), ingredior domum circa primam quietem, dehortante meo hospite ac tan-

καὶ μόνον οὐκ ἐπιλαμβανομένου, ἐπεὶ ἔμαθεν οἷ βαδίζοιμι, εἰς προὖπτον κακὸν, ὡς ᾤετο. Ἐγὼ δὲ λύχνον λαβὼν μόνος εἰσέρχομαι, καὶ ἐν τῷ μεγίστῳ οἰκήματι καταθεὶς τὸ φῶς ἀνεγίγνωσκον ἡσυχῇ χαμαὶ καθεζόμενος· ἐφίσταται δὲ ὁ δαίμων ἐπί τινα τῶν πολλῶν ἥκειν νομίζων καὶ δεδίξεσθαι κἀμὲ ἐλπίζων ὥσπερ τοὺς ἄλλους αὐχμηρὸς καὶ κομήτης καὶ μελάντερος τοῦ ζόφου, καὶ ὁ μὲν ἐπιστὰς ἐπειρᾶτό μου πανταχόθεν προσβάλλων, εἴ ποθεν κρατήσειε, καὶ ἄρτι μὲν κύων, ἄρτι δὲ ταῦρος γιγνόμενος ἢ λέων. Ἐγὼ δὲ προχειρισάμενος τὴν φρικωδεστάτην ἐπίρρησιν αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ συνήλασα κατᾴδων αὐτὸν εἴς τινα γωνίαν σκοτεινοῦ οἰκήματος· ἰδὼν δὲ αὐτὸν οἷ κατέδυ, τὸ λοιπὸν ἀνεπαυόμην. Ἕωθεν δὲ πάντων ἀπεγνωκότων καὶ νεκρὸν εὑρήσειν με οἰομένων καθάπερ τοὺς ἄλλους προελθὼν ἀπροσδόκητος ἅπασι πρόσειμι τῷ Εὐβατίδῃ, εὐαγγελιζόμενος αὐτῷ ὅτι καθαρὰν καὶ ἀδείμαντον ἤδη ἕξει τὴν οἰκίαν οἰκεῖν. Καὶ παραλαβὼν αὐτόν τε καὶ τῶν ἄλλων πολλούς — εἵποντο γὰρ τοῦ παραδόξου ἕνεκα — ἐκέλευον ἀγαγὼν ἐπὶ τὸν τόπον, οὗ καταδεδυκότα τὸν δαίμονα ἑοράκειν, σκάπτειν λαβόντας δικέλλας καὶ σκαφεῖα, καὶ ἐπειδὴ ἐποίησαν, εὑρέθη ὡς ἐπ' ὀργυιὰν κατορωρυγμένος τις νεκρὸς ἕωλος μόνα τὰ ὀστᾶ κατὰ σχῆμα συγκείμενος. Ἐκεῖνον μὲν οὖν ἐθάψαμεν ἀνορύξαντες, ἡ οἰκία δὲ τὸ ἀπ' ἐκείνου ἐπαύσατο ἐνοχλουμένη ὑπὸ τῶν φασμάτων.

32. Ὡς δὲ ταῦτα εἶπεν ὁ Ἀρίγνωτος, ἀνὴρ δαιμόνιος τὴν σοφίαν καὶ ἅπασιν αἰδέσιμος, οὐδεὶς ἦν ἔτι τῶν παρόντων ὃς οὐχὶ κατεγίγνωσκέ μου πολλὴν τὴν ἄνοιαν τοῖς τοιούτοις ἀπιστοῦντος, καὶ ταῦτα Ἀριγνώτου λέγοντος. Ἐγὼ δὲ ὅμως οὐδὲν τρέσας οὔτε τὴν κόμην οὔτε τὴν δόξαν τὴν περὶ αὐτοῦ, Τί τοῦτ', ἔφην, ὦ Ἀρίγνωτε, καὶ σὺ τοιοῦτος ἦσθα ἡ μόνη ἐλπὶς τῆς ἀληθείας, καπνοῦ μεστὸς καὶ ἰνδαλμάτων; τὸ γοῦν τοῦ λόγου ἐκεῖνο, ἄνθρακες ἡμῖν ὁ θησαυρὸς πέφηνας. Σὺ δὲ, ἦ δ' ὃς ὁ Ἀρίγνωτος, εἰ μήτε ἐμοὶ πιστεύεις λέγοντι μήτε Δεινομάχῳ ἢ Κλεοδήμῳ τουτῳῒ μήτε αὐτῷ Εὐκράτει, φέρε εἰπὲ τίνα περὶ τῶν τοιούτων ἀξιοπιστότερον ἡγῇ τἀναντία ἡμῖν λέγοντα; Νὴ Δί', ἦν δ' ἐγὼ, μάλα θαυμαστὸν ἄνδρα τὸν Ἀβδηρόθεν ἐκεῖνον Δημόκριτον, ὃς οὕτως ἄρα ἐπέπειστο μηδὲν οἷόν τε εἶναι συστῆναι τοιοῦτον, ὥστε, ἐπειδὴ καθείρξας ἑαυτὸν ἐς μνῆμα ἔξω πυλῶν ἐνταῦθα διετέλει γράφων καὶ συντάττων καὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν, καί τινες τῶν νεανίσκων ἐρεσχηλεῖν βουλόμενοι αὐτὸν καὶ δειματοῦν στειλάμενοι νεκρικῶς ἐσθῆτι μελαίνῃ καὶ προσωπείοις ἐς τὰ κρανία μεμιμημένοις περιστάντες αὐτὸν περιεχόρευον ὑπὸ πυκνῇ τῇ βάσει ἀναπηδῶντες, ὁ δὲ οὔτε ἔδεισε τὴν προσποίησιν αὐτῶν οὔτε ὅλως ἀνέβλεψε πρὸς αὐτοὺς, ἀλλὰ μεταξὺ γράφων, Παύσασθε, ἔφη, παίζοντες· οὕτω βεβαίως ἐπίστευε μηδὲν εἶναι τὰς ψυχὰς ἔτι ἔξω γενομένας τῶν σωμάτων. Τοῦτο φῄς, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, ἀνόητόν τινα ἄνδρα καὶ τὸν Δημόκριτον γενέσθαι, εἴ γε οὕτως ἐγίγνωσκεν.

tum non manum injiciente, quum quo irem audisset, in præsentem, ut ipse putabat, perniciem. Ego vero sumta lucerna ingredior solus, et in maximo conclavi deposito lumine, lego tacite, humi sedens. Adest dæmon, ad unum se de multis venire putans, et futurum sperans ut me quoque sicut reliquos perterreat, squalidus, comatus, caligine nigrior: atque astans tentabat ab omni parte me invadere, sicunde posset vincere; et nunc quidem canis, nunc taurus fit, aut leo. Ego vero depromta allocutione maxime horribili, Ægyptiorum sermone utens, incantando illum adegi in angulum quendam tenebricosi conclavis. Animadversa autem quo subierat, reliquum noctis dormivi. Mane, quum desperassent omnes et mortuum me inventum iri putarent, uti reliquos, progressus præter spem omnium, accedo ad Eubatiden, bonum ipsi nuncium afferens, puram et metus expertem domum habitare illi in posterum licere. Atque assumtis quum ipso tum aliis pluribus (sequebantur enim rei miraculo moti), deductisque ad ipsum locum ubi subire dæmonem videram, jussi rastris et ligonibus humum fodi. Quo facto inventum est ad passus altitudinem defossum cadaver antiquum, cujus sola ossa sua figura composita jacerent. Hoc igitur effossum sepelivimus: ceterum domus ab eo inde tempore infesta spectris esse desiit.

32. Hæc quum dixisset Arignotus, divina vir sapientia et venerabilis omnibus, nemo jam erat præsentium quin ingenue me accusaret amentiæ, qui fidem talibus non haberem, idque ipso dicente Arignoto. Ego vero nihil trepidans, neque ob comam, neque ob opinionem de viro, Quid istuc, inquam, Arignote? tune etiam talis eras, sola spes veritatis, idem tamen fumi et spectrorum plenus? tu nobis, qui thesaurus eras, ut est in proverbio, carbones appares. Tu vero, inquit Arignotus, si neque mihi credis dicenti, neque Dinomacho, aut huic Cleodemo, neque ipsi Eucrati; age dic, quem fide digniorem putas harum rerum arbitrum contraria nobis dicentem? Per Jovem, inquam, admirabilem virum, Abderitanum illum Democritum, cui nempe adeo persuasum erat nihil horum consistere posse, ut, quum inclusisset se in monumentum extra portas, ibique perpetuo scriberet et commentaretur nocte atque interdiu, adelescentulis quibusdam ludificari illum et perterrere volentibus, qui mortuorum instar nigra veste ornati et personis ad craniorum similitudinem effictis circa illum saltarent, crebris passibus exsultantes: nihil ipse hanc illorum assimulationem metuerit, neque omnino ad illos respexerit, sed inter scribendum illud solum dixerit, Desinite ludere! adeo firmiter credebat nihil amplius esse animas, quum sunt extra corpora. Hoc tu ais, inquit Eucrates, amentem hominem etiam Democritum fuisse, si quidem ita statuit.

33. Ἐγὼ δὲ ὑμῖν καὶ ἄλλο διηγήσομαι αὐτὸς παθὼν, οὐ παρ' ἄλλου ἀκούσας· τάχα γὰρ ἂν καὶ σὺ, ὦ Τυχιάδη, ἀκούων προσβιβασθείης πρὸς τὴν ἀλήθειαν τοῦ διηγήματος. Ὁπότε γὰρ ἐν Αἰγύπτῳ διῆγον ἔτι νέος ὢν, ὑπὸ τοῦ πατρὸς ἐπὶ παιδείας προφάσει ἀποσταλεὶς, ἐπεθύμησα ἐς Κοπτὸν ἀναπλεύσας ἐκεῖθεν ἐπὶ τὸν Μέμνονα ἐλθὼν ἀκοῦσαι τὸ θαυμαστὸν ἐκεῖνο ἠχοῦντα πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον. Ἐκείνου μὲν οὖν ἤκουσα οὐ κατὰ τὸ κοινὸν τοῖς πολλοῖς ἄσημόν τινα φωνὴν, ἀλλά μοι καὶ ἔχρησεν ὁ Μέμνων αὐτὸς ἀνοίξας τὸ στόμα ἐν ἔπεσιν ἑπτὰ, καὶ εἴ γε μὴ περιττὸν ἦν, αὐτὰ ἂν ὑμῖν εἶπον τὰ ἔπη.

34. Κατὰ δὲ τὸν ἀνάπλουν ἔτυχεν ἡμῖν συμπλέων Μεμφίτης ἀνὴρ τῶν ἱερογραμματέων, θαυμάσιος τὴν σοφίαν καὶ τὴν παιδείαν πᾶσαν εἰδὼς τὴν Αἰγυπτίων· ἐλέγετο δὲ τρία καὶ εἴκοσιν ἔτη ἐν τοῖς ἀδύτοις ὑπόγειος ᾠκηκέναι μαγεύειν παιδευόμενος ὑπὸ τῆς Ἴσιδος. Παγκράτην, ἔφη, λέγεις, ὁ Ἀρίγνωτος, ἐμὸν διδάσκαλον, ἱερὸν ἄνδρα, ἐξυρημένον, ἐν ὀθονίοις, νοήμονα, οὐ καθαρῶς ἑλληνίζοντα, ἐπιμήκη, σιμὸν, πρόχειλον, ὑπόλεπτον τὰ σκέλη. Αὐτὸν, ἦ δ' ὅς, ἐκεῖνον τὸν Παγκράτην· καὶ τὰ μὲν πρῶτα ἠγνόουν ὅστις ἦν, ἐπεὶ δὲ ἑώρων αὐτὸν, εἴ ποτε ὁρμίσαιμεν τὸ πλοῖον, ἄλλα τε πολλὰ τεράστια ἐργαζόμενον, καὶ δὴ καὶ ἐπὶ κροκοδείλων ὀχούμενον καὶ συννέοντα τοῖς θηρίοις, τὰ δὲ ὑποπτήσσοντα καὶ σαίνοντα ταῖς οὐραῖς, ἔγνων ἱερόν τινα ἄνθρωπον ὄντα, καὶ κατὰ μικρὸν φιλοφρονούμενος ἔλαθον ἑταῖρος αὐτῷ καὶ συνήθης γενόμενος, ὥστε πάντων ἐκοινώνει μοι τῶν ἀπορρήτων· καὶ τέλος πείθει με τοὺς μὲν οἰκέτας ἅπαντας ἐν τῇ Μέμφιδι καταλιπεῖν, αὐτὸν δὲ μόνον ἀκολουθεῖν μετ' αὐτοῦ, μὴ γὰρ ἀπορήσειν ἡμᾶς τῶν διακονησομένων. Καὶ τὸ μετὰ τοῦτο οὕτω διήγομεν.

35. Ἐπειδὴ δὲ ἔλθοιμεν εἴς τι καταγώγιον, λαβὼν ἂν ὁ ἀνὴρ τὸν μοχλὸν τῆς θύρας ἢ τὸ κόρηθρον ἢ καὶ τὸ ὕπερον περιβαλὼν ἱματίοις ἐπειπών τινα ἐπῳδὴν ἐποίει βαδίζειν τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ἄνθρωπον εἶναι δοκοῦντα· τὸ δὲ ἀπελθὸν ὕδωρ τε ἀπήντλει καὶ ὠψώνει καὶ ἐσκεύαζε καὶ ἐς πάντα δεξιῶς ὑπηρέτει καὶ διηκονεῖτο ἡμῖν· εἶτα δὲ ἐπειδὴ ἅλις ἔχοι τῆς διακονίας, αὖθις κόρηθρον τὸ κόρηθρον ἢ ὕπερον τὸ ὕπερον ἄλλην ἐπῳδὴν ἐπειπὼν ἐποίει ἄν. Τοῦτο ἐγὼ πάνυ ἐσπουδακὼς οὐκ εἶχον ὅπως ἐκμάθοιμι παρ' αὐτοῦ· ἐβάσκαινε γὰρ αὐτοῦ, καίτοι πρὸς τὰ ἄλλα προχειρότατος ὤν. Μιᾷ δέ ποτε ἡμέρᾳ λαθὼν ἐπήκουσα τῆς ἐπῳδῆς, ἦν δὲ τρισύλλαβος, σχεδὸν ἐν σκοτεινῷ ὑποστάς. Καὶ ὁ μὲν ᾤχετο ἐς τὴν ἀγορὰν ἐντειλάμενος τῷ ὑπέρῳ ἃ ἔδει ποιεῖν.

36. Ἐγὼ δὲ ἐς τὴν ὑστεραίαν ἐκείνου τι κατὰ τὴν ἀγορὰν πραγματευομένου λαβὼν τὸ ὕπερον σχηματίσας, ὁμοίως ἐπειπὼν τὰς συλλαβὰς, ἐκέλευον ὑδροφορεῖν. Ἐπεὶ δὲ ἐμπλησάμενος τὸν ἀμφορέα ἐκόμισε, Πέπαυσο, ἔφην, καὶ μηκέτι ὑδροφόρει, ἀλλ' ἴσθι αὖθις ὕπερον· τὸ δὲ οὐκέτι μοι πείθεσθαι ἤθελεν, ἀλλ' ὑδρο-

33. Ego autem vobis etiam aliud quid enarrabo, quod mihi usu venit, non auditum ab alio: fortasse enim tu quoque, Tychiade, audiens vi quadam ad narrationis veritatem adigaris. Quum in Ægypto viverem juvenis adhuc, doctrinæ causa eo missus a patre, cupido incessit animum, Coptum inde adverso flumine petere, ad Memnonem audiendum, mirabiles illos sonos oriente sole edentem. Atque illius quidem audivi, non, ut vulgus, vocem nullius sensus; sed oraculum mihi ipse aperto ore Memnon reddidit versibus septem, ac nisi supervacaneum esset, ipsos vobis recitarem versus.

34. In reditu autem navigabat forte nobiscum homo Memphiticus, de sacris scribis unus, sapientia admirabili et doctrinæ omnis Ægyptiorum consultus: dicebatur autem tres et viginti annos in adytis sub terra habitasse, magicis artibus dum instruitur ab Iside. Pancratem dicis, inquit Arignotus, meum præceptorem, virum divinum, rasum, linea indutum, cogitabundum, non pure loquentem græce, procerum, simum, labiosum, extenuatis cruribus. Ipsum illum, inquit, Pancratem. Ac primo quidem, qui esset, ignorabam: ubi vero videbam illum, si quando appelleremus navigium, quum alia multa prodigiose facere, tum inequitare crocodilis, et natare inter belluas, has vero illi se submittere et adulari caudis, divinum quendam hominem esse agnovi; et quum paulatim in illius me amicitiam insinuarem, opinione celerius sodalis ipsius ac familiaris factus sum. Itaque omnia mihi impertiebat arcana, et tandem persuadet mihi, ut, servis omnibus Memphi relictis, solus ipse se sequar; neque enim defuturos nobis ministros. Ac postea ita vivebamus.

35. Tum quoties in stabulum quoddam veneramus, sumtum ille vir vectem de janua, aut scopas, aut pistillum adeo vestibus induebat, et carmine quodam pronunciato, ut incederet efficiebat et ut aliis omnibus homo esse videretur: isque abiens et aquam hauriebat, et obsonabat, parabatque cibos, omnibusque in rebus dextre operam nobis dabat ministrabatque. Tum ubi satis ministerio illius usus esset, rursus scopas scopas, aut pistillum pistillum carmine alio pronunciato reddidit. Hoc ego maximo studio non potui tamen impetrare ab eo ut discerem; in hoc enim invidebat, licet ad alia esset promtissimus. At certo tandem die clanculum sublegi incantationem (erat vero trium syllabarum), prope astans in angulo tenebricoso. Atque ille in forum abiit, quum præcepisset pistillo quid facto opus esset.

36. Ego vero postridie illius diei, ipso aliquid in foro negotii habente, sumo pistillum, exornatumque, dictis similiter syllabis istis, aquam afferre jubeo. Quum vero plenam amphoram attulisset, Desine, inquam, neve amplius affer aquam, sed rursus esto pistillus. At ille non amplius parere mihi voluit, verum afferre aquam perrexit, donec aqua

φόρει ἀεὶ, ἄχρι δὴ ἐνέπλησεν ἡμῖν ὕδατος τὴν οἰκίαν ἐπαντλοῦν. Ἐγὼ δὲ ἀμηχανῶν τῷ πράγματι — ἐδεδίειν γὰρ μὴ ὁ Παγκράτης ἐπανελθὼν ἀγανακτήσῃ, ὅπερ καὶ ἐγένετο — ἀξίνην λαβὼν διακόπτω τὸ ὕπερον εἰς δύο μέρη· τὰ δὲ, ἑκάτερον τὸ μέρος, ἀμφορέας λαβόντα ὑδροφόρει καὶ ἀνθ' ἑνὸς δύο μοι ἐγένοντο ὑδροφόροι. Ἐν τούτῳ καὶ ὁ Παγκράτης ἐφίσταται καὶ συνεὶς τὸ γενόμενον ἐκεῖνα μὲν αὖθις ἐποίησε ξύλα, ὥσπερ ἦν πρὸ τῆς ἐπῳδῆς, αὐτὸς δὲ ἀπολιπών με λαθὼν οὐκ οἶδ' ὅποι ἀφανὴς ᾤχετο ἀπιών. Νῦν οὖν, ἔφη ὁ Δεινόμαχος, οἶσθα κἂν ἐκεῖνο, ἄνθρωπον ποιεῖν ἐκ τοῦ ὑπέρου; Νὴ Δί', ἦ δ' ὅς, ἐξ ἡμισείας γε· οὐκέτι γὰρ εἰς τὸ ἀρχαῖον οἷόν τέ μοι ἄγειν αὐτὸ, ἢν ἅπαξ γένηται ὑδροφόρος, ἀλλὰ δεήσει ἡμῖν ἐπικλυσθῆναι τὴν οἰκίαν ἐπαντλουμένην.

37. Οὐ παύεσθε, ἦν δ' ἐγὼ, τὰ τοιαῦτα τερατολογοῦντες γέροντες ἄνδρες; εἰ δὲ μὴ, ἀλλὰ κἂν τῶν μειρακίων τούτων ἕνεκα εἰς ἄλλον καιρὸν ὑπερβάλλεσθε τὰς παραδόξους ταύτας καὶ φοβερὰς διηγήσεις, μή πως λάθωσιν ἡμῖν ἐμπλησθέντες δειμάτων καὶ ἀλλοκότων μυθολογημάτων. Φείδεσθαι οὖν χρὴ αὐτῶν μηδὲ τοιαῦτα ἐθίζειν ἀκούειν, ἃ διὰ παντὸς τοῦ βίου ἐνοχλήσει συνόντα καὶ ψοφοδεεῖς ποιήσει ποικίλης τῆς δεισιδαιμονίας ἐμπιπλάντα.

38. Εὖ γε ὑπέμνησας, ἦ δ' ὃς ὁ Εὐκράτης, εἰπὼν τὴν δεισιδαιμονίαν. Τί γάρ σοι, ὦ Τυχιάδη, περὶ τῶν τοιούτων δοκεῖ, λέγω δὴ χρησμῶν καὶ θεσφάτων καὶ ὅσα θεοφορούμενοί τινες ἀναβοῶσιν ἢ ἐξ ἀδύτων ἀκούεται ἢ παρθένος ἔμμετρα φθεγγομένη προθεσπίζει τὰ μέλλοντα; ἢ δηλαδὴ καὶ τοῖς τοιούτοις ἀπιστήσεις; Ἐγὼ δὲ ὅτι μὲν καὶ δακτύλιόν τινα ἱερὸν ἔχω Ἀπόλλωνος τοῦ Πυθίου εἰκόνα ἐκτυπούσης τῆς σφραγῖδος καὶ οὗτος ὁ Ἀπόλλων φθέγγεται πρὸς ἐμὲ, οὐ λέγω, μή σοι ἄπιστα δόξω περὶ ἐμαυτοῦ μεγαλαυχεῖσθαι· ἃ δὲ ἐν Ἀμφιλόχου γε ἤκουσα ἐν Μαλλῷ, τοῦ ἥρωος ὕπαρ διαλεχθέντος μοι καὶ συμβουλεύσαντος ὑπὲρ τῶν ἐμῶν καὶ ἃ εἶδον αὐτὸς, ἐθέλω ὑμῖν εἰπεῖν, εἶτα ἑξῆς ἃ ἐν Περγάμῳ εἶδον καὶ ἤκουσα ἐν Πατάροις· ὁπότε γὰρ ἐξ Αἰγύπτου ἐπανῄειν οἴκαδε ἀκούων τὸ ἐν Μαλλῷ τοῦτο μαντεῖον ἐπιφανέστατόν τε καὶ ἀληθέστατον εἶναι καὶ χρᾶν ἐναργῶς πρὸς ἔπος ἀποκρινόμενον οἷς ἂν ἐγγράψας τις εἰς τὸ γραμματεῖον παραδῷ τῷ προφήτῃ, καλῶς ἂν ἔχειν ἡγησάμην ἐν παράπλῳ πειραθῆναι τοῦ χρηστηρίου καί τι περὶ μελλόντων συμβουλεύσασθαι τῷ θεῷ.

39. Ταῦτα ἔτι τοῦ Εὐκράτους λέγοντος ἰδὼν οἷ τὸ πρᾶγμα προχωρήσειν ἔμελλε καὶ ὡς οὐ περὶ μικρᾶς ἐνήρχετο τῆς περὶ τὰ χρηστήρια τραγῳδίας, οὐ δοκεῖν οἰηθεὶς δεῖν μόνος ἀντιλέγειν ἅπασιν, ἀπολιπὼν αὐτὸν ἔτι διαπλέοντα ἐξ Αἰγύπτου εἰς τὴν Μαλλόν — καὶ γὰρ συνίειν ὅτι μοι ἄχθονται παρόντι καθάπερ ἀντισοφιστῇ τῶν ψευσμάτων — Ἀλλ' ἐγὼ ἄπειμι, ἔφην, Λεόντιχον ἐπιζητήσων· δέομαι γὰρ αὐτῷ τι συγγενέσθαι. Ὑμεῖς δὲ ἐπεὶ οὐχ ἱκανὰ ἡγεῖσθε τὰ ἀνθρώπινα εἶναι, καὶ

haurienda domum opplevisset. Ego consilii inops (metuebam enim ne ægre ferret rediens Pancrates, quod etiam factum est), securi arrepta bifariam pistillum disseco. Sed utraque illa pars, captis amphoris, aquam ferebat, ac pro uno duo mihi jam erant ministri. Inter hæc adest Pancrates, intellectoque quid actum esset, illos iterum ligna fecit, ut ante incantationem fuerant; ipse vero clam me relicto, subduxit se nescio quorsum, et conspici desiit. Nunc igitur, inquit Dinomachus, adhuc illud nosti certe, hominem facere ex pistillo? Per Jovem, inquit, ex dimidia quidem parte: Neque enim licet mihi in pristinam eam formam reducere, quum semel factus est aquarius: sed eluretur nobis illo semper hauriente domus.

37. Non desinitis, inquam, talia portenta loqui senes viri? sin minus, at certe horum adolescentulorum causa in aliud tempus differte incredibiles istas horribilesque narrationes, ne sensim impleantur nobis terroribus et absurdis fabulis. Parcere igitur illis oportet, neque assuefacere talibus audiendis, quæ per totam vitam turbabunt illos retenta, animo et ad unumquemque strepitum meticulosos facient, variaque superstitione implebunt.

38. Recte me mones, inquit Eucrates, superstitionem dum nominas. Quid enim, Tychiade, de talibus tibi videtur, de oraculis dico, et vocibus, et quæ a deo agitati quidam proclamant, aut audiuntur ex adytis, aut virgo versibus devincta loquens futura significat? nimirum etiam talibus fidem negabis? Ego vero esse mihi sacrum quendam anulum, cujus sigillum Pythii Apollonis imaginem exprimit, eumque Apollinem mihi loqui non dico, ne tibi incredibilia de me ipse gloriari videar: quæ vero in Amphilochi templo audivi, Malli, heroe in somnis mecum loquente et de rebus mihi meis consulente, quæque ipse vidi, dicere vobis volo; tum deinceps, quæ Pergami vidi, et audivi Pataris. Quum enim ex Ægypto domum redirem, audito illud Malli oraculum illustrissimum esse verissimumque, et dilucide fundere oracula, dum ad verbum respondeat his quæ in tabellis scripta prophetæ tradat aliquis, optimum factu putabam, ut in transitu tentarem oraculum, et de futuris aliquid deliberarem cum deo.

39. Hæc adhuc dicente Eucrate, quum viderem quorsum res evasura esset, utque inciperet non parvam illam oraculorum tragœdiam; ratus non decere me solum contradicere omnibus, relicto illo navigante adhuc ex Ægypto Mallum versus (etenim sentiebam illos præsentiam meam gravari, ut qui contra illorum mendacia disputarem), Ego vero, inquam, discedo requisiturus Leontichum: etenim illo mihi convento opus est. Vos vero, quando quidem satis vobis non esse humana putatis, ipsos jam vocate deos, fabulo-

αὐτοὺς ἤδη τοὺς θεοὺς καλεῖτε συνεπιληψομένους ὑμῖν τῶν μυθολογουμένων· καὶ ἅμα λέγων ἐξῄειν. Οἱ δὲ ἄσμενοι ἐλευθερίας λαβόμενοι εἱστίων, ὡς τὸ εἰκὸς, αὑτοὺς καὶ ἐνεφοροῦντο τῶν ψευσμάτων.

Τοιαῦτά σοι, ὦ Φιλόκλεις, παρὰ Εὐκράτει ἀκούσας ἥκω νὴ τὸν Δία ὥσπερ οἱ τοῦ γλεύκους πιόντες ἐμπεφυσημένος τὴν γαστέρα ἐμέτου δεόμενος. Ἡδέως δ' ἄν ποθεν ἐπὶ πολλῷ ἐπριάμην ληθεδανόν τι φάρμακον ὧν ἤκουσα, ὡς μή τι κακὸν ἐργάσηταί με ἡ μνήμη αὐτῶν ἐνοικουροῦσα· τέρατα γοῦν καὶ δαίμονας καὶ Ἑκάτας ὁρᾶν μοι δοκῶ.

40. ΦΙΛ. Καὶ αὐτὸς, ὦ Τυχιάδη, τοιοῦτόν τι ἀπέλαυσα τῆς διηγήσεως· φασί γέ τοι μὴ μόνον λυττᾶν καὶ τὸ ὕδωρ φοβεῖσθαι ὁπόσους ἂν οἱ λυττῶντες κύνες δάκωσιν, ἀλλὰ κἄν τινα ὁ δηχθεὶς ἄνθρωπος δάκῃ, ἴσα τῷ κυνὶ δύναται τὸ δῆγμα, καὶ τὰ αὐτὰ κἀκεῖνος φοβεῖται. Καὶ σὺ τοίνυν ἔοικας αὐτὸς ἐν Εὐκράτους δηχθεὶς ὑπὸ πολλῶν ψευσμάτων μεταδεδωκέναι κἀμοὶ τοῦ δήγματος· οὕτω δαιμόνων μοι τὴν ψυχὴν ἐνέπλησας.

ΤΥΧ. Ἀλλὰ θαρρῶμεν, ὦ φιλότης, μέγα τῶν τοιούτων ἀλεξιφάρμακον ἔχοντες τὴν ἀλήθειαν καὶ τὸν ἐπὶ πᾶσι λόγον ὀρθὸν, ᾧ χρωμένους ἡμᾶς οὐδὲν μὴ ταράξῃ τῶν κενῶν καὶ ματαίων τούτων ψευσμάτων.

LIII.

* ΙΠΠΙΑΣ Η ΒΑΛΑΝΕΙΟΝ.

1. Τῶν σοφῶν ἐκείνους μάλιστα ἔγωγέ φημι δεῖν ἐπαινεῖν, ὁπόσοι μὴ λόγους μόνον δεξιοὺς παρέσχοντο ὑπὲρ τῶν πραγμάτων ἑκάστων, ἀλλὰ καὶ ἔργοις ὁμοίοις τὰς τῶν λόγων ὑποσχέσεις ἐπιστώσαντο. Καὶ γὰρ τῶν ἰατρῶν ὅ γε νοῦν ἔχων οὐ τοὺς ἄριστα ὑπὲρ τῆς τέχνης εἰπεῖν δυναμένους μεταστελεῖται νοσῶν, ἀλλὰ τοὺς πρᾶξαί τι κατ' αὐτὴν μεμελετηκότας. Ἀμείνων δὲ καὶ μουσικὸς, οἶμαι, τοῦ διακρίνειν ῥυθμοὺς καὶ ἁρμονίας ἐπισταμένου ὁ καὶ ψᾶλαι καὶ κιθαρίσαι αὐτὸς δυνάμενος. Τί γὰρ ἄν σοι τῶν στρατηγῶν λέγοιμι τοὺς εἰκότως ἀρίστους κριθέντας, ὅτι οὐ τάττειν μόνον καὶ παραινεῖν ἦσαν ἀγαθοὶ, ἀλλὰ καὶ προμάχεσθαι τῶν ἄλλων καὶ χειρὸς ἔργα ἐπιδείκνυσθαι; οἷον τῶν πάλαι μὲν Ἀγαμέμνονα καὶ Ἀχιλλέα, τῶν κάτω δὲ τὸν Ἀλέξανδρον καὶ Πύρρον ἴσμεν γεγονότας.

2 Πρὸς δὴ τί ταῦτ' ἔφην; οὐ γὰρ ἄλλως ἱστορίαν ἐπιδείκνυσθαι βουλόμενος ἐπεμνήσθην αὐτῶν, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν μηχανικῶν ἐκείνους ἄξιον θαυμάζειν, ὁπόσοι ἐν τῇ θεωρίᾳ λαμπροὶ γενόμενοι καὶ μνημόσυνα ὅμως τῆς τέχνης καὶ πράγματα τοῖς μετ' αὐτοὺς κατέλιπον· ἐπεὶ οἵ γε τοῖς λόγοις μόνοις ἐγγεγυμνασμένοι σοφισταὶ ἂν εἰκότως μᾶλλον ἢ σοφοὶ καλοῖντο. Τοιοῦτον ἀκούομεν τὸν Ἀρχιμήδην γενέσθαι καὶ τὸν Κνίδιον Σώστρατον, τὸν μὲν Πτολεμαίῳ χειρωσάμενον τὴν

sarum disputationum vestrarum adjutores; et cum dicto exivi. Illi vero libertatem eam lubenter arripientes, tanquam epulis, ut credibile est, se tractarunt invicem et ingurgitarunt mendaciis.

Talibus tibi, Philocles, apud Eucratem auditis venio, ut qui mustum biberunt, ventre inflato, vomitorii indigens. Lubens autem alicunde et magno emerim medicamentum oblivionem inducens eorum quæ audivi, ne quid mali mihi faciat in me residens illorum memoria: portenta enim, et dæmones, et Hecatas videre mihi videor.

40. PHIL. Ipse etiam ego, Tychiade, tale quid de narratione tua abstuli. Dicunt certe, non solum insanire et aquam metuere quos canes rabiosi momorderint; sed etiam, si quem homo morsus mordeat, eandem quam canis vim habere illum morsum, eademque illum quoque metuere. Et tu igitur morsus in Eucratis domo a multis mendaciis, mihi videris aliquid illius morsus impertiisse; ita dæmonibus mihi mentem opplevisti.

TYCH. Sed bono simus animo, amice, magnum talibus noxis depellendis remedium habentes, veritatem et rectam in omnibus rationem; qua dum utimur, nos de vanis hisce atque inanibus mendaciis nullum turbabit.

LIII.

* HIPPIAS seu BALNEUM.

1. Eruditorum ex numero illos maxime laudandos aio equidem, quotquot non disputationes modo acutas de negotio unoquoque attulerunt, sed operibus similibus firmarunt promissiones verborum. Etenim de medicis, si quis sapiat ægrotus, non eos arcesset qui optime dicere de arte possunt, sed qui ad præstandum aliquid illa arte sese studiose paraverint. Melior etiam musicus, arbitror, eo qui numeros et harmonias norit discernere, ille fuerit qui cantare etiam et citharam pulsare ipse possit. Quid enim duces tibi narrem qui merito suo optimi judicati sunt, non in ordinanda modo acie et adhortandis militibus præstantes, sed eo etiam quod in prima acie pugnarent et manu rem gererent? qualem ex antiquis Agamemnonem atque Achillem, sequioris autem ætatis Alexandrum et Pyrrhum fuisse cognovimus.

2. Quorsum vero ista dixi? non enim temere illorum mentionem feci, ut historiæ peritum me ostenderem, sed ut docerem inter mechanicos quoque admiratione dignos esse quotquot scientia et ratione clari, tamen etiam monumenta artis et opera posteris reliquere: quandoquidem sola in disputatione exercitati, sophistæ potius quam sapientes dici meruerint. Talem audimus Archimedem fuisse, et Cnidium Sostratum, quorum hic Ptolemæo subegerit Mem-

Μέμφιν ἄνευ πολιορκίας ἀποστροφῇ καὶ διαιρέσει τοῦ ποταμοῦ, τὸν δὲ τὰς τῶν πολεμίων τριήρεις καταφλέξαντα τῇ τέχνῃ. Καὶ Θαλῆς δὲ ὁ Μιλήσιος πρὸ αὐτῶν ὑποσχόμενος Κροίσῳ ἄβροχον διαβιβάσειν τὸν στρατὸν ἐπινοίᾳ κατόπιν τοῦ στρατοπέδου μιᾷ νυκτὶ τὸν Ἅλυν περιήγαγεν, οὐ μηχανικὸς οὗτος γενόμενος, σοφὸς δὲ καὶ ἐπινοῆσαι καὶ συνεῖναι πιθανώτατος. Τὸ μὲν γὰρ τοῦ Ἐπειοῦ καὶ πάνυ ἀρχαῖον, ὃς οὐ μόνον τεχνήσασθαι τοῖς Ἀχαιοῖς τὸν ἵππον, ἀλλὰ καὶ συγκαταβῆναι αὐτοῖς ἐς αὐτὸν λέγεται.

3. Ἐν δὴ τούτοις καὶ Ἱππίου τουτουὶ τοῦ καθ' ἡμᾶς μεμνῆσθαι ἄξιον, ἀνδρὸς λόγοις μὲν παρ' ὅντινα βούλει τῶν πρὸ αὐτοῦ γεγυμνασμένου καὶ συνεῖναί τε ὀξέος καὶ ἑρμηνεῦσαι σαφεστάτου, τὰ δὲ ἔργα πολὺ τῶν λόγων ἀμείνω παρεχομένου καὶ τὴν τῆς τέχνης ὑπόσχεσιν ἀποπληροῦντος, οὐκ ἐν τοιαύταις μὲν ὑποσχέσεσιν ἐν αἷς οἱ πρὸ αὐτοῦ γενέσθαι ηὐτύχησαν, κατὰ δὲ τὸν γεωμετρικὸν λόγον ἐπὶ τῆς δοθείσης, φασίν, εὐθείας τὸ τρίγωνον ἀκριβῶς συνισταμένου. Καίτοι τῶν γε ἄλλων ἕκαστος ἕν τι τῆς ἐπιστήμης ἔργον ἀποτεμόμενος ἐν ἐκείνῳ εὐδοκιμήσας εἶναί τις ὅμως ἔδοξεν, ὁ δὲ μηχανικῶν τε ὢν τὰ πρῶτα καὶ γεωμετρικῶν, ἔτι δὲ ἁρμονικῶν καὶ μουσικῶν φαίνεται, καὶ ὅμως ἕκαστον τούτων οὕτως ἐντελῶς δείκνυσιν ὡς ἓν αὐτὸ μόνον ἐπιστάμενος· τὴν μὲν γὰρ περὶ ἀκτίνων καὶ ἀνακλάσεων καὶ κατόπτρων θεωρίαν, ἔτι δὲ ἀστρονομίαν, ἐν ᾗ παῖδας τοὺς πρὸ αὐτοῦ ἀπέφηνεν, οὐκ ὀλίγου χρόνου ἂν εἴη ἐπαινεῖν.

4. Ἃ δὲ ἔναγχος ἰδὼν αὐτοῦ τῶν ἔργων κατεπλάγην, οὐκ ὀκνήσω εἰπεῖν· κοινὴ μὲν γὰρ ἡ ὑπόθεσις καὶ τῷ καθ' ἡμᾶς βίῳ πάνυ πολλή, βαλανείου κατασκευή· περίνοια δὲ καὶ ἐν τῷ κοινῷ τούτῳ σύνεσις θαυμαστή. Τόπος μὲν ἦν οὐκ ἐπίπεδος, ἀλλὰ πάνυ προσάντης καὶ ὄρθιος, ὃν παραλαβὼν κατὰ θάτερα εἰς ὑπερβολὴν ταπεινόν, ἰσόπεδον θατέρῳ ἀπέφηνε, κρηπῖδα μὲν βεβαιοτάτην ἅπαντι τῷ ἔργῳ βαλόμενος καὶ θεμελίων θέσει τὴν τῶν ἐπιτιθεμένων ἀσφάλειαν ἐμπεδωσάμενος, ὕψεσι δὲ πάνυ ἀποτόμοις καὶ πρὸς ἀσφάλειαν συνεχομένοις τὸ ὅλον κρατυνάμενος· τὰ δὲ ἐποικοδομηθέντα τῷ τε τοῦ τόπου μεγέθει σύμμετρα καὶ τῷ εὐλόγῳ τῆς κατασκευῆς ἁρμοδιώτατα καὶ τὸν τῶν φώτων λόγον φυλάττοντα.

5. Πυλὼν μὲν ὑψηλὸς ἀναβάσεις πλατείας ἔχων, ὕπτιος μᾶλλον ἢ ὄρθιος πρὸς τὴν τῶν ἀνιόντων εὐμάρειαν· εἰσιόντα δὲ τοῦτον ἐκδέχεται κοινὸς οἶκος εὐμεγέθης, ἱκανὴν ἔχων ὑπηρέταις καὶ ἀκολούθοις διατριβήν, ἐν ἀριστερᾷ δὲ τῶν εἰς τρυφὴν παρεσκευασμένων οἰκημάτων· βαλανείῳ δ' οὖν καὶ ταῦτα πρεπωδέστατα, χαρίεσσαι καὶ φωτὶ πολλῷ καταλαμπόμεναι ὑποχωρήσεις. Εἶτ' ἐχόμενος αὐτῶν οἶκος, περιττὸς μὲν ὡς πρὸς τὸ λουτρόν, ἀναγκαῖος δὲ ὡς πρὸς τὴν τῶν εὐδαιμονεστέρων ὑποδοχήν. Μετὰ δὲ τοῦτον ἑκατέρωθεν διαρκεῖς τοῖς ἀποδυομένοις ἀποθέσεις, καὶ μέσος οἶκος ὕψει τε ὑψηλότατος καὶ φωτὶ φαιδρότατος, ψυχροῦ

τὰ βασίλεια τὸν ἀχάριστον κεκραγὼς
δουλον καὶ συνωμότην. Καὶ εἴ γε μὴ τῶν
νων τις ἀγανακτήσας ἐπὶ τῇ τοῦ Ἀντιφίλου
καὶ τὸν ἄθλιον Ἀπελλῆν κατελεήσας ἔφη
τοῖς κεκοινωνηκέναι τὸν ἄνθρωπον, ἀπε-
τὴν κεφαλὴν καὶ παραπολελαύκει τῶν ἐν
ν οὐδὲν αὐτὸς αἴτιος γεγονώς.
ιν οὖν Πτολεμαῖος οὕτω λέγεται αἰσχυνθῆναι
γονόσιν, ὥστε τὸν μὲν Ἀπελλῆν ἑκατὸν τα-
ρήσατο, τὸν δὲ Ἀντίφιλον δουλεύειν αὐτῷ
εν. Ὁ δὲ Ἀπελλῆς ὧν παρεκινδύνευσε
τοιᾷδέ τινι εἰκόνι ἠμύνατο τὴν διαβολήν.
δεξιᾷ τις ἀνὴρ κάθηται τὰ ὦτα παμμεγέθη
ῦ δεῖν τοῖς τοῦ Μίδου προσεοικότα, τὴν
είνων πόρρωθεν ἔτι προσιούσῃ τῇ Διαβολῇ.
τὸν ἑστᾶσι δύο γυναῖκες, Ἄγνοιά μοι δοκεῖν
ψις· ἑτέρωθεν δὲ προσέρχεται ἡ Διαβολή,
περβολὴν πάγκαλον, ὑπόθερμον δὲ καὶ πα-
νον, οἷον δὴ τὴν λύτταν καὶ τὴν ὀργὴν
, τῇ μὲν ἀριστερᾷ δᾷδα καομένην ἔχουσα,
ὲ νεανίαν τινὰ τῶν τριχῶν σύρουσα τὰς
οντα εἰς τὸν οὐρανὸν καὶ μαρτυρόμενον τοὺς
γεῖται δὲ ἀνὴρ ὠχρὸς καὶ ἄμορφος ὀξὺ δε-
ἐοικὼς τοῖς ἐκ νόσου μακρᾶς κατεσκληκόσι.
εἶναι τὸν Φθόνον ἄν τις εἰκάσειε. Καὶ
λαι τινὲς δύο παρομαρτοῦσι προτρέπουσαι
λλουσαι καὶ κατακοσμοῦσαι τὴν Διαβολήν.
καὶ ταύτας ἐμήνυσεν ὁ περιηγητὴς τῆς εἰκό-
Ἐπιβουλή τις ἦν, ἡ δὲ Ἀπάτη. Κατόπιν
ι πάνυ πενθικῶς τις ἐσκευασμένη, μελανεί-
τεσπαραγμένη· Μετάνοια, οἶμαι, αὕτη ἐλέ-
ρέφετο γοῦν εἰς τοὐπίσω δακρύουσα καὶ μετ᾽
υ τὴν Ἀλήθειαν προσιοῦσαν ὑπέβλεπεν.
Ἀπελλῆς τὸν ἑαυτοῦ κίνδυνον ἐπὶ τῆς γρα-
ατο.
δὲ καὶ ἡμεῖς, εἰ δοκεῖ, κατὰ τὴν τοῦ Ἐφε-

esse, cui Phœnice commissa esset. Interim tamen æmulorum aliquis, Antiphilus nomine, qui invideret illi honorem quo apud regem erat, et artis obtrectatione, illum Ptolemæo detulerat, quasi omnium esset conscius, et esse qui illum viderit in Phœnice cœnantem cum Theodota, et quam diu duraret convivium, caput cum ipso conferentem: breviter, defecisse Tyrum et Pelusium captam de Apellis consilio indicavit.

2. Ptolemæus, vir alioquin etiam non admodum prudens, sed adulationi innutritus tyrannicæ, absurda hac calumnia adeo exarsit et perturbatus est, ut nihil eorum quæ in mentem venire debebant reputans, neque, æmulum esse delatorem, neque, minorem esse pictorem quam qui tantam proditionem sustinere posset, eum præsertim qui beneficiis illius affectus et omnibus artis ejusdem hominibus prælatus esset; quin neque explorato ante, navigassetne omnino Tyrum Apelles, furere statim vellet, et clamore impleret regiam, ingratum clamans, et insidiatorem, et conjuratum. Et nisi comprehensorum aliquis, indigne ferens illam Antiphili impudentiam et miseri Apellis misericordia motus, dixisset nihil quicquam causæ ipsi secum fuisse, capite plexus Tyriorum mala ipse quoque luisset, prorsus innocens.

4. Ptolemæum itaque adeo dicitur actorum puduisse, ut centum talentis donaret Apellem, et in servitutem illi Antiphilum traderet. Apelles autem, periculi sui memor, tali pictura delationem illam ultus est.

5. Ad dextram vir sedet, ingentes aures habens, parum abest quin Midæ auribus similes, protendens manum e longinquo adhuc accedenti Delationi. Circa illum vero stant mulieres duæ, Ignorantia, ut mihi videtur, et Suspicio: sed ab altera parte accedit Delatio, pulcherrima ultra fidem muliercula, sed calidiuscula et emota, ut quæ furorem atque iram ostendat, sinistra manu accensam facem gestans, altera juvenem quendam trahens capillis, manus cœlo tendentem testantemque deos. Præcedit vir pallidus et deformis, acutum cernens, similis eis qui a magno morbo exaruerunt. Hunc Livorem esse facile aliquis conjecerit. Verum aliæ quoque duæ sequuntur, instigantes et componentes ornantesque Delationem. Ut vero mihi illas quoque indicavit interpres imaginis, altera quidem Insidiarum quædam erat, altera Fallacia. A tergo sequebatur quædam habitu admodum lugubri, pullata, lacera: Pœnitentia, opinor, hæc dicebatur: respiciebat enim retrorsum lacrimans, et cum pudore omnino intuebatur accedentem Veritatem. Atque ita suum periculum pictura expressit Apelles.

6. Age vero nos etiam, si videtur, secundum Ephesii

σίου ζωγράφου τέχνην διέλθωμεν τὰ προσόντα τῇ διαβολῇ, πρότερόν γε ὅρῳ τινὶ περιγράψαντες αὐτήν· οὕτω γὰρ ἂν ἡμῖν ἡ εἰκὼν γένοιτο φανερωτέρα. Ἔστι τοίνυν διαβολὴ κατηγορία τις ἐξ ἐρημίας γιγνομένη, τὸν κατηγορούμενον λεληθυῖα, ἐκ τοῦ μονομεροῦς ἀναντιλέκτως πεπιστευμένη. Τοιαύτη μὲν ἡ ὑπόθεσις τοῦ λόγου. Τριῶν δ᾽ ὄντων προσώπων, καθάπερ ἐν ταῖς κωμῳδίαις, τοῦ διαβάλλοντος καὶ τοῦ διαβαλλομένου καὶ τοῦ πρὸς ὃν ἡ διαβολὴ γίγνεται, καθ᾽ ἕκαστον αὐτῶν ἐπισκοπήσωμεν οἷα εἰκὸς εἶναι τὰ γιγνόμενα.

7. Πρῶτον μὲν δή, εἰ δοκεῖ, παραγάγωμεν τὸν πρωταγωνιστὴν τοῦ δράματος, λέγω δὲ τὸν ποιητὴν τῆς διαβολῆς. Οὗτος δὲ δὴ ὡς μὲν οὐκ ἀγαθὸς ἄνθρωπός ἐστι, πᾶσιν οἶμαι γνώριμον· οὐδεὶς γὰρ ἂν ἀγαθὸς κακῶν αἴτιος γένοιτο τῷ πλησίον, ἀλλ᾽ ἔστιν ἀγαθῶν ἀνδρῶν ἀφ᾽ ὧν εὖ ποιοῦσιν αὐτοὶ τοὺς φίλους, οὐκ ἀφ᾽ ὧν τοὺς ἄλλους ἀδικοῦντες αἰτιῶνται καὶ μισεῖσθαι παρασκευάζουσιν, εὐδοκιμεῖν δόξαν εὐνοίας προσλαβόντας.

8. Ἔπειτα δὲ ὡς ἄδικος ὁ τοιοῦτος καὶ παράνομός ἐστι καὶ ἀσεβὴς καὶ τοῖς χρωμένοις ἐπιζήμιος, ῥᾴδιον καταμαθεῖν. Τίς γὰρ οὐκ ἂν ὁμολογήσειε τὴν μὲν ἰσότητα ἐν ἅπαντι καὶ τὸ μηδὲν πλέον δικαιοσύνης ἔργα εἶναι, τὸ δὲ ἄνισόν τε καὶ πλεονεκτικὸν ἀδικίας; ὁ δὲ τῇ διαβολῇ κατὰ τῶν ἀπόντων λάθρᾳ χρώμενος πῶς οὐ πλεονέκτης ἐστὶν ὅλον τὸν ἀκροατὴν σφετεριζόμενος καὶ προκαταλαμβάνων αὐτοῦ τὰ ὦτα καὶ ἀποφράττων καὶ τῷ δευτέρῳ λόγῳ παντελῶς ἄβατα κατασκευάζων αὐτὰ ὑπὸ τῆς διαβολῆς προεμπεπλησμένα; Ἐσχάτης ἀδικίας τὸ τοιοῦτον, ὡς φαῖεν ἂν καὶ οἱ ἄριστοι τῶν νομοθετῶν, οἷον ὁ Σόλων καὶ ὁ Δράκων, ἔνορκον ποιησάμενοι τοῖς δικασταῖς τὸ ὁμοίως ἀμφοῖν ἀκροᾶσθαι καὶ τὸ τὴν εὔνοιαν ἴσην τοῖς κρινομένοις ἀπονέμειν, ἄχρι ἂν ὁ τοῦ δευτέρου λόγος παρατεθεὶς θατέρου χείρων ἢ ἀμείνων φανῇ· πρὶν δέ γε ἀντεξετάσαι τὴν ἀπολογίαν τῇ κατηγορίᾳ, παντελῶς ἀσεβῆ καὶ ἀνόσιον ἡγήσαντο ἔσεσθαι τὴν κρίσιν. Καὶ γὰρ ἂν καὶ αὐτοὺς ἀγανακτῆσαι τοὺς θεοὺς εἴποιμεν, εἰ τῷ κατηγόρῳ μετ᾽ ἀδείας ἃ θέλει λέγειν ἐπιτρέποιμεν, ἀποφράξαντες δὲ τῷ κατηγορουμένῳ τὰ ὦτα ἢ τῷ στόματι σιωπῶντες καταψηφιζοίμεθα τῷ προτέρῳ λόγῳ κεχειρωμένοι. Ὥστε οὐ κατὰ τὸ δίκαιον καὶ τὸ νόμιμον καὶ τὸν ὅρκον τὸν δικαστικὸν φαίη τις ἂν γίγνεσθαι τὰς διαβολάς. Εἰ δέ τῳ μὴ ἀξιόπιστοι δοκοῦσιν οἱ νομοθέται παραινοῦντες οὕτω δικαίας καὶ ἀμερεῖς ποιεῖσθαι τὰς κρίσεις, ποιητήν μοι δοκῶ τὸν ἄριστον ἐπάγειν τῷ λόγῳ εὖ μάλα περὶ τούτων ἀποφηνάμενον, μᾶλλον δὲ νομοθετήσαντα. Φησὶ δέ,

Μήτε δίκην δικάσῃς, πρὶν ἂν ἀμφοῖν μῦθον ἀκούσῃς.

Ἠπίστατο γάρ, οἶμαι, καὶ οὗτος ὡς πολλῶν ὄντων ἐν τῷ βίῳ ἀδικημάτων οὐδὲν ἄν τις εὕροι χεῖρον οὐδὲ ἀδικώτερον ἢ ἀκρίτους τινὰς καὶ ἀμοίρους λόγων καταδεδικάσθαι· ὅπερ ἐξ ἅπαντος ὁ διαβάλλων ἐπιχειρεῖ ποιεῖν ἄκριτον ὑπάγων τὸν διαβαλλόμενον τῇ τοῦ ἀκούον-

pictoris artem ea quæ insunt delationi persequamur, quasi fine quodam illam ante descripserimus; sic enim imago nobis fuerit clarior. Est ergo delatio accusatio quædam absente altera parte facta, ignota accusato, uni parti, nemine contradicente, credita. Hoc argumentum erit nostræ disputationis. Quum vero tres sint, velut in comœdiis, personæ, delatoris, ejus quem defert, et illius apud quem delatio instituitur; singulatim eas inspiciamus, qualia ab iis fieri verisimile sit.

7. Ac primo quidem, si videtur, inducamus primarum partium actorem, ipsum dico auctorem calumniæ. Hunc sane virum bonum non esse, omnibus, puto, manifestum est: neque enim bonus quisquam malorum auctor alteri fuerit. At est bonorum virorum, suis in amicos beneficiis, non accusandis injuria ceteris hominibus conciliandaque illis invidia bene audire et benevolentiæ sibi parare opinionem.

8. Tum vero quam injustus sit talis homo, et iniquus, et impius, et noxius illis qui se utuntur, discere facile est. Quis enim eat infitias, æqualitatem in unaquaque re et nihil plus sibi arrogandi moderationem justitiæ munera esse; sed inæqualitatem, et plus sibi sumendi audaciam injustitiæ? At qui delatione clanculum utitur contra absentes, quomodo non plus justo, totum nempe auditorem, sibi vindicat? cujus aures occupet prior atque obturet, et alteri orationi plane reddat impervias, quippe ante jam a delatione oppletas. Extremæ id quidem injuriæ, ut optimi etiam legislatorum dixerint, tanquam Solon et Dracon, qui jurisjurandi religione obstrinxerint judices ad similiter utrosque audiendos, æqualemque his qui judicantur tribuendam benevolentiam, donec comparata alterius causa, vel deterior altera vel melior appareat: ante vero quam comparata esset crimini defensio, impium plane et profanum fore judicium arbitrati sunt. Etenim ipsos quoque indignari deos dixerimus, si accusatori sine metu dicere permittamus quæ velit, obturatis vero defendenti se auribus, vel os ipsi obstruentes, calculum contra eum, priore oratione subacti, feramus. Igitur non ex justo, neque ex lege, neque ex judicialis jurisjurandi religione delationes fieri aliquis dixerit. Si cui vero non satis digni fide videantur legislatores, quum jubeant sic justa et in neutram partem propensa judicia facere; poetam mihi videor optimum inducere orationi, qui præclare de his pronunciavit, vel legem tulit potius. Ait autem,

Judicium cave ferre, priusquam audiveris ambos.

Noverat enim, puto, ille etiam, quum multa sint injusta in vita facinora, nullum inveniri posse deterius neque injustius, quam si sine judicio et indicta causa aliqui damnetur: quod omni studio delator conatur efficere, injudicatum objiciens eum, quem petit calumnia, iræ audientis, et

τος ὀργῇ καὶ τὴν ἀπολογίαν τῷ λαθραίῳ τῆς κατηγορίας παραιρούμενος.

9. Καὶ γὰρ ἀπαρρησίαστος καὶ δειλὸς ἅπας ὁ τοιοῦτος ἄνθρωπος οὐδὲν ἐς τοὐμφανὲς ἄγων, ἀλλ' ὥσπερ οἱ λοχῶντες ἐξ ἀφανοῦς ποθεν τοξεύων, ὡς μηδὲ ἀντιτάξασθαι δυνατὸν εἶναι μηδὲ ἀνταγωνίσασθαι, ἀλλ' ἐν ἀπορίᾳ καὶ ἀγνοίᾳ τοῦ πολέμου διαφθείρεσθαι, ὃ μέγιστόν ἐστι σημεῖον τοῦ μηδὲν ὑγιὲς τοὺς διαβάλλοντας λέγειν. Ἐπεὶ εἴ τίς γε τἀληθῆ κατηγοροῦντι ἑαυτῷ συνεπίσταται, οὗτος, οἶμαι, καὶ εἰς τὸ φανερὸν ἐλέγχει καὶ διευθύνει καὶ ἀντεξετάζει τῷ λόγῳ, ὥσπερ οὐδεὶς ἂν ἐκ τοῦ προφανοῦς νικᾶν δυνάμενος ἐνέδρᾳ ποτὲ καὶ ἀπάτῃ χρήσαιτο κατὰ τῶν πολεμίων.

10. Ἴδοι δ' ἄν τις τοὺς τοιούτους μάλιστα ἔν τε βασιλέων αὐλαῖς καὶ περὶ τὰς τῶν ἀρχόντων καὶ δυναστευόντων φιλίας εὐδοκιμοῦντας, ἔνθα πολὺς μὲν ὁ φθόνος, μυρίαι δὲ ὑπόνοιαι, πάμπολλαι δὲ κολακειῶν καὶ διαβολῶν ὑποθέσεις· ὅπου γὰρ ἀεὶ μείζους ἐλπίδες, ἐνταῦθα καὶ οἱ φθόνοι χαλεπώτεροι καὶ τὰ μίση ἐπισφαλέστερα καὶ ζηλοτυπίαι κακοτεχνέστεραι. Πάντες οὖν ἀλλήλους ὀξὺ δεδόρκασι καὶ ὥσπερ οἱ μονομαχοῦντες ἐπιτηροῦσιν εἴ πού τι γυμνωθὲν μέρος θεάσαιντο τοῦ σώματος· καὶ πρῶτος αὐτὸς ἕκαστος εἶναι βουλόμενος παρωθεῖται καὶ παραγκωνίζεται τὸν πλησίον καὶ τὸν πρὸ αὐτοῦ, εἰ δύναιτο, ὑποσπᾷ καὶ ὑποσκελίζει. Ἔνθα ὁ μὲν χρηστὸς ἀτεχνῶς εὐθὺς ἀνατέτραπται καὶ παρασέσυρται καὶ τὸ τελευταῖον ἀτίμως ἐξέωσται, ὁ δὲ κολακευτικώτερος καὶ πρὸς τὰς τοιαύτας κακοηθείας πιθανώτερος εὐδοκιμεῖ, καὶ ὅλως φθάσας κρατεῖ· τὰ γὰρ τοῦ Ὁμήρου πάνυ ἐπαληθεύουσιν, ὅτι τοι

ξυνὸς Ἐνυάλιος καὶ τὸν κτανέοντα κατέκτα.

Τοιγαροῦν ὡς οὐ περὶ μικρῶν τοῦ ἀγῶνος ὄντος ποικίλας κατ' ἀλλήλων ὁδοὺς ἐπινοοῦσιν, ὧν ταχίστη καὶ ἐπισφαλεστάτη ἐστὶν ἡ τῆς διαβολῆς, τὴν μὲν ἀρχὴν ἀπὸ φθόνου ἢ μίσους εὐέλπιδος λαμβάνουσα, οἰκτρότερα δὲ καὶ τραγικὰ ἐπάγουσα τὰ τέλη καὶ πολλῶν συμφορῶν ἀνάπλεα.

11. Οὐ μέντοι μικρὸν οὐδὲ ἁπλοῦν ἐστι τοῦτο, ὡς ἄν τις ὑπολάβοι, ἀλλὰ πολλῆς μὲν τέχνης, οὐκ ὀλίγης δὲ ἀγχινοίας, ἀκριβοῦς δέ τινος ἐπιμελείας δεόμενον· οὐ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἔβλαπτεν ἡ διαβολή, εἰ μὴ πιθανόν τινα τρόπον ἐγίγνετο· οὐδ' ἂν κατίσχυε τὴν πάντων ἰσχυροτέραν ἀλήθειαν, εἰ μὴ πολὺ τὸ ἐπαγωγὸν καὶ πιθανὸν καὶ μυρία ἄλλα παρεσκεύαστο κατὰ τῶν ἀκουόντων.

12. Διαβάλλεται μὲν οὖν ὡς τὸ πολὺ μάλιστα ὁ τιμώμενος καὶ διὰ τοῦτο τοῖς ὑπολειπομένοις αὐτοῦ ἐπίφθονος· ἅπαντες γὰρ τῷδ' ἐπιτοξάζονται καθάπερ τι κώλυμα καὶ ἐμπόδιον προορώμενοι, καὶ ἕκαστος οἴεται πρῶτος αὐτὸς ἔσεσθαι τὸν κορυφαῖον ἐκεῖνον ἐκπολιορκήσας καὶ τῆς φιλίας ἀποσκευασάμενος. Οἷόν τι καὶ ἐπὶ τοῖς γυμνικοῖς ἀγῶσιν ἐπὶ τῶν δρομέων γίγνεται· κἀκεῖ γὰρ ὁ μὲν ἀγαθὸς δρομεὺς τῆς ὕσπληγγος εὐθὺς καταπεσούσης μόνον τοῦ πρόσω ἐφιέμενος καὶ τὴν διά-

clandestina accusatione causæ dicendæ facultatem illi intercipiens.

9. Etenim libertatis in dicendo expers et meticulosus unusquisque hujusmodi homo, nihil in apertum producit, sed, velut qui collocati in insidiis sunt, ex obscuro alicunde jaculatur, ut neque contra consistendi in acie facultas sit, neque repugnandi; sed inopia consilii et belli ignorantia pereundum : quod quidem maximo est indicio, sani nihil a delatoribus proferri. Si quis enim vera a se accusari conscius sibi sit, ille, puto, etiam aperte convincit, et ad rationem dicendam vocat, et oratione contra contendit : quemadmodum nemo qui aperto Marte se vincere posse speret, insidiis unquam et fraude contra hostes utatur.

10. Videas vero tales maxime in regum aulis, et principum atque potentium hominum amicitiis florere, ubi invidia multa, suspiciones sexcentæ, adulationumque et delationum argumenta quamplurima. Ubi enim spes semper majores, ibi etiam graviores invidiæ, et odia periculosiora, et maleficentiores obtrectationes. Quare intentis se invicem speculantur oculis omnes, et tanquam gladiatores observant si quam nudam corporis partem conspiciant; dumque unusquisque primus ipse esse cupit, detrudit et cubito dimovet alterum, eumque qui ante se est, si possit, detrahit et supplantat. Hic vir bonus statim videlicet eversus trahitur, expelliturque tandem cum ignominia : floret contra ea qui plus adulando valet et ad malas id genus artes est probabilior; denique prævertit et vincit : atque ita illi Homerici hujus dicti veritatem confirmant,

Mars communis enim cædentem cædit et ipsum.

Igitur quum de rebus non parvis certamen sit, varia comminiscuntur contra se invicem compendia, quorum celerrimum et periculosissimum est delatio, initium sumens ab invidia quidem aut odio spei pleno, sed miseriores et plane tragicos exitus multisque refertos calamitatibus inferens.

11. Verum enim vero non parvum neque simplex quiddam hoc est, ut suspicetur aliquis, sed arte multa, nec pauco ingenio, exquisitaque cura indigens. Neque enim tantum noceret delatio, nisi probabili quadam ratione fieret : neque valeret contra valentiorem omnibus veritatem, nisi allectamenti plurimum et probabilitatis et sexcenta alia ad audientes machinaretur.

12. Defertur ergo ut plurimum ille, qui magno in honore est, atque ob id ipsum eorum, quos post se reliquit, invidiæ expositus. In hunc enim tela omnes dirigunt tanquam obstaculum quoddam atque impedimentum ipsum intuentes, ac putat unusquisque primum sese futurum, expugnato illo principe et de amicitia regis amoto. Quale quid in gymnico etiam certamine fit in cursoribus : nam ibi quoque bonus cursor, ubi primum decidit repagulum, solum anteriora petens et ad metam intendens animum,

νοιαν ἀποτείνας πρὸς τὸ τέρμα κἀν τοῖς ποσὶ τὴν ἐλπίδα τῆς νίκης ἔχων τῷ πλησίον οὐδὲν κακουργεῖ οὐδέ τι τοῦ κατὰ τοὺς ἀγωνιστὰς πολυπραγμονεῖ, ὁ δὲ κακὸς ἐκεῖνος καὶ ἄναθλος ἀνταγωνιστὴς ἀπογνοὺς τὴν ἐκ τοῦ τάχους ἐλπίδα ἐπὶ τὴν κακοτεχνίαν ἐτράπετο, καὶ τοῦτο μόνον ἐξ ἅπαντος σκοπεῖ, ὅπως τὸν τρέχοντα ἐπισχὼν ἢ ἐμποδίσας ἐπιστομιεῖ, ὡς, εἰ τούτου διαμάρτοι, οὐκ ἄν ποτε νικῆσαι δυνάμενος. Ὁμοίως δὲ τούτοις κἀν ταῖς φιλίαις τῶν εὐδαιμόνων τούτων γίγνεται· ὁ γὰρ προέχων αὐτίκα ἐπιβουλεύεται καὶ ἀφύλακτος ἐν μέσῳ ληφθεὶς τῶν δυσμενῶν ἀνηρπάσθη, οἱ δὲ ἀγαπῶνται καὶ φίλοι δοκοῦσιν ἐξ ὧν ἄλλους βλάπτειν ἔδοξαν.

13. Τό τε ἀξιόπιστον τῆς διαβολῆς οὐχ ὡς ἔτυχεν ἐπινοοῦσιν, ἀλλ' ἐν τούτῳ τὸ πᾶν αὐτοῖς ἐστιν ἔργον δεδοικόσι τι προσάψαι ἀπῳδὸν ἢ καὶ ἀλλότριον. Ὡς γοῦν ἐπὶ πολὺ τὰ προσόντα τῷ διαβαλλομένῳ πρὸς τὸ χεῖρον μεταβάλλοντες οὐκ ἀπιθάνους ποιοῦνται τὰς κατηγορίας, οἷον τὸν μὲν ἰατρὸν διαβάλλουσιν ὡς φαρμακέα, τὸν πλούσιον δὲ ὡς τύραννον, τὸν τυραννικὸν δὲ ὡς προδοτικόν.

14. Ἐνίοτε μέντοι καὶ ὁ ἀκροώμενος αὐτὸς ὑποβάλλει τῆς διαβολῆς τὰς ἀφορμάς, καὶ πρὸς τὸν ἐκείνου τρόπον οἱ κακοήθεις αὐτοὶ ἁρμοζόμενοι εὐστοχοῦσιν. Ἢν μὲν γὰρ ζηλότυπον αὐτὸν ὄντα ἴδωσι, Διένευσε, φασί, τῇ γυναικί σου παρὰ τὸ δεῖπνον καὶ ἀπιδὼν ἐς αὐτὴν ἐστέναξε, καὶ ἡ Στρατονίκη πρὸς αὐτὸν οὐ μάλα ἀηδῶς· καὶ ὅλως ἐρωτικαί τινες καὶ μοιχικαὶ πρὸς αὐτὸν αἱ διαβολαί. Ἢν δὲ ποιητικὸς ᾖ καὶ ἐπὶ τούτῳ μέγα φρονῇ, Νὴ Δί' ἐχλεύασέ σου Φιλόξενος τὰ ἔπη καὶ διέσυρε καὶ ἄμετρα εἶπεν αὐτὰ καὶ κακοσύνθετα. Πρὸς δὲ τὸν εὐσεβῆ καὶ φιλόθεον ἄθεος καὶ ἀνόσιος ὁ φίλος διαβάλλεται καὶ ὡς τὸ θεῖον παρωθούμενος καὶ τὴν πρόνοιαν ἀρνούμενος· ὁ δὲ ἀκούσας εὐθὺς μύωπι διὰ τοῦ ὠτὸς τυπεὶς διακέκαυται ὡς τὸ εἰκὸς καὶ ἀπέστραπται τὸν φίλον οὐ περιμείνας τὸν ἀκριβῆ ἔλεγχον.

15. Ὅλως γὰρ τὰ τοιαῦτα ἐπινοοῦσι καὶ λέγουσιν, ἃ μάλιστα ἴσασιν ἐς ὀργὴν δυνάμενα προκαλέσασθαι τὸν ἀκροώμενον, καὶ ἔνθα τρωτός ἐστιν ἕκαστος ἐπιστάμενοι, ἐπ' ἐκεῖνο τοξεύουσι καὶ ἀκοντίζουσιν ἐς αὐτό, ὥστε τῇ παραυτίκα ὀργῇ τεταραγμένον μηκέτι σχολὴν ἄγειν τῇ ἐξετάσει τῆς ἀληθείας· ἀλλὰ κἂν θέλῃ τις ἀπολογεῖσθαι, μὴ προσίεσθαι τῷ παραδόξῳ τῆς ἀκροάσεως ὡς ἀληθεῖ προκατειλημμένον.

16. Ἀνυσιμώτατον γὰρ τὸ εἶδος τῆς διαβολῆς τὸ ὑπεναντίον τῆς τοῦ ἀκούοντος ἐπιθυμίας, ὁπότε καὶ παρὰ Πτολεμαίῳ τῷ Διονύσῳ ἐπικληθέντι ἐγένετό τις ὃς διέβαλλε τὸν Πλατωνικὸν Δημήτριον, ὅτι ὕδωρ τε πίνει καὶ μόνος τῶν ἄλλων γυναικεῖα οὐκ ἐνεδύσατο ἐν τοῖς Διονυσίοις· καὶ εἴ γε μὴ κληθεὶς ἕωθεν ἔπιέ τε πάντων ὁρώντων καὶ λαβὼν ταραντινίδιον ἐκυμβάλισε καὶ προσωρχήσατο, ἀπολώλει ἂν ὡς οὐχ ἡδόμενος τῷ βίῳ τοῦ βασιλέως, ἀλλ' ἀντισοφιστὴς ὢν καὶ ἀντίτεχνος τῆς Πτολεμαίου τρυφῆς.

suisque in pedibus spem victoriæ reponens, nihil mali infert propinquo neque quicquam ad certatores pertinens curat; at ille malus et ad certandum ineptus adversarius, abjecta spe celeritatis ad malas artes conversus, illud omnino solum spectat, quomodo retentum impeditumve illum cursorem sufflaminet, ut qui, si hoc non succedat, vincere nunquam possit. Simile quid hisce etiam in amicitiis beatorum solet evenire. Qui enim primas tenet, insidiantibus statim expositus est, et, si incautus deprehenditur inter medios inimicos, cito abripitur: at isti amantur et videntur amici ob id ipsum, quod lædere visi sunt alios.

13. Fidem autem delationi non temere excogitant, sed in eo omni elaborant studio, veriti ne quid absonum affingant aut alienum. Quare plerumque iis quæ insunt huic, quem calumniari volunt, in pejorem partem detortis, crimina faciunt non improbabilia; medicum, ut hoc utar, calumniantur tanquam veneficum, divitem vero tanquam dominationis appetentem; ministrum denique dominationis suspectum proditionis faciunt.

14. Interdum vero ipse qui audit, calumniæ ansam porrigit, adeo ut maligni, ad ipsius se mores dum componunt, scopum feriant. Si enim zelotypum esse videant, In cœna, inquiunt, innuit uxori tuæ, et intuitus eam ingemuit: vicissim ad illum Stratonice respexit non sane injucunde: quid multa? præsto sunt amatoriæ quædam et ad adulterium spectantes calumniæ, quibus ad illum utantur. Si vero poesi studeat eaque in re sibi placeat, Per Jovem, ait, risit versus tuos Philoxenus et traduxit, et immodulatos esse dixit et male compositos. Apud religiosum autem atque pium pro atheo et profano amicus defertur, tanquam qui numen respuat et neget providentiam: alter vero, his auditis, œstro statim in aure percussus, inceditur, ut facile est ad intelligendum, et aversatur amicum, non exspectata accurata convictione.

15. Talia denique excogitant et dicunt, quibus maxime norunt ad iram posse provocari audientem: quumque sciant ubi quisque vulneri maxime sit opportunus, eo collineant et feriunt; adeo ut præsenti ira turbatus non jam veritati inquirendæ vacet, sed etiamsi causam dicere velit aliquis, non admittat ille, qui necopinata auditione, tanquam vera, ante sit occupatus.

16. Efficacissimum enim profecto genus calumniæ, quod contrarium est audientis cupiditati: quum etiam apud Ptolemæum illum qui Dionysus appellatus est, fuerit qui deferret Platonicum Demetrium, quod aquam biberet et solus muliebrem vestem non indueret Dionysiis: et nisi ille vocatus mane bibisset in conspectu omnium et Tarentinidio indutus saltasset cum cymbalis, perierat homo, ut qui non delectaretur vita regis, sed contraria Ptolemæi sententiis, instituto, luxuriæ profiteretur.

17. Παρὰ δὲ Ἀλεξάνδρῳ μεγίστη ποτὲ πασῶν ἂν διαβολὴ λέγοιτο, εἰ ἕλοιτό τις μὴ σέβειν μηδὲ προσκυνεῖν τὸν Ἡφαιστίωνα· ἐπεὶ γὰρ ἀπέθανεν Ἡφαιστίων, ὑπὸ τοῦ ἔρωτος Ἀλέξανδρος ἐβουλήθη προσθεῖναι καὶ τοῦτο τῇ λοιπῇ μεγαλουργίᾳ καὶ θεὸν χειροτονῆσαι τὸν τετελευτηκότα. Εὐθὺς οὖν νεώς τε ἀνέστησαν αἱ πόλεις καὶ τεμένη καθιδρύετο καὶ βωμοὶ καὶ θυσίαι καὶ ἑορταὶ τῷ καινῷ τούτῳ θεῷ ἐπετελοῦντο, καὶ ὁ μέγιστος ὅρκος ἦν ἅπασιν Ἡφαιστίων. Εἰ δέ τις ἢ μειδιάσειε πρὸς τὰ γιγνόμενα ἢ μὴ φαίνοιτο πάνυ εὐσεβῶν, θάνατος ἐπέκειτο ἡ ζημία. Ὑπολαμβάνοντες δὲ οἱ κόλακες τὴν μειρακιώδη ταύτην τοῦ Ἀλεξάνδρου ἐπιθυμίαν προσεξέκαον εὐθὺς καὶ ἀνεζωπύρουν ὀνείρατα διηγούμενοι τοῦ Ἡφαιστίωνος, ἐπιφανείας τινὰς, καὶ ἰάματα προσάπτοντες αὐτῷ καὶ μαντείας ἐπιφημίζοντες· καὶ τέλος ἔθυον παρέδρῳ καὶ ἀλεξικάκῳ θεῷ. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἥδετό τε ἀκούων καὶ τὰ τελευταῖα ἐπίστευε καὶ μέγα ἐφρόνει ὡσανεὶ οὐ θεοῦ παῖς ὢν μόνον, ἀλλὰ καὶ θεοὺς ποιεῖν δυνάμενος. Πόσους τοίνυν οἰώμεθα τῶν Ἀλεξάνδρου φίλων παρὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον ἀπολαῦσαι τῆς Ἡφαιστίωνος θειότητος διαβληθέντας ὡς οὐ τιμῶσι τὸν κοινὸν ἁπάντων θεὸν, καὶ διὰ τοῦτο ἐξελαθέντας καὶ τῆς τοῦ βασιλέως εὐνοίας ἐκπεσόντας;

18. Τότε καὶ Ἀγαθοκλῆς ὁ Σάμιος ταξιαρχῶν παρ' Ἀλεξάνδρῳ καὶ τιμώμενος παρ' αὐτοῦ μικροῦ δεῖν συγκαθείρχθη λέοντι διαβληθεὶς ὅτι δακρύσειε παριὼν τὸν Ἡφαιστίωνος τάφον. Ἀλλ' ἐκείνῳ μὲν βοηθῆσαι λέγεται Περδίκκας ἐπομοσάμενος κατὰ πάντων θεῶν καὶ κατὰ Ἡφαιστίωνος, ὅτι δὴ κυνηγετοῦντί οἱ φανέντα ἐναργῆ τὸν θεὸν ἐπισκῆψαι εἰπεῖν Ἀλεξάνδρῳ φείσασθαι Ἀγαθοκλέους· οὐ γὰρ ὡς ἀπιστοῦντα οὐδὲ ὡς ἐπὶ νεκρῷ δακρῦσαι, ἀλλὰ τῆς πάλαι συνηθείας μνημονεύσαντα.

19. Ἡ γοῦν κολακεία καὶ ἡ διαβολὴ τότε μάλιστα χώραν ἔσχε πρὸς τὸ Ἀλεξάνδρου πάθος συντιθεμένη· καθάπερ γὰρ ἐν πολιορκίᾳ οὐκ ἐπὶ τὰ ὑψηλὰ καὶ ἀπόκρημνα καὶ ἀσφαλῆ τοῦ τείχους προσίασιν οἱ πολέμιοι, ἀλλ' ἐν ᾗ ἂν ἀφύλακτόν τι μέρος ἢ σαθρὸν αἴσθωνται ἢ ταπεινὸν, ἐπὶ τοῦτο πάσῃ δυνάμει χωροῦσιν ὡς ῥᾷστα παρεισδῦναι καὶ ἑλεῖν δυνάμενοι, οὕτω καὶ οἱ διαβάλλοντες ὅ τι ἂν ἀσθενὲς ἴδωσι τῆς ψυχῆς καὶ ὑπόσαθρον καὶ εὐεπίβατον, τούτῳ προσβάλλουσι καὶ προσάγουσι τὰς μηχανὰς, καὶ τέλος ἐκπολιορκοῦσι μηδενὸς ἀντιταττομένου μηδὲ τὴν ἔφοδον αἰσθομένου. Εἶτ' ἐπειδὰν ἐντὸς ἅπαξ τῶν τειχῶν γένωνται, πυρπολοῦσι πάντα καὶ κάουσι καὶ σφάττουσι καὶ ἐξελαύνουσιν, οἷα εἰκὸς ἁλισκομένης ψυχῆς καὶ ἐξηνδραποδισμένης ἔργα εἶναι.

20. Μηχανήματα δὲ αὐτοῖς κατὰ τοῦ ἀκούοντος ἥ τε ἀπάτη καὶ τὸ ψεῦδος καὶ ἡ ἐπιορκία καὶ προσλιπάρησις καὶ ἀναισχυντία καὶ ἄλλα μυρία ῥᾳδιουργήματα· ἡ δὲ δὴ μεγίστη πασῶν ἡ κολακεία ἐστὶ, συγγενὴς, μᾶλλον δὲ ἀδελφή τις οὖσα τῆς διαβολῆς. Οὐδεὶς γοῦν οὕτω γεννάδας ἐστὶ καὶ ἀδαμάντινον τεῖχος τῆς ψυχῆς προβεβλημένος, ὃς οὐκ ἂν ἐνδοίη πρὸς τὰς τῆς κολα-

17. Apud Alexandrum vero maximum fere omnium crimen dictum esset, si quis colendum sibi aut adorandum non sumsisset Hephæstionem : quum enim decessisset Hephæstion, præ amore illius Alexander reliquæ suæ hoc etiam astruere magnificentiæ voluit, ut deum suo suffragio faceret defunctum. Statim ergo et templa excitare urbes, et loca consecrari et aræ, atque sacrificia festique dies novo deo parari, sanctissimumque omnibus jusjurandum esse Hephæstion. Si quis vero subrideret ad ista aut non prorsus religiosus esse videretur, mortis illi pœna erat proposita. Excipientes porro puerilem hanc Alexandri cupiditatem adulatores magis statim eam incenderunt excitaruntque, qui immissa sibi ab Hephæstione insomnia narrarent, præsentiamque sibi illius oblatam, et sanationes quasdam illi tribuerent, vulgarentque edita ab illo oracula : tandem sacrificarunt velut assessori depulsorique malorum deo. His audiendis delectari Alexander, ac tandem credere, et vehementer placere sibi, qui non dei modo filius esset, sed facere etiam posset deos. Quot ergo amicis Alexandri putemus eo tempore male expetiisse Hephæstionis divinitatem, delatis ut qui non colerent communem omnium deum, ejectis ea causa atque benevolentia regis excidentibus?

18. Tum etiam Agathocles Samius, qui ordines ducebat apud Alexandrum et in honore habebatur ab ipso, parum abfuit quin cum leone concluderetur, delatus nempe ut qui sepulcrum Hephæstionis præteriens flevisset. Verum succurrisse illi dicitur Perdicas, dejerans per omnes deos ipsumque adeo Hephæstionem, venanti sibi apparuisse manifestum deum, ac jussisse dicere Alexandro, parceret Agathocli; neque enim quod fidem non haberet, vel tanquam de mortuo, sed veteris consuetudinis memoria flevisse.

19. Adulatio igitur atque calumnia tum maxime locum invenere apud Alexandrum, quum ad illius se affectionem animi componerent. Quemadmodum enim in obsidione non ad excelsa et prærupta et tuta murorum accedunt hostes, verum si qua incustoditam partem aliquam corruptamve animadverterunt aut humilem, hanc viribus omnibus invadunt, qua quidem facillime subire et capere urbem possint : sic delatores quamcumque imbecillam viderint animi vitiosamque partem, et superatu facilem, hanc oppugnant, huic machinas adhibent, et expugnant denique, quum objiciat se nemo, neque sentiat oppugnationem. Deinde quum semel sunt intra mœnia, igne vastant omnia, urunt, cæduntque et abigunt, qualia nempe victo animo et in servitutem redacto fieri probabile est.

20. Machinæ autem illis contra audientem fraus, et mendacium, et perjurium, et improba assiduitas, et impudentia, et sexcenta alia maleficia : maxima autem omnium adulatio est, cognata, vel soror potius delationis. Nemo enim tam generosus est et adamantino muro sic munitum pectus habet,

κείας προσβολὰς, καὶ ταῦτα ὑπορυττούσης καὶ τοὺς θεμελίους ὑφαιρούσης τῆς διαβολῆς.

21. Καὶ τὰ μὲν ἐκτὸς ταῦτα. Ἔνδοθεν δὲ πολλαὶ προδοσίαι συναγωνίζονται τὰς χεῖρας ὀρέγουσαι καὶ τὰς πύλας ἀναπετῶσαι καὶ πάντα τρόπον τῇ ἁλώσει τοῦ ἀκούοντος συμπροθυμούμεναι. Πρῶτον μὲν τὸ φιλόκαινον, ὃ φύσει πᾶσιν ἀνθρώποις ὑπάρχει, καὶ τὸ ἀψίκορον, ἔπειτα δὲ τὸ πρὸς τὰ παράδοξα τῶν ἀκουσμάτων ἐπόμενον· οὐ γὰρ οἶδ' ὅπως ἡδόμεθα πάντες πρὸς τὰς λαθρηδὰ λεγομένας καὶ μεστὰς ὑπονοίας ἀκοάς· οἶδα γοῦν τινας οὕτως ἡδέως γαργαλιζομένους τὰ ὦτα ὑπὸ τῶν διαβολῶν ὥσπερ τοὺς πτεροῖς κνωμένους.

22. Ἐπειδὰν τοίνυν ὑπὸ τούτων ἁπάντων συμμαχούμενοι προσπέσωσι, κατὰ κράτος αἱροῦσιν, οἶμαι, καὶ οὐδὲ δυσχερὴς ἡ νίκη γένοιτ' ἂν μηδενὸς ἀντιπαραταττομένου μηδὲ ἀμυνομένου τὰς προσβολὰς, ἀλλὰ τοῦ μὲν ἀκούοντος ἑκόντος ἑαυτὸν ἐνδιδόντος, τοῦ διαβαλλομένου δὲ τὴν ἐπιβουλὴν ἀγνοοῦντος· ὥσπερ γὰρ ἐν νυκτὶ πόλεως ἁλούσης καθεύδοντες οἱ διαβαλλόμενοι φονεύονται.

23. Καὶ τὸ πάντων οἴκτιστον, ὁ μὲν οὐκ εἰδὼς τὰ γεγενημένα προσέρχεται τῷ φίλῳ φαιδρὸς ἅτε μηδὲν ἑαυτῷ φαῦλον συνεπιστάμενος καὶ τὰ συνήθη λέγει καὶ ποιεῖ, παντὶ τρόπῳ ὁ ἄθλιος ἐνηδρευμένος· ὁ δὲ ἢν μὲν ἔχῃ τι γενναῖον καὶ ἐλεύθερον καὶ παρρησιαστικὸν, εὐθὺς ἐξέρρηξε τὴν ὀργὴν καὶ τὸν θυμὸν ἐξέχεε, καὶ τέλος τὴν ἀπολογίαν προσιέμενος ἔγνω μάτην κατὰ τοῦ φίλου παρωξυμμένος·

24. ἢν δὲ ἀγεννέστερος καὶ ταπεινότερος, προσίεται μὲν καὶ προσμειδιᾷ τοῖς χείλεσιν ἄκροις, μισεῖ δὲ καὶ λάθρᾳ τοὺς ὀδόντας διαπρίει καὶ, ὡς ὁ ποιητής φησι, βυσσοδομεύει τὴν ὀργήν. Οὗ δὴ ἐγὼ οὐδὲν οἶμαι ἀδικώτερον οὐδὲ δουλοπρεπέστερον, ἐνδακόντα τὸ χεῖλος ὑποτρέφειν τὴν χολὴν καὶ τὸ μῖσος ἐν αὐτῷ κατάκλειστον αὔξειν ἕτερα μὲν κεύθοντα ἐνὶ φρεσὶν, ἄλλα δὲ λέγοντα καὶ ὑποκρινόμενον ἱλαρῷ καὶ κωμικῷ τῷ προσώπῳ μάλα περιπαθῆ τινα καὶ ἰοῦ γέμουσαν τραγῳδίαν. Μάλιστα δὲ τοῦτο πάσχουσιν, ἐπειδὰν πάλαι φίλος ὁ ἐνδιαβάλλων δοκῶν εἶναι τῷ ἐνδιαβαλλομένῳ ποιῆται ὅμως· τότε γὰρ οὐδὲ φωνὴν ἀκούειν ἔτι θέλουσι τῶν διαβαλλομένων ἢ τῶν ἀπολογουμένων, τὸ ἀξιόπιστον τῆς κατηγορίας ἐκ τῆς πάλαι δοκούσης φιλίας προειληφότες, οὐδὲ τοῦτο λογιζόμενοι, ὅτι πολλαὶ πολλάκις ἐν τοῖς φιλτάτοις μίσους παραπίπτουσιν αἰτίαι τοὺς ἄλλους λανθάνουσαι, καὶ ἐνίοτε οἷς αὐτός τις ἔνοχός ἐστι, ταυτὶ φθάσας κατηγόρησε τοῦ πλησίον ἐκφυγεῖν οὕτω πειρώμενος τὴν διαβολήν. Καὶ ὅλως ἐχθρὸν μὲν οὐδεὶς ἂν τολμήσειε διαβαλεῖν· ἄπιστος γὰρ αὐτόθι ἡ κατηγορία πρόδηλον ἔχουσα τὴν αἰτίαν· τοῖς δοκοῦσι δὲ μάλιστα φίλοις ἐπιχειροῦσι τὴν πρὸς τοὺς ἀκούοντας εὔνοιαν ἐμφῆναι προαιρούμενοι, ὅτι ἐπὶ τῷ ἐκείνων συμφέροντι οὐδὲ τῶν οἰκειοτάτων ἀπέσχοντο.

25. Εἰσὶ δέ τινες οἳ κἂν μάθωσιν ὕστερον ἀδίκως διαβεβλημένους παρ' αὐτοῖς τοὺς φίλους, ὅμως ὑπ' αἰσχύνης

quin concedat in petui adulationis multiplici, quum præsertim velut cuniculis quibusdam fundamenta subruat delatio.

21. Et extra quidem sunt ista. Intus vero proditiones multæ adjuvant, quæ manum præbent, et portas aperiunt, et omni modo expugnationi audientis favent. Primo quidem novitatis amor, qui natura inest omnibus hominibus; et illud celere eorum, quæ vix attigimus, fastidium; tum quod mirabiles auditiones sectamur : gaudemus enim, nescio quomodo, universi iis quæ clanculum atque ad aurem dicuntur, et plena sunt suspicionum. Novi enim quosdam, quorum aures non minus suaviter titillantur a calumniis, quam si plumis tangerentur.

22. Quum igitur tantis undique auxiliis nixi ingruunt, vi vincunt, puto, nec difficilis victoria fuerit, quum nemo stet in contraria acie, neque repellat impetum; sed ille qui audit sua se sponte dedat, qui vero petitur, ignoret insidias: nam velut capta noctu urbe, dormientes cæduntur quos petit delatio.

23. Et quod omnium miserrimum est, hic quidem, rerum omnium ignarus, accedit ad amicum hilaris, ut qui nullius mali sibi sit conscius, et consueta loquiturque ac facit, undique insidiis circumventus miser. Alter vero, si quid generosi pectoris habeat ac liberalitatis libertatisque, statim erumpit iram, et impetum animi effundit, tandemque admissa defensione intelligit se frustra contra amicum incitatum fuisse.

24. Si vero minus generosus sit atque humilior, admittit ille quidem et summis labris arridet; sed idem odit, et clanculum frendit dentibus, et, ut ait poeta, iram tenet alta mente repostam. Qua sane re nihil equidem injustius esse arbitror aut servilius, commorso labio clanculum alere bilem, et conclusum intra se augere odium, aliud sub pectore tectum habere, aliud vero dicere, atque agere sub hilari et comica persona ærumnosam plenamque veneni tragœdiam. Maxime vero ita afficiuntur, quando delator olim amicus videtur fuisse ei quem defert, ac tamen hoc facit. Tum enim nec vocem audire amplius volunt eorum quos calumnia petiit, neque causæ dictionem; quod fide dignam accusationem ex illa, quæ olim ferebatur, amicitia præsumunt, neque hoc cogitant, multas sæpe inter amicissimos causas odii incidere, quæ fugiant alios : nonnunquam etiam, quorum aliquis ipse reus est, eorum accusare occupat alium, effugere ita criminationem tentans. Atque in universum, inimicum criminari nemo ausit : fidem enim statim amittit delatio, quæ causam manifestam habeat. Sed illos aggrediuntur, qui maxime videntur amici; qua re suam adversus audientes benevolentiam ostentatum eunt, qui ipsorum utilitatis causa ne familiarissimis quidem parcant.

25. Sunt vero qui etiam quum deinde didicerunt injuria delatos apud se amicos, tamen præ verecundia fidei temere

ευσαν οὐδ' ἔτι προσίεσθαι οὐδὲ προσβλέπειν
αὐτοῖς ὥσπερ ἠδικημένοι, ὅτι μηδὲν ἀδικοῦν-
νωσαν.

Τοιγαροῦν πολλῶν κακῶν ὁ βίος ἐπλήσθη ὑπὸ
ῥᾳδίως καὶ ἀνεξετάστως πεπιστευμένων δια-
Ἡ μὲν γὰρ Ἄντεια,

ναίης (φησὶν), ὦ Προῖτ', ἢ κάκτανε Βελλεροφόντην,
ι' ἔθελεν φιλότητι μιγήμεναι οὐκ ἐθελούσῃ·

οτέρα ἐπιχειρήσασα καὶ ὑπεροφθεῖσα. Καὶ
νεανίας ἐν τῇ πρὸς τὴν Χίμαιραν συμπλοκῇ
ἐπιτίμιον σωφροσύνης ὑποσχὼν καὶ τῆς πρὸς
ν αἰδοῦς ὑπὸ μάχλου γυναικὸς ἐπιβεβουλευμέ-
ἡ δὲ Φαίδρα, κἀκείνη τὰ ὅμοια κατειποῦσα τοῦ
υ, ἐπάρατον ἐποίησε τὸν Ἱππόλυτον γενέσθαι
πατρὸς οὐδὲν, ὦ θεοί, οὐδὲν ἀνόσιον εἰργα-

Ναί, φησί τις· ἀλλ' ἀξιόπιστός ἐστιν ἐνίοτε ὁ
ων ἀνὴρ τά τε ἄλλα δίκαιος καὶ συνετὸς εἶναι
καὶ ἐχρῆν προσέχειν αὐτῷ ἅτε μηδὲν ἂν τοιοῦτο
ήσαντι. Ἆρ' οὖν τοῦ Ἀριστείδου ἔστι τις δι-
ος; ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος συνέστη ἐπὶ τὸν Θεμιστο-
ι συμπαρώξυνε τὸν δῆμον, ἧς, φασὶν, ἐκεῖνος εἶχε
ῆς φιλοτιμίας ὕπο κεκνισμένος. Δίκαιος μὲν
πρὸς τοὺς ἄλλους Ἀριστείδης, ἄνθρωπος δὲ καὶ
ν καὶ χολὴν εἶχε, καὶ ἠγάπα τινὰ καὶ ἐμίσει.
Καὶ εἴ γε ἀληθής ἐστιν ὁ περὶ τοῦ Παλαμήδους
ὁ συνετώτατος τῶν Ἀχαιῶν κἀν τοῖς ἄλλοις ἄρι-
ν ἐπιβουλὴν καὶ ἐνέδραν ὑπὸ φθόνου φαίνεται
ικῶς κατὰ ἀνδρὸς ὁμαίμου καὶ φίλου καὶ ἐπὶ τὸν
ίνδυνον ἐκπεπλευκότος· οὕτως ἔμφυτον ἅπασιν
οις ἡ περὶ τὰ τοιαῦτα ἁμαρτία.
Τί γὰρ ἄν τις ἢ τὸν Σωκράτην λέγοι τὸν ἀδίκως
ὺς Ἀθηναίους διαβεβλημένον ὡς ἀσεβῆ καὶ ἐπί-
; ἢ τὸν Θεμιστοκλέα ἢ τὸν Μιλτιάδην, τοὺς μετὰ
ύτας νίκας ἐπὶ προδοσίᾳ τῆς Ἑλλάδος ὑπόπτους
ους; μυρία γὰρ τὰ παραδείγματα καὶ σχεδὸν τὰ
α ἤδη γνώριμα.
Τί οὖν χρὴ καὶ ποιεῖν τόν γε νοῦν ἔχοντα ἢ ἀρετῆς
είας ἀμφισβητοῦντα; Ὅπερ, οἶμαι, καὶ Ὅμη-
τῷ περὶ Σειρήνων μύθῳ ᾐνίξατο παραπλεῖν κε-
τὰς ὀλεθρίους ταύτας τῶν ἀκουσμάτων ἡδονὰς καὶ
έττειν τὰ ὦτα καὶ μὴ ἀνέδην αὐτὰ ἀναπεταννύειν
έθει προειλημμένοις, ἀλλ' ἐπιστήσαντα ἀκριβῆ
ν τὸν λογισμὸν ἅπασι τοῖς λεγομένοις τὰ μὲν
οσίεσθαι καὶ παραβάλλεσθαι, τὰ φαῦλα δὲ ἀπο-
καὶ ἀπωθεῖν· καὶ γὰρ ἂν εἴη γελοῖον τῆς μὲν
θυρωροὺς καθιστάναι, τὰ ὦτα δὲ καὶ τὴν διά-
νεῳγμένα ἐᾶν.
Ἐπειδὰν τοίνυν τοιαῦτα προσίῃ τις λέγων, αὐτὸ
τοῦ χρὴ τὸ πρᾶγμα ἐξετάζειν, μήτε ἡλικίαν τοῦ
ος ὁρῶντα μήτε τὸν ἄλλον βίον μήτε τὴν ἐν τοῖς
ἀγχίνοιαν· ὅσῳ γάρ τις πιθανώτερος, τοσούτῳ
εστέρας δεῖταί τῆς ἐξετάσεως. Οὐ δεῖ τοίνυν πι-

habitæ neque jam admittere neque aspicere illos audent, tanquam injuria affecti eo ipso quod nihil injuste egisse illos deprehenderunt.

26. Itaque malis multis impleta est vita a creditis ita temere et sine examine delationibus. Antea enim,

Aut morere (inquit), o Prœte, aut interfice Bellerophontem,
qui nostrum invitæ voluit conscendere lectum :

quum tamen ipsa prius pudore illius tentato repulsam tulisset. Et parum abfuit quin in certamine cum Chimæra periret juvenis, hanc mercedem referens suæ temperantiæ et pudoris adversus hospitem, libidinosæ mulieris insidiis petitus. Phædra autem, ipsa quoque similia quum detulisset contra suum privignum, effecit ut exsecrabilis fieret patri, nihil, dii boni! nihil nefandum quum patrasset.

27. Sane quam! dicet aliquis; sed fide dignus nonnunquam est delator, qui justus cetera et prudens esse videatur : et oportebat rationem illius habere, qui nunquam tale maleficium commiserit. Numquid ergo est aliquis Aristide justior? sed tamen ille etiam coivit contra Themistoclem, et concitavit una populum, eodem, aiunt, quem iste habuit, civilis ambitionis pruritu sollicitatus. Scilicet justus, si cum aliis compareiur, Aristides : at homo erat ipse quoque, et bilem habebat, et amabat quendam atque oderat.

28. Et, si vera est illa de Palamede narratio, Græcorum ille prudentissimus et in ceteris rebus optimus machinationem eam atque insidias ob invidiam composuisse deprehenditur contra virum consanguineum et amicum, et qui ad ejusdem societatem periculi una navigaverat : adeo insitum est hominibus omnibus in tali re peccare.

29. Quid enim vel de Socrate dicamus, injuste delato apud Athenienses pro impio atque insidiatore? vel de Themistocle aut Miltiade, post tantas victorias proditionis Græciæ suspectos? infinita enim numero sunt exempla, et pleraque fere jam cognita.

30. Quid ergo facere par est prudentem, quum aut de virtute aut de veritate ambigit? Quod, puto, Homerus etiam illa fabula de Sirenibus obscure significavit, prætemavigare jubens perniciosas illas auditionum voluptates, et obturare aures, neque ita effuse illas pandere iis qui perturbatione quadam sunt occupati; sed apponere curiosi janitoris instar rectam rationem his quæ dicuntur omnibus, quæ admittat digna admissione atque recipiat, mala autem excludat repellatque. Ridiculum enim fuerit, domus quidem janitores constituere, aures autem ac mentem apertas sinere.

31. Quum igitur dicens talia aliquis accesserit, ipsum per se explorare negotium oportet, neque ætate considerata dicentis, neque vita alia, neque ea quæ in sermonibus illius forte inest sollertia : quo enim quis probabilior est, eo curiosiore exploratione opus habet. Non oportet igitur cre-

στεύειν ἀλλοτρίᾳ κρίσει, μᾶλλον δὲ μίσει τοῦ κατηγοροῦντος, ἀλλ' ἑαυτῷ τὴν ἐξέτασιν φυλακτέον τῆς ἀληθείας, ἀποδόντα καὶ τῷ διαβάλλοντι τὸν φθόνον καὶ ἐν φανερῷ ποιησάμενον τὸν ἔλεγχον τῆς ἑκατέρου διανοίας, καὶ μισεῖν οὕτω καὶ ἀγαπᾶν τὸν δεδοκιμασμένον. Πρὶν δὲ τοῦτο ποιῆσαι ἐκ τῆς πρώτης διαβολῆς κεκινημένον, Ἡράκλεις, ὡς μειρακιῶδες καὶ ταπεινὸν καὶ πάντων οὐχ ἥκιστα ἄδικον.

32. Ἀλλὰ τούτων ἁπάντων αἴτιον, ὅπερ ἐν ἀρχῇ ἔφημεν, ἡ ἄγνοια καὶ τὸ ἐν σκότῳ που εἶναι τὸν ἑκάστου τρόπον· ὡς εἴ γε θεῶν τις ἀποκαλύψειεν ἡμῶν τοὺς βίους, οἴχοιτο ἂν φεύγουσα ἐς τὸ βάραθρον ἡ διαβολὴ χώραν οὐκ ἔχουσα, ὡς ἂν πεφωτισμένων τῶν πραγμάτων ὑπὸ τῆς ἀληθείας.

LX.

ΨΕΥΔΟΛΟΓΙΣΤΗΣ Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΑΠΟΦΡΑΔΟΣ ΚΑΤΑ ΤΙΜΑΡΧΟΥ.

1. Ἀλλ' ὅτι μὲν ἠγνόεις τοὔνομα τὴν ἀποφράδα παντί που δῆλον. Πῶς γὰρ ἂν ᾐτιῶ βάρβαρον εἶναί με τὴν φωνὴν ἐπ' αὐτῷ, εἰπόντα ὑπὲρ σοῦ ὡς ἀποφράδι ὅμοιος εἴης—τὸν γὰρ τρόπον σου νὴ Δία μέμνημαι εἰκάσας τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ — εἰ μὴ καὶ παντάπασιν ἀνήκοος ἦσθα τοῦ ὀνόματος; Ἐγὼ δὲ τὴν μὲν ἀποφράδα ὅ τι καὶ βούλεται εἶναι διδάξω σε μικρὸν ὕστερον· τὸ δὲ τοῦ Ἀρχιλόχου ἐκεῖνο ἤδη σοι λέγω, ὅτι τέττιγα τοῦ πτεροῦ συνείληφας· εἴπερ τινὰ ποιητὴν ἰάμβων ἀκούεις Ἀρχίλοχον, Πάριον τὸ γένος, ἄνδρα κομιδῇ ἐλεύθερον καὶ παρρησίᾳ συνόντα, μηδὲν ὀκνοῦντα ὀνειδίζειν, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα λυπήσειν ἔμελλε τοὺς περιπετεῖς ἐσομένους τῇ χολῇ τῶν ἰάμβων αὐτοῦ. Ἐκεῖνος τοίνυν πρός τινος τῶν τοιούτων ἀκούσας κακῶς τέττιγα ἔφη τὸν ἄνδρα εἰληφέναι τοῦ πτεροῦ, εἰκάζων ἑαυτὸν τῷ τέττιγι ὁ Ἀρχίλοχος φύσει μὲν λάλῳ ὄντι καὶ ἄνευ τινὸς ἀνάγκης, ὁπόταν δὲ καὶ τοῦ πτεροῦ ληφθῇ, γεγωνότερον βοῶντι. Καὶ σὺ δή, ἔφη, ὦ κακόδαιμον ἄνθρωπε, τί βουλόμενος ποιητὴν λάλον παροξύνεις ἐπὶ σεαυτὸν αἰτίας ζητοῦντα καὶ ὑποθέσεις τοῖς ἰάμβοις;

2. Ταῦτά σοι καὶ αὐτὸς ἀπειλῶ οὐ μὰ τὸν Δία τῷ Ἀρχιλόχῳ εἰκάζων ἐμαυτόν — πόθεν; πολλοῦ γε καὶ δέω — σοὶ δὲ μυρία συνειδὼς ἰάμβων ἄξια βεβιωμένα, πρὸς ἅ μοι δοκεῖ οὐδ' ἂν ὁ Ἀρχίλοχος αὐτὸς διαρκέσαι προσπαρακαλέσας καὶ τὸν Σιμωνίδην καὶ τὸν Ἱππώνακτα συμποιεῖν μετ' αὐτοῦ κἂν ἕν τι τῶν προσόντων σοι κακῶν· οὕτω σύ γε παῖδας ἀπέφηνας ἐν πάσῃ βδελυρίᾳ τὸν Ὀροδοικίδην καὶ τὸν Λυκάμβην καὶ τὸν Βούπαλον, τοὺς ἐκείνων ἰάμβους. Καὶ ἔοικε θεῶν τις ἐπὶ χεῖλος ἀγαγεῖν σοι τότε τὸν γέλων ἐπὶ τῇ ἀποφράδι λεχθείσῃ, ὡς αὐτὸς μὲν Σκυθῶν καταφανέστερος γένοιο κομιδῇ ἀπαίδευτος ὢν καὶ τὰ κοινὰ ταῦτα καὶ τὰ ἐν

dere alieno judicio, vel odio potius accusantis, sed examen veritatis sibi servare, suamque sibi invidiam delatori reddere, et qua quisque mente sit in claram lucem protrahere, ac sic demum vel amare vel odisse, postquam quemque probaveris. Prius autem hoc facere prima permotum delatione, quam puerile est, bone Hercules! et humile, et sane minime inter omnia injustum.

32. At harum rerum omnium causa, quam principio dicebamus, ignorantia, et quod mores uniuscujusque in obscuro sunt. Nam si deorum aliquis vitas nostras aperiat, iverit sane fuga præceps in barathrum delatio, locum nempe, rebus a veritate collustratis, non jam habitura.

LX.

PSEUDOLOGISTA SIVE DE DIE NEFASTO CONTRA TIMARCHUM.

1. Verum enim vero ignotum tibi fuisse nomen Apophras, unicuique manifestum. Qui enim accusares me hoc ipso nomine barbarismi circa linguam, qui dixerim esse te Apophradi (*nefasto diei*) similem (memini enim profecto tuos me mores tali diei assimilare), nisi omnino tibi nomen illud esset incognitum? Ego vero, Apophras quid sibi velit, paullo post te docebo: jam vero illud tibi Archilochi dicam, Cicadam alis prehendisti! si quidem iamborum quendam poetam nosti Archilochum, Parium genere, virum omnino liberum, et libertate uti solitum, nec cunctantem maledicere, si vel maxime læsurus videretur eos qui in bilem iamborum suorum incidissent. Hic igitur, quum male qui a quodam ex illo genere dictum esset, dicebat alis prehensam ab eo esse cicadam, ipsum se cicadæ comparans Archilochus, strepero natura sua, etiam nemine cogente, animali; si vero etiam ala prehendatur, clamanti sonantius. Sic tu, inquiebat, homo infelix, quid tibi vis, quum loquacem in te poetam concitas, occasiones et argumenta iambis quærentem?

2. Hæc ipse quoque tibi comminor, non profecto, quasi Archilocho me comparem (unde enim? multum sane ab eo absum), sed quod novi sexcenta tua facinora iambis digna, quibus ne ipse quidem sufficere Archilochus videtur, etiamsi Simonidem et Hipponactem advocet, ut secum vel unum eorum, quæ tibi insunt, malorum carmine describant: adeo tu pueri in omni impuritate ut videantur effecisti Orodœciden, et Lycamben, et Bupalum, iamborum illorum argumenta. Ac videtur deorum aliquis in labia tum adduxisse tibi risum de dicta a me Apophrade, ut ipse quidem manifestius quam Scythæ ruditatis omnium rerum convincereris, qui communia ista et quæ ante pedes sunt ignores; occa-

ἰγνοῶν, ἀρχὴν δὲ εὔλογον παράσχοις τῶν κατὰ γων ἀνδρὶ ἐλευθέρῳ καὶ οἴκοθέν σε ἀκριβῶς εἰ-ὶ μηδὲν ὑποστελλομένῳ τὸ μὴ οὐχὶ πάντα ἐξει-ᾶλλον δὲ κηρῦξαι ἃ πράττεις νύκτωρ καὶ μεθ' ἔτι καὶ νῦν ἐπὶ πολλοῖς τοῖς πρὶν ἐκείνοις.

Καίτοι μάταιον ἴσως καὶ περιττὸν ἐν παιδείας παρρησιάζεσθαι πρὸς σέ· οὔτε γὰρ ἂν αὐτός ποτε γένοιο πρὸς τὴν ἐπιτίμησιν, οὐ μᾶλλον ἢ κάν-μεταπεισθείη ἂν μηκέτι τοιαῦτα κυλινδεῖν ἅπαξ συνήθης γενόμενος, οὔτ' εἶναί τινα νομίζω τὸν ντα ἔτι τὰ ὑπὸ σοῦ τολμώμενα καὶ ἃ γέρων ἄν-ἐς σεαυτὸν παρανομεῖς. Οὐχ οὕτως ἀσφαλὴς φανὴς βδελυρὸς εἶ· οὐδὲ δεῖ τινος τοῦ ἀποδύσον-λεοντῆν, ὡς φανερὸς γένοιο κανθήλιος ὤν, εἰ ἄρα ἐξ Ὑπερβορέων ἄρτι ἐς ἡμᾶς ἥκοι ἢ ἐς το-Κυμαῖος εἴη, ὡς μὴ ἰδὼν εὐθὺς εἰδέναι ὄνων ον ὑβριστότατόν σε ὄντα μὴ περιμείνας ὀγκωμέ-οσέτι ἀκούειν. Οὕτω πάλαι καὶ πρὸ ἐμοῦ καὶ πᾶσι καὶ πολλάκις κεκήρυκται τὰ σὰ καὶ δόξαν ρὰν ἔχεις ἐπ' αὐτοῖς ὑπὲρ τὸν Ἀριφράδην, ὑπὲρ βαρίτην Ἡμιθέωνα, ὑπὲρ τὸν Χῖον ἐκεῖνον Βά-ὸν ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις σοφόν. Ῥητέον δὲ ὅμως, εἰ λα δόξω λέγειν, ὡς μὴ αἰτίαν ἔχοιμι μόνος αὐτὰ ν.

Μᾶλλον δὲ παρακλητέος ἡμῖν τῶν Μενάνδρου ων εἷς ὁ Ἔλεγχος, φίλος Ἀληθείᾳ καὶ Παρρη-ὸς οὐχ ὁ ἀσημότατος τῶν ἐπὶ τὴν σκηνὴν ἀνα-των, μόνοις ὑμῖν ἐχθρὸς τοῖς δεδιόσι τὴν γλῶτταν πάντα καὶ εἰδότος καὶ σαφῶς διεξιόντος ὁπόσα ύνοιδε. Χάριεν γοῦν τοῦτο γένοιτ' ἄν, εἰ ἐθελή-μῖν προεισελθὼν οὗτος διηγήσασθαι τοῖς θεαταῖς ντα τοῦ δράματος τὸν λόγον. Ἄγε τοίνυν, ὦ ων καὶ δαιμόνων ἄριστε Ἔλεγχε, ὅρα ὅπως προδιδάξῃς τοὺς ἀκούοντας, ὡς οὐ μάτην οὐδὲ χθημόνως οὐδ' ἀνίπτοις ποσὶ κατὰ τὴν παροιμίαν νδε τὸν λόγον ἀπηντήκαμεν, ἀλλὰ καὶ ἴδιόν τι μενοι καὶ τὰ κοινὰ μισοῦντες τὸν ἄνθρωπον ἐπὶ λυρίᾳ. Ταῦτα μόνα εἰπὼν καὶ σαφῶς προδιη-ενος ἵλεως ἄπιθι ἐκποδών, τὰ δὲ ἄλλα ἡμῖν κα-μιμησόμεθα γάρ σε καὶ διελέγξομεν τὰ πολλά, ρησίας γε καὶ ἀληθείας ἕνεκα μηδὲν αἰτιάσασθαί Μήτε δὲ ἐμὲ πρὸς αὐτοὺς ἐπαινέσῃς, ὦ φίλτατε ε, μήτε τὰ ἐκείνῳ προσόντα προεκχέῃς αὕτως· ἄξιον θεῷ ὄντι ἐπὶ στόμα σοι ἐλθεῖν τοὺς περὶ τω καταπτύστων λόγους.

Ὁ γὰρ σοφιστὴς οὗτος εἶναι λέγων, ὁ πρόλογος σὶ ταῦτα, ἐς Ὀλυμπίαν ποτὲ ἧκε λόγον τινὰ ἄλλου συγγεγραμμένον ἐπιδειξόμενος τοῖς πανη-ριις. Ἦν δὲ ὑπόθεσις τῷ συγγράμματι ὁ Πυθα-κωλυόμενος ὑπό τινος Ἀθηναίων, οἶμαι, μετέχειν λευσῖνι τελετῆς ὡς βάρβαρος, ὅτι ἔλεγεν αὐτὸς ὁ όρας πρὸ τούτου ποτὲ καὶ Εὔφορβος γεγονέναι. ανε δὲ ὁ λόγος αὐτῷ κατὰ τὸν Αἰσώπου κολοιὸν ητὸς ὢν ἐκ ποικίλων ἀλλοτρίων πτερῶν. Βου-

sionemque et principium justum præberes contra te scribendi viro libero, quique te domo inde accurate noverit, neque metuat quicquam, quominus omnia proferat, vel præconio vulget potius, quæcumque, præter multa illa antiqua, nunc etiam noctu atque interdiu perpetras.

3. Quanquam vanum fortasse et supervacuum fuerit, libertate illa, quæ eruditos decet, apud te uti : neque enim ipse unquam a reprehensione fias melior, non magis quam scarabæus dediscat volvere talia, quum semel iis assueverit; neque puto quenquam esse qui adhuc ignoret quæ audeas quæque senex homo in te ipsum designes. Non ita securus, non ita obscure impurus es : neque opus est qui leoninam tibi detrahat, ut appareat te asinum esse, nisi quis forte ab Hyperboreis inde modo ad nos venerit, aut adeo sit Cumanus, ut non ad primum statim conspectum cognoscat asinorum te omnium esse insolentissimum, neque exspectet dum rudentem etiam audiat : adeo olim et ante me, et apud omnes, et sæpe tua vita præconio vulgata est, et famam eo nomine non parvam habes supra Ariphraden, supra Sybaritam Hemitheonem, supra Chium illum Bastam, illum similibus in rebus doctum. Dicendum tamen, licet obsoleta dicere videar, ne reprehendar, qui solus ea ignorem.

4. Vel potius advocandus erit nobis Menandri prologorum unus, Elenchus [*Arguens*], amicus Veritati et Libertati in dicendo, deus minime obscurissimus eorum qui in scenam prodeunt, solis vobis inimicus qui linguam ipsius timetis, qui et noverit omnia, et diserte quæ de vobis novit eloquatur. Lepidum sane hoc fuerit, si velit ille ante ad vos procedere, et enarrare spectatoribus totam fabulæ rationem. Age igitur, prologorum atque Geniorum optime, Elenche, vide ut diserte auditores ante edoceas, quam non temere neque animo ad inimicitias prono, neque illotis, quod aiunt, pedibus ad hoc argumentum devenerimus, sed tum propriam injuriam ulciscentes, tum communi odio hominem impuritatis causa persequentes. Hæc sola ubi dixeris et aperte exposueris ante fabulam, propitius e vestigio hinc discedito, et reliqua nobis permittito : te enim imitabimur, et convincemus eum in plerisque, ut, quantum ad libertatem veritatemque, minime nos accusaveris. Ne vero rursus me laudaveris apud illos, Elenche carissime, neve isti quæ insunt, temere effundas ante me : neque enim dignum fuerit tibi, qui deus es, in os venire sermones de rebus adeo despuendis.

5. Nimirum iste qui sophistam se esse ait (hæc jam loquitur prologus), Olympiam venit aliquando, orationem olim conscriptam habiturus in panegyri. Erat autem argumentum libelli, Pythagoras prohibitus ab aliquo, Atheniensium puto, sacris Eleusiniis interesse, tanquam barbarus, quod ipse dictitabat Pythagoras se quondam Euphorbum fuisse. Erat porro oratio illi ad Æsopicæ corniculæ instar consarcinata ex multis pennis alienis. Quum

λόμενος δὴ μὴ ἕωλα δόξαι λέγειν, ἀλλ' αὐτοσχεδιάζειν τὰ ἐκ τοῦ βιβλίου, δεῖται τῶν συνήθων τινός — ἦν δὲ ἐκ Πατρῶν ἐκεῖνος, ἀμφὶ δίκας ἔχων τὰ πολλά — ἐπειδὰν αἰτήσῃ τινὰς ὑποθέσεις τοῖς λόγοις, τὸν Πυθαγόραν αὐτῷ προελέσθαι. Καὶ οὕτως ἀνὴρ ἐποίησε καὶ συνέπεισε τὸ θέατρον ἀκούειν τῶν ὑπὲρ τοῦ Πυθαγόρου ἐκείνων λόγων.

6. Ἦν δὴ τὸ ἐπὶ τούτῳ ὁ μὲν πάνυ ἀπίθανος ἐν τῇ ὑποκρίσει συνείρων οἷον εἰκὸς ἐκ πολλοῦ ἐσκεμμένα καὶ μεμελετημένα, εἰ καὶ ὅτι μάλιστα ἡ ἀναισχυντία οὖσα ἐπήμυνε καὶ χεῖρα ὤρεγε καὶ συνηγωνίζετο αὐτῷ. Γέλως δὲ πολὺς παρὰ τῶν ἀκουόντων· καὶ οἱ μὲν ἐς τὸν Πατρέα ἐκεῖνον μεταξὺ ἀποβλέποντες ὑπεδήλουν ὡς οὐ λέληθε συμπράξας αὐτῷ τὴν ῥᾳδιουργίαν, οἱ δὲ καὶ αὐτὰ γνωρίζοντες τὰ λεγόμενα παρ' ὅλην τὴν ἀκρόασιν διετέλεσαν ἓν τοῦτο μόνον ἔργον ἔχοντες, ἀλλήλων πειρώμενοι ὅπως μνήμης ἔχουσι πρὸς τὸ διαγιγνώσκειν ὅτου ἕκαστον ἦν τῶν ὀλίγον πρὸ ἡμῶν εὐδοκιμησάντων ἐπὶ ταῖς καλουμέναις μελέταις σοφιστῶν.

7. Ἐν δὲ τούτοις ἅπασι καὶ ὁ τὸν λόγον τόνδε συγγράψας ἦν ἐν τοῖς γελῶσι καὶ αὐτός. Τί δ' οὐκ ἔμελλε γελᾶν ἐφ' οὕτω περιφανεῖ καὶ ἀπιθάνῳ καὶ ἀναισχύντῳ τολμήματι; καί πως — ἔστι δὲ ἀκρατὴς γέλωτος — ὁ μὲν τὴν φωνὴν ἐντρέψας εἰς μέλος, ὡς ᾤετο θρῆνόν τινα ἐπηύλει τῷ Πυθαγόρᾳ, ὁ δὲ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, ὄνον κιθαρίζειν πειρώμενον ὁρῶν ἀνεκάχασε μάλα ἡδὺ ὁ ποιητὴς οὗτος ὁ ἐμός· ὁ δὲ εἶδεν ἐπιστραφείς. Τοῦτο ἐξεπολέμωσεν αὐτοὺς τότε ἔναγχος.

8. Ἐνθένδε ἦν μὲν ἡ τοῦ ἔτους ἀρχή, μᾶλλον δὲ ἡ ἀπὸ τῆς μεγάλης νουμηνίας τρίτη, ἐν ᾗ οἱ Ῥωμαῖοι κατά τι ἀρχαῖον εὔχονταί τε αὐτοὶ ὑπὲρ ἅπαντος τοῦ ἔτους εὐχάς τινας καὶ θύουσι, Νουμᾶ τοῦ βασιλέως καταστησαμένου τὰς ἱερουργίας αὐτοῖς, καὶ πεπιστεύκασι τοὺς θεοὺς ἐν ἐκείνῃ μάλιστα τῇ ἡμέρᾳ χρηματίζειν τοῖς εὐχομένοις. Ἐν τοιαύτῃ τοίνυν ἑορτῇ καὶ ἱερομηνίᾳ ὁ τότε γελάσας ἐν Ὀλυμπίᾳ ἐκεῖνος ἐπὶ τῷ ὑποβολιμαίῳ Πυθαγόρᾳ ἰδὼν προσιόντα τὸν κατάπτυστον καὶ ἀλαζόνα, τὸν τῶν ἀλλοτρίων λόγων ὑποκριτήν — ἐτύγχανε δὲ καὶ τὸν τρόπον αὐτοῦ ἀκριβῶς εἰδὼς καὶ τὴν ἄλλην ἀσέλγειαν καὶ μιαρίαν τοῦ βίου καὶ ἃ ποιεῖν ἐλέγετο καὶ ἃ ποιῶν κατείληπτο — Ὥρα ἡμῖν, ἔφη πρός τινα τῶν ἑταίρων, ἐκτρέπεσθαι τὸ δυσάντητον τοῦτο θέαμα, ὃς φανεὶς ἔοικε τὴν ἡδίστην ἡμέραν ἀποφράδα ποιήσειν ἡμῖν. Τοῦτ' ἀκούσας ὁ σοφιστὴς τὴν ἀποφράδα ὥς τι ξένον καὶ ἀλλότριον ὄνομα τῶν Ἑλλήνων ἐγέλα εὐθὺς καὶ τὸν ἄνδρα τοῦ πάλαι ἐκείνου γέλωτος ἠμύνετο, ὥς γοῦν ᾤετο, καὶ πρὸς ἅπαντας ἔλεγεν, Ἀποφράς, τί δὲ τοῦτό ἐστι; καρπός τις ἢ βοτάνη τις ἢ σκεῦος; ἆρα τῶν ἐσθιομένων ἢ πινομένων τί ἐστιν ἀποφράς; ἐγὼ μὲν οὔτε ἤκουσα πώποτε οὔτ' ἂν συνίην ποτὲ ὅ τι καὶ λέγει.

9. Ταῦθ' ὁ μὲν ᾤετο κατὰ τούτου διεξιέναι καὶ πολὺν ἐπῆγε τῇ ἀποφράδι τὸν γέλων· ἐλελήθει δὲ καθ' αὐτοῦ τὸ ὕστατον τεκμήριον ἀπαιδευσίας ἐκφέρων. Ἐπὶ

autem vellet non antiqua videri dicere, sed velut ex tempore proponere quæ de libro edidicerat, rogat sodalium aliquem (erat ille Patrensis, in causis multum versatus homo), quum argumenta posceret dicendi, Pythagoram ut ipse deligeret. Idque fecit homo, ac persuasit theatro ut audire vellent homines illam pro Pythagora orationem.

6. Hinc jam iste in actione erat valde improbabilis, qui connecteret, ut consentaneum erat, orationem ab longo inde tempore commentatam et meditatam, etsi quam maxime præsens homini impudentia pro ipso pugnaret et manum ei porrigeret et certamen ejus adjuvaret. Risus interim multus apud auditores; quum alii in Patrensem illum intuentes, subindicarent auxilium istius imposturæ ab illo præstitum non latere; alii vero qui agnoscerent quæ dicebantur, toto quo audiebant tempore illud unum agebant, ut alter alterius memoriam tentaret in agnoscendo cujus esset unumquodque eorum sophistarum, qui paulo ante nostram ætatem in declamationibus floruerunt.

7. Inter hos autem omnes qui riderent, is ipse quoque fuit qui hunc libellum scripsit. Qui enim non rideret suo tam manifesto et improbabili atque impudenti? Ac forte (est autem alioqui risus impotens) ille quidem inflexa ad modulationem voce, threnum quendam, uti putabat, accinebat Pythagoræ : at hic, poeta meus, in suaves cachinnos solvi, asinum, quod in proverbio est, videns citharam tractare conantem. Verum iste conversus hoc observavit. Hoc illos tum nuper inimicos reddidit.

14. Ἕτερος δέ τις οὐκ ἀγεννὴς λόγος, ἀλλὰ καὶ πάνυ γενναῖος, ὥς φησι, καὶ μεταξύ μου λέγοντος ὑπέκρουε καὶ διακόπτειν ἐπειρᾶτο τὴν ῥῆσιν καὶ ἐπειδὴ πέπαυμαι, οὐκ ἀληθῆ ταῦτα λέγειν φησί με, ἀλλὰ θαυμάζειν, εἰ φάσκοιμι ἐπιτηδειότερον εἶναι πρὸς λόγων ἐπίδειξιν οἴκου κάλλος γραφῇ καὶ χρυσῷ κεκοσμημένον· αὐτὸ γάρ που τοὐναντίον ἀποβαίνειν. Μᾶλλον δὲ, εἰ δοκεῖ, αὐτὸς παρελθὼν ὁ λόγος ὑπὲρ ἑαυτοῦ καθάπερ ἐν δικασταῖς ὑμῖν εἰπάτω, ὅπη λυσιτελέστερον ἡγεῖται τῷ λέγοντι εὐτέλειαν οἴκου καὶ ἀμορφίαν. Ἐμοῦ μὲν ἀκηκόατε ἤδη λέγοντος, ὥστε οὐδὲν δέομαι δὶς περὶ τῶν αὐτῶν εἰπεῖν, ὁ δὲ παρελθὼν ἤδη λεγέτω, κἀγὼ σιωπήσομαι καὶ πρὸς ὀλίγον αὐτῷ μεταστήσομαι.

15. Ἄνδρες τοίνυν δικασταὶ, φησὶν ὁ λόγος, ὁ μὲν προειπὼν ῥήτωρ πολλὰ καὶ μεγάλα τόνδε τὸν οἶκον ἐπῄνεσε καὶ τῷ ἑαυτοῦ λόγῳ ἐκόσμησεν, ἐγὼ δὲ τοσούτου δέω ψόγον αὐτοῦ διεξελεύσεσθαι, ὥστε καὶ τὰ ὑπ' ἐκείνου παραλελειμμένα προσθήσειν μοι δοκῶ· ὅσῳ γὰρ ἂν ὑμῖν καλλίων φαίνηται, τοσῷδε ὑπεναντίος τῇ τοῦ λέγοντος χρείᾳ δειχθήσεται. Καὶ πρῶτόν γε ἐπειδὴ γυναικῶν καὶ κόσμου καὶ χρυσοῦ ἐκεῖνος ἐμνημόνευσε, κἀμοὶ ἐπιτρέψατε χρήσασθαι τῷ παραδείγματι· φημὶ γὰρ οὖν καὶ γυναιξὶ καλαῖς οὐχ ὅπως συλλαμβάνειν ἐς τὸ εὐμορφότερον, ἀλλὰ καὶ ἐναντιοῦσθαι τὸν κόσμον τὸν πολὺν, ὁπόταν τῶν ἐντυγχανόντων ἕκαστος ὑπὸ τοῦ χρυσοῦ καὶ τῶν λίθων τῶν πολυτελῶν ἐκπλαγεὶς ἀντὶ τοῦ ἐπαινεῖν ἢ χρόαν ἢ βλέμμα ἢ δειρὴν ἢ πῆχυν ἢ δάκτυλον, ὁ δὲ ταῦτ' ἀφεὶς ἐς τὴν σαρδὼ ἢ τὸν σμάραγδον ἢ τὸν ὅρμον ἢ τὸ ψέλιον ἀποβλέπῃ, ὥστε ἄχθοιτο ἂν εἰκότως παρορωμένη διὰ τὸν κόσμον, οὐκ ἀγόντων σχολὴν ἐπαινεῖν αὐτὴν τῶν θεατῶν, ἀλλὰ πάρεργον αὐτῆς ποιουμένων τὴν θέαν.

16. Ὅπερ ἀνάγκη, οἶμαι, παθεῖν καὶ τὸν ἐν οὕτω καλοῖς ἔργοις λόγους δεικνύοντα· λανθάνει γὰρ ἐν τῷ μεγέθει τῶν καλῶν τὸ λεχθὲν καὶ ἀμαυροῦται καὶ συναρπάζεται, καθάπερ εἰ λύχνον τις εἰς πυρκαϊὰν μεγάλην φέρων ἐμβάλλοι ἢ μύρμηκα ἐπ' ἐλέφαντος ἢ καμήλου δεικνύοι. Τοῦτο γοῦν φυλακτέον τῷ λέγοντι. Καὶ προσέτι μὴν καὶ τὴν φωνὴν αὐτὴν ἐπιταράττεται ἐν οὕτως εὐφώνῳ καὶ ἠχήεντι οἴκῳ λέγων· ἀντιφθέγγεται γὰρ καὶ ἀντιφωνεῖ καὶ ἀντιλέγει, μᾶλλον δὲ ἐπικαλύπτει τὴν βοὴν, οἷόν τι καὶ σάλπιγξ δρᾷ τὸν αὐλὸν, εἰ συναυλοῖεν, ἢ τοὺς κελευστὰς ἡ θάλαττα, ὁπόταν πρὸς κύματος ἦχον ἐπᾴδειν τῇ εἰρεσίᾳ θέλωσιν· ἐπικρατεῖ γὰρ ἡ μεγαλοφωνία καὶ κατασιωπᾷ τὸ ἧττον.

17. Καὶ μὴν κἀκεῖνο, ὅπερ ἔφη ὁ ἀντίδικος, ὡς ἄρα

13. Itaque hujus etiam pulchritudo œci apta est quæ impellat ad dicendum, et dicentem excitet, et plausum illi omni ratione paret. Equidem his ipsis moveor, imo jam sum motus, et in œcum dicendi causa deveni, tanquam ab iynge quadam aut Sirene tractus a pulchritudine, spe non parva fretus, etiamsi ad hunc diem informis nostra fuit oratio, pulchram visum iri, velut veste honesta ornatam.

14. Verum enim vero alia quædam non ignava oratio, sed generosa, ut videri vult, quum inter dicendum me interpellavit et abrumpere dictionem conata est, tum postquam desii, non vera ait me dixisse, sed mirari se, si aptiorem esse ad edenda eloquentiæ specimina dicam pulchritudinem œci pictura et auro ornatam : fere enim contrarium plane evenire. Quin, si videtur, ipsa in medium progressa oratio pro se apud vos, tanquam judices, dicat, quare commodiorem esse putet dicenti vilitatem œci atque deformitatem. Me quidem orantem jam audistis; ergo non opus est bis me de eadem re verba facere : ista vero jam progressa in medium dicat, ac tacebo interim ego et paullum illi decedam.

15. Sic igitur oratio : Qui modo dixit rhetor, judices, multis et magno opere laudavit hunc œcum, suaque illum oratione ornavit; ego vero tantum abest ut reprehensionem illius velim dicere, ut etiam prætermissa ab illo additurus mihi videar : quo enim ille vobis pulchrior videbitur, tanto magis contrarius dicentis usui ostendetur. Ac primum, quandoquidem mulierum et mundi et auri mentionem iste fecit, etiam mihi, ut ea similitudine utar, permittite. Aio enim ego mulieribus quoque pulchris non modo nihil ad hoc, ut formosiores videantur, conferre, sed contrarium etiam esse mundum copiosum, quum videntium unusquisque auro illo et lapidibus pretiosis perculsus, pro eo quod laudare debebat aut colorem, aut oculorum conjectum, aut collum, aut brachium, aut digitum; relictis hisce ad Sardam aut smaragdum, aut monile, aut armillam respicit; adeo ut illa habeat quod indigne ferat, se propter mundum prætervideri, non habentibus otium ad ipsam laudandam spectatoribus, sed obiter tantum se respicientibus.

16. Quod quidem necessario accidere arbitror etiam illi, qui inter opera adeo pulchra dicendi facultatem velit ostendere. Delitescit enim quicquid dicitur in magna vi rerum pulchrarum, et obscuratur, atque una abripitur, ac si quis lucernam magnam in incendium injiciat, aut formicam in elephanto vel camelo ostendat. Hoc ergo cavendum dicenti. Ad hæc vox etiam ipsa confunditur in vocali adeo et sonoro œco dicentis : resonat enim, et reclamat, et contra dicit, aut potius occultat clamorem, quale quid etiam tuba facit tibiæ, si una canant, aut celeusma canentibus mare, si inter fluctuum sonos accinere remigio velint. Vincit nimirum sonus magnus, et ad silentium illum qui minor est redigit.

17. Quin illud ipsum, quod dicebat adversarius, exci-

ἐπεγείρει ὁ καλὸς οἶκος τὸν λέγοντα καὶ προθυμότερον παρασκευάζει, ἐμοὶ δοκεῖ τὸ ἐναντίον ποιεῖν· ἐκπλήττει γὰρ καὶ φοβεῖ καὶ τὸν λογισμὸν διαταράττει καὶ δειλότερον ἐργάζεται ἐνθυμούμενον ὡς ἁπάντων ἐστὶν αἴσχιστον ἐν εὐμόρφῳ χωρίῳ μὴ ὁμοίους φαίνεσθαι τοὺς λόγους. Ἐλέγχων γὰρ οὗτός γε ὁ φανερώτατος, ὥσπερ ἂν εἴ τις πανοπλίαν καλὴν ἐνδὺς ἔπειτα φεύγοι πρὸ τῶν ἄλλων, ἐπισημότερος ὢν δειλὸς ἀπὸ τῶν ὅπλων. Τοῦτο δέ μοι δοκεῖ λογισάμενος καὶ ὁ τοῦ Ὁμήρου ῥήτωρ ἐκεῖνος εὐμορφίας ἐλάχιστον φροντίσαι, μᾶλλον δὲ καὶ παντελῶς ἀϊδρεῖ φωτὶ ἑαυτὸν ἀπεικάσαι, ἵνα αὐτῷ παραδοξότερον φαίνηται τῶν λόγων τὸ κάλλος ἐκ τῆς πρὸς τὸ ἀμορφότερον ἐξετάσεως. Ἄλλως τε ἀνάγκη πᾶσα καὶ τὴν τοῦ λέγοντος αὐτοῦ διάνοιαν ἀσχολεῖσθαι περὶ τὴν θέαν καὶ τῆς φροντίδος τὸ ἀκριβὲς ἐκλύειν τῆς ὄψεως ἐπικρατούσης καὶ πρὸς αὑτὴν καλούσης καὶ τῷ λόγῳ προσέχειν οὐκ ἐώσης. Ὥστε τίς μηχανὴ μὴ οὐχὶ πάντως ἔλαττον ἐρεῖν αὐτὸν τῆς ψυχῆς διατριβούσης περὶ τὸν τῶν δρωμένων ἔπαινον;

18. Ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ οἱ παρόντες αὐτοὶ καὶ πρὸς τὴν ἀκρόασιν παρειλημμένοι ἐπειδὰν εἰς τοιοῦτον οἶκον παρέλθωσιν, ἀντὶ ἀκροατῶν θεαταὶ καθίστανται, καὶ οὐχ οὕτω Δημόδοκος ἢ Φήμιος ἢ Θάμυρις ἢ Ἀμφίων ἢ Ὀρφεύς τις λέγων ἐστὶν ὥστε ἀποσπάσαι τὴν διάνοιαν αὐτῶν ἀπὸ τῆς θέας· ἀλλ' οὖν ἕκαστος, ἐπειδὰν μόνον ὑπερβῇ τὸν οὐδόν, ἀθρόῳ τῷ κάλλει περιχυθεὶς λόγων μὲν ἐκείνων ἢ ἀκροάσεως ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἀρχὴν « ἀΐοντι ἔοικεν, » ὅλος δὲ πρὸς τοῖς δρωμένοις ἐστίν, εἰ μὴ τύχοι τις παντελῶς τυφλὸς ὢν ἢ ἐν νυκτὶ ὥσπερ ἡ ἐξ Ἀρείου πάγου βουλὴ ποιοῖτο τὴν ἀκρόασιν.

19. Ὅτι γὰρ οὐκ ἀξιόμαχον λόγων ἰσχὺς ὄψει ἀνταγωνίσασθαι καὶ ὁ Σειρήνων μῦθος παρατεθεὶς τῷ περὶ τῶν Γοργόνων διδάξειεν ἄν· ἐκεῖναι μὲν γὰρ ἐκήλουν τοὺς παραπλέοντας μελῳδοῦσαι καὶ κολακεύουσαι τοῖς ᾄσμασι καὶ καταπλεύσαντας ἐπὶ πολὺ κατεῖχον, καὶ ὅλως τὸ ἔργον αὐτῶν ἐδεῖτό τινος διατριβῆς, καί πού τις αὐτὰς καὶ παρέπλευσε καὶ τοῦ μέλους παρήκουσε· τὸ δὲ τῶν Γοργόνων κάλλος ἅτε βιαιότατόν τε ὂν καὶ τοῖς καιριωτάτοις τῆς ψυχῆς ὁμιλοῦν εὐθὺς ἐξίστη τοὺς ἰδόντας καὶ ἀφώνους ἐποίει, ὡς δὲ ὁ μῦθος βούλεται καὶ λέγεται, λίθινοι ἐγίγνοντο ἀπὸ θαύματος. Ὥστε καὶ ὃν ὑπὲρ τοῦ ταὼ λόγον εἶπε πρὸς ὑμᾶς μικρὸν ἔμπροσθεν, ὑπὲρ ἐμαυτοῦ εἰρῆσθαι νομίζω· καὶ γὰρ ἐκείνου ἐν τῇ ὄψει, οὐκ ἐν τῇ φωνῇ τὸ τερπνόν. Καὶ εἴ γέ τις παραστησάμενος τὴν ἀηδόνα ἢ τὸν κύκνον ᾄδειν κελεύοι, μεταξὺ δὲ ᾀδόντων παραδείξειε τὸν ταὼ σιωπῶντα, εὖ οἶδ' ὅτι ἐπ' ἐκεῖνον μεταβήσεται ἡ ψυχὴ μακρὰ χαίρειν φράσασα τοῖς ἐκείνων ᾄσμασιν. Οὕτως ἄμαχόν τι ἔοικεν εἶναι ἡ δι' ὄψεως ἡδονή.

20. Καὶ ἔγωγε, εἰ βούλεσθε, μάρτυρα ὑμῖν παραστήσομαι σοφὸν ἄνδρα, ὃς αὐτίκα μοι μαρτυρήσει ὡς πολὺ ἐπικρατέστερά ἐστι τῶν ἀκουομένων τὰ δρώμενα. Καί μοι σὺ ἤδη ὁ κῆρυξ προσκάλει αὐτὸν Ἡρόδοτον Λύξου Ἁλικαρνασόθεν· κἀπειδὴ καλῶς ποιῶν ὑπήκουσε,

tari a pulchro œco dicentem et alacriorem reddi, illius, mea quidem sententia, fit contrarium : percellit enim ac terret, et cogitationem perturbat, facitque timidiorem, dum cogitat omnium turpissimum esse, si in loco formoso habita non similis ei videatur oratio. Sic enim manifestissime aliquis deprehendatur; velut si quis armis indutus pulcherrimis deinde fugiat ante alios, cujus nempe ignavia ipsis ab armis fiat apertior. Hoc ipsum perpendens Homericus ille orator mihi videtur minimam curam habuisse pulchritudinis; imo potius imperito omnium homini se assimilasse, ut ipsius pulchritudo orationis tanto admirabilior ex ipsa ad illam deformitatem comparatione appareret. Alioqui necessario plane dicentis ipsius animus occupatur in spectaculo, et exquisitam illam curam remittit, quum vincat ipsa species et ad se vocet, atque attendere ad orationem non sinat. Quomodo ergo fieri potest ut non omnino dicat deterius, occupato circa laudem eorum, quæ videntur, animo?

18. Omitto dicere quod ipsi etiam præsentes et ad audiendum assumti, quum intrant in talem œcum, spectatores fiunt pro auditoribus; neque quisquam ita vel Demodocus est, vel Phemius in dicendo, vel Thamyris, vel Amphion, vel Orpheus adeo, qui abstrahere mentem illorum a spectaculo possit : verum unusquisque, superato solum limine, conferta illa pulchritudine circumfusus, orationem illam, sive auditionem, nec omnino audire videtur; sed totus est in his quæ videntur, ni quis forte plane cæcus sit, aut noctu, ut illud Areopagitarum consilium, auscultet.

19. Neque enim satis valere vim verborum, quoties cum visu pugnandum est, Sirenum etiam fabula cum altera Gorgonum composita docuerit. Nam illæ quidem præternavigantes mulcebant canendo et adulando carminibus, detinebantque appulsos, et mora omnino quadam opus illarum indigebat : et aliquando aliquis prætenavigavit, et inaudita prætermisit illorum carmina. At Gorgonum pulchritudo, quæ esset violentissima et principibus animæ partibus se insinuaret, statim videntes extra se rapiebat, faciebatque mutos; ut vero vult fabula ac fertur vulgo, lapidei præ admiratione fiebant. Igitur quæ de pavone paulo ante ad vos iste dixit, ea quoque pro me dicta esse arbitror : etenim illius etiam quod delectat in specie inest, non in voce. Et si quis juxta collocatos hinc lusciniam et cygnum canere jubeat, hinc inter ipsum cantum tacentem ostendat pavonem; bene novi ego transituram ad hunc mentem, longum valere jussis illorum cantibus. Adeo invictum quid esse videtur ea quæ per visum voluptas contingit.

20. Atque ego, si vultis, testem ad vos allegabo virum sapientem, qui statim testimonium mihi perhibebit, multo, quæ videntur, his quæ auditu percipiuntur esse validiora. Et mihi tu jam, præco, huc voca ipsum Herodotum Lyxi filium Halicarnasso. Et quando, præclare ille quidem,

μαρτυρείτω παρελθών. Ἀναδέξασθε δὲ αὐτὸν Ἰαστὶ πρὸς ὑμᾶς λέγοντα ὥσπερ αὐτῷ ἔθος. « Ἀληθέα τάδε ὁ λόγος ὑμῖν, ἄνδρες δικασταὶ, μυθέεται καί οἱ πείσεσθε ὅσα ἂν λέγῃ τουτέων πέρι ὄψιν ἀκοῆς προτιμέων· ὦτα γὰρ τυγχάνει ἐόντα ἀπιστότερα ὀφθαλμῶν. » Ἀκούετε τοῦ μάρτυρος ἅ φησιν, ὡς τὰ πρῶτα τῇ ὄψει ἀποδέδωκεν; εἰκότως. Τὰ μὲν γὰρ ἔπεα πτερόεντά ἐστι καὶ οἴχεται ἅμα τῷ προελθεῖν ἀποπτάμενα, ἡ δὲ τῶν ὁρωμένων τέρψις ἀεὶ παρεστῶσα καὶ παραμένουσα πάντως τὸν θεατὴν ὑπάγεται.

21. Πῶς οὖν οὐ χαλεπὸς τῷ λέγοντι ἀνταγωνιστὴς οἶκος οὕτω καλὸς καὶ περίβλεπτος ὤν; μᾶλλον δὲ τὸ μέγιστον οὐδέπω φημί· ὑμεῖς γὰρ αὐτοὶ οἱ δικασταὶ καὶ μεταξὺ λεγόντων ἡμῶν ἐς τὴν ὀροφὴν ἀπεβλέπετε καὶ τοὺς τοίχους ἐθαυμάζετε καὶ τὰς γραφὰς ἐξητάζετε πρὸς ἑκάστην ἀποστρεφόμενοι. Καὶ μηδὲν αἰσχυνθῆτε· συγγνώμη γὰρ, εἴ τι ἀνθρώπινον πεπόνθατε, ἄλλως τε καὶ πρὸς οὕτω καλὰς καὶ ποικίλας τὰς ὑποθέσεις. Τῆς γὰρ τέχνης τὸ ἀκριβὲς καὶ τῆς ἱστορίας μετὰ τοῦ ἀρχαίου τὸ ὠφέλιμον ἐπαγωγὸν ὡς ἀληθῶς καὶ πεπαιδευμένων θεατῶν δεόμενον. Καὶ ἵνα μὴ πάντα ἐκεῖσε ἀποβλέπητε ἡμᾶς ἀπολιπόντες, φέρε ὡς οἷόν τε γράψωμαι αὐτὰ ὑμῖν τῷ λόγῳ· ἡσθήσεσθε γὰρ, οἶμαι, ἀκούοντες ἃ καὶ ὁρῶντες θαυμάζετε. Καὶ ἴσως ἄν με καὶ δι' αὐτὸ ἐπαινέσαιτε καὶ τοῦ ἀντιδίκου προτιμήσαιτε, ὡς μὴ καὶ αὐτοῦ ἐπιδείξαντος καὶ διπλασιάσαντος ὑμῖν τὴν ἡδονήν. Τὸ χαλεπὸν δὲ τοῦ τολμήματος ὁρᾶτε, ἄνευ χρωμάτων καὶ σχημάτων καὶ τόπου συστήσασθαι τοσαύτας εἰκόνας· ψιλὴ γάρ τις ἡ γραφὴ τῶν λόγων.

22. Ἐν δεξιᾷ μὲν οὖν εἰσιόντι Ἀργολικῷ μύθῳ ἀναμέμικται πάθος Αἰθιοπικὸν, ὁ Περσεὺς τὸ κῆτος φονεύει καὶ τὴν Ἀνδρομέδαν καθαιρεῖ, καὶ μετὰ μικρὸν γαμήσει καὶ ἄπεισιν αὐτὴν ἄγων· πάρεργον τοῦτο τῆς ἐπὶ Γοργόνας πτήσεως. Ἐν βραχεῖ δὲ πολλὰ ὁ τεχνίτης ἐμιμήσατο, αἰδῶ παρθένου καὶ φόβον· ἐπισκοπεῖ γὰρ μάχην ἄνωθεν ἐκ τῆς πέτρας καὶ νεανίου τόλμαν ἐρωτικὴν καὶ θηρίου ὄψιν ἀπρόσμαχον· καὶ τὸ μὲν ἔπεισι πεφρικὸς ταῖς ἀκάνθαις καὶ δεδιττόμενον τῷ χάσματι, ὁ Περσεὺς δὲ τῇ λαιᾷ μὲν προδείκνυσι τὴν Γοργόνα, τῇ δεξιᾷ δὲ καθικνεῖται τῷ ξίφει· καὶ τὸ μὲν ὅσον τοῦ κήτους εἶδε τὴν Μέδουσαν, ἤδη λίθος ἐστὶ, τὸ δ' ὅσον ἔμψυχον μένει, τῇ ἅρπῃ κόπτεται.

23. Ἑξῆς δὲ μετὰ τήνδε τὴν εἰκόνα ἕτερον δρᾶμα γέγραπται δικαιότατον, οὗ τὸ ἀρχέτυπον ὁ γραφεὺς παρ' Εὐριπίδου ἢ Σοφοκλέους δοκεῖ μοι λαβεῖν· ἐκεῖνοι γὰρ ὁμοίαν ἐγραψάτην εἰκόνα. Τὼ νεανία τὼ ἑταίρω Πυλάδης τε ὁ Φωκεὺς καὶ Ὀρέστης δοκῶν ἤδη τεθνάναι παρελθόντε τὰ βασίλεια καὶ λαθόντε φονεύουσιν ἄμφω τὸν Αἴγισθον· ἡ δὲ Κλυταιμνήστρα ἤδη ἀνῄρηται καὶ ἐπ' εὐνῆς τινος ἡμίγυμνος πρόκειται καὶ θεραπεία πᾶσα ἐκπεπληγμένοι τὸ ἔργον οἱ μὲν ὥσπερ βοῶσιν, οἱ δέ τινες ὅπῃ φύγωσι περιβλέπουσι. Σεμνὸν δέ τι ὁ γραφεὺς ἐπενόησε τὸ μὲν ἀσεβὲς τῆς ἐπιχειρήσεως δείξας μόνον καὶ ὡς ἤδη πεπραγμένον παραδραμὼν,

jam obsecutus est, in medium progressus dicat testimonium. Patiemini autem illum Ionice vobiscum pro more suo loqui. « Vera ista hæc oratio apud vos, judices, loquitur, et credite illi quæ in hanc sententiam dixerit, visum esse præferendum auditui : aures enim oculis fere sunt infideliores. » Auditin' testem quæ dicat, ut primas tribuat visui? Merito sane. Verba enim alata sunt, et abeunt et simul dum prodeunt avolant : verum delectatio ex his quæ videntur, astans semper ac manens, subjicit omnino spectatorem.

21. Qui igitur non validus dicenti adversarius sit œcus adeo pulcher, adeo spectabilis? Quin quod maximum est nondum dico. Vos enim ipsi, judices, dum nos dicimus, lacunar respiciebatis, muros admirabamini, picturas examinabatis conversi ad singulas. Nec est quod vos pudeat : ignoscendum enim si quid humani vobis acciderit; præsertim in argumentis ita pulchris, ita variis. Ars enim exquisita, et historiæ cum antiquitate utilitas, illecebras habent vere, et eruditis spectatoribus indigent. Et ne omnino relictis nobis eo respiciatis, age, quantum ejus fieri potest, verbis illa vobis depingam. Delectabimini enim, puto, iis audiendis quæ spectantibus quoque admirationi sunt. Ac forte illo ipso nomine me laudabitis, et adversario præponetis, ut qui intermiserit ostendere œcum et voluptatem vobis geminare. Difficultatem autem incepti mei videte, qui audeam sine coloribus, et figuris, et loco, tot imagines constituere : tenuis nempe est verborum pictura.

22. Igitur ad dextram intranti Argolicæ fabulæ Æthiopicus affectus permixtus est : Perseus cetum interficit, et liberat Andromedam, uxorem paullo post sibi habiturus, abiturusque illam ducens : agit hoc obiter in suo ad Gorgonas volatu. In brevi autem tabella multa expressit artifex; pudorem virginis ac metum : inspicit enim hæc pugnam desuper e scopulo, et ausum juvenis amatorium, et difficilem oppugnatu speciem belluæ. Atque hæc quidem irruit spinis horrens ac terribilis rictu; Perseus autem læva Gorgonem objicit, dextra ferit gladio; et qua parte vidit Medusam cetus, jam lapis est; qua adhuc vivit, falce cæditur.

23. Deinde post hanc imaginem alia tabula picta est plena justitiæ, cujus animale exemplum ab Euripide vel Sophocle sumsisse mihi pictor videtur, qui similem et ipsi pinxerunt imaginem : juvenes duo sodales Pylades Phocensis atque Orestes, qui jam putabatur esse mortuus, latentes in regiam intrant, interficiuntque ambo Ægisthum : Clytæmnestra vero jam occisa in cubili quodam seminuda jacet, ac ministerium omne circumstat, consternati facinore, alii tanquam clamant, alii quorsum fugiant circumspiciunt. Sapienter vero illud commentus est pictor, quum impium quod fuit in hoc facinore ostendit modo et tanquam perpetratum

δίκου ταῦτα δέομαι, μὴ θαυμάσητε· ὑπὸ γὰρ τοῦ τὸν οἶκον φιλεῖν καὶ τὸν ἐν αὐτῷ λέγοντα, ὅστις ἂν ᾖ, βουλοίμην ἂν εὐδοκιμεῖν.

LXII.

* ΜΑΚΡΟΒΙΟΙ.

1. Ὄναρ τι τοῦτο, λαμπρότατε Κυίντιλλε, κελευσθεὶς προσφέρω σοι δῶρον τοὺς μακροβίους, πάλαι μὲν τὸ ὄναρ ἰδὼν καὶ ἱστορήσας τοῖς φίλοις, ὅτε ἐτίθεσο τῷ δευτέρῳ σου παιδὶ τοὔνομα· συμβαλεῖν δὲ οὐκ ἔχων τίνας ὁ θεὸς κελεύει μοι προσφέρειν σοι τοὺς μακροβίους, τότε μὲν ηὐξάμην τοῖς θεοῖς ἐπὶ μήκιστον ὑμᾶς βιῶναι σέ τε αὐτὸν καὶ παῖδας τοὺς σοὺς, τοῦτο συμφέρειν νομίζων καὶ σύμπαντι μὲν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει, πρὸ δὲ τῶν ἁπάντων αὐτῷ τε ἐμοὶ καὶ πᾶσι τοῖς ἐμοῖς· καὶ γὰρ κἀμοί τι ἀγαθὸν ἐδόκει προσημαίνειν ὁ θεός.

2. Σκεπτόμενος δὲ κατ' ἐμαυτὸν εἰς σύννοιαν ἦλθον, εἰκὸς εἶναι τοὺς θεοὺς ἀνδρὶ περὶ παιδείαν ἔχοντι ταῦτα προστάττοντας κελεύειν τι προσφέρειν σοι τῶν ἀπὸ τῆς τέχνης. Ταύτην οὖν αἰσιωτάτην νομίζων τήν γε τῶν σῶν γενεθλίων ἡμέραν δίδωμί σοι τοὺς ἱστορημένους εἰς μακρὸν γῆρας ἀφικέσθαι ἐν ὑγιαινούσῃ τῇ ψυχῇ καὶ ὁλοκλήρῳ τῷ σώματι. Καὶ γὰρ ἂν καὶ ὄφελος γένοιτό τί σοι ἐκ τοῦ συγγράμματος διπλοῦν· τὸ μὲν εὐθυμία τις καὶ ἐλπὶς ἀγαθὴ καὶ αὐτὸν ἐπὶ μήκιστον δύνασθαι βιῶναι, τὸ δὲ διδασκαλία τις ἐκ παραδειγμάτων, εἰ ἐπιγνοίης ὅτι οἱ μάλιστα ἑαυτῶν ἐπιμέλειαν ποιησάμενοι κατά τε σῶμα καὶ κατὰ ψυχὴν, οὗτοι εἰς μακρότατον γῆρας ἦλθον σὺν ὑγιείᾳ παντελεῖ.

3. Νέστορα μὲν οὖν τὸν σοφώτατον τῶν Ἀχαιῶν ἐπὶ τρεῖς παρατεῖναι γενεὰς Ὅμηρος λέγει, ὃν συνίστησιν ἡμῖν γεγυμνασμένον ἄριστα καὶ ψυχῇ καὶ σώματι. Καὶ Τειρεσίαν δὲ τὸν μάντιν ἡ τραγῳδία μέχρι ἓξ γενεῶν παρατεῖναι λέγει. Πιθανὸν δ' ἂν εἴη ἄνδρα θεοῖς ἀνακείμενον καὶ καθαρωτέρᾳ διαίτῃ χρώμενον τὸν Τειρεσίαν ἐπὶ μήκιστον βιῶναι.

4. Καὶ γένη δὲ ὅλα μακρόβια ἱστόρηται διὰ τὴν δίαιταν, ὥσπερ Αἰγυπτίων οἱ καλούμενοι ἱερογραμματεῖς, Ἀσσυρίων δὲ καὶ Ἀράβων οἱ ἐξηγηταὶ τῶν μύθων, Ἰνδῶν δὲ οἱ καλούμενοι Βραχμᾶνες, ἄνδρες ἀκριβῶς φιλοσοφίᾳ σχολάζοντες, καὶ οἱ καλούμενοι δὲ μάγοι, γένος τοῦτο μαντικὸν καὶ θεοῖς ἀνακείμενον παρά τε Πέρσαις καὶ Πάρθοις καὶ Βάκτροις καὶ Χορασμίοις καὶ Ἀρείοις καὶ Σάκαις καὶ Μήδοις καὶ παρὰ πολλοῖς ἄλλοις βαρβάροις ἐρρωμένοι τέ εἰσι καὶ πολυχρόνιοι διὰ τὸ μαγεύειν διαιτώμενοι καὶ αὐτοὶ ἀκριβέστερον.

5. Ἤδη δὲ καὶ ἔθνη ὅλα μακροβιώτατα, ὥσπερ Σῆρας μὲν ἱστοροῦσι μέχρι τριακοσίων ζῆν ἐτῶν, οἱ μὲν τῷ ἀέρι, οἱ δὲ τῇ γῇ τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως προστιθέντες, οἱ δὲ καὶ τῇ διαίτῃ· ὑδροποτεῖν γάρ φασι

nolite mirari; ob amorem enim hujus œci, quisquis est qui in eo dicit, velim probari.

LXII.

* LONGÆVI.

1. Somnio quodam monitus hoc facere, Quintille clarissime, munus ad te defero Longævos; somnio, inquam, quod olim vidi, quum nomen poneres filio tuo secundo, ac narravi amicis : sed quod conjicere non possem, quosnam longævos tibi offerri deus juberet, tum quidem vota diis nuncupavi, ut quam longissime vivatis et tu et tui filii; utile id esse ratus quum universo hominum generi, tum præter ceteros et ipsi mihi et meis omnibus : etenim mihi quoque bonum quiddam præsignificare videbatur deus.

2. Re autem mecum considerata, in cogitationem veni, vero esse simile deos, quum viro doctrinæ studiis operato hæc imperent, jubere de arte tibi mea aliquid ut offeram. Hunc igitur auspicatissimum ratus natalitiorum tuorum diem, dono tibi eos qui ad longam senectutem pervenisse, cum sana mente et corpore integro, memorantur. Etenim duplex quædam tibi utilitas ex hoc libello nascatur : hinc animus alacris, et bona spes fieri posse ut ipse quoque vivas quam diutissime; hinc quædam petita ab exemplis disciplina, si cognoscas, ut quique maxime et corporis sui et animi curam gesserint, ita ad longissimam senectutem, cum valetudine integerrima, pervenisse.

3. Itaque Nestorem, Achivorum sapientissimum, ad tria sæcula extendisse ætatem Homerus narrat, quem proponit nobis corpore pariter atque animo exercitatum optime. Tiresiam vero vatem ad sex usque sæcula produxisse vitam ait tragœdia. Probabile autem fuerit, virum diis dicatum et puriore usum victu, qualis Tiresias, vixisse longissime.

4. Commemorantur autem genera quoque hominum universa fuisse longæva propter victus rationem, ut Ægyptiorum ii qui sacri scribæ vocantur; Assyriorum autem et Arabum qui interpretes fabularum; Indorumque qui vocantur Brachmanes, viri solide vacantes philosophiæ; et qui dicuntur magi, genus hominum fatidicum et dicatum diis apud Persas et Parthos et Bactros, Choramiosque et Arios, atque Sacas et Medos, barbaros denique multos alios, valentes sunt ac longævi, quum ob magiæ exercitium accuratiore vivendi ratione ipsi quoque utantur.

5. Jam vero gentes etiam totæ diutissime vivunt, ut Seras referunt ad trecentos usque annos vitam proferre, cujus longæ senectutis causam alii aeri, terræ alii imputant, alii vero etiam rationi victus; aquam enim bibere univer-

Δημήτριός τε ὁ Καλλατιανὸς καὶ ἄλλοι λέγουσιν. Ἀτέας δὲ Σκυθῶν βασιλεὺς μαχόμενος πρὸς Φίλιππον περὶ τὸν Ἴστρον ποταμὸν ἔπεσεν ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονώς. Βάρδυλις δὲ ὁ Ἰλλυριῶν βασιλεὺς ἀφ' ἵππου λέγεται μάχεσθαι ἐν τῷ πρὸς Φίλιππον πολέμῳ εἰς ἐνενήκοντα τελῶν ἔτη. Τήρης δὲ Ὀδρυσῶν βασιλεὺς, καθά φησι Θεόπομπος, δύο καὶ ἐνενήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτησεν.

11. Ἀντίγονος δὲ ὁ Φιλίππου ὁ μονόφθαλμος βασιλεύων Μακεδόνων περὶ Φρυγίαν μαχόμενος Σελεύκῳ καὶ Λυσιμάχῳ τραύμασι πολλοῖς περιπεσὼν ἐτελεύτησεν ἐτῶν ἑνὸς καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ ὁ συστρατευόμενος αὐτῷ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ. Καὶ Λυσίμαχος δὲ Μακεδόνων βασιλεὺς ἐν τῇ πρὸς Σέλευκον ἀπώλετο μάχῃ ἔτος ὀγδοηκοστὸν τελῶν, ὡς ὁ αὐτός φησιν Ἱερώνυμος. Ἀντίγονος δὲ υἱὸς μὲν ἦν Δημητρίου, υἱωνὸς δὲ Ἀντιγόνου τοῦ μονοφθάλμου, οὗτος τέτταρα καὶ τετταράκοντα Μακεδόνων ἐβασίλευσεν ἔτη, ἐβίωσε δὲ ὀγδοήκοντα, ὡς Μήδιός τε ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ὁμοίως δὲ καὶ Ἀντίπατρος ὁ Ἰολάου μέγιστον δυνηθεὶς καὶ ἐπιτροπεύσας πολλοὺς Μακεδόνων βασιλέας ὑπὲρ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔτη ζήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

12. Πτολεμαῖος δὲ ὁ Λάγου ὁ τῶν καθ' αὑτὸν εὐδαιμονέστατος βασιλέων Αἰγύπτου μὲν ἐβασίλευσε τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα βιώσας ἔτη, ζῶν δὲ παρέδωκε τὴν ἀρχὴν πρὸ δύο ἐτοῖν τῆς τελευτῆς Πτολεμαίῳ τῷ υἱῷ, Φιλαδέλφῳ δὲ ἐπίκλησιν, ὅστις διεδέξατο τὴν πατρῴαν βασιλείαν ἀδελφῶν. Φιλέταιρος δὲ πρῶτος μὲν ἐκτήσατο τὴν περὶ Πέργαμον ἀρχὴν καὶ κατέσχεν εὐνοῦχος ὤν, κατέστρεψε δὲ τὸν βίον ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος. Ἄτταλος δὲ ὁ ἐπικληθεὶς Φιλάδελφος, τῶν Περγαμηνῶν καὶ οὗτος βασιλεύων, πρὸς ὃν καὶ Σκιπίων ὁ τῶν Ῥωμαίων στρατηγὸς ἀφίκετο, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐξέλιπε τὸν βίον.

13. Μιθριδάτης δὲ ὁ Πόντου βασιλεὺς ὁ προσαγορευθεὶς κτίστης Ἀντίγονον τὸν μονόφθαλμον φεύγων ἐπὶ Πόντου ἐτελεύτησε βιώσας ἔτη τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα, ὥσπερ Ἱερώνυμος ἱστορεῖ καὶ ἄλλοι συγγραφεῖς. Ἀριαράθης δὲ ὁ Καππαδοκῶν βασιλεὺς δύο μὲν καὶ ὀγδοήκοντα ἔζησεν ἔτη, ὡς Ἱερώνυμος ἱστορεῖ· ἐδυνήθη δὲ ἴσως καὶ ἐπὶ πλέον διαγενέσθαι, ἀλλ' ἐν τῇ πρὸς Περδίκκαν μάχῃ ζωγρηθεὶς ἀνεσκολοπίσθη.

14. Κῦρος δὲ ὁ Περσῶν βασιλεὺς ὁ παλαιὸς, ὡς δηλοῦσιν οἱ Περσῶν καὶ Ἀσσυρίων ὧροι, οἷς καὶ Ὀνησίκριτος ὁ τὰ περὶ Ἀλεξάνδρου συγγράψας συμφωνεῖν δοκεῖ, ἑκατοντούτης γενόμενος ἐζήτει μὲν ἕνα ἕκαστον τῶν φίλων, μαθὼν δὲ τοὺς πλείστους διεφθαρμένους ὑπὸ Καμβύσου τοῦ υἱέος, καὶ φάσκοντος Καμβύσου κατὰ πρόσταγμα τὸ ἐκείνου ταῦτα πεποιηκέναι, τὸ μέν τι πρὸς τὴν ὠμότητα τοῦ υἱοῦ διαβληθεὶς, τὸ δέ τι ὡς παρανομοῦντα αὐτὸν αἰτιασάμενος ἀθυμήσας ἐτελεύτα τὸν βίον.

15. Ἀρταξέρξης ὁ Μνήμων ἐπικληθεὶς, ἐφ' ὃν Κῦρος ὁ ἀδελφὸς ἐστρατεύσατο, βασιλεύων ἐν Πέρσαις

et alii perhibent. Ateas autem, Scytharum rex, pugnans contra Philippum circa Istrum flumen cecidit supra nonaginta annos natus. Etiam Bardylis, rex Illyriorum, ex equo dicitur pugnasse in bello contra Philippum, annos natus nonaginta. Teres, Odrysarum rex, ut refert Theopompus, duorum et nonaginta annorum quum esset, obiit.

11. Antigonus, Philippi filius, cocles, rex Macedonum, in Phrygia pugnans cum Seleuco et Lysimacho, vulneribus multis confectus cecidit, annorum quum esset unius et octoginta, ut narrat qui expeditionis illius socius ipsi fuit Hieronymus. Etiam Lysimachus, Macedonum rex, in prælio contra Seleucum periit annum agens octogesimum, ut idem ait Hieronymus. Antigonus autem filius erat Demetrii, Antigoni coclitis nepos; is quattuor et quadraginta annos imperavit Macedonibus, vixit autem octoginta, ut Medius refert et scriptores alii. Sic etiam Antipater, Iolai filius, potentissimus vir, aliquot Macedoniæ regum tutor, quum supra octoginta annos vixisset, vitam finiit.

12. Ptolemæus Lagi, regum suæ ætatis felicissimus, Ægypti regnum tenuit ad quartum et octogesimum vitæ annum; idque duobus ante mortem annis tradidit Ptolemæo filio, Philadelphi cognomen habenti, qui ex fratribus in paterno regno successit. Philetærus primus Pergami imperium peperit pariter ac tenuit, eunuchus licet, natus autem annos octoginta vitam cum morte commutavit. Post eum Attalus is, qui Philadelphi cognomen habuit, Pergamenorum et ipse rex, ad quem etiam Scipio ille dux Romanus venit, annorum octoginta duorum quum esset, e vita discessit.

13. Mithridates, Ponti rex, cognomine Conditor, Antigonum coclitem fugiens in Pontum mortuus est, quum vixisset quattuor et octoginta annos, ut refert Hieronymus et scriptores alii. Ariarathes, Cappadocum rex, duo et octoginta vixit annos, ut narrat Hieronymus: poterat autem forte diutius superstes esse; sed captus in prælio contra Perdiccam, in crucem actus est.

14. Cyrus, Persarum rex, antiquus ille, ut indicant Persarum et Assyriorum annales quibus etiam Onesicritus, vitæ Alexandri scriptor, consentire videtur, centum annorum quum esset, amicorum unumquemque requisivit: comperto autem plerosque interfectos a Cambyse filio suo, qui ipsius se imperio hoc fecisse diceret, contristatus partim quod male audiret propter crudelitatem filii, partim quod facinora ipsius coarguisset, vitam finiit.

15. Artaxerxes, Memoriosi cognomine notus, contra quem Cyrus frater expeditionem moverat, regnans in Persis,

ἐτελεύτησε νόσῳ ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν γενόμενος, ὡς δὲ Δείνων ἱστορεῖ, τεττάρων καὶ ἐνενήκοντα. Ἀρταξέρξης ἕτερος Περσῶν βασιλεὺς, ὅν φησιν ἐπὶ τῶν πατέρων τῶν ἑαυτοῦ Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς συγγραφεὺς βασιλεύειν, ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς ἐπιβουλῇ τἀδελφοῦ Γωσίθρου ἐδολοφονήθη. Σινατροκλῆς δὲ ὁ Παρθυαίων βασιλεὺς ἔτος ὀγδοηκοστὸν ἤδη γεγονὼς ἀπὸ Σακαυράκων Σκυθῶν καταχθεὶς βασιλεύειν ἤρξατο καὶ ἐβασίλευσεν ἔτη ἑπτά. Τιγράνης δὲ ὁ Ἀρμενίων βασιλεὺς, πρὸς ὃν Λεύκουλλος ἐπολέμησε, πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν ἐτελεύτα νόσῳ.

16. Ὑσπασίνης δὲ ὁ Χάρακος καὶ τῶν κατ' ἐρυθρὰν τόπων βασιλεὺς πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν νοσήσας ἐτελεύτησε. Τίραιος δὲ ὁ μεθ' Ὑσπασίνην τρίτος βασιλεύσας δύο καὶ ἐνενήκοντα βιοὺς ἐτελεύτα νόσῳ. Ἀρτάβαζος δὲ ὁ μετὰ Τίραιον ἕβδομος βασιλεύσας ἓξ καὶ ὀγδοήκοντα ἐτῶν καταχθεὶς ἀπὸ Πάρθων ἐβασίλευσε. Καὶ Μνασκίρης δὲ βασιλεὺς Παρθυαίων ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔζησεν ἔτη.

17. Μασσινισσᾶς δὲ Μαυρουσίων βασιλεὺς ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη. Ἄσανδρος δὲ ὁ ὑπὸ τοῦ θεοῦ Σεβαστοῦ ἀντὶ ἐθνάρχου βασιλεὺς ἀναγορευθεὶς Βοσπόρου περὶ ἔτη ὢν ἐνενήκοντα ἱππομάχων καὶ πεζομάχων οὐδενὸς ἥττων ἐφάνη· ὡς δὲ ἑώρα τοὺς ὑπὸ τῇ μάχῃ Σκριβωνίῳ προστιθεμένους ἀποσχόμενος σιτίων ἐτελεύτησε βιοὺς ἔτη τρία καὶ ἐνενήκοντα· Γόαισος δὲ, ὥς φησιν Ἰσίδωρος ὁ Χαρακηνὸς, ἐπὶ τῆς ἑαυτοῦ ἡλικίας Ὀμανῶν τῆς ἀρωματοφόρου βασιλεύσας πεντεκαίδεκα καὶ ἑκατὸν γεγονὼς ἐτῶν ἐτελεύτησε νόσῳ. Βασιλέας μὲν οὖν τοσούτους ἱστορήκασι μακροβίους οἱ πρὸ ἡμῶν.

18. Ἐπεὶ δὲ καὶ φιλόσοφοι καὶ πάντες οἱ περὶ παιδείαν ἔχοντες, ἐπιμέλειάν πως καὶ οὗτοι ποιούμενοι ἑαυτῶν, εἰς μακρὸν γῆρας ἦλθον, ἀναγράψωμεν καὶ τούτων τοὺς ἱστορημένους, καὶ πρώτους γε φιλοσόφους. Δημόκριτος μὲν ὁ Ἀβδηρίτης ἐτῶν γεγονὼς τεττάρων καὶ ἑκατὸν ἀποσχόμενος τροφῆς ἐτελεύτα. Ξενόφιλος δὲ ὁ μουσικὸς, ὥς φησιν Ἀριστόξενος, προσσχὼν τῇ Πυθαγόρου φιλοσοφίᾳ ὑπὲρ τὰ πέντε καὶ ἑκατὸν ἔτη Ἀθήνησιν ἐβίωσε. Σόλων δὲ καὶ Θαλῆς καὶ Πιττακὸς, οἵτινες τῶν κληθέντων ἑπτὰ σοφῶν ἐγένοντο, ἑκατὸν ἕκαστος ἔζησεν ἔτη.

19. Ζήνων δὲ ὁ τῆς Στωϊκῆς φιλοσοφίας ἀρχηγὸς ὀκτὼ καὶ ἐνενήκοντα, ὅν φασιν εἰσερχόμενον εἰς τὴν ἐκκλησίαν καὶ προσπταίσαντα ἀναφθέγξασθαι, Τί με βοᾷς; καὶ ὑποστρέψαντα οἴκαδε καὶ ἀποσχόμενον τροφῆς τελευτῆσαι τὸν βίον. Κλεάνθης δὲ ὁ Ζήνωνος μαθητὴς καὶ διάδοχος ἐννέα καὶ ἐνενήκοντα οὗτος γεγονὼς ἔτη φῦμα ἔσχεν ἐπὶ τοῦ χείλους καὶ ἀποκαρτερῶν ἐπελθόντων αὐτῷ παρ' ἑταίρων τινῶν γραμμάτων προσενεγκάμενος τροφὴν καὶ πράξας περὶ ὧν ἠξίουν οἱ φίλοι, ἀποσχόμενος αὖθις τροφῆς ἐξέλιπε τὸν βίον.

20. Ξενοφάνης δὲ ὁ Δεξίνου μὲν υἱὸς, Ἀρχελάου δὲ τοῦ φυσικοῦ μαθητὴς ἐβίωσεν ἔτη ἓν καὶ ἐνενήκοντα· Ξενοκράτης δὲ Πλάτωνος μαθητὴς γενόμενος τέτταρα

morbo obiit annos natus sex et octoginta; ut vero Dino prodidit, quattuor et nonaginta. Artaxerxes, Persarum rex alius, quem patrum suorum ætate regnasse dicit Isidorus Characenus historicus, tres et nonaginta annos quum vixisset, insidiis fratris sui Gosithris periit. Sinatrocles, Parthorum rex, annum jam agens octogesimum, ab Sacaracibus Scythis in patriam reductus, regnare cœpit, regnavitque annos septem. Tigranes, Armeniorum rex, quicum Lucullus bellum gessit, quinque et octoginta annos natus fuit, quum morbo decederet.

16. Hyspasines, Characis et locorum Erythræo mari vicinorum rex, quinto et octogesimo anno ex morbo decessit. Tiræus, tertius ab Hyspasine rex, duos et nonaginta annos quum vixisset, morbo finiit. Artabazus, a Tiræo septimus qui regnavit, sexto et octogesimo anno deductus a Parthis, regnum tenuit. Et Mnascires, rex Parthorum, sex et nonaginta annis vixit.

17. Massinissa, Maurorum rex, nonaginta annos implevit. Asander ille, qui a divo Augusto pro ethnarcha rex Bospori renunciatus fuerat, circa annum nonagesimum nullo neque equite neque milite deterior visus est: quum vero videret *suos cives* in prælio ad Scribonii se partes conferre, inedia de vita exiit, quam ad tres et nonaginta annos produxerat. Goæsus, ut narrat Isidorus Characenus, sua ætate Omanorum in thurifera regione rex, quindecim supra centum annos quum haberet, e morbo obiit. Tot reges longævos nobis tradiderunt qui ante nos scripsere.

18. Quando vero etiam philosophi, et omnino literarum cultores, curam et ipsi sui ipsorum habentes ad longam senectutem pervenere; perscribamus etiam de his quotquot in literarum monumenta relati sunt, et primos quidem philosophos. Democritus Abderitanus, annos natus quattuor supra centum, abstinens a cibo vitam finiit. Xenophilus autem musicus, ut ait Aristoxenus, Pythagoricæ philosophiæ deditus, supra quinque et centum annos Athenis vixit. Solon, Thales, et Pittacus, qui de septem illis qui sapientes vocantur fuere, centum quisque annos vixerunt.

19. Zeno, Stoicæ philosophiæ princeps, octo et nonaginta; quem aiunt, quum in concionem prodiret et lapsus offendisset, exclamasse, Quid me vocas? (o terra!) reversumque domum, inedia vitam finiisse. Cleanthes autem, discipulus Zenonis et successor, novem et nonaginta annos natus, tuber in labio nactus est, jam suscepto moriendi consilio, quum supervenirent ipsi a sodalibus quibusdam literæ, cibo assumto perfecit quæ rogaverant amici, tum denuo a cibis se abstinens de vita exiit.

20. Xenophanes, Dexini filius, Archelai physici discipulus, annos vixit nonaginta unum: Xenocrates, Platonis auditor, quattuor et octoginta: Carneades, junioris Academiæ

καὶ ὀγδοήκοντα· Καρνεάδης δὲ ὁ τῆς νεωτέρας Ἀκαδημείας ἀρχηγὸς ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα· Χρύσιππος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα· Διογένης δὲ ὁ Σελευκεὺς ἀπὸ Τίγριος Στωϊκὸς φιλόσοφος ὀκτὼ καὶ ὀγδοήκοντα· Ποσειδώνιος ὁ Ἀπαμεὺς τῆς Συρίας, νόμῳ δὲ Ῥόδιος, φιλόσοφός τε ἅμα καὶ ἱστορίας συγγραφεὺς τέτταρα καὶ ὀγδοήκοντα· Κριτόλαος ὁ Περιπατητικὸς ὑπὲρ δύο καὶ ὀγδοήκοντα· Πλάτων δὲ ὁ ἱερώτατος ἓν καὶ ὀγδοήκοντα.

21. Ἀθηνόδωρος Σάνδωνος Ταρσεὺς Στωϊκὸς, ὃς καὶ διδάσκαλος ἐγένετο Καίσαρος σεβαστοῦ θεοῦ, ὑφ' οὗ ἡ Ταρσέων πόλις καὶ φόρων ἐκουφίσθη, δύο καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη βιοὺς ἐτελεύτησεν ἐν τῇ πατρίδι καὶ τιμὰς ὁ Ταρσέων δῆμος αὐτῷ κατ' ἔτος ἕκαστον ἀπονέμει ὡς ἥρωϊ. Νέστωρ δὲ Στωϊκὸς ἀπὸ Ταρσοῦ διδάσκαλος Καίσαρος Τιβερίου ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα· Ξενοφῶν δὲ ὁ Γρύλλου ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἐβίωσεν ἔτη.

22. Οὗτοι μὲν φιλοσόφων οἱ ἔνδοξοι, συγγραφέων δὲ Κτησίβιος μὲν ἑκατὸν εἰκοσιτεττάρων ἐτῶν ἐν περιπάτῳ ἐτελεύτησεν, ὡς Ἀπολλόδωρος ἐν τοῖς χρονικοῖς ἱστορεῖ. Ἱερώνυμος δὲ ἐν πολέμοις γενόμενος καὶ πολλοὺς καμάτους ὑπομείνας καὶ τραύματα ἔζησεν ἔτη τέτταρα καὶ ἑκατὸν, ὡς Ἀγαθαρχίδης ἐν τῇ ἐνάτῃ τῶν περὶ τῆς Ἀσίας ἱστοριῶν λέγει, καὶ θαυμάζει γε τὸν ἄνδρα ὡς μέχρι τῆς τελευταίας ἡμέρας ἄρτιον ὄντα ἐν ταῖς συνουσίαις καὶ πᾶσι τοῖς αἰσθητηρίοις, μηδενὸς γενόμενον τῶν πρὸς ὑγίειαν ἐλλιπῆ. Ἑλλάνικος ὁ Λέσβιος ὀγδοήκοντα καὶ πέντε, καὶ Φερεκύδης ὁ Σύριος ὁμοίως ὀγδοήκοντα καὶ πέντε. Τίμαιος ὁ Ταυρομενίτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα. Ἀριστόβουλος δὲ ὁ Κασανδρεὺς ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα ἔτη λέγεται βεβιωκέναι, τὴν ἱστορίαν δὲ τέταρτον καὶ ὀγδοηκοστὸν ἔτος γεγονὼς ἤρξατο συγγράφειν, ὡς αὐτὸς ἐν ἀρχῇ τῆς πραγματείας λέγει. Πολύβιος δὲ ὁ Λυκόρτα Μεγαλοπολίτης ἀγρόθεν ἀνελθὼν ἀφ' ἵππου κατέπεσε καὶ ἐκ τούτου νοσήσας ἀπέθανεν ἐτῶν δύο καὶ ὀγδοήκοντα. Ὑψικράτης δὲ ὁ Ἀμισηνὸς συγγραφεὺς διὰ πολλῶν μαθημάτων γενόμενος ἔτη δύο καὶ ἐνενήκοντα.

23. Ῥητόρων δὲ Γοργίας, ὅν τινες σοφιστὴν καλοῦσιν, ἔτη ἑκατὸν ὀκτώ· τροφῆς δὲ ἀποσχόμενος ἐτελεύτησεν· ὅν φασιν ἐρωτηθέντα τὴν αἰτίαν τοῦ μακροῦ γήρως καὶ ὑγιεινοῦ ἐν πάσαις ταῖς αἰσθήσεσιν εἰπεῖν, διὰ τὸ μηδέποτε συμπεριενεχθῆναι ταῖς ἄλλων εὐωχίαις. Ἰσοκράτης ἓξ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη γεγονὼς τὸν πανηγυρικὸν ἔγραφε λόγον, περὶ ἔτη δὲ ἑνὸς ἀποδέοντα ἑκατὸν γεγονὼς ὡς ᾔσθετο Ἀθηναίους ὑπὸ Φιλίππου ἐν τῇ περὶ Χαιρώνειαν μάχῃ νενικημένους, ποτνιώμενος τὸν Εὐριπίδειον στίχον προηνέγκατο εἰς ἑαυτὸν ἀναφέρων,

Σιδώνιόν ποτ' ἄστυ Κάδμος ἐκλιπών·

καὶ ἐπειπὼν ὡς δουλεύσει ἡ Ἑλλὰς, ἐξέλιπε τὸν βίον. Ἀπολλόδωρος δὲ ὁ Περγαμηνὸς ῥήτωρ θεοῦ Καίσαρος σεβαστοῦ διδάσκαλος γενόμενος καὶ σὺν Ἀθηνοδώρῳ τῷ Ταρσεῖ φιλοσόφῳ παιδεύσας αὐτὸν ἔζησε ταὐτὰ τῷ Ἀθηνοδώρῳ, ἔτη ὀγδοήκοντα δύο. Ποτάμων δὲ οὐκ ἄδοξος ῥήτωρ ἔτη ἐνενήκοντα.

princeps, annos quinque et octoginta : Chrysippus, unum et octoginta : Diogenes Seleuciensis ad Tigrim, Stoicus philosophus, octo et octoginta : Posidonius Apameensis Syriæ, lege autem Rhodius, philosophus idem et historicus, quattuor et octoginta : Critolaus Peripateticus, supra duos et octoginta : Plato divinus, unum et octoginta.

21. Athenodorus Sandonis, Tarsensis, Stoicus, qui divi quoque Cæsaris Augusti præceptor fuit, a quo etiam tributis levata est Tarsensium civitas, duo et octoginta annos natus in patria mortuus est; cui honorem etiam quotannis habet Tarsensium populus, tanquam heroi. Nestor Stoicus e Tarso, Cæsaris Tiberii præceptor, annos duo et nonaginta : Xenophon, Grylli filius, supra nonaginta vixit annos.

22. Hi philosophorum nobiliores. Inter historicos Ctesibius centum viginti quattuor annos natus in peripato obiit, ut auctor est in Chronicis Apollodorus. Hieronymus vero, in bellis versatus, multos labores perpessus et vulnera, annos vixit quattuor supra centum, ut ait Agatharchides nona Historiarum Asiæ, atque admiratur virum, qui ad ultimum vitæ diem aptus fuerit consuetudini hominum, nec in ullius sensus usu aut sanitate quicquam desideraverit. Hellanicus Lesbius, octoginta et quinque; et Pherecydes Syrius similiter octoginta et quinque. Timæus Tauromenites, sex et nonaginta. Aristobulus Cassandreus super nonaginta annos vixisse dicitur; historiam autem quattuor et octoginta annos natus cœpit scribere, ut ipse refert in principio operis. Polybius, Lycortæ filius, Megalopolitanus, rure rediens ex equo cecidit, unde morbum nactus diem obiit, annorum quum esset duorum et octoginta. Hypsicrates Amisenus, scriptor, multiplici doctrina eruditus, vixit annos duo et nonaginta.

23. Inter oratores Gorgias, quem sophistam quidam nominant, annos octo et centum : abstinentia vero cibi finiit; quem aiunt interrogatum de causa tam longæ senectutis et omnibus sensibus sanæ, respondisse, quod nunquam aliorum se conviviis passus sit auferri. Isocrates sex et nonaginta annorum quum esset, Panegyricam orationem scripsit; circa annum vero undecentesimum, audito Athenienses a Philippo pugna ad Chæroneam victos, lamentabili voce Euripidis versiculum protulit, quem ad se referebat,

Quondam Sidonis urbe Cadmus excitus ;

quumque subjecisset servituram esse Græciam, e vita discessit. Apollodorus Pergamenus, rhetor, Augusti Cæsaris præceptor, qui cum Athenodoro Tarsensi philosopho illum instituerat, sicut Athenodorus annos vixit octoginta duos : Potamo, rhetor non ignobilis, annos nonaginta.

24. Σοφοκλῆς ὁ τραγῳδοποιὸς ῥᾶγα σταφυλῆς καταπιὼν ἀπεπνίγη πέντε καὶ ἐνενήκοντα ζήσας ἔτη. Οὗτος ὑπὸ Ἰοφῶντος τοῦ υἱέος ἐπὶ τέλει τοῦ βίου παρανοίας κρινόμενος ἀνέγνω τοῖς δικασταῖς Οἰδίπουν τὸν ἐπὶ Κολωνῷ, ἐπιδεικνύμενος διὰ τοῦ δράματος ὅπως τὸν νοῦν ὑγιαίνει, ὡς τοὺς δικαστὰς τὸν μὲν ὑπερθαυμάσαι, καταψηφίσασθαι δὲ τοῦ υἱοῦ αὐτοῦ μανίαν.

25. Κρατῖνος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς ἑπτὰ πρὸς τοῖς ἐνενήκοντα ἔτεσιν ἐβίωσε, καὶ πρὸς τῷ τέλει τοῦ βίου διδάξας τὴν Πυτίνην καὶ νικήσας μετ' οὐ πολὺ ἐτελεύτα. Καὶ Φιλήμων δὲ ὁ κωμικὸς ὁμοίως τῷ Κρατίνῳ ἑπτὰ καὶ ἐνενήκοντα ἔτη βιοὺς κατέκειτο μὲν ἐπὶ κλίνης ἠρεμῶν, θεασάμενος δὲ ὄνον τὰ παρεσκευασμένα αὐτῷ σῦκα κατεσθίοντα ὥρμησε μὲν εἰς γέλωτα, καλέσας δὲ τὸν οἰκέτην καὶ σὺν πολλῷ καὶ ἀθρόῳ γέλωτι εἰπὼν προσδοῦναι τῷ ὄνῳ ἀκράτου ῥοφεῖν ἀποπνιγεὶς ὑπὸ τοῦ γέλωτος ἀπέθανε. Καὶ Ἐπίχαρμος δὲ ὁ τῆς κωμῳδίας ποιητὴς καὶ αὐτὸς ἐνενήκοντα καὶ ἑπτὰ ἔτη λέγεται βιῶναι.

26. Ἀνακρέων δὲ ὁ τῶν μελῶν ποιητὴς ἔζησεν ἔτη πέντε καὶ ὀγδοήκοντα, καὶ Στησίχορος δὲ ὁ μελοποιὸς ταὐτά. Σιμωνίδης δὲ ὁ Κεῖος ὑπὲρ τὰ ἐνενήκοντα.

27. Γραμματικῶν δὲ Ἐρατοσθένης μὲν ὁ Ἀγλαοῦ Κυρηναῖος, ὃν οὐ μόνον γραμματικόν, ἀλλὰ καὶ ποιητὴν ἄν τις ὀνομάσειε καὶ φιλόσοφον καὶ γεωμέτρην, δύο καὶ ὀγδοήκοντα οὗτος ἔζησεν ἔτη.

28. Καὶ Λυκοῦργος δὲ ὁ νομοθέτης τῶν Λακεδαιμονίων πέντε καὶ ὀγδοήκοντα ἔτη ζῆσαι ἱστορεῖται.

29. Τοσούτους ἐδυνήθημεν βασιλέας καὶ πεπαιδευμένους ἀθροῖσαι· ἐπεὶ δὲ ὑπεσχόμην καὶ Ῥωμαίων τινὰς καὶ τῶν τὴν Ἰταλίαν οἰκησάντων μακροβίων ἀναγράψαι, τούτους σοι, θεῶν βουλομένων, ἱερώτατε Κυίντιλλε, ἐν ἄλλῳ δηλώσομεν λόγῳ.

LXIII.

ΠΑΤΡΙΔΟΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

1. Ὅτι μὲν οὐδὲν γλύκιον ἧς πατρίδος φθάνει προτεθρυλημένον. Ἆρ' οὖν ἥδιον μὲν οὐδέν, σεμνότερον δέ τι καὶ θειότερον ἄλλο; καὶ μὴν ὅσα σεμνὰ καὶ θεῖα νομίζουσιν ἄνθρωποι, τούτων πατρὶς αἰτία καὶ διδάσκαλος, γεννησαμένη καὶ ἀναθρεψαμένη καὶ παιδευσαμένη. Πόλεων μὲν οὖν μεγέθη καὶ λαμπρότητας καὶ πολυτελείας κατασκευῶν θαυμάζουσι πολλοί, πατρίδας δὲ στέργουσι πάντες· καὶ τοσοῦτον οὐδεὶς ἐξηπατήθη τῶν καὶ πάνυ κεκρατημένων ὑπὸ τῆς κατὰ τὴν θέαν ἡδονῆς, ὡς ὑπὸ τῆς ὑπερβολῆς τῶν παρ' ἄλλοις θαυμάτων λήθην ποιήσασθαι τῆς πατρίδος.

2. Ὅστις μὲν οὖν σεμνύνεται πολίτης ὢν εὐδαίμονος πόλεως, ἀγνοεῖν μοι δοκεῖ τίνα χρὴ τιμὴν ἀπονέμειν τῇ πατρίδι, καὶ ὁ τοιοῦτος δῆλός ἐστιν ἀχθόμενος ἄν,

24. Sophocles, poeta tragicus, gluttito uvæ acino suffocatus est, quinque et nonaginta annos quum vixisset. Hic ab Iophonte filio sub finem vitæ accusatus dementiæ, recitavit judicibus Œdipum in Colono, ostendens illa fabula, quam sibi mente constaret, adeo ut judices ipsum quidem vehementer admirarentur, filium vero ut furiosum damnarent.

25. Cratinus, comicus poeta, septem supra nonaginta annis vixit, quumque versus finem vitæ Pytinen fabulam docuisset, vicissetque, non ita multo post obiit. Etiam Philemo comicus, sicut Cratinus septem et nonaginta annos natus, decumbebat quiescens in lectulo: quum vero videret asinum paratas sibi ficus devorantem, in cachinnos effunditur; vocatoque servo, cum multo itidem confertoque risu imperat ut merum etiam sorbendum asino addat: atque ipsum per risum intercluso spiritu moritur. Etiam Epicharmus poeta comicus septem et nonaginta annos dicitur vixisse.

26. Anacreon, canticorum poeta, vixit annos quinque et octoginta; et Stesichorus melicus totidem : Simonides autem Ceus, supra nonaginta.

27. Inter grammaticos Eratosthenes, Aglai filius, Cyrenæus, quem non grammaticum solum, sed etiam poetam aliquis nominaverit, et philosophum, et geometram; duo et octoginta hic vixit annos.

28. Lycurgus, Lacedæmoniorum legislator, quinque et octoginta annos vixisse narratur.

29. Tot potuimus reges et eruditos homines colligere: quum vero promiserim etiam Romanorum quosdam et Italicorum longævorum referre, eos tibi, diis volentibus, Quintille sanctissime, alio libello indicabimus.

LXIII.

PATRIÆ ENCOMIUM.

1. Sua cuique patria nihil esse dulcius, olim illud quidem tritum est. Numquid autem dulcius quidem nihil, sed tamen augustius aliud quid est ac divinius? Atqui quæcumque augusta et divina putant homines, eorum causa et et magistra patria est, quæ genuerit, nutriverit, instituerit. Itaque magnitudines urbium et claritates, et sumtuositatem ædificiorum, multi admirantur, patrias vero amant universi. Atque in tantum se deludi nemo passus est eorum etiam qui valde spectaculorum voluptatibus deliniuntur, ut propter excellentiam rerum apud alios admirandarum sui ipsum patriæ oblivio caperet.

2. Si quis igitur beatæ se civitatis civem esse gloriatur, ille, quis honor habendus sit patriæ, ignorare mihi videtur, manifestumque est tali mente hominem ægre fuisse inte-

εἰ μετριωτέρας ἔλαχε τῆς πατρίδος. Ἐμοὶ δὲ ἥδιον αὐτὸ τιμᾶν τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα. Πόλεις μὲν γὰρ παραβαλεῖν πειρωμένῳ προσήκει μέγεθος ἐξετάζειν καὶ κάλλος καὶ τὴν τῶν ὠνίων ἀφθονίαν· ὅπου δ' αἵρεσίς ἐστι πόλεων, οὐδεὶς ἂν ἕλοιτο τὴν λαμπροτέραν ἐάσας τὴν πατρίδα, ἀλλ' εὔξαιτο μὲν ἂν εἶναι καὶ τὴν πατρίδα ταῖς εὐδαίμοσι παραπλησίαν, ἕλοιτο δ' ἂν τὴν ὁποιανοῦν.

3. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ οἱ δίκαιοι τῶν παίδων πράττουσι καὶ οἱ χρηστοὶ τῶν πατέρων· οὔτε γὰρ νέος καλὸς κἀγαθὸς ἄλλον ἂν προτιμήσαι τοῦ πατρὸς οὔτε πατὴρ καταμελήσας τοῦ παιδὸς ἕτερον ἂν στέρξαι νέον, ἀλλὰ τοσοῦτόν γε οἱ πατέρες νικώμενοι προσνέμουσι τοῖς παισὶν, ὥστε καὶ κάλλιστοι καὶ μέγιστοι καὶ τοῖς πᾶσιν ἄριστα φαίνονται κεκοσμημένοι οἱ παῖδες αὐτοῖς. Ὅστις δὲ μὴ τοιοῦτός ἐστι δικαστὴς πρὸς τὸν υἱὸν, οὐ δοκεῖ μοι πατρὸς ὀφθαλμοὺς ἔχειν.

4. Πατρίδος τοίνυν τὸ ὄνομα πρῶτον καὶ οἰκειότατον πάντων· οὐδὲν γὰρ ὅ τι τοῦ πατρὸς οἰκειότερον. Εἰ δέ τις ἀπονέμει τῷ πατρὶ τὴν δικαίαν τιμὴν, ὥσπερ καὶ ὁ νόμος καὶ ἡ φύσις κελεύει, προσηκόντως ἂν τὴν πατρίδα προτιμήσαι· καὶ γὰρ ὁ πατὴρ αὐτὸς τῆς πατρίδος κτῆμα καὶ ὁ τοῦ πατρὸς πατὴρ καὶ οἱ ἐκ τούτων οἰκεῖοι πάντες ἀνωτέρω, καὶ μέχρι θεῶν πατρῴων πρόεισιν ἀναβιβαζόμενον τὸ ὄνομα.

5. Χαίρουσι καὶ θεοὶ πατρίσι καὶ πάντα μὲν, ὡς εἰκὸς, ἐφορῶσι τὰ τῶν ἀνθρώπων αὑτῶν ἡγούμενοι κτήματα πᾶσαν γῆν καὶ θάλατταν, ἐφ' ἧς δὲ ἕκαστος αὐτῶν ἐγένετο, προτιμᾷ τῶν ἄλλων ἁπασῶν πόλεων. Καὶ πόλεις σεμνότεραι θεῶν πατρίδες καὶ νῆσοι θειότεραι, παρ' αἷς ὑμνεῖται γένεσις θεῶν. Ἱερὰ γοῦν κεχαρισμένα ταῦτα νομίζεται τοῖς θεοῖς, ἐπειδὰν εἰς τοὺς οἰκείους ἕκαστος ἀφικόμενος ἱερουργῇ τόπους. Εἰ δὲ θεοῖς τίμιον τὸ τῆς πατρίδος ὄνομα, πῶς οὐχ ἀνθρώποις γε πολλῷ μᾶλλον;

6. Καὶ γὰρ εἶδε τὸν ἥλιον πρῶτον ἕκαστος ἀπὸ τῆς πατρίδος, ὡς καὶ τοῦτον τὸν θεὸν, εἰ καὶ κοινός ἐστιν, ἀλλ' οὖν ἑκάστῳ νομίζεσθαι πατρῷον διὰ τὴν πρώτην ἀπὸ τοῦ τόπου θέαν· καὶ φωνῆς ἐνταῦθα ἤρξατο ἐπιχώρια πρῶτα λαλεῖν μανθάνων καὶ θεοὺς ἐγνώρισεν. Εἰ δέ τις τοιαύτης ἔλαχε πατρίδος, ὡς ἑτέρας δεηθῆναι πρὸς τὴν τῶν μειζόνων παιδείαν, ἀλλ' οὖν ἐχέτω καὶ τούτων τῶν παιδευμάτων τῇ πατρίδι τὴν χάριν· οὐ γὰρ ἂν ἐγνώρισεν οὐδὲ πόλεως ὄνομα μὴ διὰ τὴν πατρίδα πόλιν εἶναι μαθών.

7. Πάντα δὲ, οἶμαι, παιδεύματα καὶ μαθήματα συλλέγουσιν ἄνθρωποι χρησιμωτέρους αὑτοὺς ἀπὸ τούτων ταῖς πατρίσι παρασκευάζοντες· κτῶνται δὲ καὶ κτήματα φιλοτιμίας ἕνεκα τῆς εἰς τὰ κοινὰ τῆς πατρίδος δαπανήματα. Καὶ εἰκότως, οἶμαι· δεῖ γὰρ οὐκ ἀχαρίστους εἶναι τοὺς τῶν μεγίστων τυχόντας εὐεργετῶν. Ἀλλ' εἰ καὶ τοῖς καθ' ἕνα τις ἀπονέμει χάριν, ὥσπερ ἐστὶ δίκαιον, ἐπειδὰν εὖ πάθῃ πρός τινος, πολὺ μᾶλλον προσήκει τὴν πατρίδα τοῖς καθήκουσιν ἀμεί-

rum, si mediocrem magis patriam sortitus esset. At mihi ipsum nomen honorare patriæ dulcius est. Urbes enim inter se comparare si quis velit, conveniens est ut magnitudinem exigat, et pulchritudinem, et rerum venalium abundantiam : at de optione urbium ubi agitur, nemo sane, relicta sua patria, splendidiorem elegerit; sed optaverit ille quidem esse suam patriam beatis illis proximam, ceterum ipsam qualiscumque demum sit, prætulerit.

3. Idem nempe hoc liberi quoque faciunt, si sunt justi, et parentes, si sunt boni : nec enim honestus bonusque juvenis alium quemcumque patri prætulerit; nec suo neglecto filio pater juvenem alium complectatur : sed tantum amore victi patres ex se natis tribuunt, ut et pulcherrimi, et maximi, et rebus omnibus ornatissimi, sui illis liberi videantur. Si quis vero talis non est filii sui judex, ille non patris mihi oculos videtur habere.

4. Ergo nomen patriæ primum omnium et familiarissimum; neque enim patre quicquam familiarius. Si quis vero justum suo patri honorem habet, quod lex pariter ac natura præcipit, convenienter ille patriam prætulerit, quando ipse quoque pater res patriæ est, et patris pater, et qui inde ab hisce ad nos pertinent sursum omnes; atque ad patrios usque deos retro ascendens illud nomen progreditur.

5. Gaudent ipsi quoque suis dii patriis, et quum omnia inspiciant humana, ut credere fas est, qui suæ ditionis et terram et mare esse arbitrentur; tum in qua quisque illorum natus est, eam urbibus præfert aliis omnibus. Itaque et urbes augustiores, quæ deorum patriæ sunt, et diviniores insulæ, in quibus natales celebrantur deorum. Sacra quippe ea demum grata diis putantur, quæ in domestica illis loca delatus quisque peregerit. Si vero diis carum est nomen patriæ; quidni multo magis hominibus ?

6. Etenim vidit solem primum e sua quisque patria : ut hic quoque deus, licet communis sit, patrius ille tamen unicuique videatur ideo, quod primum ex illo sibi loco conspectus sit. Et vocem mittere ibi auspicatus est, patria loquī lingua quum disceret; et deos agnovit. Talem vero si quis patriam sortitus est, ut alia quoque ad majorem rerum institutionem opus habuerit; habeat ille sane hujus etiam institutionis gratiam patriæ : neque enim vel nomen illius alterius urbis scivisset, nisi patriæ beneficio urbem ejusmodi esse didicisset.

7. Ceterum eruditionem, puto, doctrinamque omnem colligunt homines, ut ea se utiliores præstent suis quique patriis. Atque opes sibi parant iidem ambitione quadam ad publicas patriæ impensas. Idque merito, arbitror : oportet enim non ingratos esse qui maximis affecti sunt beneficiis. Verum si singulis quoque gratiam, prout justum est, refert aliquis obligatus beneficio, multo magis patriæ rependere justa convenit. Etenim malæ tractationis parentum leges

βεσθαι· κακώσεως μὲν γὰρ γονέων εἰσὶ νόμοι παρὰ ταῖς πόλεσι, κοινὴν δὲ προσήκει πάντων μητέρα τὴν πατρίδα νομίζειν καὶ χαριστήρια τροφῶν ἀποδιδόναι καὶ τῆς τῶν νόμων αὐτῶν γνώσεως.

8. Ὤφθη δὲ οὐδεὶς οὕτως ἀμνήμων τῆς πατρίδος, ὡς ἐν ἄλλῃ πόλει γενόμενος ἀμελεῖν, ἀλλ' οἵ τε κακοπραγοῦντες ἐν ταῖς ἀποδημίαις συνεχῶς ἀνακαλοῦσιν ὡς μέγιστον τῶν ἀγαθῶν ἡ πατρὶς, οἵ τε εὐδαιμονοῦντες, ἂν καὶ τὰ ἄλλα εὖ πράττωσι, τοῦτο γοῦν αὐτοῖς μέγιστον ἐνδεῖν νομίζουσι τὸ μὴ τὴν πατρίδα οἰκεῖν, ἀλλὰ ξενιτεύειν· ὄνειδος γὰρ τὸ τῆς ξενιτείας. Καὶ τοὺς κατὰ τὸν τῆς ἀποδημίας χρόνον λαμπροὺς γενομένους ἢ διὰ χρημάτων κτῆσιν ἢ διὰ τιμῆς δόξαν ἢ διὰ παιδείας μαρτυρίαν ἢ δι' ἀνδρείας ἔπαινον ἔστιν ἰδεῖν εἰς τὴν πατρίδα πάντας ἐπειγομένους, ὡς οὐκ ἂν ἐν ἄλλοις βελτίοσιν ἐπιδειξομένους τὰ αὑτῶν καλά· καὶ τοσούτῳ γε μᾶλλον ἕκαστος σπεύδει λαβέσθαι τῆς πατρίδος, ὅσῳπερ ἂν φαίνηται μειζόνων παρ' ἄλλοις ἠξιωμένος.

9. Ποθεινὴ μὲν οὖν καὶ νέοις πατρίς· τοῖς δὲ ἤδη γεγηρακόσιν ὅσῳ πλεῖον τοῦ φρονεῖν ἢ τοῖς νέοις μέτεστι, τοσούτῳ καὶ πλείων ἐγγίγνεται πόθος ὁ τῆς πατρίδος· ἕκαστος γοῦν τῶν γεγηρακότων καὶ σπεύδει καὶ εὔχεται καταλῦσαι τὸν βίον ἐπὶ τῆς πατρίδος, ἵν', ὅθεν ἤρξατο βιοῦν, ἐνταῦθα πάλιν καὶ τὸ σῶμα παρακατάθηται τῇ γῇ τῇ θρεψαμένῃ καὶ τῶν πατρῴων κοινωνήσῃ τάφων· δεινὸν γὰρ ἑκάστῳ δοκεῖ ξενίας ἁλίσκεσθαι καὶ μετὰ θάνατον ἐν ἀλλοτρίᾳ κειμένῳ γῇ.

10. Ὅσον δὲ τῆς εὐνοίας τῆς πρὸς τὰς πατρίδας μέτεστι τοῖς ὡς ἀληθῶς γνησίοις πολίταις μάθοι τις ἂν ἐκ τῶν αὐτοχθόνων· οἱ μὲν γὰρ ἐπήλυδες καθάπερ νόθοι ῥᾳδίας ποιοῦνται τὰς μεταναστάσεις τὸ μὲν τῆς πατρίδος ὄνομα μήτε εἰδότες μήτε στέργοντες, ἡγούμενοι δ' ἁπανταχοῦ τῶν ἐπιτηδείων εὐπορήσειν, μέτρον εὐδαιμονίας τὰς τῆς γαστρὸς ἡδονὰς τιθέμενοι. Οἷς δὲ καὶ μήτηρ ἡ πατρὶς, ἀγαπῶσι τὴν γῆν ἐφ' ἧς ἐγένοντο καὶ ἐτράφησαν, κἂν ὀλίγην ἔχωσι, κἂν τραχεῖαν καὶ λεπτόγεων· κἂν ἀπορῶσι τῆς γῆς ἐπαινέσαι τὴν ἀρετὴν, τῶν γε ὑπὲρ τῆς πατρίδος οὐκ ἀπορήσουσιν ἐγκωμίων. Ἀλλὰ κἂν ἴδωσιν ἑτέρους σεμνυνομένους πεδίοις ἀνειμένοις καὶ λειμῶσι φυτοῖς παντοδαποῖς διειλημμένοις, καὶ αὐτοὶ τῶν τῆς πατρίδος ἐγκωμίων οὐκ ἐπιλανθάνονται, τὴν δὲ ἱπποτρόφον ὑπερορῶντες τὴν κουροτρόφον ἐπαινοῦσι.

11. Καὶ σπεύδει τις εἰς τὴν πατρίδα, κἂν νησιώτης ᾖ· κἂν παρ' ἄλλοις εὐδαιμονεῖν δύνηται, καὶ διδομένην ἀθανασίαν οὐ προσήσεται, προτιμῶν τὸν ἐπὶ τῆς πατρίδος τάφον· καὶ ὁ τῆς πατρίδος αὐτῷ καπνὸς λαμπρότερος ὀφθήσεται τοῦ παρ' ἄλλοις πυρός.

12. Οὕτω δὲ ἄρα τίμιον εἶναι δοκεῖ παρὰ πᾶσιν ἡ πατρὶς ὥστε καὶ τοὺς πανταχοῦ νομοθέτας ἴδοι τις ἂν ἐπὶ τοῖς μεγίστοις ἀδικήμασιν ὡς χαλεπωτάτην ἐπιβεβληκότας τὴν φυγὴν τιμωρίαν. Καὶ οὐχ οἱ νομοθέται μὲν οὕτως ἔχουσιν, οἱ δὲ πιστευόμενοι τὰς στρατηγίας ἑτέρως, ἀλλ' ἐν ταῖς μάχαις τὸ μέγιστόν ἐστι τῶν πα-

sunt in civitatibus : communem autem parentem putare patriam convenit, et præmia pro alimentis, ipsaque adeo legum cognitione, rependere.

8. Visus autem nemo est adeo immemor patriæ, qui in alia civitate constitutus illius curam abjiciat : sed quum iis quibus adversa in peregrinationibus obveniunt, perpetuo in animum revocant maximum bonorum esse patriam; tum quibus secunda sunt omnia, quantumvis reliquis rebus felices, tamen hoc sibi maximum putant deesse, quod patriam non inhabitant, sed peregrinantur. Ipsa enim crimen habet peregrinitas. Ac videre licet ipsos qui peregrinationis sunt tempore vel bonorum possessione, vel honorum gloria, vel eruditionis testimonio, vel laude fortitudinis illustrati sunt, in patriam tamen festinare omnes; ut qui inter meliores alios sua ostendere bona non possint. Ac tanto magis festinat unusquisque ad suam complectendam patriam, quo majoribus rebus dignati ipsum sunt alii.

9. Igitur junioribus etiam amabilis est patria : his vero qui jam pervenere ad senectutem, quanto major quam juvenibus prudentiæ portio obtigit, tanto etiam vehementius inest patriæ desiderium. Senum enim unusquisque in patria finire vitam et studet et optat, ut unde cœpit vivere, ibi rursus et altrici terræ corpus commendet, et majorum suorum monumentis inferatur. Durum enim unicuique videtur peregrinitatis damnari etiam post mortem, in terra aliena jacenti.

10. Quantum porro benevolentiæ in patriam germanis vere civibus insit, ex indigenis aliquis intelligat. Nam advenæ, velut spurii, migrationes facile suscipiunt, qui neque intelligant nomen patriæ, neque ament, sed necessariarum rerum copiam præsto sibi ubique futuram rati, mensuram felicitatis in ventris voluptatibus collocent. Quibus vero parens etiam est patria, hi amant in qua nati sunt et alti terram, licet parvam habeant, licet asperam et tenuem : et licet non habeant quam telluris virtutem commendent, laudes certe non desunt illis, quibus ornent patriam. Verum et si videant gloriantes alios campis laxis, pratisque vario plantarum genere distinctis; etiam ipsi patriæ laudem non obliviscuntur, despectaque equorum altrice terra, laudant juvenum nutriculam bonam.

11. Ac festinat in patriam aliquis insulanus etiam : adeo, quum felicem apud alios vitam liceat agere, nec oblatam sibi immortalitatem admittet, sepeliri præoptans in patria; fumusque patriæ igne apud alios ei splendidior videbitur.

12. Adeo autem carum apud omnes videtur patria, ut qui ubique fuere legum latores, eos videas maximis quibusque criminibus tanquam gravissimam imposuisse pœnam exilium. Nec vero legum modo latores in ea sunt sententia, aliter animatis exercituum ducibus : quia sub ipsa prælia ad eos, qui stant jam in acie, maximum illud

ν τοῖς παρατασσομένοις, ὡς ὑπὲρ πατρίδος
ιαὶ οὐδεὶς ὅστις ἂν ἀκούσας τούτου κακὸς
τοιεῖ γὰρ καὶ τὸν δειλὸν ἀνδρεῖον τὸ τῆς πα-
ι.

—

LXIV.

ΠΕΡΙ ΤΩΝ ΔΙΨΑΔΩΝ.

Λιβύης τὰ νότια ψάμμος ἐστὶ βαθεῖα καὶ
μένη, ἔρημος ἐπὶ πολὺ, ἀκριβῶς ἄκαρπος,
τα, οὐ χλόην οὐ πόαν οὐ φυτὸν οὐχ ὕδωρ
ί που ἄρα ἐν κοίλοις συνεστηκὸς ὑετοῦ ὀλί-
ν, παχὺ καὶ τοῦτο καὶ δυσῶδες, οὐδὲ πάνυ
ρώπῳ πότιμον. Ἀοίκητος γοῦν ἐστι διὰ
ὸς γὰρ ἂν οἰκοῖτο ἀνήμερος οὕτω καὶ ξηρὰ
οῦσα καὶ πολλῷ τῷ αὐχμῷ πιεζομένη; καὶ
ὲ αὐτὸ καὶ ὁ ἀὴρ κομιδῇ πυρώδης καὶ φλο-
ὶ ἡ ψάμμος ὑπερζέουσα παντελῶς ἄβατον
ίθησι.

μαντες μόνοι πρόσοικοι ὄντες, εὐσταλὲς καὶ
;, ἄνθρωποι σκηνῖται, ἀπὸ θήρας τὰ πολλὰ
τε οὗτοι ἐσβάλλουσι θηράσοντες ἀμφὶ τρο-
μερινὰς μάλιστα, ὕοντα τὸν θεὸν τηρήσαν-
ὸ πολὺ τοῦ καύματος σβεσθείη καὶ ἡ ψάμ-
η καὶ ἀμηγέπη βατὴ γένοιτο. Ἡ θήρα δέ
ε τῶν ἀγρίων καὶ στρουθῶν τῶν μεγάλων
καὶ πιθήκων μάλιστα καὶ ἐλεφάντων ἐνίοτε·
μόνα διαρκεῖ πρὸς τὸ δίψος καὶ ἀνέχεται
λαιπωρούμενα ὑπὸ πολλῷ καὶ ὀξεῖ τῷ ἡλίῳ.
ἱ Γαράμαντες ἐπειδὰν τὰ σιτία καταναλώ-
ἔχοντες ἀφίκοντο, ἀπελαύνουσιν ὀπίσω
ες μὴ σφίσιν ἡ ψάμμος ἀναφλεγεῖσα δύσβα-
ορος γένηται, εἶτα ὥσπερ ἐντὸς ἀρκύων
ιὶ αὐτοὶ ἀπόλωνται μετὰ τῆς ἄγρας· ἄφυκτα
ν ὁ ἥλιος ἀνασπάσας τὴν ἰκμάδα καὶ τά-
ας τὴν χώραν ὑπερζέσῃ, ἀκμαιοτέραν τὴν
βαλὼν ἅτε πρὸς τὴν νοτίδα παρατεθηγμέ-
γὰρ αὕτη τῷ πυρί.

ι ταῦτα πάντα ὁπόσα εἶπον, τὸ θάλπος, τὸ
μία, τὸ μηδὲν ἔχειν ἐκ τῆς γῆς λαβεῖν,
δυσχερῆ εἶναι δόξει τοῦ λεχθησομένου, καὶ
ι πάντως ἡ χώρα ἐκείνη· ἑρπετὰ γὰρ ποι-
τε μέγιστα καὶ πλήθει πάμπολλα καὶ τὰς
όκοτα καὶ τὸν ἰὸν ἄμαχα ἐπινέμεται τὴν
ὲν ὑποβρύχια, φωλεύοντα ἐν μυχῷ τῆς
δὲ ἄνω ἐπιπολάζοντα, φύσαλοι καὶ ἀσπίδες
καὶ κεράσται καὶ βουπρήστεις καὶ ἀκοντίαι
αιναι καὶ δράκοντες καὶ σκορπίων γένος
ὲν ἕτερον ἐπίγειόν τε καὶ πεζὸν, ὑπέρμεγα
όνδυλον, θάτερον δὲ ἐναέριον καὶ πτηνὸν,
δὲ οἷα ταῖς ἀκρίσι καὶ τέττιξι καὶ νυκτερίσι
Τοιαῦτα ὄρνεα πολλὰ ἐπιπετόμενα οὐκ
ἀπεργάζεται τὴν Λιβύην ἐκείνην.

adhortamentum est, bellum ipsis esse pro patria : neque quisquam est qui hoc audito ignavus esse velit; fortitudinem enim timido etiam addit nomen patriæ.

—

LXIV.

DE DIPSADIBUS.

1. Quæ ad austrum spectant Libyæ, arena sunt profunda, adusta tellus, deserta majorem partem, penitus infecunda, universa campestris, quæ non herbam, non gramen, non aquam habeat, aut si quæ etiam consistentes locis cavis pluviarum tenuium reliquiæ, hæ quoque crassæ et odoris mali, nec valde licet sitienti homini potabiles. Ergo propter ista inhabitabilis est : aut quomodo habitetur, quæ inculta adeo atque arida sit et sterilis, multoque squalore obsita? quum vapor ipse et aer igneus plane atque æstuosus sit, et arena fervidissima inviam omnino regionem reddat.

2. Garamantes soli accolæ, gens succincta et levis, in tabernaculis vivere soliti homines, venatu viventes plerumque; hi igitur venaturi interdum irruunt, circa ipsam brumam potissimum, observato tempore pluvio, quum ardoris major pars exstincta est et, conspersa arena, itineris copia utcumque contingit. Venatus autem est asinorum agrestium et marinorum passerum, ingentium illorum, qui humo tollere se non possunt, et simiorum maxime, et interdum elephantorum : hæc enim sola durant ad sitim, et vexationem a multo acutoque sole diu sustinent. Et tamen Garamantes, consumtis cibariis, quibuscum venerant, celeriter revertuntur, veriti ne sibi accensa rursus arena transitum vel difficilem reddat, vel plane neget, ac deinde velut intra retia deprehensi cum captura ipsi sua pereant : neque enim ulla superest effugiendi ratio, ubi sol sursum tracto humore, exsiccataque celeriter regione, vehementer exarsit, radios jaculatus fortiores, quippe ab ipso humore acutos, qui alimentum igni præstat.

3. Quanquam ista quæ adhuc commemoravi omnia, vapor, sitis, solitudo, inopia copiarum terrestrium, minus vobis difficilia videbuntur eo quod sum dicturus, et propter quod fugienda omnino ista regio est. Serpentes nempe varii, magnitudine ingentes, plurimi numero, formis peregrini, veneno armati invicto, terram pascuntur; partim submersi, nido in arenæ recessibus defosso; alii in summo versantur, bufones, et aspides, et viperæ, et cerastæ, et buprestes, et jaculi, et amphisbænæ, et dracones, et scorpionum genus duplex, terrestre alterum, pedestre, ingens, vertebras habens multas; aerium alterum et volucre, membranaceis alis instructum, quales sunt locustis et cicadis et vespertilionibus alæ. Id genus volucres oberrantes multæ difficilem accessu reddunt illam Libyam.

4. Τὸ δὲ δὴ πάντων ἑρπετῶν δεινότατον ὧν ἡ ψάμμος τρέφει, ἡ διψάς ἐστιν, ὄφις οὐ πάνυ μέγας, ἐχίδνῃ ὅμοιος, τὸ δῆγμα βίαιος, τὸν ἰὸν ταχὺς, ὀδύνας μὲν ἀλήκτους ἐπάγων εὐθύς· ἐκκάει τε γὰρ καὶ σήπει καὶ πίμπρασθαι ποιεῖ, καὶ βοῶσιν ὥσπερ οἱ ἐν πυρᾷ κείμενοι. Τὸ δὲ μάλιστα καταπονοῦν καὶ κατατρῦχον αὐτοὺς ἐκεῖνό ἐστιν, ὁμώνυμον πάθος τῷ ἑρπετῷ· διψῶσι γὰρ εἰς ὑπερβολὴν, καὶ τὸ παραδοξότατον, ὅσῳπερ ἂν πίνωσι, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγονται τοῦ ποτοῦ, καὶ ἡ ἐπιθυμία πολὺ πλέον ἐπιτείνεται αὐτοῖς· οὐδ' ἂν σβέσειάς ποτε τὸ δίψος, οὐδ' ἢν τὸν Νεῖλον αὐτὸν ἢ τὸν Ἴστρον ὅλον ἐκπιεῖν παράσχῃς, ἀλλὰ προσεκκαύσεις ἐπάρδων τὴν νόσον, ὥσπερ ἂν εἴ τις ἐλαίῳ πῦρ κατασβεννύοι.

5. Λέγουσιν ἰατρῶν παῖδες ἐκείνην τὴν αἰτίαν εἶναι, παχὺν τὸν ἰὸν ὄντα ἔπειτα δευόμενον τῷ ποτῷ ὀξυκίνητον γίγνεσθαι, ὑγρότερον, ὡς τὸ εἰκὸς, καθιστάμενον καὶ ἐπὶ πλεῖστον διαχεόμενον.

6. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐδένα τοῦτο πεπονθότα εἶδον, μηδὲ, ὦ θεοὶ, ἴδοιμι οὕτω κολαζόμενον ἄνθρωπον, ἀλλ' οὐδὲ ἐπέβην τῆς Λιβύης τὸ παράπαν εὖ ποιῶν· ἐπίγραμμα δέ τι ἤκουσα, ὅ μοι τῶν ἑταίρων τις ἔλεγεν αὐτὸς ἐπὶ στήλης ἀνεγνωκέναι ἀνδρὸς οὕτως ἀποθανόντος· ἐκ Λιβύης ἔφη ἀπιὼν ἐς Αἴγυπτον παρὰ τὴν μεγάλην Σύρτιν ποιεῖσθαι τὴν πορείαν· οὐ γὰρ εἶναι ἄλλως· ἔνθα δὴ τάφῳ ἐντυχεῖν παρὰ τὴν ἠόνα ἐπ' αὐτῷ τῷ κλύσματι καὶ στήλην ἐφεστάναι δηλοῦσαν τοῦ ὀλέθρου τὸν τρόπον· κεκολάφθαι γὰρ ἐπ' αὐτῇ ἄνθρωπον μέν τινα οἷον τὸν Τάνταλον γράφουσιν ἐν λίμνῃ ἑστῶτα καὶ ἀρυόμενον τοῦ ὕδατος, ὡς πίοι δὴ, τὸ θηρίον δὲ τὴν διψάδα ἐμπεφυκὸς αὐτῷ περιεσπειρᾶσθαι τῷ ποδὶ, καί τινας γυναῖκας ὑδροφορούσας ἅμα πολλὰς καταχεῖν τὸ ὕδωρ αὐτοῦ· πλησίον δὲ ᾠὰ κεῖσθαι οἷα τῶν στρουθῶν ἐκείνων, οὓς ἔφην θηρᾶν τοὺς Γαράμαντας· γεγράφθαι δὲ πρὸς τοὐπίγραμμα, οὐ χεῖρον δὲ καὶ αὐτὸ εἰπεῖν,

Τοῖα παθόντ', οἶμαι, καὶ Τάνταλον αἴθοπος ἰοῦ
  μηδαμὰ κοιμῆσαι διψαλέην ὀδύνην.
Καὶ Δαναοῖο κόρας τοῖον πίθον οὐκ ἀναπλῆσαι
  αἰὲν ἐπαντλούσας ὑδροφόρῳ καμάτῳ.

Ἔτι καὶ ἄλλα ἔπη τέτταρά ἐστι περὶ τῶν ᾠῶν, καὶ ὡς ἀναιρούμενος αὐτὰ ἐδήχθη· ἀλλ' οὐκέτι μέμνημαι ἐκείνων.

7. Συλλέγουσι δὲ ἄρα τὰ ᾠὰ καὶ ἐσπουδάκασι περὶ αὐτὰ οἱ περίοικοι, οὐχ ὡς φαγεῖν μόνον, ἀλλὰ καὶ σκεύεσι χρῶνται κενώσαντες καὶ ἐκπώματα ποιοῦνται ἀπ' αὐτῶν· οὐ γὰρ ἔχουσι κεραμεύειν διὰ τὸ ψάμμον εἶναι τὴν γῆν. Εἰ δὲ καὶ μεγάλα εὑρεθείη, καὶ πῖλοι γίγνονται δύο ἐκ τοῦ ᾠοῦ ἑκάστου· τὸ γὰρ ἡμίτομον ἑκάτερον ἀποχρῶν τῇ κεφαλῇ πῖλός ἐστιν.

8. Ἐκεῖ τοίνυν λοχῶσιν αἱ διψάδες παρὰ τὰ ᾠὰ, καὶ ἐπειδὰν προσέλθῃ ὁ ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ψάμμου ἐξερπύσασαι δάκνουσι τὸν κακοδαίμονα· ὁ δὲ πάσχει ἐκεῖνα τὰ μικρὸν ἔμπροσθεν εἰρημένα πίνων ἀεὶ καὶ μᾶλλον διψῶν καὶ πιμπλάμενος οὐδέποτε.

4. Bestiarum vero quæcumque ea nutrit arena, sævissima est dipsas, serpens non ita magnus, viperæ similis, morsu violento, veneno celeri, immedicabiles statim dolores afferens : nam exurit, et putredinem inducit, et ut ardeant morsi efficit; qui clamant, velut qui in igne jacent. Quæ autem maxime illos conficit atque atterit, illa est affectio, a qua nomen accepit ille serpens : nam sitiunt supra modum; quodque maxime mirum est, quo plus biberunt, tanto magis potum appetunt, multoque acrius intenditur eorum bibendi cupiditas : neque unquam exstinxeris sitim, nec si Nilum ipsum, totumve Istrum ebibendum iis præbeas, sed ipsa illa irrigatione morbum accendas, velut si quis oleo exstinguere ignem tentet.

5. Aiunt medicorum filii istam esse causam, venenum illud natura crassum, potu deinde dilui et moveri celerius, quippe quod liquidius sic fiat, ut probabile est, et diffundatur maxime.

6. Equidem neminem vidi cui hoc acciderit, neque, dii boni! videam hominem qui talibus crucietur suppliciis: sed, bono consilio, pedem nunquam omnino intuli in Libyam; verum epigramma audivi, quod in cippo se legisse viri hoc modo defuncti sodalium aliquis mihi dixit, qui e Libya, sic narrabat, dum in Ægyptum transit, iterque facit ad Syrtim majorem (neque enim posse aliter); ibi in tumulum incidit, ad oram maris, in ipso litore : huic impositam ait columellam, quæ rationem interitus declaret. Insculptum enim in illa hominem, qualem pingunt Tantalum, stantem in palude, haurientemque de aqua, bibendi nempe gratia : bestiam vero dipsada adhærescentem ipsi ac pedi implexam, et mulieres quasdam, aquam afferentes simul multas, ea hominem perfundere. In proximo autem ova jacere, qualia illorum struthiocamelorum, quos venantur, ut dixi, Garamantes. Scriptum autem esse in epigrammate : imo nihil prohibet recitare ipsum :

Fallor, an hæc talis de nigro accensa veneno,
  Tantale, vexavit te sine fine sitis?
Tale olim, proles Danai numerosa, replere
  frustrato te haustu vas voluisse, reor.

Adhuc alii versiculi quattuor sunt de ovis, et ut, dum tollit illa, morsus sit; sed eorum non amplius memini.

7. Colligunt nimirum ova illa accolæ studiose non in cibium modo, sed evacuatis etiam utuntur in supellectile, et pocula sibi inde faciunt, quum fingere de luto non possint, quoniam mera arena illorum solum est. Si vero satis magna inveniantur, etiam pilei ex unoquoque ovo bini parantur : dimidiatum enim ovum unumquodque capiti quum sufficiat, pileus est.

8. Ibi ergo insidiantur apud ova dipsades : et quum accedit homo, prorepentes de arena mordent miserum : at illi eveniunt ea quæ paullo ante dicta sunt, ut bibat semper, et magis inde sitiat, et satietur nunquam.

9. Ταυτὶ οὐ μὰ Δία πρὸς Νίκανδρον τὸν ποιητὴν φιλοτιμούμενος διεξῆλθον, οὐδ' ὅπως ὑμεῖς μάθοιτε ὡς οὐκ ἀμελὲς γεγένηταί μοι φύσεις τῶν Λιβυκῶν ἑρπετῶν εἰδέναι· ἰατρῶν γὰρ ἂν μᾶλλον ὁ ἔπαινος εἴη, οἷς ἀνάγκη εἰδέναι ταῦτα, ὡς καὶ ἀμύνασθαι αὐτὰ μετὰ τῆς τέχνης ἔχοιεν· ἀλλά μοι δοκῶ — καὶ πρὸς φιλίου μὴ δυσχεράνητε τὴν εἰκόνα θηριώδη οὖσαν — ὅμοιόν τι καὶ αὐτὸς παθεῖν πρὸς ὑμᾶς οἷον ἐκεῖνοι πάσχουσι πρὸς τὸ ποτὸν οἱ δηχθέντες ὑπὸ τῆς διψάδος· ὅσῳ γὰρ ἂν ἐπὶ πλέον παρίω ἐς ὑμᾶς, τοσούτῳ μᾶλλον ὀρέγομαι τοῦ πράγματος καὶ τὸ δίψος ἄσχετον ὑπεκκάεταί μοι καὶ ἔοικα οὐδ' ἐμπλησθήσεσθαί ποτε τοῦ τοιούτου ποτοῦ. Καὶ μάλα εἰκότως. Ποῦ γὰρ ἂν οὕτω διειδεῖ τε καὶ καθαρῷ ὕδατι ἐντύχοιμι; ὥστε σύγγνωτε, εἰ δηχθεὶς καὶ αὐτὸς τὴν ψυχὴν ἡδίστῳ τούτῳ καὶ ὑγιεινοτάτῳ τῷ δήγματι ἐμφοροῦμαι χανδὸν ὑποθεὶς τῷ κρουνῷ τὴν κεφαλήν· εἴη μόνον μὴ ἐπιλιπεῖν τὰ παρ' ὑμῶν ἐπιρρέοντα μηδὲ χυθεῖσαν τὴν σπουδὴν τῆς ἀκροάσεως κεχηνότα ἔτι καὶ διψῶντα καταλιπεῖν· ὡς δίψους γε ἕνεκα τοὐμοῦ πρὸς ὑμᾶς οὐδὲν ἂν ἐκώλυε πίνειν ἀεί· κατὰ γὰρ τὸν σοφὸν Πλάτωνα κόρος οὐδεὶς τῶν καλῶν.

LXV.

ΔΙΑΛΕΞΙΣ ΠΡΟΣ ΗΣΙΟΔΟΝ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Ἀλλὰ ποιητὴν μὲν ἄριστον εἶναί σε, ὦ Ἡσίοδε, καὶ τοῦτο παρὰ Μουσῶν λαβεῖν μετὰ τῆς δάφνης αὐτός τε δεικνύεις ἐν οἷς ποιεῖς — ἔνθεα γὰρ καὶ σεμνὰ πάντα — καὶ ἡμεῖς πιστεύομεν οὕτως ἔχειν· ἐκεῖνο δὲ ἀπορῆσαι ἄξιον, τί δήποτε προειπὼν ὑπὲρ σαυτοῦ, ὡς διὰ τοῦτο λάβοις τὴν θεσπέσιον ἐκείνην ᾠδὴν παρὰ τῶν θεῶν, ὅπως κλείοις καὶ ὑμνοίης τὰ παρεληλυθότα καὶ θεσπίζοις τὰ ἐσόμενα, θάτερον μὲν καὶ πάνυ ἐντελῶς ἐξενήνοχας θεῶν τε γενέσεις διηγούμενος ἄχρι καὶ τῶν πρώτων ἐκείνων, χάους καὶ γῆς καὶ οὐρανοῦ καὶ ἔρωτος, ἔτι δὲ γυναικῶν ἀρετὰς καὶ παραινέσεις γεωργικάς, καὶ ὅσα περὶ Πλειάδων καὶ ὅσα περὶ καιρῶν ἀρότου καὶ ἀμήτου καὶ πλοῦ καὶ ὅλως τῶν ἄλλων ἁπάντων· θάτερον δὲ καὶ ὃ χρησιμώτερον ἦν τῷ βίῳ παρὰ πολὺ καὶ θεῶν δωρεαῖς μᾶλλον ἐοικός, λέγω δὲ τὴν τῶν μελλόντων προαγόρευσιν, οὐδὲ τὴν ἀρχὴν ἐξαπέφηνας, ἀλλὰ τὸ μέρος τοῦτο πᾶν λήθῃ παραδέδωκας οὐδαμοῦ τῆς ποιήσεως ἢ τὸν Κάλχαντα ἢ τὸν Τήλεμον ἢ τὸν Πολύϊδον ἢ καὶ Φινέα μιμησάμενος, οἳ μηδὲ παρὰ Μουσῶν τούτου τυχόντες ὅμως προεθέσπιζον καὶ οὐκ ὤκνουν χρᾶν τοῖς δεομένοις.

2. Ὥστε ἀνάγκη σοι τῶν τριῶν τούτων αἰτιῶν μιᾷ γε πάντως ἐνέχεσθαι· ἢ γὰρ ἐψεύσω, εἰ καὶ πικρὸν εἰπεῖν, ὡς ὑποσχομένων σοι τῶν Μουσῶν καὶ τὰ μέλλοντα προλέγειν δύνασθαι· ἢ αἱ μὲν ἔδοσαν ὥσπερ ὑπέσχοντο, σὺ δὲ ὑπὸ φθόνου ἀποκρύπτεις καὶ ὑπὸ κόλπου φυλάττεις τὴν δωρεὰν οὐ μεταδιδοὺς αὐτῆς τοῖς δεομένοις· ἢ

9. Hæc, ita me Jupiter, non contendendi quodam adversus Nicandrum poetam studio a me dicta sunt, neque uti vos cognosceretis nonnihil me curæ in discendis serpentium Libycorum ingeniis posuisse; ista enim medicorum magis laus fuerit, quibus scire talia necesse est, ut etiam depellere illa ex arte possint: verum ego mihi videor (ac, per ego vos amicitiæ præsidem Jovem rogo, nolite offendi transumta a bestiis imagine) similiter erga vos affectus et ipse, atque illi a dipsade morsi ad potum affecti sunt: quo frequentius enim prodeo in conspectum vestrum, tanto magis ejus rei sum cupidus, sitisque me urit, quæ reprimi nullo modo potest, neque unquam illo satiari posse potu mihi videor. Neque hoc injuria. Ubi enim in aquam pellucidam adeo et puram incidam? Itaque ignoscite, si morsus et ipse in animo meo morsum istum suavissimum saluberrimumque, pleno me haustu, caput salienti supponens, ingurgitem. Modo illud mihi contingat, ne, quæ a vobis affluunt, deficiant, neque exhaustum vestrum audiendi studium hiantem me et sitientem adhuc destituat. Quantum quidem ad meam vestri sitim attinet, nihil obstat quominus semper bibam: Platone enim auctore sapientissimo, pulchrorum nulla satietas.

LXV.

DISPUTATIO CUM HESIODO.

1. LUCINUS. Verum enim vero poetam quidem optimum esse te, Hesiode, idque a Musis una cum lauro accepisse, et ipse tuis in carminibus ostendis (divina enim omnia atque augusta), et nos, ita rem se habere, credimus: de illo vero disceptare fas fuerit, quid tandem sit quod, quum de te ipso prædixisses, hanc te ob causam divinum illum a diis cantum accepisse, uti celebrares cantaresque præterita, ac divinares futura; alterum quidem, idque perfecte omnino sis exsecutus, deorum generationibus enarrandis usque ad prima illa, Chaos, Tellurem, Cœlum et Amorem; insuper etiam mulierum commemorandis virtutibus, et præceptis agriculturæ, et quæ de Pleiadibus, ac de temporibus arandi, messis, navigationis, reliquarumque rerum omnium dici possunt: alterum vero, quod multo utilius futurum erat vitæ et deorum muneribus magis simile, dico autem futurarum rerum prædictionem, plane non ostenderis, sed parte illa simpliciter oblivioni tradita, nusquam tua in poesi vel Calchantem, vel Telemum, vel Polyidum, vel Phineum adeo sis imitatus, qui non consecuti illud a Musis, tamen divinarunt, neque oracula reddere consulentibus dedignati sunt.

2. Itaque trium horum criminum in uno hæreas omnino necesse est: aut enim, quantumvis id dictu amarum fuerit, mentitus es Musas promisisse tibi futura prædicendi facultatem; aut illæ dederunt, sicut fuere pollicitæ, at tu præ invidia occultas, in sinuque absconditum servas munus, non impertiens illud indigentibus; aut scripta quidem tibi

γέγραπται μέν σοι καὶ τοιαῦτα πολλὰ, οὐδέπω δὲ αὐτὰ τῷ βίῳ παραδέδωκας οὐκ οἶδα εἰς ὃν καιρόν τινα ἄλλον ταμιευόμενος τὴν χρῆσιν αὐτῶν. Ἐκεῖνο μὲν γὰρ οὐδὲ τολμήσαιμ' ἂν εἰπεῖν, ὡς αἱ Μοῦσαι δύο σοι παρέξειν ὑποσχόμεναι τὸ μὲν ἔδοσαν, ἐξ ἡμισείας δὲ ἀνεκαλέσαντο τὴν ὑπόσχεσιν, λέγω δὲ τὴν τῶν μελλόντων γνῶσιν, καὶ ταῦτα προτέραν αὐτὴν ἐν τῷ ἔπει ὑπεσχημέναι.

3. Ταῦτα οὖν παρὰ τίνος ἄλλου, Ἡσίοδε, ἢ παρ' αὐτοῦ σοῦ μάθοι τις ἄν; πρέποι γὰρ ἂν, ὥσπερ οἱ θεοὶ « δωτῆρες ἐάων » εἰσὶν, οὕτω δὲ καὶ ὑμῖν τοῖς φίλοις καὶ μαθηταῖς αὐτῶν μετὰ πάσης ἀληθείας ἐξηγεῖσθαι περὶ ὧν ἴστε καὶ λύειν ἡμῖν τὰς ἀπορίας.

4. ΗΣΙΟΔΟΣ. Ἐνῆν μέν μοι, ὦ βέλτιστε, ῥᾳδίαν ἀπόκρισιν ἀποκρίνασθαί σοι περὶ ἁπάντων, ὅτι μηδέν ἐστι τῶν ἐρραψῳδημένων ὑπ' ἐμοῦ ἴδιον ἐμὸν, ἀλλὰ τῶν Μουσῶν, καὶ ἐχρῆν σε παρ' ἐκείνων τοὺς λογισμοὺς τῶν τε εἰρημένων καὶ τῶν παραλελειμμένων ἀπαιτεῖν· ἐγὼ δὲ ὑπὲρ μὲν ὧν ἰδίᾳ ἠπιστάμην, λέγω δὲ τοῦ νέμειν καὶ ποιμαίνειν καὶ ἐξελαύνειν καὶ βδάλλειν καὶ τῶν ἄλλων ὅσα ποιμένων ἔργα καὶ μαθήματα, δίκαιος ἂν εἴην ἀπολογεῖσθαι, αἱ θεαὶ δὲ τὰς αὐτῶν δωρεὰς οἷς τε ἂν ἐθέλωσι καὶ ἐφ' ὅσον ἂν οἴωνται καλῶς ἔχειν, μεταδιδόασιν.

5. Ὅμως δὲ οὐκ ἀπορήσω πρὸς σὲ καὶ ποιητικῆς ἀπολογίας· οὐ γὰρ, οἶμαι, χρὴ παρὰ τῶν ποιητῶν ἐς τὸ λεπτότατον ἀκριβολογουμένους ἀπαιτεῖν κατὰ συλλαβὴν ἑκάστην ἐντελῆ πάντως τὰ εἰρημένα, κἂν εἴ τι ἐν τῷ τῆς ποιήσεως δρόμῳ παραρρυὲν λάθῃ, πικρῶς τοῦτο ἐξετάζειν, ἀλλ' εἰδέναι ὅτι πολλὰ ἡμεῖς καὶ τῶν μέτρων ἕνεκα καὶ τῆς εὐφωνίας ἐπεμβάλλομεν· τὰ δὲ καὶ τὸ ἔπος αὐτὸ πολλάκις λεῖα ὄντα οὐκ οἶδ' ὅπως παρεδέξατο. Σὺ δὲ τὸ μέγιστον ὧν ἔχομεν ἀγαθῶν ἀφαιρῇ ἡμᾶς, λέγω δὲ τὴν ἐλευθερίαν καὶ τὴν ἐν τῷ ποιεῖν ἐξουσίαν, καὶ τὰ μὲν ἄλλα οὐχ ὁρᾷς ὅσα τῆς ποιήσεως καλὰ, σκινδαλάμους δὲ καὶ ἀκάνθας τινὰς ἐκλέγεις καὶ λαβὰς τῇ συκοφαντίᾳ ζητεῖς. Ἀλλ' οὐ μόνος ταῦτα σὺ οὐδὲ κατ' ἐμοῦ μόνου, ἀλλὰ πολλοὶ καὶ ἄλλοι τὰ τοῦ ὁμοτέχνου τοῦ ἐμοῦ Ὁμήρου κατακνίζουσι λεπτὰ οὕτω κομιδῇ καὶ μάλιστα μικρὰ ἄττα διεξιόντες.

6. Εἰ δὲ καὶ χρὴ ὁμόσε χωρήσαντα τῇ αἰτίᾳ τὴν ὀρθοτάτην ἀπολογίαν ἀπολογήσασθαι, ἀνάγνωθι, ὦ οὗτος, τὰ Ἔργα μου καὶ τὰς Ἡμέρας· εἴσῃ γὰρ ὅσα ἐν τῷ ποιήματι τούτῳ μαντικῶς ἅμα καὶ προφητικῶς προτεθέσπισταί μοι τὰς ἀποβάσεις προδηλοῦντα τῶν τε ὀρθῶς καὶ κατὰ καιρὸν πραττομένων καὶ τῶν παραλελειμμένων τὰς ζημίας. Καὶ τὸ

Οἴσεις δ' ἐν φορμῷ, παῦροι δέ σε θηήσονται,

καὶ πάλιν ὅσα ἀγαθὰ περιέσται τοῖς ὀρθῶς γεωργοῦσι, χρησιμωτάτη ἂν τῷ βίῳ μαντικὴ νομίζοιτο.

7. ΛΥΚ. Τοῦτο μὲν οὖν, ὦ θαυμαστὲ Ἡσίοδε, καὶ πάνυ ποιμενικὸν εἴρηταί σοι καὶ ἐπαληθεύειν ἔοικας τὴν τῶν Μουσῶν ἐπίπνοιαν αὐτὸς οὐδ' ἀπολογεῖσθαι ὑπὲρ τῶν ἐπῶν δυνάμενος, ἡμεῖς δὲ οὐ ταύτην τὴν

sunt etiam in hoc genere multa, tu vero nondum ea sæculo tradidisti, quum usum eorum ad nescio quod aliud tempus reponas. Illud enim neque ausim dicere, Musas, duo tibi quum præstituras se promiserint, alterum quidem dedisse, ex dimidia vero parte promissionem suam, de futurorum cognitione loquor, revocasse, quum tamen priorem illam in versu pollicitæ essent.

3. Ista ergo a quonam alio, Hesiode, quam ab ipso te, aliquis possit discere? Decuerit enim, quemadmodum ipsi dii bonorum sunt auctores; ita etiam vos illorum amicos atque discipulos cum veritate omni quæ nostis enarrare, et si qua nobis videntur dubia, ea resolvere.

4. HESIODUS. Licebat mihi, vir optime, facili responsione defungi super omnibus, nihil esse eorum carminum, quæ a me consuta sunt, mihi proprium, sed Musarum; ab his proinde rationem dictorum pariter et prætermissorum tibi esse poscendam; me vero de his, quæ per me sciebam, de pascendo, inquam, curandoque grege, et exigendo, et mulgendo, reliquisque quæ pastorum opera sunt ac disciplina, causam dicere merito: deæ tamen sua munera, quibuscumque volunt, et in quantum decere putant, impertiuntur.

5. Interim tamen neque poetica mihi apud te defensio defuerit. Neque enim, puto, decet a poetis tenuiter nimis et minuto studio reposcere, syllabarum tenus omnium, perfecta omnino quæ dixere, et si quid in ipso poeseos cursu non animadversum effluxerit, acerbe illud exigere; verum scire multa nos et modulorum causa et soni inculcare: quædam autem versus ipse sæpe, utpote lævia ac polita, nescio quomodo assumit. At tu maximo nos nostro bono is privatum, libertatem dico et in fingendo potestatem; et cetera quidem in poesi quæ sunt pulchra non vides; sed ramenta quædam et spinas eligis, ansasque quæris calumniæ. Neque vero solus tu talia, neque contra me solum, sed multi etiam alii sunt qui Homeri, eandem mecum artem professi, carmina vellicent, hujusmodi tenuia prorsus et minuta quædam præ ceteris disputantes.

6. Si vero opus est cominus etiam congredi cum crimine, et eam dicere causam quæ verissima est, lege, tu homo, Opera mea ac Dies. Intelliges enim quot res in illo carmine divine et tanquam a vate prædictæ a me sint, quæ exitus præsignificent tum eorum quæ recte et suo tempore peraguntur, tum illorum quæ prætermissa sunt noxas. Jam illud,

Corbe feres raro, rarus tibi et accola plaudet;

et rursus quæ bona recte colentibus agrum superfutura sint, utilissima vitæ divinatio jure habeatur.

7. LYC. Istud quidem, vir admirabilis Hesiode, plane pro pastore a te dictum est, viderisque confirmare illum Musarum afflatum, qui neque causam dicere pro versibus possis: at non istam nos quidem divinationem a te ac Mu-

μαντικὴν παρὰ σοῦ καὶ τῶν Μουσῶν περιεμένομεν· ἐπεὶ τά γε τοιαῦτα πολὺ μαντικώτεροι ὑμῶν οἱ γεωργοὶ, καὶ ἄριστα μαντεύσαιντ' ἂν ἡμῖν περὶ αὐτῶν, ὅτι ὕσαντος μὲν τοῦ θεοῦ εὐθαλῆ ἔσται τὰ δράγματα, ἢν δὲ αὐχμὸς ἐπιλάβῃ καὶ διψήσωσιν αἱ ἄρουραι, οὐδεμία μηχανὴ μὴ οὐχὶ λιμὸν ἐπακολουθῆσαι τῷ δίψει αὐτῶν, καὶ ὅτι οὐ μεσοῦντος θέρους χρὴ ἀροῦν, ἢ οὐκ ἄν τι ὄφελος γένοιτο εἰκῆ ἐκχυθέντων τῶν σπερμάτων, οὐδὲ ἀμᾶν ἔτι χλωρὸν τὸν στάχυν, ἢ κενὸν εὑρεθήσεσθαι τὸν καρπόν. Οὐ μὴν οὐδ' ἐκεῖνο μαντείας δεῖται, ὡς ἢν μὴ καλύψῃς τὰ σπέρματα καὶ θεράπων μακέλλην ἔχων ἐπιφορῇ τῆς γῆς αὐτοῖς, καταπτήσεται τὰ ὄρνεα καὶ προκατεδεῖται τὴν ἅπασαν τοῦ θέρους ἐλπίδα.

8. Τὰ γὰρ τοιαῦτα παραινέσεις μὲν καὶ ὑποθήκας λέγων οὐκ ἄν τις ἁμαρτάνοι, μαντικῆς δὲ πάμπολυ ἀποδεῖν μοι δοκεῖ, ἧς τὸ ἔργον τὰ ἄδηλα καὶ οὐδαμῇ οὐδαμῶς φανερὰ προγιγνώσκειν, ὥσπερ τὸ τῷ Μίνωϊ προειπεῖν ὅτι ἐν τῷ τοῦ μέλιτος πίθῳ ὁ παῖς ἔσται αὐτῷ ἀποπεπνιγμένος, καὶ τὸ τοῖς Ἀχαιοῖς προμηνῦσαι τῆς Ἀπόλλωνος ὀργῆς τὴν αἰτίαν καὶ τῷ δεκάτῳ ἔτει ἁλώσεσθαι τὸ Ἴλιον· ταῦτα γὰρ ἡ μαντική. Ἐπεὶ καὶ τὰ τοιαῦτα εἴ τις αὐτῇ ἀνατιθείη, οὐκ ἂν φθάνοι κἀμὲ μάντιν λέγων· προερῶ γὰρ καὶ προθεσπιῶ καὶ ἄνευ Κασταλίας καὶ δάφνης καὶ τρίποδος Δελφικοῦ, ὅτι ἂν γυμνὸς τοῦ κρύους περινοστῇ τις ὕοντος προσέτι ἢ χαλαζῶντος τοῦ θεοῦ, ἠπίαλος οὐ μικρὸς ἐπιπεσεῖται τῷ τοιούτῳ, καὶ τὸ ἔτι γε τούτου μαντικώτερον, ὅτι καὶ θέρμη μετὰ ταῦτα, ὡς τὸ εἰκὸς, ἐπιγενήσεται, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα, ὧν γελοῖον ἂν εἴη μεμνῆσθαι.

9. Ὥστε τὰς μὲν τοιαύτας ἀπολογίας καὶ μαντείας ἄφες· ἐκεῖνο δὲ ὃ εἴρηκας ἐν ἀρχῇ ἴσως παραδέξασθαι ἄξιον, ὡς οὐδὲν ᾔδεισθα τῶν λεγομένων, ἀλλά τις ἔμπνοια δαιμόνιος ἐνεποίει σοι τὰ μέτρα, οὐ πάνυ οὐδὲ ἐκείνη βέβαιος οὖσα· οὐ γὰρ ἂν τὰ μὲν ἐπετέλει τῶν ὑπεσχημένων, τὰ δ' ἀτελῆ ἀπελίμπανεν.

LXVI.

ΠΛΟΙΟΝ Η ΕΥΧΑΙ.

1. ΛΥΚΙΝΟΣ. Οὐκ ἐγὼ ἔλεγον ὅτι θᾶττον τοὺς γῦπας ἕωλος νεκρὸς ἐν φανερῷ κείμενος ἢ θέαμά τι τῶν παραδόξων Τιμόλαον διαλάθοι, κἂν εἰς Κόρινθον δέῃ ἀπνευστὶ θέοντα ἀπιέναι διὰ τοῦτο; οὕτω φιλοθεάμων σύ γε καὶ ἄοκνος τὰ τοιαῦτα.

ΤΙΜΟΛΑΟΣ. Τί γὰρ ἔδει καὶ ποιεῖν, ὦ Λυκῖνε, σχολὴν ἄγοντα πυθόμενον οὕτως ὑπερμεγέθη ναῦν καὶ πέρα τοῦ μέτρου ἐς τὸν Πειραιᾶ καταπεπλευκέναι μίαν τῶν ἀπ' Αἰγύπτου εἰς Ἰταλίαν σιταγωγῶν; Οἶμαι δὲ καὶ σφὼ, σέ τε καὶ Σάμιππον τουτονὶ, μὴ κατ' ἄλλο τι ἐξ ἄστεως ἥκειν ἢ ὀψομένους τὸ πλοῖον.

ΛΥΚ. Νὴ Δία, καὶ Ἀδείμαντος ὁ Μυρρινούσιος εἵπετο μεθ' ἡμῶν, ἀλλ' οὐκ οἶδ' ὅπου νῦν ἐκεῖνός ἐστιν

sis exspectabamus; quum ad talia multo vobis diviniores sint rustici, et optime nobis de illis rebus vaticinentur, velut, si pluat deus, copia florentes fore manipulos; si vero æstus invadat, sitiantque arva, fieri non posse quin fames sitim illorum consequatur; neque oportere media æstate arare, alioquin nihil inde utilitatis exoriturum, fusis frustra seminibus; neque metendum spicam adhuc viridem, alioquin vanum inventum iri fructum. Neque etiam divinatione ad illud opus est, nisi obruas semina et ligone armatus servus terram iis inducat, devolaturas aves, omnemque spem æstatis interceptam devoraturas.

8. Talia enim si quis præcepta dicat aut monita, non peccaverit; a divinatione autem plurimum abesse hæc mihi videntur, cujus sit obscura et nullo usquam modo manifesta ante cognoscere : quale est illud quum Minoi prædictum est, in dolio mellis suffocatum iri illius filium, et quum præsignificata Achivis causa irarum Apollinis, itemque anno decimo captum iri Ilium. Hæc enim sunt divinatio. Alioqui si ista quoque superiora ad divinationem aliquis referat, ocyus me quoque vatem dicat : prædicam enim ac divinabo, idque sine Castalia et lauru et tripode Delphico, si quis nudus in frigore obambulet, pluvias insuper aut grandines fundente deo, hunc talem rigor cum tremore non parvus ¡nvadet : et quod magis adhuc divinum est, etiam calor postea, ut probabile est, superveniet, et multa in hoc genere, quorum meminisse ridiculum fuerit.

9. Itaque hoc genus defensionis et divinationum omitte. Illud vero, quod initio dicebas, forte dignum fuerit quod recipiatur, nihil te scivisse eorum quæ diceres, sed afflatu quodam divino subjecta tibi esse carmina, quanquam ne illud quidem satis firmum est : neque enim ille alia quidem promissorum impleturus erat, alia vero imperfecta relicturus.

LXVI.

NAVIGIUM SEU VOTA.

1. LYCINUS. Nonne dicebam ego, facilius posse fieri ut vultures effugiat jacens in propatulo antiquum cadaver, quam Timolaum mirabilis spectaculi aliquid, etsi uno spiritu Corinthum abire curriculo propter illud oporteat? adeo tu spectaculorum avidus et impiger ad talia.

TIMOLAUS. Quid enim agendum erat, Lycine, homini otioso, qui audisset ingentem adeo et immensam plane navem in Piræeo appulsam, de illarum numero unam, quæ annonam ex Ægypto in Italiam advehunt? Puto autem vos quoque, te, inquam, et Samippum hunc, non alia quam spectandæ hujus navis causa ex urbe venisse.

LYC. Sic est, per Jovem; atque Adimantus etiam sequebatur nos Myrrhinusius : verum ubi ille nunc sit, nescio,

ἀποπλανηθεὶς ἐν τῷ πλήθει τῶν θεατῶν· ἄχρι μὲν γὰρ τῆς νεὼς ἅμα ἤλθομεν καὶ ἀνιόντες ἐς αὐτὴν σὺ μέν, οἶμαι, Σάμιππε, προήεις, μετὰ σὲ δὲ ὁ Ἀδείμαντος ἦν, εἶτ' ἐγὼ μετ' ἐκεῖνον ἐχόμενος αὐτοῦ ἀμφοτέραις, καί με διὰ τῆς ἀποβάθρας ὅλης παρέπεμψε χειραγωγῶν ὑποδεδεμένον ἀνυπόδητος αὐτὸς ὤν, τὸ ἀπὸ τούτου δὲ οὐκέτι αὐτὸν εἶδον οὔτε ἔνδον οὔτε ἐπεὶ κατεληλύθαμεν.

2. ΣΑΜΙΠΠΟΣ. Οἶσθα, ὦ Λυκῖνε, ὅπου ἡμᾶς ἀπέλιπεν; ὁπότε, οἶμαι, τὸ ὡραῖον ἐκεῖνο μειράκιον ἐκ τῆς θαλάμης προῆλθε τὸ τὴν καθαρὰν ὀθόνην ἐνδεδυκός, ἀναδεδεμένον εἰς τοὐπίσω τὴν κόμην ἐπ' ἀμφότερα τοῦ μετώπου ἀπηγμένην. Εἰ τοίνυν ἐγὼ Ἀδείμαντον οἶδα, οἶμαι, γλαφυρὸν οὕτω θέαμα ἐκεῖνος ἰδὼν μακρὰ χαίρειν φράσας τῷ Αἰγυπτίῳ ναυπηγῷ περιηγουμένῳ τὸ πλοῖον παρέστηκε δακρύων, ὥσπερ εἴωθε· ταχύδακρυς γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐς τὰ ἐρωτικά.

ΛΥΚ. Καὶ μὴν οὐ πάνυ καλός, ὦ Σάμιππε, ὁ μειρακίσκος ἔδοξέ μοι, ὡς ἂν καὶ Ἀδείμαντον ἐκπλῆξαι, ᾧ τοσοῦτοι Ἀθήνησι καλοὶ ἕπονται, πάντες ἐλεύθεροι, στωμύλοι τὸ φθέγμα, παλαίστρας ἀποπνέοντες, οἷς καὶ παραδακρῦσαι οὐκ ἀγεννές· οὗτος δὲ πρὸς τῷ μελάγχρους εἶναι καὶ πρόχειλός ἐστι καὶ λεπτὸς ἄγαν τοῖν σκελοῖν, καὶ ἐφθέγγετο ἐπισεσυρμένον τι καὶ συνεχὲς καὶ ἐπίτροχον, Ἑλληνιστὶ μέν, ἐς τὸ πάτριον δὲ τῷ ψόφῳ καὶ τῷ τῆς φωνῆς τόνῳ, ἡ κόμη δὲ καὶ ἐς τοὐπίσω ὁ πλόκαμος συνεσπειραμένος οὐκ ἐλεύθερον αὐτόν φησιν εἶναι.

3. ΤΙΜ. Τοῦτο μὲν εὐγενείας, ὦ Λυκῖνε, σημεῖόν ἐστιν Αἰγυπτίας ἡ κόμη· ἅπαντες γὰρ αὐτὴν οἱ ἐλεύθεροι παῖδες ἀναπλέκονται ἔστε πρὸς τὸ ἐφηβικόν, ἔμπαλιν ἢ οἱ πρόγονοι ἡμῶν, οἷς ἐδόκει καλὸν εἶναι κομᾶν τοὺς γέροντας ἀναδουμένους κρωβύλον ὑπὸ τέττιγι χρυσῷ ἀνειλημμένον.

ΣΑΜ. Εὖ γε, ὦ Τιμόλαε, ὅτι ἡμᾶς ἀναμιμνήσκεις τῶν Θουκυδίδου συγγραμμάτων, ἃ ἐν τῷ προοιμίῳ περὶ τῆς ἀρχαίας ἡμῶν τρυφῆς εἶπεν ἐν τοῖς Ἴωσιν, ὁπότε οἱ τότε συναπῳκίσθησαν.

4. ΤΙΜ. Ἀτάρ, ὦ Σάμιππε, νῦν ἀνεμνήσθην, ὁπόθεν ἡμῶν ἀπελείφθη Ἀδείμαντος, ὅτε παρὰ τὸν ἱστὸν ἐπὶ πολὺ ἕστημεν ἀναβλέποντες, ἀριθμοῦντες τῶν βυρσῶν τὰς ἐπιβολὰς καὶ θαυμάζοντες ἀνιόντα τὸν ναύτην διὰ τῶν κάλων, εἶτα ἐπὶ τῆς κεραίας ἄνω ἀσφαλῶς διαθέοντα τῶν κεροιάκων ἐπειλημμένον.

ΣΑΜ. Εὖ λέγεις. Τί δ' οὖν χρὴ ποιεῖν ἡμᾶς ἐνταῦθα; καραδοκεῖν αὐτόν, ἢ ἐθέλεις ἐγὼ αὖθις ἐπάνειμι ἐς τὸ πλοῖον;

ΤΙΜ. Μηδαμῶς, ἀλλὰ προΐωμεν· εἰκὸς γὰρ ἤδη παρεληλυθέναι ἐκεῖνον ἀποσοβοῦντα ἐς τὸ ἄστυ, ἐπεὶ μηκέθ' ἡμᾶς εὑρεῖν ἐδύνατο· εἰ δὲ μή, ἀλλ' οἶδε τὴν ὁδὸν Ἀδείμαντος, καὶ δέος οὐδὲν μὴ ἀπολειφθεὶς ἡμῶν ἀποβουκοληθῇ.

ΛΥΚ. Ὁρᾶτε, μὴ σκαιὸν ᾖ φίλον ἀπολιπόντας αὐτοὺς ἀπιέναι. Βαδίζωμεν δ' ὅμως, εἰ καὶ Σαμίππῳ τοῦτο δοκεῖ.

in spectatorum turba errore quodam a nobis distractus: ad navim quidem usque una venimus; quumque in illam ascenderemus, tu quidem, puto, Samippe, praecedebas; post te autem erat Adimantus, tum ego post illum utraque illum manu tenens, quippe ille me per totum ponticulum manu prehensum ducebat calceatum discalceatus ipse: abhinc vero illum non vidi amplius, neque intus, neque postquam descenderamus.

2. SAMIPPUS. Scin', Lycine, ubi nos reliquerit? puto ego, ubi formosus ille puer de diæta progrediebatur, ille puro linteo indutus, retro comam revinctus utrimque a fronte abductam. Si ergo Adimantum ego novi, puto neminem, eleganti adeo spectaculo viso, longum valere jusso naupego Ægyptio, qui monstrabat navim, astitisse lacrimantem, ut solet: facilis enim vir est, ubi amat, ad lacrimas.

LYC. Quin non admodum pulcher mihi, Samippe, puer ille visus est, ut Adimantum etiam percelleret, quem tot Athenis formosi sectantur, liberi omnes, jucundi sermonis, olentes palæstram, apud quos forte lacrimari etiam non ignavum fuerit. At iste, præterquam quod niger, labiosus etiam est, et tenui nimis crure, et tractum quiddam de imo gutture, continuatumque nimis et volubile loquebatur, Græce ille quidem, sed ita ut patrium quiddam sibilo atque accentu vocis proderet; coma vero et actus ille retro tortusque in spiram cincinnus non ingenuum esse ipsum indicat.

3. TIM. Quin illud nobilitatis Ægyptiæ signum est, coma, Lycine: omnes quippe apud illos ingenui eas implectunt, usque dum pubertatem attigerint. Contra ea majores nostri: quibus pulchrum visum est comam alere seniores, revinctam in cincinnum aurea cicada comprehensam.

SAM. Bene facis, Timolae, quod Thucydidis nos scriptorum admones, quæ in prooemio dixit de veteri luxu nostro inter Ionas, quando, qui tum erant, una hinc deducti sunt.

4. LYC. Verum, Samippe, jam recordor ex quo relictus nobis sit Adimantus, quum ad malum diu staremus suspicientes numerantesque coriorum commissuras, atque admirantes ascendentem per rudentes nautam, deinde per antennam in alto prehensis ceruchis secure transcurrentem.

SAM. Recte istuc dicis. Quid ergo hic nobis faciendum est? exspectandusne est, an vis in navem ego redeam?

TIM. Nequaquam: sed pergamus: credibile est enim illum præteriisse jam nos et festinasse in urbem, quum non amplius invenire nos posset. Sin minus; at novit certe viam Adimantus, nec metus est ne relictus a nobis in devium errorem incidat.

LYC. Videte ne sinistrum sit, nos relicto amico abire solos. Abeamus tamen, si idem etiam Samippo videtur.

ΣΑΜ. Καὶ μάλα δοκεῖ, ἤν πως ἀνεῳγυῖαν ἔτι τὴν παλαίστραν καταλάβωμεν.

5. Ἀλλὰ μεταξὺ λόγων, ἡλίκη ναῦς, εἴκοσι καὶ ἑκατὸν πήχεων ἔλεγε τὸ μῆκος ὁ ναυπηγὸς, εὖρος δὲ ὑπὲρ τὸ τέταρτον μάλιστα τούτου, καὶ ἀπὸ τοῦ καταστρώματος ἐς τὸν πυθμένα, ᾗ βαθύτατον κατὰ τὸν ἄντλον, ἐννέα πρὸς τοῖς εἴκοσι. Τὰ δ' ἄλλα ἡλίκος μὲν ὁ ἱστὸς, ὅσην δὲ ἀνέχει τὴν κεραίαν, οἵῳ καὶ προτόνῳ κέχρηται καὶ συνέχεται, ὡς δὲ ἡ πρύμνα μὲν ἐπανέστηκεν ἠρέμα καμπύλη χρυσοῦν χηνίσκον ἐπικειμένη, καταντικρὺ δὲ ἀνάλογον ἡ πρῷρα ὑπερβέβηκεν ἐς τὸ πρόσω ἀπομηκυνομένη, τὴν ἐπώνυμον τῆς νεὼς θεὸν ἔχουσα τὴν Ἶσιν ἑκατέρωθεν· ὁ μὲν γὰρ ἄλλος κόσμος, αἱ γραφαὶ καὶ τοῦ ἱστίου τὸ παράσειον πυραυγὲς, πρὸ τούτων αἱ ἄγκυραι καὶ στροφεῖα καὶ περιαγωγεῖς καὶ αἱ κατὰ τὴν πρύμναν οἰκήσεις θαυμάσια πάντα μοι ἔδοξε.

6. Καὶ τὸ τῶν ναυτῶν πλῆθος στρατοπέδῳ ἄν τις εἰκάσειεν. Ἐλέγετο δὲ καὶ τοσοῦτον ἄγειν σῖτον, ὡς ἱκανὸν εἶναι πᾶσι τοῖς ἐν τῇ Ἀττικῇ ἐνιαύσιον πρὸς τροφήν. Κἀκεῖνα πάντα μικρός τις ἀνθρωπίσκος γέρων ἤδη ἔσωζεν ὑπὸ λεπτῇ κάμακι τὰ τηλικαῦτα πηδάλια περιστρέφων· ἐδείχθη γάρ μοι ἀναφαλαντίας τις, οὖλος, Ἥρων, οἶμαι, τοὔνομα.

ΤΙΜ. Θαυμάσιος τὴν τέχνην, ὡς ἔφασκον οἱ ἐμπλέοντες, καὶ τὰ θαλάττια σοφὸς ὑπὲρ τὸν Πρωτέα.

7. Ἠκούσατε δὲ ὅπως δεῦρο κατήγαγε τὸ πλοῖον, οἷα ἔπαθον πλέοντες ἢ ὡς ὁ ἀστὴρ αὐτοὺς ἔσωσεν;

ΛΥΚ. Οὐκ, ὦ Τιμόλαε, ἀλλὰ νῦν ἡδέως ἂν ἀκούσαιμεν.

ΤΙΜ. Ὁ ναύκληρος αὐτὸς διηγεῖτό μοι, χρηστὸς ἀνὴρ καὶ προσομιλῆσαι δεξιός. Ἔφη δὲ ἀπὸ τῆς Φάρου ἀπάραντας οὐ πάνυ βιαίῳ πνεύματι ἑβδομαίους ἰδεῖν τὸν Ἀκάμαντα, εἶτα ζεφύρου ἀντιπνεύσαντος ἀπενεχθῆναι πλαγίους ἄχρι Σιδῶνος, ἐκεῖθεν δὲ χειμῶνι μεγάλῳ περιπεσόντας δεκάτῃ ἐπὶ Χελιδονέας διὰ τοῦ Αὐλῶνος ἐλθεῖν, ἔνθα δὴ παρὰ μικρὸν ὑποβρυχίους δῦναι ἅπαντας.

8. Οἶδα δέ ποτε καὶ αὐτὸς παραπλεύσας Χελιδονέας ἡλίκον ἐν τῷ τόπῳ ἀνίσταται τὸ κῦμα, καὶ μάλιστα περὶ τὸν λίβα, ὁπόταν ἐπιλάβῃ καὶ τοῦ νότου· κατ' ἐκεῖνο γὰρ δὴ συμβαίνει μερίζεσθαι τὸ Παμφύλιον ἀπὸ τῆς Λυκιακῆς θαλάττης, καὶ ὁ κλύδων ἅτε ἀπὸ πολλῶν ῥευμάτων περὶ τῷ ἀκρωτηρίῳ σχιζόμενος — ἀπόξυροι δέ εἰσι πέτραι καὶ ὀξεῖαι παραθηγόμεναι τῷ κλύσματι — καὶ φοβερωτάτην ποιεῖ τὴν κυματωγὴν καὶ τὸν ἦχον μέγαν, καὶ τὸ κῦμα πολλάκις αὐτῷ ἰσομέγεθες τῷ σκοπέλῳ.

9. Τοιαῦτα καὶ σφᾶς καταλαβεῖν ἔφασκεν ὁ ναύκληρος ἔτι καὶ νυκτὸς οὔσης καὶ ζόφου ἀκριβοῦς· ἀλλὰ πρὸς τὴν οἰμωγὴν αὐτῶν ἐπικλασθέντας τοὺς θεοὺς πῦρ τε ἀναδεῖξαι ἀπὸ τῆς Λυκίας, ὡς γνωρίσαι τὸν τόπον ἐκεῖνον, καί τινα λαμπρὸν ἀστέρα Διοσκούρων τὸν ἕτερον ἐπικαθίσαι τῷ καρχησίῳ καὶ κατευθῦναι τὴν ναῦν

SAM. Omnino ita videtur, si qua apertam adhuc palæstram inveniamus.

5. Verum interea dum sermones cædimus, quanta hæc navis! centum et viginti cubitorum in longitudinem esse dicebat naupegus, latitudinem autem supra quartam hujus partem; ac de constrato navis in fundum, ubi profundissima est, ad sentinam, undetriginta. Ceterum quantus est malus! quantam vero sustinet antennam, quanto utitur atque continetur protono! Ut vero puppis assurgit sensim incurva, cui cheniscus impositus est aureus! ab altera parte justa proportione prora extollitur in adversum porrecta, habens ab utraque parte quæ navi nomen dedit deam Isidem. Nam reliquus ornatus, picturæ, et supparum veli colore flammeo, et ante istæc ancoræ, et versoria, et circumactoria, et illæ ad puppim habitationes, admirabilia mihi videbantur omnia.

6. Ac nautarum multitudinem exercitui aliquis comparaverit. Dicebatur vero tantam etiam frumenti vim vehere, quæ omnibus Atticæ incolis ad annua alimenta sufficeret. Atque hæc omnia parvus aliquis homuncio, jam senex, servabat, parva pertica tantæ molis gubernacula torquens. Ostensus enim mihi est recalvaster aliquis, cetera crispus, Heron homine, arbitror.

TIM. Admirabilis ille arte sua, ut vectores dicebant, et doctus circa maritima supra Proteum.

7. Audistisne autem quomodo huc deduxerit navem, quæ illis inter navigandum acciderint, aut quomodo stella ipsos servarit?

LYC. Non, Timolae, verum jam libenter ex te audiverimus.

TIM. Nauclerus ipse mihi narrabat, vir bonus et consuetudini aptus. Dicebat autem, quum solvissent e Pharo vento non valde vehementi, septimo die vidisse Acamantem; tum reflante Zephyro obliquos Sidonem usque esse delatos: inde autem magna tempestate die decimo per Aulonem venisse ad Chelidoneas: hic vero parum abfuisse quin submersi omnes perirent.

8. Novi autem, quum ipse aliquando Chelidoneas circumnavigaverim, quantus ibi locorum fluctus surgat, et maxime spirante Africo, quum Notum etiam assumsit. Tali enim tempore evenire solet ut a Lycio mari dividatur Pamphylium; fluctusque, utpote ab undis plurimis circa ipsum scissus promontorium (sunt autem petræ abruptæ et ab alludentibus aquis exacutæ) terribili cum sonitu frangitur: atque ipsi sæpe scopulo magnitudine æqualis est.

9. Ab his se etiam deprehensos nauclerus dicebat, quum nox adhuc esset et meræ tenebræ: sed ad ipsorum ploratum fractos misericordia deos, et ignem ostendisse de Lycia, ut oram illam agnoscerent, et lucidam stellam quandam, Dioscurorum alterum, insedisse carchesio, ac direxisse navim sinistrorsum in mare, quum jamjam ferretur ad

ἐπὶ τὰ λαιὰ ἐς τὸ πέλαγος ἤδη τῷ κρημνῷ προσφερομένην· τοὐντεῦθεν δὲ ἅπαξ τῆς ὀρθῆς ἐκπεσόντας διὰ τοῦ Αἰγαίου πλεύσαντας ἑβδομηκοστῇ ἀπ' Αἰγύπτου ἡμέρᾳ πρὸς ἀντίους τοὺς ἐτησίας πλαγιάζοντας ἐς Πειραιᾶ χθὲς καθορμίσασθαι τοσοῦτον ἀποσυρέντας ἐς τὸ κάτω, οὓς ἔδει τὴν Κρήτην δεξιὰν λαβόντας ὑπὲρ τὸν Μαλέαν πλεύσαντας ἤδη εἶναι ἐν Ἰταλίᾳ.

ΛΥΚ. Νὴ Δία, θαυμάσιόν τινα φῂς κυβερνήτην τὸν Ἥρωνα ἢ τοῦ Νηρέως ἡλικιώτην, ὃς τοσοῦτον ἀπεσφάλη τῆς ὁδοῦ.

10. Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐχ Ἀδείμαντος ἐκεῖνός ἐστι;

ΤΙΜ. Πάνυ μὲν οὖν, Ἀδείμαντος αὐτός. Ἐμβοήσωμεν οὖν. Ἀδείμαντε, σέ φημι τὸν Μυρρινούσιον τὸν Στρομβίχου. Δυοῖν θάτερον, ἢ δυσχεραίνει καθ' ἡμῶν ἢ ἐκκεκώφωται· Ἀδείμαντος γάρ, οὐκ ἄλλος τίς ἐστι.

ΛΥΚ. Πάνυ ἤδη σαφῶς ὁρῶ, καὶ θοἰμάτιον αὐτοῦ καὶ τὸ βάδισμα ἐκείνου, καὶ ἐν χρῷ ἡ κουρά. Ἐπιτείνωμεν δὲ ὅμως τὸν περίπατον, ὡς καταλάβωμεν αὐτόν.

11. Ἢν μὴ τοῦ ἱματίου σε λαμβόμενοι ἐπιστρέψωμεν, ὦ Ἀδείμαντε, οὐχ ὑπακούσει ἡμῖν βοῶσιν, ἀλλὰ καὶ φροντίζοντι ἔοικας ἐπὶ συννοίας τινὸς οὐ μικρὸν οὐδὲ εὐκαταφρόνητον πρᾶγμα, ὡς δοκεῖς, ἀνακυκλῶν.

ΑΔΕΙΜΑΝΤΟΣ. Οὐδέν, ὦ Λυκῖνε, χαλεπόν, ἀλλά με κενή τις ἔννοια μεταξὺ βαδίζοντα ὑπελθοῦσα παρακοῦσαι ὑμῶν ἐποίησεν ἀτενὲς πρὸς αὐτὴν ἅπαντι τῷ λογισμῷ ἀποβλέποντα.

ΛΥΚ. Τίς αὕτη; μὴ γὰρ ὀκνήσῃς εἰπεῖν, εἰ μή τίς ἐστι τῶν πάνυ ἀπορρήτων. Καίτοι ἐτελέσθημεν, ὡς οἶσθα, καὶ στέγειν μεμαθήκαμεν.

ΑΔΕΙΜ. Ἀλλ' αἰσχύνομαι ἔγωγε εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς· οὕτω γὰρ μειρακιῶδες ὑμῖν δόξει τὸ φρόντισμα.

ΛΥΚ. Μῶν ἐρωτικόν τί ἐστιν; οὐδὲ γὰρ οὐδὲ τοῦτο ἀμυήτοις ἡμῖν ἐξαγορεύσεις, ἀλλὰ ὑπὸ λαμπρᾷ τῇ δᾳδὶ καὶ αὐτοῖς τετελεσμένοις.

12. ΑΔΕΙΜ. Οὐδέν, ὦ θαυμάσιε, τοιοῦτον, ἀλλά τινα πλοῦτον ἐμαυτῷ ἀνεπλαττόμην, ἣν κενὴν μακαρίαν οἱ παλαιοὶ καλοῦσι, καί μοι ἐν ἀκμῇ τῆς περιουσίας καὶ τρυφῆς ἐπέστητε.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν τὸ προχειρότατον τοῦτο, κοινὸς Ἑρμᾶς φασι, καὶ ἐς μέσον κατατίθει φέρων τὸν πλοῦτον· ἄξιον γὰρ ἀπολαῦσαι τὸ μέρος φίλους ὄντας τῆς Ἀδειμάντου τρυφῆς.

ΑΔΕΙΜ. Ἀπελείφθην μὲν ὑμῶν εὐθὺς ἐν τῇ πρώτῃ ἐς τὴν ναῦν ἐπιβάσει, ἐπεὶ σέ, ὦ Λυκῖνε, κατέστησα ἐς τὸ ἀσφαλές· περιμετροῦντος γάρ μου τῆς ἀγκύρας τὸ πάχος οὐκ οἶδα ὅπου ὑμεῖς ἀπέστητε.

13. Ἰδὼν δὲ ὅμως τὰ πάντα ἠρόμην τινὰ τῶν ναυτῶν ὁπόσην ἀποφέρει ἡ ναῦς τῷ δεσπότῃ ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ κατ' ἔτος ἕκαστον τὴν μισθοφορίαν. Ὁ δέ μοι, Δώδεκα, ἔφη, Ἀττικὰ τάλαντα, εἰ πρὸς τοὐλάχιστόν τις λογίζοιτο. Τοὐντεῦθεν οὖν ἐπανιὼν ἐλογιζόμην, εἴ τις θεῶν τὴν ναῦν ἄφνω ἐμὴν ποιήσειεν εἶναι, οἷον ἂν, ὡς

scopulum. Inde, quum recta via semel excidissent, transnavigato Ægæo, septuagesimo, postquam Ægypto solverant, die, obliquo ad tenentes sibi adversum Etesias cursu, in Piræeum heri appulisse, tantum ad inferiora detractos, quos oportuerit dextram legentes Cretam, Malea superato, jam esse in Italia.

LYC. Admirabilem, ita me Jupiter, mihi gubernatorem narras Heronem, aut æqualem Nerei, qui tantum de via aberraverit!

10. Sed quid istuc? nonne iste Adimantus est?

TIM. Omnino ipse est Adimantus. Inclamemus igitur. Adimante, te volo, Myrrhinusium, Strombichi filium. Alterutrum horum, aut iratus nobis est, aut aurium usum amisit. Adimantus enim est, nemo alius.

LYC. Satis jam clare video: et vestimentum ipsius est, et incessus, et brevis ad ipsam cutem tonsura. Acceleremus tamen gradum, ut ipsum assequamur.

11. Nisi veste te prehensum advertamus, Adimante, non exaudies nos inclamantes; sed videris etiam profundæ cuidam cogitationi immersus, non parvum neque contemtibile negotium animo agitare ac revolvere.

ADIMANTUS. Nihil, Lycine, grave; sed inanis me inter eundum cogitatio subierat, quæ ut inauditam prætermitterem vestram vocem effecit, qui defixum totum in illa animum haberem.

LYC. Quænam est illa? ne cuncteris enim dicere, nisi est de valde secretis. Quanquam initiati, ut nosti, sumus, ac celare commissa didicimus.

ADIM. Sed pudet me nimirum apud vos dicere; adeo puerilis vobis videbitur cogitatio.

LYC. Numquid amatorium quid est? neque enim hoc etiam profanis nobis enarraveris, sed hominibus ad claram facem ipsis quoque initiatis.

12. ADIM. Nihil tale, o noster: sed divitias mihi quasdam ipse fingebam animo, quam fictitiam beatam insaniam vocant veteres; vosque in ipso mihi divitiarum et voluptatis fastigio supervenistis.

LYC. Itaque illud hic valeat expeditissimum, communis esto Mercurius! aiunt: atque in medium allatas depone divitias: æquum enim est in partem venire nos, qui amici simus, voluptatum Adimanti.

ADIM. A vobis quidem relictus sum in primo statim in navim ingressu, quum te, Lycine, in tuto collocassem: dimetiente enim me magnitudinem ancoræ, vos nescio quo discesseratis.

13. Tamen visis omnibus, quærebam ex nautarum aliquo, quantum plerumque mercedis domino singulis annis ea navis referat. At ille, Duodecim, inquit, talenta Attica, si quis quod minimum est computet. Hinc ergo rediens ita cogitabam, Si quis deorum hanc navem subito, ut mea sit, faciat; quam ego, quam felicem vitam exinde agam! bene

α βίον ἐπεβίωσα εὖ ποιῶν τοὺς φίλους καὶ
ν ἐνίοτε μὲν αὐτὸς, ἐνίοτε δὲ οἰκέτας ἐκπέμ-
α ἐκ τῶν δώδεκα ἐκείνων ταλάντων οἰκίαν τε
οδομησάμην ἐν ἐπικαίρῳ μικρὸν ὑπὲρ τὴν
ν, τὴν παρὰ τὸν Ἰλισσὸν ἐκείνην τὴν πα-
ἀφεὶς, καὶ οἰκέτας ὠνούμην καὶ ἐσθῆτας καὶ
αὶ ἵππους· νυνὶ δὲ καὶ ἔπλεον ὑφ' ἁπάντων εὐ-
όμενος τῶν ἐπιβατῶν φοβερὸς τοῖς ναύταις καὶ
χὶ βασιλεὺς νομιζόμενος. Ἔτι δέ μοι τὰ κατὰ
ν εὐθετίζοντι καὶ ἐς λιμένα πόρρωθεν ἀποβλέ-
ιστὰς, ὦ Λυκῖνε, κατέδυσας τὸν πλοῦτον καὶ
ας εὖ φερόμενον τὸ σκάφος οὐρίῳ τῆς εὐχῆς
ι.

ΛΥΚ. Οὐκοῦν, ὦ γενναῖε, λαβόμενός μου
πρὸς τὸν στρατηγὸν ὥς τινα πειρατὴν ἢ κατα-
ήν, ὃς τηλικοῦτον ναυάγιον εἴργασμαι, καὶ
γῇ κατὰ τὴν ἐκ Πειραιῶς ἐς τὸ ἄστυ. Ἀλλ'
ς παραμυθήσομαί σου τὸ πταῖσμα· πέντε γὰρ,
ι, καλλίω καὶ μείζω τοῦ Αἰγυπτίου πλοίου ἤδη
ὶ τὸ μέγιστον οὐδὲ καταδῦναι δυνάμενα, καὶ
ι πεντάκις ἐξ Αἰγύπτου κατ' ἔτος ἕκαστον σι-
τωσαν σιταγωγίαν, εἰ καὶ, ὦ ναυκλήρων ἄριστε,
ἀφόρητος ἡμῖν τότε γενησόμενος· ὃς γὰρ ἔτι
ίου τουτουὶ δεσπότης ὢν παρήκουες βοώντων,
κτήσαιο πρὸς τούτῳ τριάρμενα πάντα καὶ ἀνώ-
οὐδὲ ὄψει δηλαδὴ τοὺς φίλους. Σὺ μὲν οὖν
, ὦ βέλτιστε, ἡμεῖς δὲ ἐν Πειραιεῖ καθεδούμεθα
Αἰγύπτου ἢ Ἰταλίας καταπλέοντας ἀνακρίνον-
που τὸ μέγα Ἀδειμάντου πλοῖον τὴν Ἶσίν τις

faciens amicis, interdum ipse innavigans, emittens nonnunquam servos. Deinde de duodecim illis talentis domum jam ædificabam loco opportuno, paullo supra Pœcilen, relicta illa ad Ilissum paterna; et servos emebam, et vestes, currusque, et equos. Jamque modo navigabam etiam felixque prædicabar a vectoribus omnibus, metuendus nautis, ac tantum non rex ab illis habitus. Verum adhuc componenti mihi rem navalem, et in portum prospectanti e longinquo, tuo, Lycine, adventu demersisti divitias, evertisti dum bene et secundo votorum flatu fertur navigium.

14. LYC. Igitur, vir fortis, prehensum me ad prætorem abducito, ut piratam aliquem, aut mersorem navium, qui tanti tibi naufragii causa fuerim, idque in terra, ipsaque a Piræeo in urbem via. Sed vide quomodo casum tuum sim solaturus. Habe enim tibi, ecce, quinque, si volueris, pulchriora majoraque Ægyptio illo navigia, et quod maximum est, quæ mergi non possint: ac ferme tibi quinquies singulis annis frumentorum sarcinam unumquodque ex Ægypto advehat; etsi te, nauclerorum præstantissime, intolerabilem nobis tum futurum apparet. Qui enim modo unius hujusce navigii dominus quum esses, inclamantes non audieris, si quinque possideas præter hanc, trium omnes malorum et quæ perire non possint, nec respicies nimirum amicos. Itaque feliciter, amice, naviga; nos vero in Piræeo sedebimus rogantes qui ex Ægypto aut Italia appellent, num forte magnum Adimanti navigium, Isidem, aliquis viderit.

ΑΔΕΙΜ. Ὁρᾷς; διὰ τοῦτο ὤκνουν εἰπεῖν ἃ ἐνε-
δὼς ὅτι ἐν γέλωτι καὶ σκώμματι ποιήσεσθέ μου
ήν. Ὥστε ἐπιστὰς μικρὸν, ἔστ' ἂν ὑμεῖς προ-
τε, ἀποπλευσοῦμαι πάλιν ἐπὶ τῆς νεώς· πολὺ
εινον τοῖς ναύταις προσλαλεῖν ἢ ὑφ' ὑμῶν κα-
θαι.
. Μηδαμῶς, ἐπεὶ συνεμβησόμεθά σοι καὶ αὐ-
τάντες.
ΙΜ. Ἀλλὰ ὑφαιρήσω τὴν ἀποβάθραν προεισ-

15. ADIM. Viden'? propterea dicere quæ cogitabam cunctabar, qui scirem risui vos et ludibrio votum meum habituros. Itaque resistam paullulum, dum vos processeritis, ac navim deinde rursus solvam et avehar: præstat enim cum nautis agere, quam a vobis derideri.

LYC. Nequaquam, sed resistemus et ipsi, et conscendemus tecum.

ADIM. At ego prægressus tollam ponticulum.

. Οὐκοῦν ἡμεῖς γε προσνηξόμεθα ὑμῖν· μὴ γὰρ
μὲν εἶναι ῥᾴδιον τηλικαῦτα πλοῖα κτᾶσθαι
ιαμένῳ μήτε ναυπηγησαμένῳ, ἡμεῖς δὲ οὐκ
εν παρὰ τῶν θεῶν ἐπὶ πολλοὺς σταδίους ἀκμῆ-
ισθαι νεῖν; καίτοι πρῴην καὶ ἐς Αἴγιναν ἐπὶ
Ἐνοδίας τελετὴν οἶσθα ἐν ἡλίκῳ σκαφιδίῳ
ἅμα οἱ φίλοι τεττάρων ἕκαστος ὀβολῶν διεπλεύ-
καὶ οὐδὲν ἐδυσχέραινες ἡμᾶς συμπλέοντας, νῦν
χτεῖς, εἰ συνεμβησόμεθά σοι, καὶ τὴν ἀποβά-
οεισελθὼν ἀφαιρεῖς; ὑπερμαζᾷς γὰρ, ὦ Ἀδεί-
καὶ ἐς τὸν κόλπον οὐ πτύεις, οὐδὲ οἶσθα ὅστις
ληρεῖς. Οὕτως ἐπῆρέ σε καὶ ἡ οἰκία ἐν καλῷ
εως οἰκοδομηθεῖσα καὶ τῶν ἀκολούθων τὸ πλῆ-
λλ' ὤγαθὲ, πρὸς τῆς Ἴσιδος κἂν τὰ Νειλῷα

LYC. Nos itaque ad vos adnatabimus. Numquid enim putas facile tibi esse tot ac tantas possidere naves, quas nec emeris neque ædificaveris; nos vero votis non impetraturos a diis, ut multa stadia nihil fatigati natare possimus? Quanquam nuper etiam Æginam ad Hecates cerimonias, nosti, quam parva in scaphula omnes simul amici quaternis quisque obolis trajecerimus, nec molestum tibi tum erat nobiscum navigare: nunc autem fers graviter, si tecum inscendamus, et prægressus aufers ponticulum? nimis enim intumescis, Adimante, et in sinum tuum non despuis, neque, quis homo sis, tantus jam nauclerus cogitas. Ita te elatum fecit etiam domus in pulcherrimo urbis loco ædificata, et multitudo pedissequorum. Sed per Isidem, amice, certe

ταῦτα ταρίχη τὰ λεπτὰ μέμνησο ἡμῖν ἄγειν ἀπ' Αἰγύπτου ἢ μύρον ἀπὸ τοῦ Κανώπου ἢ Ἶβιν ἐκ Μέμφιδος, εἰ δὲ ἡ ναῦς ἐδύνατο, καὶ τῶν πυραμίδων μίαν.

16. ΤΙΜ. Ἅλις παιδιᾶς, ὦ Λυκῖνε. Ὁρᾷς, ὡς ἐρυθριᾶν Ἀδείμαντον ἐποίησας πολλῷ τῷ γέλωτι ἐπικλύσας τὸ πλοῖον, ὡς ὑπέραντλον εἶναι καὶ μηκέτι ἀντέχειν πρὸς τὸ ἐπιρρέον; καὶ ἐπείπερ ἔτι πολὺ ἡμῖν τὸ λοιπόν ἐστι πρὸς τὸ ἄστυ, διελόμενοι τετραχῇ τὴν ὁδὸν κατὰ τοὺς ἐπιβάλλοντας ἕκαστος σταδίους αἰτῶμεν ἅπερ ἂν δοκῇ παρὰ τῶν θεῶν· οὕτω γὰρ ἂν ἡμᾶς ὅ τε κάματος λάθοι καὶ ἅμα εὐφρανούμεθα ὥσπερ ἡδίστῳ ὀνείρατι ἑκουσίῳ περιπεσόντες, ἐφ' ὅσον βουλόμεθα, εὖ ποιήσοντι ἡμᾶς· παρ' αὐτῷ γὰρ ἑκάστῳ τὸ μέτρον τῆς εὐχῆς, καὶ οἱ θεοὶ πάντα ὑποκείσθωσαν παρέξοντες, εἰ καὶ τῇ φύσει ἀπίθανα ἔσται. Τὸ δὲ μέγιστον, ἐπίδειξις ἔσται τὸ πρᾶγμα ὅστις ἂν ἄριστα χρήσαιτο τῷ πλούτῳ καὶ τῇ εὐχῇ· δηλώσει γὰρ οἷος ἂν καὶ πλουτήσας ἐγένετο.

17. ΣΑΜ. Καλῶς, ὦ Τιμόλαε, καὶ πείθομαί σοι καὶ ὅταν ὁ καιρὸς καλῇ, εὔξομαι ἅπερ ἂν δοκῇ. Εἰ μὲν γὰρ Ἀδείμαντος βούλεται, οὐδὲ ἐρωτᾶν οἶμαι, ὅς γε δὴ ἐν τῇ νηὶ τὸν ἕτερον πόδα ἔχει. Χρὴ δὲ καὶ Λυκίνῳ δοκεῖν.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ πλουτῶμεν, εἰ τοῦτο ἄμεινον, μὴ καὶ βασκαίνειν ἐν ταῖς κοιναῖς εὐτυχίαις δοκῶ.

ΑΔΕΙΜ. Τίς γοῦν πρῶτος ἄρξεται;

ΛΥΚ. Σύ, ὦ Ἀδείμαντε, εἶτα μετὰ σὲ οὑτοσὶ Σάμιππος, εἶτα Τιμόλαος, ἐγὼ δὲ ὀλίγον ὅσον ἡμιστάδιον τὸ πρὸ τοῦ Διπύλου ἐπιλήψομαι τῇ εὐχῇ, καὶ τοῦτο ὡς οἷόν τε παραδραμών.

18. ΑΔΕΙΜ. Οὐκοῦν ἐγὼ μὲν οὐδὲ νῦν ἀποστήσομαι τῆς νεώς, ἀλλ' ἐπείπερ ἔξεστιν, ἐπιμετρήσω τῇ εὐχῇ· ὁ δὲ Ἑρμῆς ὁ κερδῷος ἐπινευσάτω ἅπασιν. Ἔστω γὰρ τὸ πλοῖον καὶ τὰ ἐν αὐτῷ πάντα ἐμὰ καὶ ὁ φόρτος οἱ ἔμποροι αἱ γυναῖκες οἱ ναῦται καὶ ἄλλο εἴ τι ἥδιστον κτημάτων ἁπάντων.

ΣΑΜ. Λέληθας σεαυτὸν ἔχων ἐν τῇ νηί.

ΑΔΕΙΜ. Τὸν παῖδα φής, ὦ Σάμιππε, τὸν κομήτην. Κἀκεῖνος οὖν ἔστω ἐμός. Ὁπόσος δὲ ὁ πυρὸς ἔνδον ἐστίν, οὗτος ὁ ἀριθμὸς ἅπας χρυσίον ἐπίσημον γενέσθω, τοσοῦτοι δαρεικοί.

19. ΛΥΚ. Τί τοῦτο, ὦ Ἀδείμαντε; καταδύσεταί σοι τὸ πλοῖον, οὐ γὰρ ἴσον βάρος πυροῦ καὶ ἰσαρίθμου χρυσοῦ.

ΑΔΕΙΜ. Μὴ φθόνει, ὦ Λυκῖνε, ἀλλ' ἐπειδὰν εἰς σὲ παρέλθῃ ἡ εὐχή, τὴν Πάρνηθα ἐκείνην, εἰ θέλεις, ὅλην χρυσῆν ποιήσας ἔχε, κἀγὼ σιωπήσομαί σοι.

ΛΥΚ. Ἀλλ' ὑπὲρ ἀσφαλείας τοῦτο ἔγωγε τῆς σῆς ἐποιησάμην, ὡς μὴ ἀπολέσθαι ἅπαντας μετὰ τοῦ χρυσίου· καὶ τὰ μὲν ἡμέτερα μέτρια, τὸ μειράκιον δὲ τὸ ὡραῖον ἀποπνιγήσεται ἄθλιον νεῖν οὐκ ἐπιστάμενον.

ΤΙΜ. Θάρρει, ὦ Λυκῖνε· οἱ δελφῖνες γὰρ αὐτὸ ὑποδύντες ἐξοίσουσιν ἐπὶ τὴν γῆν. Ἢ νομίζεις κιθαρῳδὸν μέν τινα σωθῆναι παρ' αὐτῶν καὶ ἀπολαβεῖν τὸν

Nilotica illa salsamenta, illa tenuia afferre nobis ex Ægypto memineris, aut unguentum de Canopo, aut ex Memphide Ibin; si vero navis possit, unam etiam pyramidum.

16. TIM. Satis joci, Lycine. Vides ut ruborem Adimanto injeceris, tam multo risu perfundens navigium, ut exhauriri jam non possit, neque undarum vim sustinere? Et quando adhuc multum nobis viæ ad urbem superest, divisa in quattuor partes via, per stadia quisque sibi assignata, quod cuique visum fuerit, a diis optemus : sic enim et laborem fefellerimus, et oblectaverimus animum, tanquam in suavissimum voluntate nostra somnium delapsi, quod, quam diu voluerimus, voluptatem nobis afferat. Penes unumquemque enim votorum erit mensura, ponemusque præbituros omnia deos, licet natura sua ab omni veri similitudine abhorreant. Quod vero maximum est, documento ipsum hoc fuerit, quisnam optime sit usurus divitiis atque voto : ostendet enim qualis homo esset, si esset dives.

17. SAM. Præclare istuc, Timolae; equidem tibi obtempero, et quum tempus me vocaverit, quæ videbuntur optabo. Utrum enim velit Adimantus, ne quærendum quidem puto, qui jam alterum in navi pedem habeat. Oportet vero Lycino etiam idem videri.

LYC. Imo simus divites, si hoc videtur melius, ne invidere etiam in communi felicitate videar.

ADIM. Quis ergo primus incipiet?

LYC. Tu, Adimante, deinde post te hic Samippus, deinde Timolaus; ego vero parvi semistadii spatio ante Dipylum (*portam geminam*) votum aggrediar, vel illud quantum potero percursurus.

18. ADIM. Proinde ego ne nunc quidem a nave discedam; verum, quandoquidem licet, corollarium voto meo adjiciam : Mercurius autem lucrificus ille omnibus annuat. Sit ergo navis et quicquid in illa est, mea omnia, sarcinæ, vectores, mulieres, nautæ, et si qua ibi alia possessionum omnium suavissima.

SAM. Inscius ipse illam jam habes in navi.

ADIM. De puero, Samippe, loqueris, comato illo. Et ille ergo meus esto. Quantum vero in navi est tritici, universus ille numerus, aurum signatum fiat, Darici totidem.

19. LYC. Quid hoc, Adimante? mergetur tibi navigium; neque enim idem pondus tritici et pari numero auri.

ADIM. Noli invidere mihi, Lycine; sed quum ad te optandi sors delata fuerit, Parnetha illum, si vis, totum aureum factum tibi habe, et ego tibi præstabo silentium.

LYC. Verum pro tua ego hoc securitate feci, ne cum auro pereamus omnes : ac quantum ad nos attinet, mediocre illud periculum fuerit; at formosus ille adolescentulus periret, qui nare miser nescit.

TIM. Bono es animo, Lycine : delphini enim subeuntes illum in terram deportabunt. Aut putas citharœdum quendam ab iis servatum cantus sui mercedem percepisse;

μισθὸν ἀντὶ τῆς ᾠδῆς καὶ νεκρόν τι ἄλλο παιδίον ἐς τὸν Ἰσθμὸν ἐπὶ δελφῖνος ὁμοίως προκομισθῆναι, τὸν δὲ Ἀδειμάντου οἰκέτην τὴν νεώνητον ἀπορήσειν δελφῖνος ἐρωτικοῦ;

ΑΔΕΙΜ. Καὶ σὺ γὰρ, Τιμόλαε, μιμῇ Λυκῖνον καὶ ἐπιμετρεῖς τῶν σκωμμάτων, καὶ ταῦτα εἰσηγητὴς αὐτὸς γενόμενος;

20. ΤΙΜ. Ἄμεινον ἦν πιθανώτερον αὐτὸ ποιεῖν καί τινα θησαυρὸν ὑπὸ τῇ κλίνῃ ἀνευρεῖν, ὡς μὴ πράγματα ἔχοις ἐκ τοῦ πλοίου μετατιθεὶς χρυσίον ἐς τὸ ἄστυ.

ΑΔΕΙΜ. Εὖ λέγεις, καὶ ἀνορωρύχθω θησαυρὸς ὑπὸ τὸν Ἑρμῆν τὸν λίθινον, ὅς ἐστιν ἡμῖν ἐν τῇ αὐλῇ, μέδιμνοι χίλιοι χρυσίου ἐπισήμου. Εὐθὺς οὖν κατὰ τὸν Ἡσίοδον οἶκος τὸ πρῶτον, ὡς ἂν ἐπισημότατα οἰκοίην, καὶ τὰ περὶ τὸ ἄστυ πάντα ὠνησάμην ἤδη πλὴν ὅσα Ἰσθμοῖ καὶ Πυθοῖ, καὶ ἐν Ἐλευσῖνι ὅσα ἐπὶ θαλάττῃ καὶ περὶ τὸν Ἰσθμὸν ὀλίγα τῶν ἀγώνων ἕνεκα, εἴ ποτε δὴ τὰ Ἴσθμια ἐπιδημήσαιμι, καὶ τὸ Σικυώνιον πεδίον, καὶ ὅλως εἴ πού τι συνηρεφὲς ἢ ἔνυδρον ἢ εὔκαρπον ἐν τῇ Ἑλλάδι, πάντα ἐν ὀλίγῳ Ἀδειμάντου ἔστω. Ὁ χρυσὸς δὲ κοῖλος ἡμῖν ἐμφαγεῖν, τὰ δὲ ἐκπώματα οὐ κοῦφα ὡς τὰ Ἐχεκράτους, ἀλλὰ διτάλαντον ἕκαστον τὴν ὁλκήν.

21. ΛΥΚ. Εἶτα πῶς ὁ οἰνοχόος ὀρέξει πλῆρες οὕτω βαρὺ ἔκπωμα; ἢ σὺ δέξῃ παρ' αὐτοῦ ἀμογητὶ οὐ σκύφον, ἀλλὰ Σισύφειόν τι βάρος ἀναδιδόντος;

ΑΔΕΙΜ. Ἄνθρωπε, μή μ' ἀνάλυε τὴν εὐχήν. Ἐγὼ δὲ καὶ τραπέζας ὅλας χρυσᾶς ποιήσομαι καὶ τὰς κλίνας χρυσᾶς, εἰ δὲ μὴ σιωπήσῃ, καὶ τοὺς διακόνους αὐτούς.

ΛΥΚ. Ὅρα μόνον μὴ ὥσπερ τῷ Μίδᾳ καὶ ὁ ἄρτος σοι καὶ τὸ ποτὸν χρυσὸς γένηται καὶ πλουτῶν ἄθλιος ἀπόλῃ λιμῷ διαφθαρεὶς πολυτελεῖ.

ΑΔΕΙΜ. Τὰ σὰ ῥυθμιεῖς πιθανώτερον, ὦ Λυκῖνε, μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν αὐτὸς αἰτῇς.

22. Ἐσθὴς ἐπὶ τούτοις ἁλουργὶς καὶ ὁ βίος οἷος ἁϐρότατος, ὕπνος ἐφ' ὅσον ἥδιστος, φίλων πρόσοδοι καὶ δεήσεις καὶ τὸ ἅπαντας ὑποπτήσσειν καὶ προσκυνεῖν· καὶ οἱ μὲν ἕωθεν πρὸς ταῖς θύραις ἄνω καὶ κάτω περιπατήσουσιν, ἐν αὐτοῖς δὲ καὶ Κλεαίνετος καὶ Δημόκριτος οἱ πάνυ, καὶ προσελθοῦσί γε αὐτοῖς καὶ πρὸ τῶν ἄλλων εἰσδεχθῆναι ἀξιοῦσι θυρωροὶ ἑπτὰ ἐφεστῶτες, εὐμεγέθεις βάρϐαροι, προσαραξάτωσαν ἐς τὸ μέτωπον εὐθὺ τὴν θύραν, οἷα νῦν αὐτοὶ ποιοῦσιν. Ἐγὼ δὲ, ὁπόταν δόξῃ, προκύψας ὥσπερ ὁ ἥλιος ἐκείνων μὲν οὐδ' ἐπιϐλέψομαι ἐνίους, εἰ δέ τις πένης, οἷος ἦν ἐγὼ πρὸ τοῦ θησαυροῦ, φιλοφρονήσομαι τοῦτον καὶ λουσάμενον ἥκειν κελεύσω τὴν ὥραν ἐπὶ τὸ δεῖπνον. Οἱ δὲ ἀποπνιγήσονται οἱ πλούσιοι ὁρῶντες ὀχήματα, ἵππους καὶ παῖδας ὡραίους ὅσον δισχιλίους, ἐξ ἁπάσης ἡλικίας ὅ τι περ τὸ ἀνθηρότατον.

23. Εἶτα δεῖπνα ἐπὶ χρυσοῦ — εὐτελὴς γὰρ ὁ ἄργυρος καὶ οὐ κατ' ἐμέ — τάριχος μὲν ἐξ Ἰϐηρίας, οἶνος

et mortuum adolescentulum alium in Isthmum delphini tergo similiter exportatum, Adimanti autem servulo recens emto amatorium delphinum esse defuturum?

ADIM. Tu etiam, Timolae, Lycinum imitaris, et adjicis ludibria, ipse auctor hujus sermonis quum fueris?

20. TIM. Nempe melius erat, majori cum probabilitate hoc facere, ac thesaurum quendam invenire sub lecto, ne tantum negotii tibi facessat transferendus e navi in urbem thesaurus.

ADIM. Recte mones : effossus esto thesaurus sub Mercurio lapideo, quem in aula habemus, medimni mille auri signati. Statim ergo de sententia Hesiodi, « Prima domus, » ut splendidissime habitem : jam quæ circa urbem sunt emi omnia, præter ea quæ Isthmi et Pythone, et Eleusinis maritima, et pauca circa Isthmum, ludorum causa, si quando ad Isthmia spectanda ibi commorer; et campum Sicyonium, et in universum, si quid usquam aut opacum aut irriguum, aut fœcundum in Græcia, brevi tempore Adimanti sunto omnia. Aurum nobis esto factum in quo edamus; pocula non levia, qualia Echecratis, sed talentorum duorum unumquodque pondere.

21. LYC. Tum quomodo pincerna tibi præbebit plenum grave adeo poculum? aut tu quomodo ab illo capies sine molestia non scyphum, sed Sisyphium quoddam onus tibi præbente?

ADIM. Heus tu! noli turbare votum meum. Ego vero mensas etiam ex auro solidas mihi faciam, et lectos aureos, ac, nisi tacueris, ipsos quoque famulos.

LYC. Vide modo ne velut Midæ etiam panis tibi et potus aurum fiant, atque inter divitias pereas miser, fame sumtuosa enectus.

ADIM. Tua paullo post probabilius ordinare, Lycine, licebit, quum optabis ipse.

22. Vestis post hæc mihi erit purpurea, et victus quam mollissimus, somnus quam diu erit jucundissimus; salutationes amicorum et preces, atque illud, ut revereantur omnes et adorent. Atque alii a summo mane ad januas inambulabunt sursum deorsum, inter illosque Clemenetus et Democritus, summi viri; et accedentibus illis intromittique ante alios volentibus, astantes janitores septem bene magni barbari, in ipsam frontem ilico impingant januam, ut nunc ipsi faciunt. Ego vero, ubi visum fuerit, solis instar exoriens quosdam illorum neque aspiciam : si quis vero pauper astet, qualis ego ante thesaurum fueram, hunc tractabo humaniter, et post balneum justo tempore venire ad cœnam jubebo. Isti vero rumpentur divites, quum videbunt currus, equos, pueros formosos bis mille circiter, quicquid ex omni ætate erit florentissimum.

23. Tum cœnæ in auro; vile enim nimis argentum, nec me dignum : salgama ex Iberia; ex Italia vinum;

δὲ ἐξ Ἰταλίας, ἔλαιον δὲ ἐξ Ἰβηρίας καὶ τοῦτο, μέλι δὲ ἡμέτερον τὸ ἄπυρον, καὶ ὄψα πανταχόθεν καὶ σύες καὶ λαγὼς, καὶ ὅσα πτηνὰ, ὄρνις ἐκ Φάσιδος καὶ ταὼς ἐξ Ἰνδίας καὶ ἀλεκτρυὼν ὁ Νομαδικός· οἱ δὲ σκευάζοντες ἕκαστα σοφισταί τινες περὶ πέμματα καὶ χυμοὺς ἔχοντες. Εἰ δέ τινι προπίοιμι σκύφον ἢ φιάλην αἰτήσας, ὁ ἐκπιὼν ἀποφερέτω καὶ τὸ ἔκπωμα.

24. Οἱ δὲ νῦν πλούσιοι πρὸς ἐμὲ Ἶροι δηλαδὴ ἅπαντες, καὶ οὐκέτι τὸ ἀργυροῦν πινάκιον ἢ τὸν σκύφον ἐπιδείξεται Διόνικος ἐν τῇ πομπῇ, καὶ μάλιστα ἐπειδὰν ὁρᾷ τοὺς οἰκέτας τοὺς ἐμοὺς ἀργύρῳ τοσούτῳ χρωμένους· τῇ πόλει δὲ ταῦτα ἐξαίρετα παρ' ἐμοῦ ὑπῆρξεν ἂν, αἱ μὲν διανομαὶ κατὰ μῆνα ἕκαστον δραχμαὶ τῷ μὲν ἀστῷ ἑκατὸν, τῷ δὲ μετοίκῳ ἥμισυ τούτων, δημόσια δὲ ἐς κάλλος θέατρα καὶ βαλανεῖα, καὶ τὴν θάλατταν ἄχρι πρὸς τὸ Δίπυλον ἥκειν κἀνταῦθά που λιμένα εἶναι ἐπαχθέντος ὀρύγματι μεγάλῳ τοῦ ὕδατος, ὡς τὸ πλοῖόν μου πλησίον ὁρμεῖν καταφανὲς ὂν ἐκ τοῦ Κεραμεικοῦ.

25. Τοῖς φίλοις δὲ ὑμῖν, Σαμίππῳ μὲν εἴκοσι μεδίμνους ἐπισήμου χρυσίου παραμετρῆσαι τὸν οἰκονόμον ἐκέλευσα ἂν, Τιμολάῳ δὲ πέντε χοίνικας, Λυκίνῳ δὲ χοίνικα, ἀπομεμαγμένην καὶ ταύτην, ὅτι λάλος ἐστὶ καὶ ἐπισκώπτει μου τὴν εὐχήν. Τοῦτον ἐβουλόμην βιῶναι τὸν βίον πλουτῶν ἐς ὑπερβολὴν καὶ τρυφῶν καὶ πάσαις ἡδοναῖς ἀφθόνως χρώμενος. Εἴρηκα, καί μοι ὁ Ἑρμῆς τελεσιουργήσειεν αὐτά.

26. ΛΥΚ. Οἶσθα οὖν, ὦ Ἀδείμαντε, ὡς πάνυ σοι ἀπὸ λεπτῆς κρόκης ὁ πᾶς οὑτοσὶ πλοῦτος ἀπήρτηται, καὶ ἢν ἐκείνη ἀπορραγῇ, πάντα οἴχεται καὶ ἄνθρακές σοι ὁ θησαυρὸς ἔσται;

ΑΔΕΙΜ. Πῶς λέγεις, ὦ Λυκῖνε;

ΛΥΚ. Ὅτι, ὦ ἄριστε, ἄδηλον ὁπόσον χρόνον βιώσει πλουτῶν. Τίς γὰρ οἶδεν εἰ ἔτι σοι παρακειμένης τῆς χρυσῆς τραπέζης, πρὶν ἐπιβαλεῖν τὴν χεῖρα καὶ ἀπογεύσασθαι τοῦ ταὼ ἢ τοῦ Νομάδος ἀλεκτρυόνος, ἀποφυσήσας τὸ ψυχίδιον ἄπει γυψὶ καὶ κόραξι πάντα ἐκεῖνα καταλιπών; ἢ ἐθέλεις καταριθμήσωμαί σοι τοὺς μὲν αὐτίκα τοῦ πλούτου πρὶν ἀπολαῦσαι ἀποθανόντας, ἐνίους δὲ καὶ ζῶντας ἀποστερηθέντας ὧν εἶχον ὑπό τινος βασκάνου πρὸς τὰ τοιαῦτα δαίμονος; ἀκούεις γάρ που τὸν Κροῖσον καὶ τὸν Πολυκράτην πολύ σου πλουσιωτέρους γενομένους ἐκπεσόντας ἐν βραχεῖ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων.

27. Ἵνα δέ σοι καὶ τούτους ἀφῶ, τό γε ὑγιαίνειν ἐχέγγυον οἴει σοι γενήσεσθαι καὶ βέβαιον; ἢ οὐχ ὁρᾷς πολλοὺς τῶν πλουσίων κακοδαιμόνως διάγοντας ὑπὸ τῶν ἀλγηδόνων, τοὺς μὲν οὐδὲ βαδίζειν δυναμένους, ἐνίους δὲ τυφλοὺς ἢ τῶν ἐντοσθιδίων τι ἀλγοῦντας; Ὅτι μὲν γὰρ οὐκ ἂν ἕλοιο πλουτῶν δὶς τοσοῦτον πλοῦτον ὅμοια πάσχειν Φανομάχῳ τῷ πλουσίῳ καὶ θηλύνεσθαι ὡς ἐκεῖνος εὖ οἶδα, κἂν μὴ εἴπῃς. Ἐῶ λέγειν ὅσας ἐπιβουλὰς μετὰ τοῦ πλούτου καὶ λῃστὰς καὶ φθόνον καὶ μῖσος παρὰ τῶν πολλῶν. Ὁρᾷς οἵων σοι πραγμάτων αἴτιος ὁ θησαυρὸς γίγνεται;

oleum ipsum quoque ex Iberia; mel autem nostras illud sine igne depuratum; et obsonia undique, et apri, et lepores; et quod ad volucria, gallina e Phaside, ex India pavo, gallus autem Numidicus : qui vero parent singula, sophistæ quidam sunto in coquendo et succis parandis exercitati. Si cui vero propinem scypho postulato aut phiala, qui ebibit, poculum quoque ipsum auferat.

24. Qui vero jam sunt divites, Iri ad me et mendici nimirum sunto omnes : neque amplius parvulam illam lancem argenteam, aut poculum, in pompa ostentabit Dionicus; præsertim ubi viderit servos meos tanto uti argento. Civitati vero hæc a me insignia munera contigerint : divisiones menstruæ, drachmæ civi unicuique centum; inquilino harum dimidium; publica ad pulchritudinem exculta theatra, et balineæ, et ut mare ad Dipylum usque perveniat, atque hic circiter portus sit, adducta per magnam fossam aqua, ut prope appellere navis mea possit, ab ipso inde Ceramico jam conspicua.

25. Amicis autem vobis, Samippo quidem viginti medimnos auri signati dispensatorem meum admetiri juberem; Timolao chœnices quinque; Lycino autem chœnicem, atque adeo abrasam, quod garrulus est, meumque votum irridet. Hanc ego vellem vitam vivere, divitiis supra modum affluens, et deliciis voluptatibusque omnibus fruens liberrime. Dixi : ac perficiat ista mihi Mercurius.

26. LYC. Nosti ergo, Adimante, quam a tenui tibi filo universæ istæ divitiæ suspensæ sint? quo rupto, perierint omnia, et carbones tibi pro thesauro relinquantur?

ADIM. Quid ita, Lycine?

LYC. Quod obscurum est, vir bone, quam diu sis in istis divitiis victurus. Quis enim novit annon apposita adhuc mensa illa aurea, ante etiam quam manum injicias ac gustes de pavone illo vel de gallo Numidico, efflata animula hinc abeas, vulturibus et corvis relinquens ista omnia? aut vis ut eos tibi recenseam, qui statim, antequam fruerentur divitiis, mortui sunt; quosdam vero etiam dum viverent, iis quæ habebant ab invido quodam ad talia dæmone privatos? audisti enim forte Crœsum et Polycratem, multum te ditiores, bonis omnibus brevi tempore excidisse.

27. Ut autem hos etiam tibi remittam, an valetudinem tibi tanquam sponsore quodam certam firmamque futuram arbitraris? aut non vides multos divitum misere a doloribus habere, quosdam ne incedere quidem valentes, aliquos cæcos, aut intestino quodam dolore laborantes? Te enim ne cum altero quidem tanto divitiarum optaturum esse ea pati, quæ dives ille Phanomachus, atque ita, ut iste, effeminari, etiam te tacente bene novi. Mitto dicere quot insidiæ esse soleant cum divitiis, et latrones, et invidia, et odium multitudinis. Vides quot tibi negotia facessat thesaurus?

ΑΔΕΙΜ. Ἀεὶ σύ μοι, ὦ Λυκῖνε, ὑπεναντίος· ὥστε οὐδὲ τὴν χοίνικα ἔτι λήψῃ ἐς τέλος μου τῆς εὐχῆς ἐπηρεάζων.

ΛΥΚ. Τοῦτο μὲν ἤδη κατὰ τοὺς πολλοὺς τῶν πλουσίων ἀναδύῃ καὶ ἀνακαλεῖς τὴν ὑπόσχεσιν. Ἀλλὰ σὺ ἤδη ὁ Σάμιππος εὔχου.

28. ΣΑΜ. Ἐγὼ δὲ — ἠπειρώτης γάρ εἰμι, Ἀρκὰς ἐκ Μαντινείας, ὡς ἴστε — ναῦν μὲν οὐκ αἰτήσομαί μοι γενέσθαι, ἥν γε τοῖς πολίταις ἐπιδείξασθαι ἀδύνατον, οὐδὲ μικρολογήσομαι πρὸς τοὺς θεοὺς θησαυρὸν αἰτῶν καὶ μεμετρημένον χρυσίον· ἀλλὰ δύνανται γὰρ πάντα οἱ θεοὶ, καὶ τὰ μέγιστα εἶναι δοκοῦντα, καὶ ὁ νόμος τῆς εὐχῆς ὃν Τιμόλαος ἔθηκε φήσας μηδὲν ὀκνεῖν αἰτεῖν, ὡς ἐκείνων πρὸς οὐδὲν ἀνανευόντων· αἰτῶ δὴ βασιλεὺς γενέσθαι οὐχ οἷος Ἀλέξανδρος ὁ Φιλίππου ἢ Πτολεμαῖος ἢ Μιθριδάτης ἢ εἴ τις ἄλλος ἐκδεξάμενος τὴν βασιλείαν παρὰ πατρὸς ἦρξεν, ἀλλά μοι τὸ πρῶτον ἀπὸ λῃστείας ἀρξαμένῳ ἑταῖροι καὶ συνωμόται ὅσον τριάκοντα, πιστοὶ μάλα καὶ πρόθυμοι, γενέσθωσαν, εἶτα κατ' ὀλίγον τριακόσιοι προσιόντες ἡμῖν ἄλλος ἐπ' ἄλλῳ, εἶτα χίλιοι καὶ μετ' οὐ πολὺ μύριοι, καὶ τὸ πᾶν εἰς πέντε μυριάδας τὸ ὁπλιτικὸν, ἱππεῖς δὲ ἀμφὶ τοὺς πεντακισχιλίους.

29. Ἐγὼ δὲ χειροτονητὸς ὑφ' ἁπάντων προκριθεὶς ἄρχων, ἄριστος εἶναι δόξας ἀνθρώπων ἡγεῖσθαι καὶ πράγμασι χρῆσθαι· ὡς τοῦτό γε αὐτὸ ἤδη μείζονα εἶναι τῶν ἄλλων βασιλέων ἅτε ἀρετῇ προχειρισθέντα ὑπὸ τῆς στρατιᾶς ἄρχειν, οὐ κληρονόμον γενόμενον ἄλλου πονήσαντος ἐς τὴν βασιλείαν· ἐπεὶ τῷ Ἀδειμάντου θησαυρῷ παραπλήσιον τὸ τοιοῦτο, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐχ ὅμοιον ἡδὺ, ὥσπερ ὅταν ἴδῃ τις αὐτὸς δι' αὑτοῦ κτησάμενος τὴν δυναστείαν.

ΛΥΚ. Παπαῖ, ὦ Σάμιππε, οὐδὲν μικρὸν, ἀλλὰ τὸ κεφάλαιον αὐτὸ τῶν ἀγαθῶν ἁπάντων σύ γε ᾔτησας, ἄρχειν ἀσπίδος τοσαύτης ἄριστος δὴ προκριθεὶς ὑπὸ τῶν πεντακισμυρίων. Τοιοῦτον ἡμῖν ἡ Μαντίνεια θαυμαστὸν βασιλέα καὶ στρατηγὸν ἐλελήθει ἀνατρέφουσα. Πλὴν ἀλλὰ βασίλευε καὶ ἡγοῦ τῶν στρατιωτῶν καὶ διακόσμει τό τε ἱππικὸν καὶ τοὺς ἀνέρας τοὺς ἀσπιδιώτας· ἐθέλω γὰρ εἰδέναι οἷ βαδιεῖσθε τοσοῦτοι ὄντες ἐξ Ἀρκαδίας ἢ ἐπὶ τίνας ἀθλίους πρώτους ἀφίξεσθε.

30. ΣΑΜ. Ἄκουε, ὦ Λυκῖνε, μᾶλλον δὲ, εἴ σοι φίλον, ἀκολούθει μεθ' ἡμῶν· ἵππαρχον γάρ σε τῶν πεντακισχιλίων ἀποφανῶ.

ΛΥΚ. Ἀλλὰ τῆς μὲν τιμῆς, ὦ βασιλεῦ, χάριν οἶδά σοι καὶ ὑποκύψας εἰς τὸ Περσικὸν προσκυνῶ σε περιαγαγὼν εἰς τοὐπίσω τὼ χεῖρε τιμῶν τὴν τιάραν ὀρθὴν οὖσαν καὶ τὸ διάδημα· σὺ δὲ τῶν ἐρρωμένων τούτων τινὰ ποίησον ἵππαρχον· ἐγὼ γάρ σοι δεινῶς ἄφιππός εἰμι καὶ οὐδὲ ὅλως ἐπέβην ἵππου ἐν τῷ πρὸ τοῦ χρόνῳ. Δέδια τοίνυν μὴ τοῦ σαλπιγκτοῦ ἐποτρύνοντος καταπεσὼν ἔγωγε συμπατηθῶ ἐν τῇ τύρβῃ ὑπὸ τοσαύταις ὁπλαῖς, ἢ καὶ θυμοειδὴς ὢν ὁ ἵππος ἐξενέγκῃ με τὸν χαλινὸν ἐνδακὼν ἐς μέσους τοὺς πολεμίους, ἢ δεήσει

ADIM. Semper tu mihi, Lycine, adversaris. Itaque nec chœnicem jam accipies, usque ad finem voti mei molestus.

LYC. Istuc jam pro more vulgi divitum facis, quod retractas et revocas promissum. Sed tu jam, Samippe, opta.

28. SAM. Ego autem (quippe mediterraneus homo, Arcas, ut nostis, ex Mantinea) navem mihi obtingere non optabo, quippe quam ostendere civibus meis nequeam : neque ita avare cum diis agam, uti thesaurum optem ac dimensum aurum. Verum enim, quum possint omnia dii, etiam quæ maxima videntur, et lex optandi hæc sit, quam Timolaus posuit, quum dixit, ne quid verecundemur optare, tanquam nihil illis renuentibus : opto jam rex fieri, non qualis Alexander Philippi, aut Ptolemæus, aut Mithridates, aut si quis alius acceptum a patre regnum tenuit; sed mihi primum a latrociniis auspicanti sodales contingant et conjurati circiter triginta, fideles maxime atque alacres : tum accedentes paullatim nobis trecenti, alius post alium; tum mille, et non ita multo post, decies mille : et universum esto ad quinquaginta millia armatorum, equites vero circiter quinquies mille.

29. Ego vero suffragiis omnium prælatus imperator, qui optime videar hominibus præesse et tractare negotia : ut eo ipso jam major sim regibus ceteris, tanquam per virtutem promotus ab exercitu ad regendum, non heres factus alius qui in regno parando elaborarit : quando hoc thesauro Adimanti valde simile est, neque res æque jucunda, quam si quis per se sibi partum imperium videat.

LYC. Papæ, Samippe, nihil parvum, sed ipsum caput bonorum tu quidem petiisti, tantæ multitudini armatorum imperare, præstantissimum judicatum a quinquaginta millibus. Talem nobis, tam admirabilem regem ducemque, insciis nobis, Mantinea enutriebat. Verum regna jam, et duc milites, adorna equitatum et viros scutatos. Volo enim scire quo ituri sitis tot homines ex Arcadia, aut ad quos miseros primum accessuri.

30. SAM. Audi, Lycine, vel potius nos, si volueris, comitare : præfectum enim illis te equitum quinque millibus constituam.

LYC. Verum ego honoris hujus tibi, rex, gratiam facio, inclinatusque Persarum in morem te adoro, reductis in tergum manibus, tiaram illam tuam erectam venerans ac diadema : at tu de robustis hisce unum fac præfectum equitum. Ego enim vehementer ab re equestri abhorreo, neque omnino equum superiori tempore conscendi. Metuo igitur ne, classicum canente tubicine, delapsus ego in turba conculcer tot sub ungulis, aut etiam ne acer equus frena mordens in medios me hostes inferat, aut ne ad ephippium

καταδεθῆναί με πρὸς τὸ ἐφίππιον, εἰ μέλλω μενεῖν τε ἄνω καὶ ἕξεσθαι τοῦ χαλινοῦ.

31. ΑΔΕΙΜ. Ἐγώ σοι, ὦ Σάμιππε, ἡγήσομαι τῶν ἱππέων, Λυκῖνος δὲ τὸ δεξιὸν κέρας ἐχέτω. Δίκαιος δ' ἂν εἴην τυχεῖν παρὰ σοῦ τῶν μεγίστων τοσούτοις σε μεδίμνοις δωρησάμενος ἐπισήμου χρυσίου.

ΣΑΜ. Καὶ αὐτοὺς ἐρώμεθα, ὦ Ἀδείμαντε, τοὺς ἱππέας, εἰ δέξονταί σε ἄρχοντα σφῶν γενέσθαι. Ὅτῳ δοκεῖ, ὦ ἱππεῖς, Ἀδείμαντον ἱππαρχεῖν, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα.

ΑΔΕΙΜ. Πάντες, ὡς ὁρᾷς, ὦ Σάμιππε, ἐχειροτόνησαν.

ΣΑΜ. Ἀλλὰ σὺ μὲν ἄρχε τῆς ἵππου, Λυκῖνος δὲ ἐχέτω τὸ δεξιόν· οὑτοσὶ δὲ Τιμόλαος ἐπὶ τοῦ εὐωνύμου τετάξεται· ἐγὼ δὲ κατὰ μέσον, ὡς νόμος βασιλεῦσι τῶν Περσῶν, ἐπειδὰν αὐτοὶ συμπαρῶσι.

32. Προΐωμεν δὲ ἤδη τὴν ἐπὶ Κορίνθου διὰ τῆς ὀρεινῆς ἐπευξάμενοι τῷ βασιλείῳ Διΐ· κἀπειδὰν τὰν τῇ Ἑλλάδι πάντα ἤδη χειρωσώμεθα — οὐδεὶς γὰρ ὁ ἐναντιωθησόμενος ἡμῖν τὰ ὅπλα τοσούτοις οὖσιν, ἀλλ' ἀκονιτὶ κρατήσομεν— ἐπιβάντες ἐπὶ τὰς τριήρεις καὶ τοὺς ἵππους ἐς τὰς ἱππαγωγοὺς ἐμβιβάσαντες — παρεσκεύασται δ' ἐν Κεγχρεαῖς καὶ σῖτος ἱκανὸς καὶ τὰ πλοῖα διαρκῆ καὶ τἄλλα πάντα — διαβάλλωμεν τὸν Αἰγαῖον εἰς τὴν Ἰωνίαν, εἶτα ἐκεῖ τῇ Ἀρτέμιδι θύσαντες καὶ τὰς πόλεις ἀτειχίστους λαβόντες ῥᾳδίως ἄρχοντας ἀπολιπόντες προχωρῶμεν ἐπὶ Συρίας διὰ Καρίας εἶτα Λυκίας καὶ Παμφυλίας καὶ Πισιδῶν καὶ τῆς παραλίου καὶ ὀρεινῆς Κιλικίας, ἄχρι ἂν ἐπὶ τὸν Εὐφράτην ἀφικώμεθα.

33. ΛΥΚ. Ἐμέ, ὦ βασιλεῦ, εἰ δοκεῖ, σατράπην τῆς Ἑλλάδος κατάλιπε· δειλὸς γάρ εἰμι καὶ τῶν οἴκοι πολὺ ἀπελθεῖν οὐκ ἂν ἀδεῶς ὑπομείναιμι· σὺ δὲ ἔοικας ἐπὶ Ἀρμενίους καὶ Παρθυαίους ἐλάσειν μάχιμα φῦλα καὶ τὴν τοξικὴν εὔστοχα. Ὥστε ἄλλῳ παραδοὺς τὸ δεξιὸν, ἐμὲ Ἀντίπατρόν τινα ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος ἔασον, μή με καὶ διαπείρῃ τις οἰστῷ ἄθλιον βαλὼν ἐς τὰ γυμνὰ περὶ Σοῦσα ἢ Βάκτρα ἡγούμενόν σοι τῆς φάλαγγος.

ΣΑΜ. Ἀποδιδράσκεις, ὦ Λυκῖνε, τὸν κατάλογον δειλὸς ὤν. Ὁ δὲ νόμος ἀπετετμῆσθαι τὴν κεφαλὴν, εἴ τις λιπὼν φαίνοιτο τὴν τάξιν. Ἀλλ' ἐπεὶ κατὰ τὸν Εὐφράτην ἤδη ἐσμὲν καὶ ὁ ποταμὸς ἔζευκται καὶ κατόπιν ὁπόσα διεληλύθαμεν ἀσφαλῶς ἔχει καὶ πάντα ὕπαρχοι κατέχουσιν ὑπ' ἐμοῦ ἑκάστῳ ἔθνει ἐπεισαχθέντες, οἱ δὲ καὶ ἀπίασι τὴν Φοινίκην ἡμῖν ἐν τοσούτῳ καὶ τὴν Παλαιστίνην εἶτα καὶ τὴν Αἴγυπτον προσαξόμενοι, σὺ πρῶτος, ὦ Λυκῖνε, διάβαινε τὸ δεξιὸν ἄγων, εἶτα ἐγὼ καὶ μετ' ἐμὲ ὁ Τιμόλαος· ἐπὶ πᾶσι δὲ τὸ ἱππικὸν ἄγε σὺ, ὦ Ἀδείμαντε.

34. Καὶ διὰ μὲν τῆς Μεσοποταμίας οὐδεὶς ἀπήντηκεν ἡμῖν πολέμιος, ἀλλὰ ἑκόντες αὐτούς τε καὶ τὰς ἀκροπόλεις ἄνθρωποι ἐνεχείρισαν, καὶ ἐπὶ Βαβυλῶνα ἐλθόντες ἀπροσδόκητοι παρήλθομεν εἰς τὸ εἴσω τῶν τειχῶν καὶ ἔχομεν τὴν πόλιν· ὁ βασιλεὺς δὲ περὶ Κτη-

sim deligandus, quo supra manere ac retinere frena possim.

31. ADIM. Ego tibi, o Samippe, equitatum ducam, dextrum vero cornu Lycinus teneat; dignus autem esse videor qui maxima a te consequar, tot tibi auri signati largitus modios.

SAM. Ipsos etiam interrogemus, Adimante, equites, utrum te recipiant suum præfectum futurum. Qui censetis, equites, Adimantum equitatui præfici, manum tollitote.

ADIM. Omnes, ut vides, Samippe, sustulerunt.

SAM. En præesto tu equitatui : Lycinus vero dextrum cornu habeat; at hic Timolaus sinistro præficietur : ego em in media acie, ut mos est Persarum regibus, quando ipsi adsunt in prælio.

32. Jam vero progrediamur Corinthum versus per montana, votis antea Jovi regum custodi nuncupatis : et quando jam Græciam omnem subegerimus (neque enim quisquam nobis armatus, qui tanto numero simus, occurret, sed citra pulveris jactum superabimus), conscensis triremibus, impositisque in hippagines equis (paratum est autem Cenchreis frumenti quod satis est et navium copia sufficiens et reliqua omnia), per Ægæum navigemus in Ioniam. Deinde ibi sacro Dianæ facto, captisque facile urbibus non munitis, relictisque earum præfectis, in Syriam tendemus per Cariam, tum Lyciam, et Pamphyliam, et Pisidas, et maritimam montanamque Ciliciam, donec perveniamus ad Euphraten.

33. LYC. Me, rex, si videtur, Satrapam relinque Græciæ : meticulosus enim sum, et longe discedere domo non sustinuerim secure, quum tu videaris ducturus in Armenios atque Parthos, gentes pugnaces et sagittis bene collineantes. Igitur dextrum cornu trade alii, me Antipatrum quendam relinque in Græcia, ne me, dum phalangem tibi duco circa Susa aut Bactra, sagitta aliquis miserum, qua parte intectus sum, trajiciat.

SAM. Fugis delectum, Lycine, metu. At lex est capite plecti, si quis ordines deseruisse deprehendatur. Sed quando jam sumus ad Euphraten, et junctus est ponte fluvius, et a tergo quæ pertransivimus tuta sunt omnia, atque omnia tenent præfecti, unicuique populo a me impositi; alii vero discesserunt qui Phœnicen nobis interea et Palæstinam, deinde etiam Ægyptum subigant : tu primus, Lycine, dextro cornu inducto, trajice; tum ego; et post me hic Timolaus : post omnes autem tu equitatum, Adimante, ducito.

34. Atque per Mesopotamiam nullus nobis obviam venit hostis, sed sponte se cum arcibus viri nobis dediderunt; progressique ad Babylonem, ex improviso intra muros delati urbem habemus. Rex autem qui circa Ctesiphontem

σιφῶντα διατρίβων ἤκουσε τὴν ἔφοδον, εἶτα εἰς Σελεύκειαν παρελθὼν παρασκευάζεται ἱππέας τε ὅτι πλείστους μεταπεμπόμενος καὶ τοξότας καὶ σφενδονήτας. Ἀπαγγέλλουσι δ' οὖν οἱ σκοποὶ ἀμφὶ τὰς ἑκατὸν ἤδη μυριάδας τοῦ μαχίμου συνειλέχθαι καὶ τούτων εἴκοσιν ἱπποτοξότας, καίτοι οὔπω ὁ Ἀρμένιος πάρεστιν οὔτε οἱ κατὰ τὴν Κασπίαν θάλατταν οἰκοῦντες οὔτε οἱ ἀπὸ Βάκτρων, ἀλλ' ἐκ τῶν πλησίον καὶ προαστείων τῆς ἀρχῆς· οὕτω ῥᾳδίως τοσαύτας μυριάδας κατέλεξε. Καιρὸς οὖν ἤδη σκοπεῖν ἡμᾶς ὅ τι χρὴ ποιεῖν.

35. ΑΔΕΙΜ. Ἀλλ' ἐγὼ μέν φημι δεῖν ὑμᾶς τὸ πεζὸν ἀπιέναι τὴν ἐπὶ Κτησιφῶντος, ἡμᾶς δὲ τὸ ἱππικὸν αὐτοῦ μένειν τὴν Βαβυλῶνα διαφυλάξοντας.

ΣΑΜ. Ἀποδειλιᾷς καὶ σὺ, ὦ Ἀδείμαντε, πλησίον τοῦ κινδύνου γενόμενος; Σοὶ δὲ τί δοκεῖ, ὦ Τιμόλαε;

ΤΙΜ. Ἁπάσῃ τῇ στρατιᾷ βαδίζειν ἐπὶ τοὺς πολεμίους, μηδὲ περιμένειν ἔστ' ἂν ἄμεινον παρασκευάσωνται πανταχόθεν τῶν συμμάχων προσγενομένων, ἀλλ' ἕως ἔτι καθ' ὁδόν εἰσιν οἱ πολέμιοι, ἐπιχειρῶμεν αὐτοῖς.

ΣΑΜ. Εὖ λέγεις. Σὺ δὲ τί, ὦ Λυκῖνε, δοκιμάζεις;

ΛΥΚ. Ἐγώ σοι φράσω· ἐπειδὴ κεκμήκαμεν συντόνως ὁδεύοντες, ὁπότε κατῄειμεν ἕωθεν ἐς τὸν Πειραιᾶ, καὶ νῦν ἤδη τριάκοντά που σταδίους προκεχωρήκαμεν καὶ ὁ ἥλιος πολὺς, κατὰ μεσημβρίαν γὰρ ἤδη μάλιστα, ἐνταῦθά που ἐπὶ τὰς ἐλαίας ἐπὶ τῆς ἀνατετραμμένης στήλης καθίσαντας ἀναπαύσασθαι, εἶτα οὕτως ἀναστάντας ἀνύειν τὸ λοιπὸν ἐς τὸ ἄστυ.

ΣΑΜ. Ἔτι γὰρ Ἀθήνησιν, ὦ μακάριε, εἶναι δοκεῖς, ὃς ἀμφὶ Βαβυλῶνα ἐν τῷ πεδίῳ πρὸ τῶν τειχῶν ἐν τοσούτοις στρατιώταις κάθησαι περὶ τοῦ πολέμου διασκοπούμενος;

ΛΥΚ. Εὖγε ὑπέμνησας. Ἐγὼ δὲ νήφειν ᾤμην καὶ οὐ παραποφανεῖσθαι τὴν γνώμην.

36. ΣΑΜ. Πρόσιμεν δὴ, εἴ σοι δοκεῖ. Καὶ ὅπως ἄνδρες ἀγαθοὶ ἐν τοῖς κινδύνοις ἔσεσθε μηδὲ προδώσετε τὸ πάτριον φρόνημα· ἤδη γάρ που καὶ οἱ πολέμιοι ἐπιλαμβάνουσιν. Ὥστε τὸ μὲν σύνθημα ἔστω Ἐνυάλιος· ὑμεῖς δὲ ἐπειδὰν σημάνῃ ὁ σαλπιγκτὴς, ἀλαλάξαντες καὶ τὰ δόρατα κρούσαντες πρὸς τὰς ἀσπίδας ἐπείγεσθε συμμῖξαι τοῖς ἐναντίοις καὶ ἐντὸς γενέσθαι τῶν τοξευμάτων, ὡς μηδὲ πληγὰς λαμβάνωμεν ἀκροβολίζεσθαι αὐτοῖς διδόντες· καὶ ἐπειδὴ ἐς χεῖρας ἤδη συνεληλύθαμεν, τὸ μὲν εὐώνυμον καὶ ὁ Τιμόλαος ἐτρέψαντο τοὺς καθ' αὑτοὺς Μήδους ὄντας, τὸ δὲ κατ' ἐμὲ ἰσόπαλον ἔτι, Πέρσαι γάρ εἰσι καὶ ὁ βασιλεὺς ἐν αὐτοῖς· ἡ δὲ ἵππος ἅπασα τῶν βαρβάρων ἐπὶ τὸ δεξιὸν ἡμῶν ἐλαύνουσιν, ὥστε, ὦ Λυκῖνε, αὐτός τε ἀνὴρ ἀγαθὸς γίγνου καὶ τοῖς μετὰ σαυτοῦ παρακελεύου δέχεσθαι τὴν ἐπέλασιν.

37. ΛΥΚ. Ὢ τῆς τύχης· ἐπ' ἐμὲ γὰρ οἱ ἱππεῖς ἅπαντες καὶ μόνος ἐπιτήδειος αὐτοῖς ἔδοξα ἐπελαύνεσθαι.

hæret, audita impressione, progressus ad Seleuciam parat se, equitatumque arcessens quamplurimum, et sagittarios et funditores. Renunciant ergo exploratores, circa millies mille jam viros pugnæ aptos collectos esse, in his ducenta millia jaculantium ex equis, quanquam Armenius nondum adest, neque qui Caspium mare accolunt, neque Bactriani, sed de partibus modo vicinis et suburbanis quasi imperii : adeo facile tot millia coegit. Itaque tempus est ut nos etiam, quid nobis agendum sit, circumspiciamus.

35. ADIM. Nimirum ego aio oportere vos pedites Ctesiphontem petere; nos autem, equitatum, hic manere ad Babylonem tuendam.

SAM. Etiam tu, Adimante, metuis constitutus prope periculum? Tibi vero, Timolae, quid videtur?

TIM. Omni cum exercitu hostes aggredi, neque exspectare donec parent se melius et affluant undique auxilia : sed dum adhuc in via sunt hostes, illos aggrediamur.

SAM. Bene mones. Tu vero, Lycine, quid censes?

LYC. Ego tibi dicam : quandoquidem a contentione itineris fatigati sumus, qui hodie mane descenderimus in Piræeum, nunc vero jam triginta circiter stadia progressi sumus, et sol multus (jam enim circa meridiem est), ut hic alicubi sub oleis, in eversa illa columella assidentes, requiescamus, ac deinde surgentes, studiose redeamus in urbem.

SAM. Etiamnum Athenis tibi esse, bone vir, videris, qui circa Babylonem in campo ante muros sedeas tot inter milites, dispiciens de bello?

LYC. Bene vero reposuisti me in memoriam. At ego sobrium me esse putabam nec sententiam perverse prolaturum.

36. SAM. Aggredimur sane, si tibi videtur. Et mementote ut viri fortes sitis in periculis, neu prodatis animum illum patrium : jam enim invadere videntur hostes. Itaque tessera esto Mars! vos vero quum classicum cecinerit tubicen, clamore sublato, incussis in clypeos hastis, urgete manus conserere cum hostibus, et intra teli jactum venire, ut nec excipiamus ictus jaculandi facultate illis data : et quando ad manus jam venimus, sinistrum cornu et Timolaus jam in fugam verterunt sibi oppositos Medos, sed meum agmen æquo adhuc Marte pugnat : sunt enim Persæ et rex inter ipsos : equitatus autem barbarorum universus in dextram aciem nostram invehitur : itaque, Lycine et ipse vir fortis esto, et tuis, ut impetum excipiant, impera.

37. LYC. Vah fortunam! in me enim equites universi, et solus ipsis idoneus sum visus in quem irruant. Videor

Καί μοι δοκῶ, ἢν βιάζωνται, αὐτομολήσειν προσδραμὼν ἐς τὴν παλαίστραν ἔτι πολεμοῦντας ὑμᾶς καταλιπών.

ΣΑΜ. Μηδαμῶς· κρατεῖς γὰρ αὐτῶν καὶ σὺ ἤδη τὸ μέρος. Ἐγὼ δὲ, ὡς ὁρᾷς, καὶ μονομαχήσω πρὸς τὸν βασιλέα· προκαλεῖται γάρ με καὶ ἀναδῦναι πάντως αἰσχρόν.

ΛΥΚ. Νὴ Δία καὶ τετρώσῃ αὐτίκα μάλα πρὸς αὐτοῦ· βασιλικὸν γὰρ καὶ τὸ τρωθῆναι περὶ τῆς ἀρχῆς μαχόμενον.

ΣΑΜ. Εὖ λέγεις. Ἐπιπόλαιον μέν μοι τὸ τραῦμα καὶ οὐκ εἰς τὰ φανερὰ τοῦ σώματος, ὡς μηδὲν τὴν οὐλὴν ὕστερον ἄμορφον γενέσθαι. Πλὴν ἀλλὰ ὁρᾷς ὅπως ἐπελάσας μιᾷ πληγῇ αὐτόν τε καὶ τὸν ἵππον διέπειρα τὴν λόγχην ἀφεὶς, εἶτα τὴν κεφαλὴν ἀποτεμὼν καὶ ἀφελὼν τὸ διάδημα βασιλεὺς ἤδη γέγονα προσκυνούμενος ὑφ' ἁπάντων;

37. Οἱ βάρβαροι προσκυνείτωσαν· ὑμῶν κατὰ τὸν Ἑλλήνων νόμον ἄρξω εἷς στρατηγὸς ὀνομαζόμενος. Ἐπὶ τούτοις ἆρα ἐννοεῖτε ὅσας μὲν πόλεις ἐπωνύμους ἐπ' ἐμαυτοῦ οἰκιῶ, ὅσας δὲ καὶ καθαιρήσω ἑλὼν κατὰ κράτος, αἳ ἂν ὑβρίσωσί τι ἐς τὴν ἀρχήν. Ἁπάντων δὲ μάλιστα Κυδίαν τὸν πλούσιον μετελεύσομαι, ὃς ὅμορος ἤδη ὤν μοι ἐξέωσε τοῦ ἀγροῦ ἐπιβαίνων κατ' ὀλίγον ἐς τὸ εἴσω τῶν ὅρων.

39. ΛΥΚ. Πέπαυσο ἤδη, ὦ Σάμιππε· καιρὸς γὰρ σὲ ἤδη μὲν νενικηκότα τηλικαύτην μάχην ἐν Βαβυλῶνι εὐωχεῖσθαι τὰ ἐπινίκια — ἐκστάδιος γὰρ οἶμαί σοι ἡ ἀρχή — Τιμόλαον δὲ ἐν τῷ μέρει εὔχεσθαι ὅπερ ἂν ἐθέλῃ.

ΣΑΜ. Τί δ' οὖν, ὦ Λυκῖνε; οἷά σοι ᾐτῆσθαι δοκῶ;

ΛΥΚ. Παρὰ πολὺ, ὦ θαυμασιώτατε βασιλέων, ἐπιπονώτερα καὶ βιαιότερα τῶν Ἀδειμάντου, παρ' ὅσον ἐκεῖνος μὲν ἐτρύφα διτάλαντα χρύσεα ἐκπώματα προτεινόμενος τοῖς συμπόταις, σὺ δὲ καὶ ἐτιτρώσκου μονομαχῶν καὶ ἐδεδίεις καὶ ἐφρόντιζες νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν· οὐ μόνον γάρ σοι τὰ παρὰ τῶν πολεμίων φοβερὰ ἦν, ἀλλὰ καὶ ἐπιβουλαὶ μυρίαι καὶ φθόνος παρὰ τῶν συνόντων καὶ μῖσος καὶ κολακεία, φίλος δὲ οὐδεὶς ἀληθὴς, ἀλλὰ πρὸς τὸ δέος ἅπαντες ἢ πρὸς τὴν ἐλπίδα εὖνοι δοκοῦντες εἶναι. Ἀπόλαυσις μέν γε οὐδὲ ὄναρ τῶν ἡδέων, ἀλλὰ δόξα μόνη καὶ πορφυρὶς χρυσῷ ποικίλη καὶ ταινία λευκὴ περὶ τῷ μετώπῳ καὶ δορυφόροι προϊόντες, τὰ δ' ἄλλα κάματος ἀφόρητος καὶ ἀηδία πολλὴ, καὶ ἢ χρηματίζειν δεῖ τοῖς παρὰ τῶν πολεμίων ἥκουσιν ἢ δικάζειν ἢ καταπέμπειν τοῖς ὑπηκόοις ἐπιτάγματα, καὶ ἤτοι ἀφέστηκέ τι ἔθνος ἢ ἐπελαύνουσί τινες τῶν ἔξω τῆς ἀρχῆς. Δεδιέναι οὖν δεῖ πάντα καὶ ὑφορᾶσθαι, καὶ ὅλως ὑπὸ πάντων μᾶλλον ἢ ὑπὸ σεαυτοῦ εὐδαιμονίζεσθαι.

40. Καὶ γὰρ οὖν καὶ τόδε πῶς οὐ ταπεινὸν, ὅτι καὶ νοσεῖς τὰ ὅμοια τοῖς ἰδιώταις καὶ ὁ πυρετὸς οὐ διαγιγνώσκει σε βασιλέα ὄντα οὐδ' ὁ θάνατος δέδιε τοὺς δορυφόρους, ἀλλ' ἐπιστὰς, ὁπόταν αὐτῷ δοκῇ, ἄγει οἰμώ-

mihi, si vim faciant, fugere curriculo in palæstram, et adhuc pugnantes vos deserturus.

SAM. Nequaquam : vincis enim jam tu quoque tua in parte. Ego autem, ut vides, jam solitariam cum rege pugnam pugnabo : etenim me provocat, et retrocedere omnino turpe est.

LYC. Per Jovem, etiam ocyus ab illo vulneraberis; regium enim hoc etiam, vulnerari in pugna pro imperio.

SAM. Bene mones : leve quidem mihi vulnus, minimeque in aperto corporis loco, adeo ut neque cicatrix in posterum deformis futura sit. Verum viden' ut invectus ego ictu uno ipsum cum equo emissa hasta trajeci, ac deinde capite abscisso, ablatoque diademate, rex jam sim factus et adorer ab omnibus?

38. Ac barbari quidem nos adorent : vobis vero Græco more, Prætoris unici nomine, imperabo. Post hæc igitur cogitate quot urbes de meo nomine appellatas conditurus sim, quot contra vi captas sim vastaturus, si qua injuria imperium meum affecerint. Omnium vero maxime Cydiam divitem mulcabo, qui, vicinus meus quum esset, agro me, ingressus paullatim intra fines, expulit.

39. LYC. Desine jam, Samippe : tempus est enim te jam, qui talem pugnam viceris, Babylone epulari victoriæ causa (extra stadium enim puto tibi esse imperium), ac Timolaum jam suo loco optare quicquid voluerit.

SAM. Quid ergo, Lycine? qualia optasse tibi videor?

LYC. Multum, o maxime admirabilis regum, laboriosiora et valentiora votis Adimanti, quatenus ille quidem luxuriose vivebat, aurea binorum talentorum pocula propinans convivis; ac tu et vulnerabaris in pugna singulari, et metuebas, et sollicitus eras noctes diesque. Neque enim ab hoste tibi solo timendum erat, sed insidiæ etiam sexcentæ, et invidia a familiaribus, et odium, et adulatio : amicus autem verus nemo, sed ad metum omnes aut ad spem benevoli qui esse videantur. Fructus rerum suavium ne per somnum quidem, sed gloria sola, et distincta auro purpura, et tænia circa frontem alba, et præcedentes satellites : ceterum labor intolerabilis et multum injucunditatis; quum aut opera danda sit his qui ab hostibus venere, aut jus dicendum, aut mittenda populis subjectis imperia : et aut deficit gens aliqua, aut externi quidam imperium invadunt. Metuere ergo oportet omnia et suspicari, atque in universum omnibus potius, quam tibi ipsi, videri beatum.

40. Etenim illud etiam qui non humile, quod ægrotabis non minus quam privati, nec febris te regem esse internoscit, neque metuit mors satellites; sed quum ipsi visum fuerit superveniens, plorantem, nihil reverita diadema,

ζοντα οὐκ αἰδούμενος τὸ διάδημα; σὺ δὲ ὁ οὕτως ὑψηλὸς καταπεσὼν ἀνασπαστὸς ἐκ τοῦ βασιλείου θρόνου τὴν αὐτὴν ὁδὸν ἄπει τοῖς πολλοῖς, ἰσότιμος ἐλαυνόμενος ἐν τῇ ἀγέλῃ τῶν νεκρῶν, χῶμα ὑψηλὸν ὑπὲρ γῆς καὶ στήλην μακρὰν ἢ πυραμίδα εὐγραμμον τὰς γωνίας ἀπολιπὼν, ἐκπρόθεσμα καὶ ἀνεπαίσθητα φιλοτιμήματα· εἰκόνες δὲ ἐκεῖναι καὶ νεῴ, οὓς ἀνιστᾶσιν αἱ πόλεις θεραπεύουσαι, καὶ τὸ μέγα ὄνομα πάντα κατ' ὀλίγον ἀπορρεῖ καὶ ἄπεισιν ἀμελούμενα. Ἢν δὲ καὶ ὅτι μάλιστα ἐπὶ πλεῖστον παραμείνῃ, τίς ἔτι ἀπόλαυσις ἀναισθήτῳ αὐτῷ γενομένῳ; Ὁρᾷς οἷα μὲν ἔτι ζῶν ἕξεις πράγματα δεδιὼς καὶ φροντίζων καὶ κάμνων, οἷα δὲ καὶ μετὰ τὴν ἀπαλλαγὴν ἔσται;

41. Ἀλλ' ἤδη σὸν αἰτεῖν, ὦ Τιμόλαε, καὶ ὅπως ὑπερβάλῃ τούτους, ὥσπερ εἰκὸς ἄνδρα συνετὸν καὶ πράγμασι χρῆσθαι εἰδότα.

TIM. Σκόπει γοῦν, ὦ Λυκῖνε, εἴ τι ἐπιλήψιμον εὔξομαι καὶ ὅ τι ἂν εὐθῦναί τις δυνηθείη. Χρυσὸν μὲν οὖν καὶ θησαυροὺς καὶ μεδίμνους νομίσματος ἢ βασιλείας καὶ πολέμους καὶ δείματα ὑπὲρ τῆς ἀρχῆς, ἃ εἰκότως διέβαλες, οὐκ αἰτήσομαι· ἀβέβαια γὰρ ταῦτά γε καὶ πολλὰς τὰς ἐπιβουλὰς ἔχοντα καὶ πλέον τοῦ ἡδέος τὸ ἀνιαρὸν ἐν αὐτοῖς ἦν.

42. Ἐγὼ δὲ βούλομαι τὸν Ἑρμῆν ἐντυχόντα μοι δοῦναι δακτυλίους τινὰς καὶ τοιούτους τὴν δύναμιν, ἕνα μὲν ὥστε ἀεὶ ἐρρῶσθαι καὶ ὑγιαίνειν τὸ σῶμα καὶ ἄτρωτον εἶναι καὶ ἀπαθῆ, ἕτερον δὲ ὡς μὴ ὁρᾶσθαι τὸν περιθέμενον, οἷος ἦν ὁ τοῦ Γύγου, τὸν δέ τινα ὡς ἰσχύειν ὑπὲρ ἄνδρας μυρίους καὶ ὅ τι ἂν ἄχθος ἅμα μυρίοι κινῆσαι μόλις δύναιντο, τοῦτο ἐμὲ ῥᾳδίως μόνον ἀνατίθεσθαι, ἔτι δὲ καὶ πέτεσθαι πολὺ ἀπὸ τῆς γῆς ἀρθέντα, καὶ πρὸς τοῦτο εἶναί μοι δακτύλιόν τινα· καὶ μὴν καὶ ἐς ὕπνον κατασπᾶν ὁπόσους ἂν ἐθέλω καὶ ἅπασαν θύραν προσιόντι μοι ἀνοίγεσθαι χαλωμένου τοῦ κλείθρου καὶ τοῦ μοχλοῦ ἀφαιρουμένου, ταῦτα ἀμφότερα εἷς δακτύλιος δυνάσθω.

43. Τὸ δὲ μέγιστον ἄλλος τις ἔστω ἐπὶ πᾶσιν ὁ ἥδιστος, ὡς ἐράσμιον εἶναί με περιθέμενον παισὶ τοῖς ὡραίοις καὶ γυναιξὶ καὶ δήμοις ὅλοις καὶ μηδένα εἶναι ἀνέραστον καὶ ὅτῳ μὴ ποθεινότατος ἐγὼ καὶ ἀνὰ στόμα, ὥστε πολλὰς γυναῖκας οὐ φερούσας τὸν ἔρωτα καὶ ἀναρτᾶν ἑαυτὰς καὶ τὰ μειράκια ἐπιμεμηνέναι μοι καὶ εὐδαίμονα εἶναι δοκεῖν, εἴ τινα καὶ μόνον προσβλέψαιμι αὐτῶν, εἰ δ' ὑπερορῴην, κἀκεῖνα ὑπὸ λύπης ἀπολλύσθω, καὶ ὅλως ὑπὲρ τὸν Ὑάκινθον ἢ Ὕλαν ἢ Φάωνα τὸν Χῖον εἶναί με.

44. Καὶ ταῦτα πάντα ἔχειν μὴ ὀλιγοχρόνιον ὄντα μηδὲ κατὰ μέτρον ζῶντα τῆς ἀνθρωπίνης βιοτῆς, ἀλλ' ἔτη χίλια νέον ἐκ νέου γιγνόμενον διαβιῶναι ἀμφὶ τὰ ἑπτακαίδεκα ἔτη ἀεὶ ἀποδυόμενον τὸ γῆρας ὥσπερ οἱ ὄφεις, οὐδὲν γὰρ δεήσει με ταῦτα ἔχοντα· πάντα γὰρ ἐμὰ ἦν ἂν τὰ τῶν ἄλλων, ἐς ὅσον ἀνοίγειν τε τὰς θύρας ἐδυνάμην καὶ κοιμίζειν τοὺς φύλακας καὶ ἀθέατος εἶναι εἰσιών. Εἰ δέ τι ἐν Ἰνδοῖς ἢ Ὑπερβορέοις θέαμα πα-

abducit? Tu vero de loco ita excelso delapsus detractusque de throno regio, eandem abibis viam quam vulgus, æquali cum cetero grege mortuorum honore abactus, tumulum in terra relinquens excelsum, et columnam longam, aut accurate descriptam angulis pyramidem, in quibus sero reges, quum nihil jam inde ad sensum ipsorum perveniat, superbiunt. Statuæ autem illæ et templa, quæ excitant colendi causa civitates, et magnificum illud nomen, paullatim defluunt omnia, et neglecta abeunt. Si vero vel maxime ad longissimum tempus permaneant, quis adhuc fructus ad eum pervenire potest, qui nihil sentiat? Viden' quas molestias vivus adhuc sis habiturus, metuens, sollicitus, laborans; et quis post mortem status futurus sit?

41. Sed jam optare tuum est, Timolae, et ut illos superes, ut facturum probabile est virum prudentem et uti rebus scientem.

TIM. Vide igitur, Lycine, si quid reprehensione dignum optaturus sim, et quod corrigere aliquis possit. Aurum proinde ac thesauros et modios numûm, aut regna et bella et metus pro imperio, quæ merito reprehendisti, non poscam: nam ista quidem infirma et insidiis exposita multis, et plus, quam suavitatis, in iis molestiarum inest.

42. Ego autem optem ab occurrente mihi Mercurio anulos dari quosdam, qui virtutem habeant hujusmodi: unum, ut valeat semper corpus et salubre sit, et vulneri nulli aut morbo penetrabile; alterum, cujus auxilio non videatur qui induit, qualis erat ille Gygis: alium rursus, ut plus decies mille hominum robur habeam, et quod onus vix decies mille homines moliri simul queant, hoc ut facile solus transferre valeam; insuper volare ut possim, multum elatus de terra, ad hoc quoque sit mihi anulus. Præterea somno sopire ut queam quoscumque voluero, et janua mihi unaquæque accedenti sua sponte ut aperiatur, laxato claustro pessuloque remoto; ad hoc utrumque unus idemque valeat anulus.

43. Quod vero caput est, sit etiam alius omnium ille jucundissimus, quo induto amabilis sim formosis pueris, et mulieribus, et totis populis, ut nemo sit quin me amet, desideret vehementer et in ore habeat; adeo ut multæ mulieres præ amoris impatientia se suspendant, et in me insaniant adolescentuli, beatusque videatur, si quem illorum aspiciam modo; si vero negligentius tractem, hi quoque præ dolore pereant: atque in universum supra Hyacinthum, aut Hylan, aut Chium Phaonem ego sim.

44. Et omnia hæc habeam, non brevis ævi homo, neque ad mensuram vitæ humanæ vivens; sed per annos mille juventutem unam post alteram vivam, interjectis septendecim quibusque annis exuens senectutem instar serpentium. Hæc igitur si habeam, nihil mihi defuerit. Mea enim fuerint quæ aliorum sunt omnia, in quantum aperire possim januas, et custodes sopire, et oculos omnium effugere dum intro. Si quod vero apud Indos aut Hyperboreos

ράδοξον ἢ κτῆμα τίμιον ἢ ὅσα ἐμφαγεῖν ἢ πιεῖν ἡδέα, οὐ μεταστειλάμενος, ἀλλ' αὐτὸς ἐπιπετόμενος ἀπέλαυον ἁπάντων ἐς κόρον· καὶ ἐπεὶ γρὺψ ὑπόπτερον θηρίον ἢ φοῖνιξ ὄρνεον ἐν Ἰνδοῖς ἀθέατον τοῖς ἄλλοις, ἐγὼ δὲ καὶ τοῦτο ἑώρων ἄν, καὶ τὰς πηγὰς δὲ τὰς Νείλου μόνος ἂν ἠπιστάμην καὶ ὅσον τῆς γῆς ἀοίκητον, καὶ εἴ τινες ἀντίποδες ἡμῖν οἰκοῦσι τὸ νότιον τῆς γῆς ἡμίτομον ἔχοντες. Ἔτι δὲ καὶ ἀστέρων φύσιν καὶ σελήνης καὶ αὐτοῦ ἡλίου ῥᾳδίως ἔγνων ἂν ἀπαθὴς ὢν τῷ πυρί, καὶ τὸ πάντων ἥδιστον, αὐθημερὸν ἀγγεῖλαι ἐς Βαβυλῶνα, τίς ἐνίκησεν Ὀλύμπια, καὶ ἀριστήσαντα, εἰ τύχοι, ἐν Συρίᾳ δειπνῆσαι ἐν Ἰταλίᾳ. Εἰ δέ τις ἐχθρὸς εἴη, ἀμύνασθαι καὶ τοῦτον ἐκ τοῦ ἀφανοῦς πέτρον ἐμβαλόντα τῇ κεφαλῇ, ὡς ἐπιτετρίφθαι τὸ κρανίον, τούς τε αὖ φίλους εὖ ποιεῖν ἐπιχέαντα κοιμωμένοις αὐτοῖς τὸ χρυσίον· καὶ μὴν εἴ τις ὑπερόπτης εἴη ἢ τύραννος πλούσιος ὑβριστής, ἀράμενος αὐτὸν ὅσον ἐπὶ σταδίους εἴκοσιν ἀφῆκα φέρεσθαι κατὰ τῶν κρημνῶν. Τοῖς παιδικοῖς δὲ ἀκωλύτως ὁμιλεῖν ἂν ἐξῆν εἰσιόντα ἀθέατον κοιμίσαντα ἅπαντας ἄνευ ἐκείνων μόνων. Οἷον δὲ κἀκεῖνο ἦν, τοὺς πολεμοῦντας ἐπισκοπεῖν ἔξω βέλους ὑπεραιωρούμενον· καὶ εἰ δόξειέ μοι, προσθέμενος ἂν τοῖς ἡττημένοις κοιμίσας τοὺς κρατοῦντας νικᾶν παρεῖχον τοῖς φεύγουσιν ἀναστρέψασιν ἀπὸ τῆς τροπῆς. Καὶ τὸ ὅλον, παιδιὰν ἐποιούμην ἂν τὸν τῶν ἀνθρώπων βίον καὶ πάντα ἐμὰ ἦν καὶ θεὸς ἐδόκουν τοῖς ἄλλοις. Τοῦτο ἡ ἄκρα εὐδαιμονία ἐστὶ μήτε ἀπολέσθαι μήτε ἐπιβουλευθῆναι δυναμένη, καὶ μάλιστα μεθ' ὑγιείας ἐν μακρῷ τῷ βίῳ. Τί ἂν αἰτιάσαιο, ὦ Λυκῖνε, τῆς εὐχῆς;

45. ΛΥΚ. Οὐδέν, ὦ Τιμόλαε· οὐδὲ γὰρ ἀσφαλὲς ἐναντιοῦσθαι ἀνδρὶ πτηνῷ καὶ ὑπὲρ μυρίους τὴν ἰσχύν, πλὴν ἀλλὰ ἐκεῖνο ἐρήσομαί σε, εἴ τινα ἄλλον εἶδες ἐν τοσούτοις ἔθνεσιν, ὅσα ὑπερέπτης, γέροντα ἤδη ἄνδρα οὕτω παρακεκινηκότα τὴν γνώμην, ἐπὶ δακτυλίου μικροῦ ὀχούμενον, ὄρη ὅλα κινεῖν ἄκρῳ τῷ δακτύλῳ δυνάμενον, ἐπέραστον πᾶσι, καὶ ταῦτα φαλακρὸν ὄντα καὶ τὴν ῥῖνα σιμόν; Ἀτὰρ εἰπέ μοι τόδε, τί δή ποτε οὐχ εἷς δακτύλιος ἅπαντα ταῦτα δύναταί σοι, ἀλλὰ τοσούτους περιημμένος βαδιῇ τὴν ἀριστερὰν πεφορτισμένος κατὰ δάκτυλον ἕνα; μᾶλλον δὲ ὑπερπαίει ὁ ἀριθμός, καὶ δεήσει καὶ τὴν δεξιὰν συνεπιλαβεῖν. Καίτοι ἑνὸς τοῦ ἀναγκαιοτάτου προσδεῖ, ὃς περιθέμενόν σε παύσει μωραίνοντα τὴν πολλὴν ταύτην κόρυζαν ἀποξύσας. Ἢ τοῦτο μὲν καὶ ὁ ἐλλέβορος ἱκανὸς ποιῆσαι ζωρότερος ποθείς;

46. ΤΙΜ. Ἀλλὰ πάντως, ὦ Λυκῖνε, καὶ αὐτὸς εὔξῃ τι ἤδη ποτέ, ὡς ἂν μάθωμεν οἷα αἰτήσεις ἀνεπίληπτα καὶ ἀνέγκλητα ὁ συκοφαντῶν τοὺς ἄλλους.

ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐ δέομαι εὐχῆς ἐγώ· ἥκομεν γὰρ δὴ πρὸς τὸ Δίπυλον, καὶ ὁ βέλτιστος οὑτοσὶ Σάμιππος ἀμφὶ Βαβυλῶνα μονομαχῶν, καὶ σύ, ὦ Τιμόλαε, ἀριστῶν μὲν ἐν Συρίᾳ, δειπνῶν δὲ ἐν Ἰταλίᾳ καὶ τοῖς ἐμοὶ ἐπιβάλλουσι σταδίοις κατεχρήσασθε καλῶς ποιοῦντες· ἄλλως τε οὐκ ἂν δεξαίμην πλουτήσας ἐπ' ὀλίγον

spectaculum ultra fidem, aut pretiosa possessio, aut quæcumque in cibo vel potu jucunda sunt, ea non afferri domum curarem, sed advolans ipse ad satietatem illis fruerer. Et quando gryps alata bellua, aut phœnix avis apud Indos spectata nemini; ego tamen ista viderem : et fontes Nili novissem solus, et quantum telluris inhabitabile est, et si qui conversis ad nos vestigiis australe telluris hemisphærium habitant. Insuper vero stellarum naturam et lunæ, ipsiusque adeo solis facile cognoscerem, utpote in quem nihil ignis valeat : quodque omnium suavissimum, eodem die nunciare possem Babylonem, Olympia quis vicerit; et pransus forte in Syria, in Italia cœnare. Si quis vero inimicus sit, etiam ulcisci eum ex occulto liceret, impacto in caput illius saxo, quo contritum rumpatur ipsi cranium; contra benefacere amicis, affuso dormientibus auro. Præterea si quis contemtor sit, aut tyrannus, dives, contumeliosus, sublatum hunc ad viginti stadia, demitterem casurum per præceps. Amoribus autem meis frui nemine prohibente liceret : ingressus quippe nemine vidente sopirem omnes, præter illos solos. Quale autem illud quoque fuerit, inspectare præliantes ultra jactum teli sublatum, et, si videretur mihi, accedens ad victos, sopitis victoribus, victoriam fugientibus tribuerem de fuga reversis. Atque in universum, lusum mihi haberem vitam hominum, mea essent omnia, et deus reliquis viderer. Hæc summa est felicitas, quæ perire, quæ insidiis peti nequeat, cum valetudine præsertim in vita adeo longa. Quid habes, Lycine, in quo votum hoc reprehendas?

45. LYC. Nihil quicquam, Timolae : neque enim tutum fuerit adversari volucri viro et supra decies mille aliis robusto. Verum illud tamen ex te quæram, num quem videris alium in tot quas supervolasti gentibus, senem hominem adeo mente non constantem, qui veheretur in parvo anulo, totos qui montes extremo movere digito posset, amabilem omnibus, idque calvus quum sit et simo naso? Verum hoc quoque mihi dicas, quare tandem non unus anulus hæc tibi possit omnia, sed tot indutus ambulaturus sis onerato sinistræ unoquoque digito; quin excedit eum numerus, ut dextram subvenire oporteat. Quanquam unus deest maxime necessarius, quo induto ineptire, detersa illa multa coryza, desinas. Aut potius hoc idem præstare valet potus meracior hellebori?

46. TIM. Sed omnino, Lycine, ipse quoque jam tandem optabis aliquid, ut videamus quam tu irreprehensibilia et crimine omni vacantia sis petiturus, calumniator reliquorum.

LYC. Quin nihil voto mihi opus est : venimus enim jam ad Dipylum : et optimus hic Samippus, dum circa Babylonem depugnat, et tu, Timolae, dum pransus in Syria, in Italia cœnas, his etiam quæ mihi assignata erant stadiis, bonum factum! abusi estis. Alioqui nolim ego post brevem fructum irritarum inaniumque divitiarum moleste

ὑπηνέμιόν τινα πλοῦτον ἀνιᾶσθαι μετ' ὀλίγον ψιλὴν τὴν μᾶζαν ἐσθίων, οἷα ὑμεῖς πείσεσθε μετ' ὀλίγον, ἐπειδὰν ἡ εὐδαιμονία μὲν ὑμῖν καὶ ὁ πολὺς πλοῦτος οἴχηται ἀποπτάμενος, αὐτοὶ δὲ καταβάντες ἀπὸ τῶν θησαυρῶν τε καὶ διαδημάτων ὥσπερ ἐξ ἡδίστου ὀνείρατος ἀνεγρόμενοι ἀνόμοια τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας εὑρίσκητε ὥσπερ οἱ τοὺς βασιλεῖς ὑποκρινόμενοι τραγῳδοὶ ἐξελθόντες ἀπὸ τοῦ θεάτρου λιμώττοντες οἱ πολλοὶ, καὶ ταῦτα πρὸ ὀλίγου Ἀγαμέμνονες ὄντες ἢ Κρέοντες. Λυπήσεσθε οὖν, ὡς τὸ εἰκὸς, καὶ δυσάρεστοι ἔσεσθε τὰ ἐπὶ τῆς οἰκίας, καὶ μάλιστα σὺ, ὦ Τιμόλαε, ὁπόταν δέῃ σε τὸ αὐτὸ παθεῖν τῷ Ἰκάρῳ τῆς πτερώσεως διαλυθείσης καταπεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ χαμαὶ βαδίζειν ἀπολέσαντα τοὺς δακτυλίους ἐκείνους ἅπαντας ἀπορρυέντας τῶν δακτύλων. Ἐμοὶ δὲ καὶ τοῦτο ἱκανὸν ἀντὶ πάντων θησαυρῶν καὶ Βαβυλῶνος αὐτῆς τὸ γελάσαι μάλα ἡδέως ἐφ' οἷς ὑμεῖς ᾐτήσατε τοιούτοις οὖσι, καὶ ταῦτα φιλοσοφίαν ἐπαινοῦντες.

LXVII.

ΕΤΑΙΡΙΚΟΙ ΔΙΑΛΟΓΟΙ.

1.

ΓΛΥΚΕΡΑ ΚΑΙ ΘΑΪΣ.

1. **ΓΛΥΚ.** Τὸν στρατιώτην ἐκεῖνον, Θαΐ, τὸν Ἀκαρνᾶνα, ὃς πάλαι μὲν Ἀβρότονον εἶχε, μετὰ ταῦτα δὲ ἠράσθη ἐμοῦ, τὸν εὐπάρυφον λέγω, τὸν ἐν τῇ χλαμύδι, οἶσθα αὐτὸν, ἢ ἐπιλέλησαι τὸν ἄνθρωπον;

ΘΑΙΣ. Οὔκ, ἀλλὰ οἶδα, ὦ Γλυκέριον, καὶ συνέπιε μεθ' ἡμῶν πέρυσιν ἐν τοῖς Ἁλώοις. Τί δὲ τοῦτο; ἐῴκεις γάρ τι περὶ αὐτοῦ διηγεῖσθαι.

ΓΛΥΚ. Γοργόνα αὐτὸν ἡ παμπόνηρος, φίλη δοκοῦσα εἶναι, ἀπέσπασεν ἀπ' ἐμοῦ ὑπελθοῦσα.

ΘΑΙΣ. Καὶ νῦν σοὶ μὲν ἐκεῖνος οὐ πρόσεστι, Γοργόναν δὲ ἑταίραν πεποίηται;

ΓΛΥΚ. Ναὶ, ὦ Θαΐ, καὶ τὸ πρᾶγμα οὐ μετρίως μου ἥψατο.

ΘΑΙΣ. Πονηρὸν μὲν, ὦ Γλυκέριον, οὐκ ἀδόκητον δὲ, ἀλλ' εἰωθὸς γίγνεσθαι ὑφ' ἡμῶν τῶν ἑταιρῶν. Οὔκουν χρὴ οὔτε ἀνιᾶσθαι ἄγαν οὔτε μέμφεσθαι τῇ Γοργόνῃ· οὐδὲ γὰρ σὲ Ἀβρότονον ἐπ' αὐτῷ πρότερον ἐμέμψατο, καίτοι φίλαι ἦτε.

2. Ἀτὰρ ἐκεῖνο θαυμάζω, τί καὶ ἐπῄνεσεν αὐτῆς ὁ στρατιώτης οὗτος, ἐκτὸς εἰ μὴ παντάπασι τυφλός ἐστιν, ὃς οὐχ ἑοράκει τὰς μὲν τρίχας αὐτὴν ἀραιὰς ἔχουσαν καὶ ἐπὶ πολὺ τοῦ μετώπου ἀπηγμένας· τὰ χείλη δὲ πελιδνὰ καὶ νεκρικὰ καὶ τράχηλος λεπτὸς καὶ ἐπίσημοι ἐν αὐτῷ αἱ φλέβες καὶ ῥὶς μακρά. Ἓν μόνον, εὐμήκης ἐστὶ καὶ ὀρθὴ καὶ μειδιᾷ πάνυ ἐπαγωγόν.

ΓΛΥΚ. Οἴει γὰρ, ὦ Θαΐ, τῷ κάλλει ἠρῆσθαι τὸν

ferre paullo post, quum misera puls devoranda est: quale quid vobis paullo post eveniet, quando illa vobis felicitas et multæ divitiæ avolaverint, ipsi autem a thesauris illis diadematisque delapsi, et tanquam e suavissimo somnio excitati, dissimilia omnia domi inveneritis, ut illi qui reges egerant tragœdi, egressi de theatro plerumque esuriunt, idque quum Agamemnones paullo ante aut Creontes fuerint. Dolebitis ergo, ut credibile est, et displicebunt vobis domestica, tibi præsertim, Timolae, quum idem tibi quod Icaro eventurum sit, ut solutis alis de cœlo delapsus humi incedas, perditis illis omnibus, qui de digitis defluxerint, anulis. Mihi vero hoc etiam pro thesauris omnibus, ipsaque Babylone, satis est, quod suaviter ridere possum quæ vos petiistis, quum sint talia! eaque homines qui philosophiam laudetis.

LXVII.

DIALOGI MERETRICII.

1.

GLYCERA ET THAIS.

1. **GLYC.** Militemne istum, Thais, Acarnanem, qui Abrotonum quondam habuit, postea autem me amavit, purpuratum illum dico, cum chlamyde, illum ergo nostin', an oblita es hominis?

THAIS. Quin novi, Glycerium, et potavit nobiscum superiore anno, sacris Arealibus. Quorsum autem hoc? videbaris enim aliquid de illo narratura.

GLYC. Gorgona illum scelestissima, quæ amica tum videbatur esse, dolo subductum a me abstraxit.

THAIS. Nunc igitur tecum ille non est, sed amicam sibi ascivit Gorgonam?

GLYC. Ita sane, Thais; nec mediocriter ea me res pupugit.

THAIS. Malum istuc quidem, Glycerium, at nihil præter opinionem; sed quod fieri a nobis meretricibus soleat. Quare neque ægre nimis ferre par est, neque accusanda Gorgona; quippe nec te Abrotonum illius causa accusavit olim, quamvis essetis amicæ.

2. Verum illud miror, quodnam probaverit in illa hic miles, nisi plane cæcus est: qui non viderit capillos illam raros habere, et multum a fronte abductos; labia autem livida ei sunt atque cadaverosa, cervix tenuis, eminentibus in ea venis, et nasus longus. Unum modo habet, quod procera est, et recta, et valde illecebrosum ridet.

GLYC. Nempe putas, Thais, forma captum Acarnanem?

Ἀχαρνᾶνα; οὐκ οἶσθα ὡς φαρμακὶς ἡ Χρυσάριον ἡ μήτηρ αὐτῆς, Θετταλάς τινας ᾠδὰς ἐπισταμένη καὶ τὴν σελήνην κατάγουσα; φασὶ δὲ αὐτὴν καὶ πέτεσθαι τῆς νυκτός· ἐκείνη ἐξέμηνε τὸν ἄνθρωπον πιεῖν τῶν φαρμάκων ἐγχέασα, καὶ νῦν τρυγῶσιν αὐτόν.

ΘΑΙΣ. Καὶ σύ, ὦ Γλυκέριον, ἄλλον τρυγήσεις, τοῦτον δὲ χαίρειν ἔα.

2.

ΜΥΡΤΙΟΝ ΚΑΙ ΠΑΜΦΙΛΟΣ ΚΑΙ ΔΩΡΙΣ.

1. ΜΥΡΤ. Γαμεῖς, ὦ Πάμφιλε, τὴν Φείδωνος τοῦ ναυκλήρου θυγατέρα καὶ ἤδη σε γεγαμηκέναι φασίν· οἱ τοσοῦτοι δὲ ὅρκοι οὓς ὤμοσας καὶ τὰ δάκρυα ἐν ἀκαρεῖ πάντα οἴχεται, καὶ ἐπιλέλησαι Μυρτίου νῦν, καὶ ταῦτα, ὦ Πάμφιλε, ὁπότε κύω μῆνα ὄγδοον ἤδη. Τοῦτο γοῦν καὶ μόνον ἐπριάμην τοῦ σοῦ ἔρωτος, ὅτι μου τηλικαύτην πεποίηκας τὴν γαστέρα καὶ μετὰ μικρὸν παιδοτροφεῖν δεήσει, πρᾶγμα ἑταίρᾳ βαρύτατον· οὐ γὰρ ἐκθήσω τὸ τεχθέν, καὶ μάλιστα εἰ ἄρρεν γένοιτο, ἀλλὰ Πάμφιλον ὀνομάσασα ἐγὼ μὲν ἕξω παραμύθιον τοῦ ἔρωτος, σοὶ δὲ ὀνειδιεῖ ποτε προσελθὼν ἐκεῖνος, ὡς ἄπιστος γεγένησαι περὶ τὴν ἀθλίαν αὐτοῦ μητέρα. Γαμεῖς δ' οὐ καλὴν παρθένον· εἶδον γὰρ αὐτὴν ἔναγχος ἐν τοῖς Θεσμοφορίοις μετὰ τῆς μητρὸς, οὐδέπω εἰδυῖα ὅτι δι' αὐτὴν οὐκέτι ὄψομαι Πάμφιλον. Καὶ σὺ δ' οὖν πρότερον ἰδοῦ αὐτὴν καὶ τὸ πρόσωπον καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς ἰδὲ, μή σε ἀνιάτω, εἰ πάνυ γλαυκοὺς ἔχει αὐτοὺς μηδὲ ὅτι διάστροφοί εἰσι καὶ ἐς ἀλλήλους ὁρῶσι· μᾶλλον δὲ τὸν Φείδωνα ἑόρακας τὸν πατέρα τῆς νύμφης, τὸ πρόσωπον αὐτοῦ οἶσθα, ὥστε οὐδὲν ἔτι δεήσει τὴν θυγατέρα ἰδεῖν.

2. ΠΑΜΦ. Ἔτι σου ληρούσης, ὦ Μύρτιον, ἀκούσομαι παρθένους καὶ γάμους ναυκληρικοὺς διεξιούσης; ἐγὼ δὲ ἢ σιμήν τινα ἢ καλὴν νύμφην οἶδα; ἢ ὅτι Φείδων ὁ Ἀλωπεκῆθεν — οἶμαι γὰρ ἐκεῖνον λέγειν σε — θυγατέρα ὅλως εἶχεν ὡραίαν ἤδη γάμου; Ἀλλ' οὐδὲ φίλος ἐστὶν οὗτος τῷ πατρί· μέμνημαι γὰρ ὡς πρῴην ἐδικάσατο περὶ συμβολαίου ναυτικοῦ· τάλαντον, οἶμαι, ὀφείλων γὰρ τῷ πατρὶ οὐκ ἤθελεν ἐκτίνειν, ὁ δὲ παρὰ τοὺς ναυτοδίκας ἀπήγαγεν αὐτὸν, καὶ μόλις ἐξέτισεν αὐτὸ, οὐδ' ὅλον, ὡς ὁ πατὴρ ἔφασκεν. Εἰ δὲ καὶ γαμεῖν ἐδέδοκτό μοι, τὴν Δημέου θυγατέρα τὴν τοῦ πέρυσιν ἐστρατηγηκότος ἀφεὶς, καὶ ταῦτα πρὸς μητρὸς ἀνεψιὰν οὖσαν, τὴν Φείδωνος ἐγάμουν ἄν; Σὺ δὲ πόθεν ταῦτα ἤκουσας; ἢ τινὰς σεαυτῇ, ὦ Μύρτιον, κενὰς ζηλοτυπίας σκιαμαχοῦσα ἐξεῦρες;

3. ΜΥΡΤ. Οὐκουν γαμεῖς, ὦ Πάμφιλε;

ΠΑΜΦ. Μέμηνας, ὦ Μύρτιον, ἢ κραιπαλᾷς; καίτοι χθὲς οὐ πάνυ ἐμεθύσθημεν.

ΜΥΡΤ. Ἡ Δωρὶς αὕτη ἐλύπησέ με· πεμφθεῖσα γὰρ ὡς ἔρια ὠνήσαιτό μοι ἐπὶ τὴν γαστέρα καὶ εὔξαιτο τῇ

non nosti veneficam esse Chrysarium illius matrem; Thessalas quasdam incantationes quae sciat ac deducat lunam? aiunt vero illam etiam volare noctu. Ista in furorem vertit hominem temperatis quae biberet venenis: et nunc ipsum sibi habent vindemiam.

THAIS. Nempe tu, Glycerium, ipsa quoque alium vindemiabis: hunc vero jube valere.

2.

MYRTIUM, PAMPHILUS ET DORIS.

1. MYRT. Ducis, Pamphile, Phidonis naucleri filiam; et jam duxisse te aiunt: repetitum autem toties jusjurandum, et lacrimæ, momento temporis abierunt omnia, et Myrtii nunc oblitus es, Pamphile, idque eo tempore, quum octavum jam mensem fero uterum. Hoc nempe solum amoris tui pretium habeo, quod tantum mihi ventrem conciliasti, et paullo post alendus erit infans, negotium meretrici molestissimum. Neque enim quod natum erit exponam, inprimis si virile secus erit; sed Pamphilum nominabo, habitura illum amoris mei solatium: tibi vero aliquando ad te accedens objiciet, quam perfidus in miseram ipsius matrem fueris. Ducis autem non pulchram tu quidem virginem: vidi enim illam nuper Thesmophoriis cum matre, quum nondum scirem illius me opera non amplius visuram Pamphilum. Igitur tu quoque prius illam contemplare, et faciem et oculos aspice; neu ægre ferto, si plane cæsios habet, neque quod strabi sunt et se invicem respiciunt. Atqui Phidonem vidisti, patrem sponsæ; faciem illius nosti: itaque nihil opus erit videre filiam.

2. PAMPH. Adhuc te delirantem, mea Myrtium, audiam, virgines mihi et nauclericas nuptias narrantem? Ego vero simamne an pulchram sponsam novi? aut Phidoni Alopecia (illum enim puto te dicere) filiam esse maturam nuptiis scio? Sed neque amicus hic est patri: memini enim nuper illum de nautico negotio litem cum ipso habere. Quum enim talentum, credo, deberet patri, solvere nolebat: at ille ad eos qui nautis jus dicunt, traxit hominem, qui vix tandem solvit; ac ne sic quidem totum, ut pater dicebat. Si vero uxorem ducere mihi decretum esset, egon' relicta Demeæ filia, ejus qui superiore anno prætor erat exercitus, eaque consobrina mea, Phidonis puellam ducerem? Tu vero unde ista audisti? an ipsa tibi, Myrtium, finxisti novas, quibuscum zelotypia tua deinde pugnet, larvas?

3. MYRT. Igitur uxorem non ducis, Pamphile?

PAMPH. Furisne, Myrtium, an ebria es? certe heri minime fuimus ebrii.

MYRT. Doris me ista in dolorem conjecit. Missa enim ut lanas mihi emeret ad ventrem, et votum meo nomine

Λοχίᾳ ὡς ὑπὲρ ἐμοῦ, Λεσβίαν ἔφη ἐντυχοῦσαν αὐτῇ.... μᾶλλον δὲ σὺ αὐτή, ὦ Δωρὶ, λέγε ἅπερ ἀκήκοας, εἴ γε μὴ ἐπλάσω ταῦτα.

ΔΩΡ. Ἀλλ' ἐπιτριβείην, ὦ δέσποινα, εἴ τι ἐψευσάμην· ἐπεὶ γὰρ κατὰ τὸ πρυτανεῖον ἐγενόμην, ἐνέτυχέ μοι ἡ Λεσβία μειδιῶσα καὶ φησίν, Ὁ ἐραστὴς ὑμῶν ὁ Πάμφιλος γαμεῖ τὴν Φείδωνος θυγατέρα· εἰ δὲ ἀπιστοίην, ἠξίου με παρακύψασαν ἐς τὸν στενωπὸν ὑμῶν ἰδεῖν πάντα κατεστεφανωμένα καὶ αὐλητρίδας καὶ θόρυβον καὶ ὑμέναιον ᾄδοντάς τινας.

ΠΑΜΦ. Τί οὖν; παρέκυψας, ὦ Δωρί;

ΔΩΡ. Καὶ μάλα, καὶ εἶδον ἅπαντα ὡς ἔφη.

4. ΠΑΜΦ. Μανθάνω τὴν ἀπάτην· οὔτε πάντα ἡ Λεσβία, Δωρὶ, πρὸς σὲ ἐψεύσατο καὶ σὺ τἀληθῆ ἀπήγγελκας Μυρτίῳ. Πλὴν μάτην γε ἐταράχθητε· οὐδὲ γὰρ παρ' ἡμῖν οἱ γάμοι, ἀλλὰ νῦν ἀνεμνήσθην ἀκούσας τῆς μητρὸς, ὁπότε χθὲς ἀνέστρεψα παρ' ὑμῶν· ἔφη γάρ, Ὦ Πάμφιλε, ὁ μὲν ἡλικιώτης σοι Χαρμίδης τοῦ γείτονος Ἀρισταινέτου υἱὸς γαμεῖ ἤδη καὶ σωφρονεῖ, σὺ δὲ μέχρι τίνος ἑταίρᾳ σύνει; Τοιαῦτα παρακούων αὐτῆς ἐς ὕπνον κατηνέχθην· εἶτα ἕωθεν προῆλθον ἀπὸ τῆς οἰκίας, ὥστε οὐδὲν εἶδον ὧν ἡ Δωρὶς ὕστερον εἶδεν. Εἰ δὲ ἀπιστεῖς, αὖθις ἀπελθοῦσα, ὦ Δωρὶ, ἀκριβῶς ἰδὲ μὴ τὸν στενωπὸν, ἀλλὰ τὴν θύραν, ποτέρα ἐστὶν ἡ κατεστεφανωμένη· εὑρήσεις γὰρ τὴν τῶν γειτόνων.

ΜΥΡΤ. Ἀπέσωσας, ὦ Πάμφιλε· ἀπηγξάμην γὰρ ἄν, εἴ τι τοιοῦτο ἐγένετο.

ΠΑΜΦ. Ἀλλ' οὐκ ἂν ἐγένετο, μηδ' οὕτω μανείην, ὡς ἐκλαθέσθαι Μυρτίου, καὶ ταῦτα ἤδη μοι κυούσης παιδίον.

3.

ΜΗΤΗΡ ΚΑΙ ΦΙΛΙΝΝΑ.

1. ΜΗΤ. Ἐμάνης, ὦ Φίλιννα, ἢ τί ἔπαθες ἐν τῷ ξυμποσίῳ χθές; ἧκε γὰρ παρ' ἐμὲ Δίφιλος ἕωθεν δακρύων καὶ διηγήσατό μοι ἃ ἔπαθεν ὑπὸ σοῦ· μεμεθύσθαι γάρ σε καὶ ἐς τὸ μέσον ἀναστᾶσαν ὀρχήσασθαι αὐτοῦ διακωλύοντος καὶ μετὰ ταῦτα φιλῆσαι Λαμπρίαν τὸν ἑταῖρον αὐτοῦ, καὶ ἐπεὶ ἐχαλέπηνέ σοι, καταλιποῦσαν αὐτὸν ἀπελθεῖν πρὸς τὸν Λαμπρίαν καὶ περιβαλεῖν ἐκεῖνον, ἑαυτὸν δὲ ἀποπνίγεσθαι τούτων γιγνομένων. Ἀλλ' οὐδὲ τῆς νυκτὸς, οἶμαι, συνεκάθευδες μετ' αὐτοῦ, καταλιποῦσα δὲ δακρύοντα μόνη ἐπὶ τοῦ πλησίον σκίμποδος κατέκεισο ᾄδουσα καὶ λυποῦσα ἐκεῖνον.

2. ΦΙΛ. Τὰ γὰρ αὐτοῦ σοι, ὦ μῆτερ, οὐ διηγήσατο· οὐ γὰρ ἂν συνηγόρευες αὐτῷ ὑβριστῇ γε ὄντι, ὃς ἐμοῦ ἀφέμενος ἐκοινολογεῖτο Θαΐδι τῇ Λαμπρίου ἑταίρᾳ, μηδέπω ἐκείνου παρόντος· ἐπεὶ δὲ χαλεπαίνουσαν εἶδέ με καὶ διένευσα αὐτῷ οἷα ποιεῖ, τοῦ ὠτὸς ἄκρου ἐφαψάμενος ἀνακλάσας τὸν αὐχένα τῆς Θαΐδος ἐφίλησεν οὕτω προσφυῶς, ὥστε μόλις ἀπέσπασε τὰ χείλη, εἶτ'

Lucinæ nuncuparet, Lesbiam ait sibi obviam factam ... quin tute huic, Doris, quæ audiisti dicito, nisi ea confinxisti.

DOR. At ego dispeream, hera, si quid mentita sum. Quum enim prope Prytaneum essem, obviam mihi fuit Lesbia, quæ subridens dicebat, Amator vester Pamphilus Phidonis ducit filiam. Si vero non crederem, jubebat me vestrum in angiportum inspicere, ac videre sertis exornata omnia, et tibicinas, ac tumultum, et hymenæum canentes aliquos.

PAMPH. Quid ergo? num inspexisti, Doris?

DOR. Omnino, et vidi omnia ut prædixerat.

4. PAMPH. Disco quid erraveritis : non omnia apud te, Doris, mentita est Lesbia : et tu vera narrasti Myrtio. Verum turbatæ frustra estis : neque enim apud nos nuptiæ, sed jam recordor quod heri e matre audivi, quum a vobis domum redissem. Dicebat enim, Tuus, Pamphile, æqualis, Charmides, vicini nostri Aristæneti filius, uxorem jam ducit, et frugi est : tu vero quam diu eris cum meretrice? Hæc aure parum attenta quum ex illa audissem, obdormivi; deinde mane domo egressus sum : itaque nihil eorum vidi quæ Doris deinde vidit. Si vero fidem mihi non habes, rursus, Doris, et accurate inspice, non angiportum, sed januam, utra coronata sit : invenies enim esse vicinorum.

MYRT. Servasti me, Pamphile : suspendissem enim me, si quid tale factum esset.

PAMPH. Sed minime factum esset; neque ita ego insaniam, ut obliviscar Myrtii, idque ferentis ex me uterum.

3.

MATER ET PHILINNA.

1. MAT. Furebasne, Philinna, aut quid tibi erat heri in convivio? venit enim ad me Diphilus mane plorans, et quæ perpessus a te esset, narravit : ebriam te fuisse, progressamque in medium, se licet prohibente, saltasse; ac deinde osculum dedisse sodali ipsius Lampriæ : quumque graviter id ferret, se relicto, abiisse ad Lampriam eumque amplexatam; sese vero, dum hæc fierent, enecari. Verum neque noctu, puto, cum ipso cubuisti, sed plorante relicto, sola jacuisti in proximo lectulo, canens et molestia illum afficiens.

2. PHIL. Nimirum quæ ipse fecerit, mater, non enarravit tibi : nec enim causam illius, contumeliosi hominis, nunc ageres : qui me relicta sermones misceret cum Thaide, amica Lampriæ, quum ille nondum adesset. Quum vero ægre me ferre videret, nutu, quid ageret, significantem; extrema Thaidis aure prehensa, reflexaque cervice, ita arcte illam osculatus est, vix ut labia retraheret. Tum

ἐγὼ μὲν ἐδάκρυον, ὁ δὲ ἐγέλα καὶ πρὸς τὴν Θαΐδα πολλὰ πρὸς τὸ οὖς ἔλεγε κατ' ἐμοῦ δηλαδή, καὶ ἡ Θαῒς ἐμειδία βλέπουσα πρὸς ἐμέ. Ὡς δὲ προσιόντα ᾔσθοντο τὸν Λαμπρίαν καὶ ἐκορέσθησάν ποτε φιλοῦντες ἀλλήλους, ἐγὼ μὲν ὅμως παρ' αὐτὸν κατεκλίθην, ὡς μὴ καὶ τοῦτο προφασίζοιτο ὕστερον, ἡ Θαῒς δὲ ἀναστᾶσα ὠρχήσατο πρώτη ἀπογυμνοῦσα ἐπὶ πολὺ τὰ σφυρὰ ὡς μόνη καλὰ ἔχουσα, καὶ ἐπειδὴ ἐπαύσατο, ὁ Λαμπρίας μὲν ἐσίγα καὶ εἶπεν οὐδέν, Δίφιλος δὲ ὑπερεπῄνει τὸ εὔρυθμον καὶ τὸ κεχορηγημένον, καὶ ὅτι εὖ πρὸς τὴν κιθάραν ὁ ποὺς καὶ τὸ σφυρὸν ὡς καλὸν καὶ ἄλλα μυρία, καθάπερ τὴν Καλάμιδος Σωσάνδραν ἐπαινῶν, ἀλλ' οὐχὶ Θαΐδα, ἣν καὶ σὺ οἶσθα συλλουομένην ἡμῖν οἵα ἐστί. Θαῒς δὲ οἷα καὶ ἔσκωψεν εὐθὺς ἐς ἐμέ· Εἰ γάρ τις, ἔφη, μὴ αἰσχύνεται λεπτὰ ἔχουσα τὰ σκέλη, ὀρχήσεται καὶ αὐτὴ ἐξαναστᾶσα. Τί ἂν λέγοιμι, ὦ μῆτερ; ἀνέστην γὰρ καὶ ὠρχησάμην. Τί γὰρ ἔδει ποιεῖν; ἀνασχέσθαι καὶ ἐπαληθεύειν τὸ σκῶμμα καὶ τὴν Θαΐδα ἐᾶν τυραννεῖν τοῦ συμποσίου;

3. ΜΗΤ. Φιλοτιμότερον μέν, ὦ θύγατερ, οὐδὲ φροντίζειν γὰρ ἐχρῆν· λέγε δ' ὅμως τὰ μετὰ ταῦτα.

ΦΙΛ. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐπῄνουν, ὁ Δίφιλος δὲ μόνος ὕπτιον καταβαλὼν ἑαυτὸν ἐς τὴν ὀροφὴν ἀνέβλεπεν, ἄχρι δὴ καμοῦσα ἐπαυσάμην.

ΜΗΤ. Τὸ φιλῆσαι δὲ τὸν Λαμπρίαν ἀληθὲς ἦν καὶ τὸ μεταβᾶσαν περιπλέκεσθαι αὐτῷ; Τί σιγᾷς; οὐκέτι γὰρ ταῦτα συγγνώμης ἄξια.

ΦΙΛ. Ἀντιλυπεῖν ἐβουλόμην αὐτόν.

ΜΗΤ. Εἶτα οὐδὲ συνεκάθευδες, ἀλλὰ καὶ ᾖδες ἐκείνου δακρύοντος; Οὐκ αἰσθάνῃ, ὦ θύγατερ, ὅτι πτωχαί ἐσμεν, οὐδὲ μέμνησαι ὅσα παρ' αὐτοῦ ἐλάβομεν ἢ οἷον δὴ τὸν πέρυσι χειμῶνα διηγάγομεν ἄν, εἰ μὴ τοῦτον ἡμῖν ἡ Ἀφροδίτη ἔπεμψε;

ΦΙΛ. Τί οὖν; ἀνέχωμαι διὰ τοῦτο ὑβριζομένη ὑπ' αὐτοῦ;

ΜΗΤ. Ὀργίζου μέν, μὴ ἀνθύβριζε δέ. Οὐκ οἶσθα ὅτι ὑβριζόμενοι παύονται οἱ ἐρῶντες καὶ ἐπιτιμῶσιν ἑαυτοῖς; Σὺ δὲ πάνυ χαλεπὴ ἀεὶ τῷ ἀνθρώπῳ γεγένησαι, καὶ ὅρα μὴ κατὰ τὴν παροιμίαν ἀπορρήξωμεν πάνυ τείνουσαι τὸ καλῴδιον.

4.

ΜΕΛΙΤΤΑ ΚΑΙ ΒΑΚΧΙΣ.

1. ΜΕΛ. Εἴ τινα οἶσθα, Βακχί, γραῦν, οἷαι πολλαὶ Θετταλαὶ λέγονται ἐπᾴδουσαι καὶ ἐρασμίους ποιοῦσαι, εἰ καὶ πάνυ μισουμένη γυνὴ τυγχάνοι, οὕτως ὄναιο, παραλαβοῦσα ἧκέ μοι· θαἰμάτια γὰρ καὶ τὰ χρυσία ταῦτα προείμην ἡδέως, εἰ μόνον ἴδοιμι ἐπ' ἐμὲ αὖθις ἀναστρέψαντα Χαρῖνον μισήσαντα τὴν Σιμίχην ὡς νῦν ἐμέ.

ΒΑΚΧ. Τί φής; οὐκέτι σύνεστιν — ἀλλὰ παρὰ τὴν

plorare ego; at iste ridere, et multa in aurem dicere Thaidi, contra me scilicet. Ac subridebat Thais, ad me respiciens. Quum vero advenientem sentirent Lampriam et satiati tandem essent osculis mutuis, ego tamen apud ipsum accubui, ne hoc si repudiarem, deinde haberet obtentui. Surgens vero Thais saltabat prima nudatis multum talis, quasi pulchros sola haberet; quumque desisset, tacente Lampria et nihil dicente, Diphilus dilaudare numerosam saltationem et accommodatam choro, et quam bene ad citharam pes congrueret, quam pulcher talus, et sexcenta alia, quasi qui Sosandram laudaret Calamidis, non Thaidem, quam tu quoque qualis sit nosti, quum lavet nobiscum. Thais vero qualia statim in me jecit! Si quam, inquit, non pudet crurum exilitatis, saltatum et ipsa surgat! Quid dicerem, mater? surrexi nimirum et saltavi. Quid enim facerem? ferrem et confirmarem illius dictum, ac Thaidem regnum obtinere convivii paterer?

3. MAT. Ambitiosius quidem istuc, filia: neque enim curare oportebat: sed dic tamen quid postea factum sit.

PHIL. Ceteri laudabant: solus vero Diphilus supinum se abjecerat lacunar respiciens, dum fatigata desinerem.

MAT. Illud autem an verum erat, quod Lampriam osculata es et transiens ad eum amplexa? Quid taces? hæc jam indigna sunt venia.

PHIL. Vicissim quod illum morderet volebam facere.

MAT. Deinde neque cubuisti cum illo, sed illo plorante etiam cecinisti? Nonne cogitas, filia, nos esse pauperes; neque, quantum ab illo acceperimus, meministi, aut quomodo hiemem superiorem acturæ fueramus, nisi hunc nobis Venus misisset?

PHIL. Quid ergo, patiarne propter hoc me contumeliose ab illo tractari?

MAT. Irascere, sed noli contra contumeliosa esse. An ignoras, qui amant, eos mox desistere a contumelia, ac se ipsos reprehendere? Tu vero aspera nimis semper in hominem fuisti: et vide, ne, quod est in proverbio, nimium contendendo funem rumpamus.

4.

MELISSA ET BACCHIS.

1. MEL. Si quam nosti, mea Bacchis, anum, quales esse in Thessalia multæ dicuntur quæ incantent et amabiles præstent, si qua etiam valde exosa sit mulier; illa assumta, ita beata sis! ad me venito. Vestes enim et hoc aurum lubens abjiciam, modo videam redeuntem ad me Charinum odio Simichen, uti nunc me, habere.

BACCH. Quid ais? non amplius tecum est, sed ad Si-

Σιμίχην, ὦ Μέλιττα, οἴχεται Χαρῖνος — δι' ἣν τοσαύτας ὀργὰς τῶν γονέων ἠνέσχετο οὐ βουληθεὶς τὴν πλουσίαν ἐκείνην γῆμαι πέντε προικὸς τάλαντα, ὡς ἔλεγον, ἐπιφερομένην; μέμνημαι γὰρ ταῦτά σου ἀκούσασα.

ΜΕΛ. Ἅπαντα ἐκεῖνα οἴχεται, ὦ Βακχὶ, καὶ πέμπτην ταύτην ἡμέραν οὐδ' ἑόρακα ὅλως αὐτὸν, ἀλλὰ πίνουσι παρὰ τῷ συνεφήβῳ Παμμένει αὐτός τε καὶ Σιμίχη.

2. ΒΑΚΧ. Δεινὰ, ὦ Μέλιττα, πέπονθας. Ἀλλὰ τί καὶ ὑμᾶς διέστησεν; ἔοικε γὰρ οὐ μικρὸν τοῦτ' εἶναι.

ΜΕΛ. Τὸ μὲν ὅλον οὐδὲ εἰπεῖν ἔχω· πρῴην δὲ ἀνελθὼν ἐκ Πειραιῶς — κατεληλύθει γὰρ, οἶμαι, χρέος τι ἀπαιτήσων πέμψαντος τοῦ πατρός — οὔτε με προσέβλεψεν ἐσελθὼν οὔτε προσήκατο ὡς ἔθος προσδραμοῦσαν, ἀποσεισάμενος δὲ περιπλακῆναι θέλουσαν, Ἄπιθι, φησὶ, πρὸς τὸν ναύκληρον Ἑρμότιμον ἢ τὰ ἐπὶ τῶν τοίχων γεγραμμένα ἐν τῷ Κεραμεικῷ ἀνάγνωθι, ὅπου κατεστηλίτευται ὑμῶν τὰ ὀνόματα. Τίνα Ἑρμότιμον, τίνα, ἔφην, ἢ ποίαν στήλην λέγεις; Ὁ δὲ οὐδὲν ἀποκρινάμενος οὐδὲ δειπνήσας ἐκάθευδεν ἀποστραφείς. Πόσα οἴει ἐπὶ τούτῳ μεμηχανῆσθαί με περιλαμβάνουσαν ἐπιστρέφουσαν φιλοῦσαν ἀπεστραμμένου τὸ μετάφρενον; ὁ δ' οὐδ' ὁπωστιοῦν ὑπεμαλάχθη, Ἀλλ' εἴ μοι, φησὶν, ἐπὶ πλέον ἐνοχλήσειας, ἄπειμι ἤδη, εἰ καὶ μέσαι νύκτες εἰσίν.

3. ΒΑΚΧ. Ὅμως ᾔδεις τὸν Ἑρμότιμον;

ΜΕΛ. Ἀλλά με ἴδοις, ὦ Βακχὶ, ἀθλιώτερον διάγουσαν ἢ νῦν ἔγω, εἴ τινα ἐγὼ ναύκληρον Ἑρμότιμον οἶδα. Πλὴν ἀλλ' ὁ μὲν ἕωθεν ἀπεληλύθει τοῦ ἀλεκτρυόνος εὐθὺς ᾄσαντος ἀνεγρόμενος, ἐγὼ δὲ ἐμεμνήμην ὅτι κατὰ τοίχου τινὸς ἔλεγε καταγεγράφθαι τοὔνομα ἐν Κεραμεικῷ· ἔπεμψα οὖν Ἀκίδα κατασκεψομένην· ἡ δ' ἄλλο μὲν οὐδὲν εὗρε, τοῦτο δὲ μόνον ἐπιγεγραμμένον ἐσιόντων ἐπὶ τὰ δεξιὰ πρὸς τῷ Διπύλῳ, Μέλιττα φιλεῖ Ἑρμότιμον, καὶ μικρὸν αὖθις ὑποκάτω, Ὁ ναύκληρος Ἑρμότιμος φιλεῖ Μέλιτταν.

ΒΑΚΧ. Ὦ τῶν περιέργων νεανίσκων. Συνίημι γάρ. Λυπῆσαί τις θέλων τὸν Χαρῖνον ἐπέγραψε ζηλότυπον ὄντα εἰδώς· ὁ δὲ αὐτίκα ἐπίστευσεν. Εἰ δέ που ἴδοιμι αὐτὸν, διαλέξομαι. Ἄπειρός ἐστι καὶ παῖς ἔτι.

ΜΕΛ. Ποῦ δ' ἂν ἴδοις ἐκεῖνον, ὃς ἐγκλεισάμενος ἑαυτὸν σύνεστι τῇ Σιμίχῃ; οἱ γονεῖς δὲ ἔτι παρ' ἐμοὶ ζητοῦσιν αὐτόν. Ἀλλ' εἴ τινα εὕροιμι, ὦ Βακχὶ, γραῦν, ὡς ἔφην· ἀποσώσειε γὰρ ἂν φανεῖσα.

4. ΒΑΚΧ. Ἔστιν, ὦ φιλτάτη, ὅτι χρησίμη φαρμακὶς, Σύρα τὸ γένος, ὠμὴ ἔτι καὶ συμπεπηγυῖα, ἥ μοί ποτε Φανίαν χαλεπαίνοντα κἀκεῖνον εἰκῆ, ὥσπερ Χαρῖνος, διήλλαξε μετὰ μῆνας ὅλους τέτταρας, ὅτε ἐγὼ μὲν ἤδη ἀπεγνώκειν, ὁ δὲ ὑπὸ τῶν ἐπῳδῶν ἧκεν αὖθις ἐπ' ἐμέ.

ΜΕΛ. Τί δὲ ἔπραξεν ἡ γραῦς, εἴπερ ἔτι μέμνησαι;

ΒΑΚΧ. Λαμβάνει μὲν οὐδὲ πολὺν, ὦ Μέλιττα, τὸν μισθὸν, ἀλλὰ δραχμὴν καὶ ἄρτον· καὶ ἐπικεῖσθαι δὲ δεῖ μετὰ τῶν ἁλῶν καὶ ὀβολοὺς ἑπτὰ καὶ θεῖον καὶ δᾷδα.

michen, mea Melissa, transiit Charinus? relicta te, propter quam tantas parentum iras sustinuit, divitem illam recusans ducere, quinque dotis talenta, uti dicebant, afferentem? ista enim ex te audire memini.

MEL. Abierunt ista, Bacchis, omnia : et quintus hic dies est, quod omnino illum non vidi; sed apud sodalem ipsius Pammenem bibunt ipse pariter ac Simiche.

2. BACCH. Indigna perpeteris, Melissa. Sed quid vos disjunxit? videtur enim non parvum quiddam illud esse.

MEL. Totum nec ipsa habeo dicere : sed nuper reversus ex Piræeo (descenderat enim missu patris, debiti puto cujusdam exigendi causa) neque aspexit me intrans, neque admisit meo more accurrentem, sed amplecti volentem repellens, Abi, inquit, ad nauclerum Hermotimum, aut scripta in parietibus in Ceramico lege, ubi nomina vestra palam in pila exarata sunt. Quem tu mihi, inquam, quem Hermotimum, aut quam pilam narras? At ille nihil respondens, nec cœnatus, aversus jacuit. Quas tu me putas admovisse illi machinas? amplexa sum illum, convertere ad me studui, dorsum aversi osculata sum. Ille vero ne qualitercumque quidem emolliri se passus, At si mihi, inquit, diutius molesta fueris, jam statim, media licet nocte, abeo.

3. BACCH. Tamen noveras Hermotimum?

MEL. At miserius me viventem, quam nunc habeo, videas, Bacchis, si quem ego nauclerum novi Hermotimum. Verum ille sub galli cantum surgens mane abiit : ego vero memineram illum dicere in pariete quodam scriptum meum nomen in Ceramico. Misi ergo visuram Acidem. At illa nihil invenit aliud, præterquam hoc solum scriptum ad dextram introeuntium versus Dipylum, « Melissa amat Hermotimum, » et paullo inferius iterum, « Nauclerus Hermotimus amat Melissam. »

BACCH. Male sedulos istos adolescentulos! Intelligo enim. Ægre aliquis volens Charino facere, inscripsit, qui zelotypia ipsum laborare sciret. Atque ille statim credidit. Sicubi vero illum videro, alloquar. Puer adhuc est atque imperitus.

MEL. Ubi autem illum tu videas, qui se cum Simiche concluserit? parentes vero illum apud me adhuc quærunt. Sed utinam, Bacchis, anum aliquam inveniam, uti dixi. Illa enim sua me præsentia servaret.

4. BACCH. Est, carissima, præstantissima venefica, Syra genus, cruda adhuc et compacta, quæ mihi Phaniam, quum asperum se et ipse, ut nunc tibi Charinus, temere mihi præberet, reconciliavit post quattuor integros menses, ubi jam omnem ego spem deposueram : et ille incantationum beneficio ad me rursus rediit.

MEL. Quid vero poposcit anus, si adhuc meministi?

BACCH. Capit mercedem non multam, Melissa, sed drachmam et panem : et appositos esse oportet cum salibus etiam septem obolos, et sulphur, et facem. Hæc quo-

Ταῦτα δὲ ἡ γραῦς λαμβάνει, καὶ κρατῆρα κεκερᾶσθαι δεῖ καὶ πίνειν ἐκείνην μόνην. Δεήσει δέ τι αὐτοῦ τοῦ ἀνδρὸς εἶναι, οἷον ἱμάτια ἢ κρηπῖδας ἢ ὀλίγας τῶν τριχῶν ἤ τι τῶν τοιούτων.

ΜΕΛ. Ἔχω τὰς κρηπῖδας αὐτοῦ.

5. ΒΑΚΧ. Ταύτας κρεμάσασα ἐκ παττάλου ὑποθυμιᾷ τῷ θείῳ, πάττουσα καὶ τῶν ἁλῶν ἐπὶ τὸ πῦρ· ἐπιλέγει δὲ ἀμφοῖν τὰ ὀνόματα καὶ τὸ ἐκείνου καὶ τὸ σόν. Εἶτα ἐκ τοῦ κόλπου προκομίσασα ῥόμβον ἐπιστρέφει ἐπῳδήν τινα λέγουσα ἐπιτρόχῳ τῇ γλώττῃ, βαρβαρικὰ καὶ φρικώδη ὀνόματα. Ταῦτα ἐποίησε τότε. Καὶ μετ' οὐ πολὺ Φανίας, ἅμα καὶ τῶν συνεφήβων ἐπιτιμησάντων αὐτῷ καὶ τῆς Φοιβίδος, ᾗ συνῆν, πολλὰ αἰτούσης, ἧκέ μοι τὸ πλέον ὑπὸ τῆς ἐπῳδῆς ἀγόμενος. Ἔτι δὲ καὶ τοῦτό με σφόδρα κατὰ τῆς Φοιβίδος τὸ μίσηθρον ἐδιδάξατο, τηρήσασαν τὸ ἴχνος, ἐπὰν ἀπολίπῃ, ἀμαυρώσασαν ἐπιβῆναι μὲν τῷ ἀριστερῷ ἐκείνης τὸν ἐμὸν δεξιὸν, τῷ δεξιῷ δὲ τὸν ἀριστερὸν ἔμπαλιν καὶ λέγειν, Ἐπιβέβηκά σοι καὶ ὑπεράνω εἰμί· καὶ ἐποίησα ὡς προσέταξε.

ΜΕΛ. Μὴ μέλλε, μὴ μέλλε, ὦ Βακχὶ, κάλει ἤδη τὴν Σύραν. Σὺ δὲ, ὦ Ἀκὶ, τὸν ἄρτον καὶ τὸ θεῖον καὶ τὰ ἄλλα πάντα πρὸς τὴν ἐπῳδὴν εὐτρέπιζε.

5.

ΚΛΩΝΑΡΙΟΝ ΚΑΙ ΛΕΑΙΝΑ.

1. ΚΛΩΝ. Καινὰ περὶ σοῦ ἀκούομεν, ὦ Λέαινα, τὴν Λεσβίαν Μέγιλλαν τὴν πλουσίαν ἐρᾶν σου ὥσπερ ἄνδρα καὶ συνεῖναι ὑμᾶς οὐκ οἶδ' ὅ τι ποιούσας μετ' ἀλλήλων. Τί τοῦτο; ἠρυθρίασας; ἀλλ' εἰπὲ εἰ ἀληθῆ ταῦτά ἐστιν.

ΛΕΑΙ. Ἀληθῆ, ὦ Κλωνάριον· αἰσχύνομαι δὲ, ἀλλόκοτον γάρ τί ἐστι.

ΚΛΩΝ. Πρὸς τῆς κουροτρόφου τί τὸ πρᾶγμα, ἢ τί βούλεται ἡ γυνή; τί δὲ καὶ πράττετε, ὅταν συνῆτε; Ὁρᾷς; οὐ φιλεῖς με· οὐ γὰρ ἂν ἀπεκρύπτου τὰ τοιαῦτα.

ΛΕΑΙ. Φιλῶ μέν σε, εἰ καὶ τινα ἄλλην. Ἡ γυνὴ δὲ δεινῶς ἀνδρική ἐστιν.

2. ΚΛΩΝ. Οὐ μανθάνω ὅ τι καὶ λέγεις, εἰ μή τις ἑταιρίστρια τυγχάνει οὖσα· τοιαύτας γὰρ ἐν Λέσβῳ λέγουσι γυναῖκας ἀρρενωπούς, ὑπ' ἀνδρῶν μὲν οὐκ ἐθελούσας αὐτὸ πάσχειν, γυναιξὶ δὲ αὐτὰς πλησιαζούσας ὥσπερ ἄνδρας.

ΛΕΑΙ. Τοιοῦτόν τι.

ΚΛΩΝ. Οὐκοῦν, ὦ Λέαινα, τοῦτο αὐτὸ καὶ διήγησαι, ὅπως μὲν ἐπείρα τὸ πρῶτον, ὅπως δὲ καὶ συνεπείσθης καὶ τὰ μετὰ ταῦτα.

ΛΕΑΙ. Πότον τινὰ συγκροτοῦσαι αὐτή τε καὶ Δημώνασσα ἡ Κορινθία, πλουτοῦσα δὲ καὶ αὐτὴ καὶ ὁμότεχνος οὖσα τῇ Μεγίλλῃ, παρέλαβον κἀμὲ κιθαρίζειν αὐταῖς· ἐπεὶ δὲ ἐκιθάρισα καὶ ἀωρὶ ἦν καὶ ἔδει καθεύ-

que anus sibi aufert: et poculum temperatum esse oporteat, eamque solam illud ebibere. Oportebit autem ipsius viri præsto esse aliquid, velut vestes, aut soleas, aut pilos paucos, aut quid ex eo genere.

MEL. Habeo illius soleas.

5. BACCH. Has de clavo suspensas suffitu ex sulphure facto imbuit, de sale etiam aliquid in ignem conjicit, pronuncians simul nomina utriusque, et ipsius, et tuum. Tum prolatum de sinu rhombum intorquet, carmen simul volubili lingua dicens, barbarica horribiliaque nomina. Hæc tum fecerat. Ac non ita multo post Phanias, sodalibus licet illum reprehendentibus, et multum rogante, quicum adhuc fuerat, Phœbide, ad me venit ab illo maxime incantamento adductus. Insuper vero illud mihi odii contra Phœbidem potissimum excitandi remedium docuit, ut observatum illius vestigium, quum primum illud reliquisset, ipsa delerem, ita ut sinistro illius meus dexter pes, sinister autem contra dextro vestigio insisteret, diceremque, Calco te, et superior sum! ac feci quod præceperat.

MEL. Noli, noli cunctari, Bacchis: voca mihi jam Syram. Tu vero, Acis, panem et sulphur et reliqua omnia ad incantationem compara.

5.

CLONARIUM ET LEÆNA.

1. CLON. Nova de te, Leæna, audimus, Lesbiam Megillam, illam divitem, tui ut virum amore incensam, et coire vos, nescio quid inter vos peragentes. Quid hoc? erubuisti? verum dic an vera sint ista.

LEÆ. Vera, Clonarium, sed pudet me: est enim absurdum quiddam.

CLON. Per matrem Liberæ, quid negotii est, aut quid sibi vult mulier? quid vero facitis, quum una estis? Vides? non amas me: neque enim talia celares.

LEÆ. Amo te equidem, si quam aliam. Illa vero mulier vehementer mascula est.

2. CLON. Nondum quid dicas intelligo, nisi forte quædam mascula amica est: tales enim Lesbi esse aiunt mulieres facie virili, quæ a viris quidem pati illa recusent, ipsæ vero mulieribus fruantur ut viri.

LEÆ. Tale quid est.

CLON. Ergo, mea Leæna, illud ipsum quoque narra, quomodo tentaverit primum, quomodo tibi persuasum sit, et quæ sequuntur.

LEÆ. Convivium instituerat cum Corinthia Demonassa, divite et ipsa, atque eandem artem quam Megilla exercente: assumserant autem me, quæ cithara ipsas oblectarem. Quum autem cecinissem, et serum esset, atque tempus

ἐμέθυον, Ἄγε δὴ, ἔφη, ὦ Λέαινα, ἡ Μέγιλλα,
ι γὰρ ἤδη καλὸν, ἐνταῦθα κάθευδε μεθ' ἡμῶν
ιοτέρων.
N. Ἐκάθευδες; τὸ μετὰ ταῦτα τί ἐγένετο;
ΑΙ. Κατεφίλουν με τὸ πρῶτον ὥσπερ οἱ ἄν-
αὐτὸ μόνον προσαρμόζουσαι τὰ χείλη, ἀλλ'
υσαι τὸ στόμα, καὶ περιέβαλλον καὶ τοὺς μα-
έθλιβον· ἡ Δημώνασσα δὲ καὶ ἔδακνε μεταξὺ
ῦσα· ἐγὼ δὲ οὐκ εἶχον εἰκάσαι ὅ τι τὸ πρᾶγμα
όνῳ δὲ ἡ Μέγιλλα ὑπόθερμος ἤδη οὖσα τὴν μὲν
ἀφείλετο τῆς κεφαλῆς, ἐπέκειτο δὲ πάνυ ὁμοία
φυῆς, καὶ ἐν χρῷ ὤφθη αὐτὴ καθάπερ οἱ σφό-
ώδεις τῶν ἀθλητῶν ἀποκεκαρμένη· κἀγὼ ἐτα-
ἰδοῦσα. Ἡ δὲ, Ὦ Λέαινα, φησὶν, ἑόρακας
καλὸν νεανίσκον; Ἀλλ' οὐχ ὁρῶ γε, ἔφην ἐγὼ,
ἐνταῦθα, ὦ Μέγιλλα. Μή με καταθήλυνε,
γιλλος γὰρ ἐγὼ λέγομαι καὶ γεγάμηκα πρόπα-
την τὴν Δημώνασσαν, καὶ ἔστιν ἐμὴ γυνή.
, ὦ Κλωνάριον, ἐπὶ τούτῳ καὶ ἔφην, Οὐκοῦν
έγιλλε, ἀνήρ τις ὢν ἐλελήθεις ἡμᾶς, καθάπερ
λέα φασὶν ἐν ταῖς παρθένοις κρυπτόμενον ταῖς
; καὶ τὸ ἀνδρεῖον δὲ ἐκεῖνο ἔχεις καὶ ποιεῖς τὴν
σαν ὅπερ οἱ ἄνδρες; Ἐκεῖνο μὲν, ἔφη, ὦ
οὐκ ἔχω· δέομαι δὲ οὐδὲ πάνυ αὐτοῦ· ἴδιον δέ
πον ἡδίω παρὰ πολὺ ὁμιλοῦντα ὄψει με. Ἀλλὰ
αφρόδιτος εἶ, ἔφην, οἷοι πολλοὶ εἶναι λέγονται
α ἔχοντες; Ἔτι γὰρ ἠγνόουν, ὦ Κλωνάριον, τὸ
Οὔ, φησὶν, ἀλλὰ τὸ πᾶν ἀνήρ εἰμι.
ἰκουσα, ἔφην ἐγὼ, τῆς Βοιωτίας αὐλητρίδος
ώρας διηγουμένης τὰ ἐφέστια παρ' αὐτοῖς, ὡς
ις ἐν Θήβαις ἐκ γυναικὸς ἀνὴρ, ὁ δ' αὐτὸς καὶ
ριστος, οἶμαι, Τειρεσίας τοὔνομα. Μὴ οὖν
τοιοῦτο πέπονθας; Οὔκουν, ὦ Λέαινα, ἔφη,
ννήθην μὲν ὁμοία ταῖς ἄλλαις ὑμῖν, ἡ γνώμη
ἐπιθυμία καὶ τἄλλα πάντα ἀνδρός ἐστί μοι.
νὴ γοῦν σοι, ἔφην, ἐπιθυμία; Πάρεχε γοῦν, ὦ
εἰ ἀπιστεῖς, ἔφη, καὶ γνώσῃ οὐδὲν ἐνδέουσάν
ἀνδρῶν· ἔχω γάρ τι ἀντὶ τοῦ ἀνδρείου. Ἀλλὰ
ὄψει γάρ. Παρέσχον, ὦ Κλωνάριον, ἱκετευού-
λὰ καὶ ὅρμον τινά μοι δούσης τῶν πολυτελῶν
ας τῶν λεπτῶν. Εἶτ' ἐγὼ μὲν ὥσπερ ἄνδρα
ιβανον, ἡ δὲ ἐφίλει τε καὶ ἐποίει καὶ ἤσθμαινε
ει μοι ἐς ὑπερβολὴν ἥδεσθαι.
N. Τί ἐποίει, ὦ Λέαινα, ἢ τίνα τρόπον; τοῦτο
ιστα εἰπέ.
I. Μὴ ἀνάκρινε ἀκριβῶς, αἰσχρὰ γάρ· ὥστε
Οὐρανίαν οὐκ ἂν εἴποιμι.

6.

ΚΡΩΒΥΛΗ ΚΑΙ ΚΟΡΙΝΝΑ.

ΡΩΒ. Ὦ Κόριννα, ὡς μὲν οὐ πάνυ δεινὸν ἦν,
ες, τὸ γυναῖκα γενέσθαι ἐκ παρθένου, μεμάθηκας

cundi cubitum, essentque bene potæ, Age sane, mea Leæna, inquit Megilla, dormiendi jam tempus est: hic apud nos cuba media inter ambas.

CLON. Cubuisti ergo? deinde quid actum est?

3. LEÆ. Osculabantur me primum ut viri, non illud modo, applicantes labia, sed os etiam aliquantum aperientes: atque amplexabantur, opprimebant papillas; Demonassa autem inter osculandum etiam mordere. Ego vero, quid res sibi vellet, nondum poteram conjicere. Tandem Megilla, quæ jam incaluisset, fictitiam de capite comam abstulit: impositam autem habebat valde similem et bene applicatam: atque apparuit accurate ad ipsamque cutem, ut viriliores athletæ, detonsa, ut ego ipso aspectu perturbarer. At illa, Mea Leæna, inquit, vidistine jam pulchrum adeo juvenem? Ego vero, inquam, non video hic juvenem, Megilla. Noli me, inquit, facere feminam: Megillus enim vocor, et olim duxi hanc Demonassam, et mea uxor est. Risi ego hoc, Clonarium, et, Tu igitur, Megille, inquam, imprudentibus nobis vir fueras, sicut Achillem dicunt inter virgines delituisse in vestibus purpureis? et illud habes quo viri censentur, et Demonassæ facis quod viri? Illud quidem, inquit, Leæna, non habeo; sed neque omnino illo indigeo: verum proprio quodam modo et multum jucundiore coeuntem me videbis. Ego, Numquid ergo, inquam, Hermaphroditus es, quales multi esse dicuntur, habens utraque? Nempe adhuc, mea Clonarium, quid rei esset, ignorabam. Non, inquit, sed omnino vir sum.

4. Hic ego, Audivi, inquam, Bœotiam tibicinam, Ismenodoram, res patriæ suæ narrantem, quum diceret fuisse quendam Thebis ex femina virum, eundem etiam vatem optimum; Tiresiam, puto, nomine. Numquid ergo tibi simile quid usu venit? Neutiquam, ait, mea Leæna: sed ita nata sum ut vos reliquæ: verum animus, et libido, et reliqua omnia in me viri sunt. Igitur satis tibi est, inquam, libido? Quin tu præbe, inquit, Leæna, si fidem mihi non habes, et nihil me inferiorem esse viris intelliges: habeo enim pro illo virili aliquid. Sed præbe: videbis enim. Præbui, Clonarium, multum supplicanti, et monile mihi donanti pretiosum, atque lintea tenuissima. Tum ego illam uti virum complexa sum: illa basiare, patrare, anhelare, ac visa est mihi supra modum delectari.

CLON. Quid ergo patrabat, aut quomodo? hoc enim dic maxime.

LEÆ. Noli curiose exquirere: turpicula enim. Quare, ita me Cœlestis Venus, non dixerim.

6.

CROBYLE ET CORINNA.

1. CROB. Igitur, mea Corinna, quam non valde fuerit formidandum, id quod putabas, mulierem fieri ex virgine,

ἤδη, μετὰ μειρακίου μὲν ὡραίου γενομένη, μνᾶν δὲ τὸ πρῶτον μίσθωμα κομισαμένη, ἐξ ἧς ὅρμον αὐτίκα ὠνήσομαί σοι.

ΚΟΡ. Ναί, μαννάριον. Ἐχέτω δὲ καὶ ψήφους τινὰς πυραυγεῖς οἷος ὁ Φιλαινίδος ἐστίν.

ΚΡΩΒ. Ἔσται τοιοῦτος. Ἄκουε δὲ καὶ τἄλλα παρ' ἐμοῦ ἅ σε χρὴ ποιεῖν καὶ ὅπως προσφέρεσθαι τοῖς ἀνδράσιν· ἄλλη μὲν γὰρ ἡμῖν ἀποστροφὴ τοῦ βίου οὐκ ἔστιν, ὦ θύγατερ, ἀλλὰ δύο ἔτη ταῦτα ἐξ οὗ τέθνηκεν ὁ μακαρίτης σου πατὴρ, οὐκ οἶσθα ὅπως ἀπεζήσαμεν; ὅτε δὲ ἐκεῖνος ἔζη, πάντα ἦν ἡμῖν ἱκανά· ἐχάλκευε γὰρ καὶ μέγα ἦν ὄνομα αὐτοῦ ἐν Πειραιεῖ, καὶ πάντων ἐστὶν ἀκοῦσαι διομνυμένων ἦ μὴν μετὰ Φιλῖνον μηκέτι ἔσεσθαι ἄλλον χαλκέα. Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τὸ μὲν πρῶτον ἀποδομένη τὰς πυράγρας καὶ τὸν ἄκμονα καὶ σφῦραν δύο μνῶν, ἀπὸ τούτων διετράφημεν· εἶτα νῦν μὲν ὑφαίνουσα, νῦν δὲ κρόκην κατάγουσα ἢ στήμονα κλώθουσα ἐποριζόμην τὰ σιτία μόλις· ἔβοσκον δὲ σέ, ὦ θύγατερ, τὴν ἐλπίδα περιμένουσα.

2. ΚΟΡ. Τὴν μνᾶν λέγεις;

ΚΡΩΒ. Οὔκ, ἀλλὰ ἐλογιζόμην ὡς τηλικαύτη γενομένη θρέψεις μὲν ἐμέ, σεαυτὴν δὲ καταχοσμήσεις ῥᾳδίως καὶ πλουτήσεις καὶ ἐσθῆτας ἕξεις ἁλουργεῖς καὶ θεραπαίνας.

ΚΟΡ. Πῶς ἔφης, μῆτερ, ἢ τί λέγεις;

ΚΡΩΒ. Συνοῦσα μὲν τοῖς νεανίσκοις καὶ συμπίνουσα μετ' αὐτῶν καὶ συγκαθεύδουσα ἐπὶ μισθῷ.

ΚΟΡ. Καθάπερ ἡ Δαφνίδος θυγάτηρ Λύρα;

ΚΡΩΒ. Ναί.

ΚΟΡ. Ἀλλ' ἐκείνη ἑταίρα ἐστίν.

ΚΡΩΒ. Οὐδὲν τοῦτο δεινόν· καὶ σὺ γὰρ πλουτήσεις ὡς ἐκείνη καὶ πολλοὺς ἐραστὰς ἕξεις. Τί ἐδάκρυσας, ὦ Κόριννα; οὐχ ὁρᾷς ὁπόσαι καὶ ὡς περισπούδαστοί εἰσιν αἱ ἑταῖραι καὶ ὅσα χρήματα λαμβάνουσι; τὴν Δαφνίδα γοῦν ἐγὼ οἶδα, ὦ φίλη Ἀδράστεια, ῥάκη, πρὶν αὐτὴν ἀκμάσαι τὴν ὥραν, περιβεβλημένην· ἀλλὰ νῦν ὁρᾷς οἷα πρόεισι, χρυσὸς καὶ ἐσθῆτες εὐανθεῖς καὶ θεράπαιναι τέτταρες.

3. ΚΟΡ. Πῶς δὲ ταῦτα ἐκτήσατο ἡ Λύρα;

ΚΡΩΒ. Τὸ μὲν πρῶτον καταχοσμοῦσα ἑαυτὴν εὐπρεπῶς καὶ εὐσταλὴς οὖσα καὶ φαιδρὰ πρὸς ἅπαντας, οὐκ ἄχρι τοῦ καχάζειν ῥᾳδίως καθάπερ σὺ εἴωθας, ἀλλὰ μειδιῶσα ἡδὺ καὶ ἐπαγωγόν, εἶτα προσομιλοῦσα δεξιῶς καὶ μήτε φενακίζουσα, εἴ τις προσέλθοι ἢ προπέμψειε, μήτε αὐτὴ ἐπιλαμβανομένη τῶν ἀνδρῶν. Ἢν δέ ποτε καὶ ἀπέλθῃ ἐπὶ δεῖπνον λαβοῦσα μίσθωμα, οὔτε μεθύσκεται — καταγέλαστον γὰρ καὶ μισοῦσιν οἱ ἄνδρες τὰς τοιαύτας — οὔτε ὑπερεμφορεῖται τοῦ ὄψου ἀπειροκάλως, ἀλλὰ προσάπτεται μὲν ἄκροις τοῖς δακτύλοις, σιωπῇ δὲ τὰς ἐνθέσεις οὐκ ἐπ' ἀμφοτέρας παραβύεται τὰς γνάθους, πίνει δὲ ἠρέμα, οὐ χανδὸν, ἀλλ' ἀναπαυομένη.

ΚΟΡ. Κἂν εἰ διψῶσα, ὦ μῆτερ, τύχοι;

ΚΡΩΒ. Τότε μάλιστα, ὦ Κόριννα. Καὶ οὔτε

jam didicisti; quæ cum pulchro adolescentulo fueris, et minam mercedem primam abstuleris, de qua monile jam statim tibi emam.

COR. Ita sane, mea matercula. Habeat vero etiam lapillos aliquot ignei coloris, quale est Philænidis.

CROB. Erit tale. Audi vero ex me quæ facienda tibi sunt reliqua, et quomodo cum viris sit consuescendum. Neque alia enim nobis est, filia, vitæ tolerandæ ratio. Sed hos jam duos annos, ex quo pater tuus, jam felix, obiit, non nosti quam tenuiter ac misere vixerimus? quum autem ille viveret, omnium rerum nobis erat copia: ærariam enim officinam exercebat, magnumque ipsius erat in Piræeo nomen: estque audire dejerantes omnes, non futurum post Philinum fabrum alium. At post mortem illius, primo quidem forcipes et incudem et malleum duabus minis vendidi, de quibus viximus: deinde nunc texendo, nunc deducendo subtemen, aut stamen nendo, ægre paravi nobis cibaria: te autem, filia mea, alui, spem exspectans.

2. COR. De mina dicis?

CROB. Non: sed ita rationes subducebam, te, ubi ad hanc ætatulam pervenisses, me quidem alituram esse, te ipsam vero exornaturam facile, et futuram divitem, et vestimenta habituram purpurea, atque ancillas.

COR. Quomodo dicebas, mater? aut quid tibi vis?

CROB. Si cum adolescentulis una sis, et bibas cum illis, et mercede concumbas.

COR. Ut Lyra illa, filia Daphnidis?

CROB. Ita sane.

COR. At illa meretrix est.

CROB. Nihil istoc mali. Nam tu quoque dives eris ut ista, et multos amatores habebis. Quid ploras, Corinna? non vides quot et quanto in honore sint meretrices, et quas opes accipiant? ac Daphnidem ego novi, o bona Adrastea! pannis ante vestitam, quam ad maturam viris ætatem pervenisset. Sed nunc vides qualis prodeat; aurum, vestis florida, ancillæ quattuor.

3. COR. Quomodo verò illa sibi Lyra paravit?

CROB. Primo quidem decenter se ornavit, bene composita erat et jucunda ad omnes, non eo usque ut in cachinnos facile solveretur, quod tu soles, sed suave quiddam et illecebrosum subridens: deinde dextre versata est cum viris, ut neque illuderet plane, si quis adiret ipsam vel deduceret, nec vero ipsa viros invaderet. Si quando autem mercede conducta eat in convivium, nec inebriatur (derisui enim illud opportunum, et oderunt viri si qua talis sit), neque cibis indecenter se ingurgitat; sed extremis modo digitis attingit, ac silentio sumit bucceas, non in utramque malam infercit: bibit autem placide, non uno haustu, sed interquiescens.

COR. Etiam si forte sitiat, mater?

CROB. Tum vel maxime, mea Corinna. Neque plus

πλέον τοῦ δέοντος φθέγγεται οὔτε ἀποσκώπτει ἔς τινα τῶν παρόντων, ἐς μόνον δὲ τὸν μισθωσάμενον βλέπει· καὶ διὰ τοῦτο ἐκεῖνοι φιλοῦσιν αὐτήν. Καὶ ἐπειδὰν κοιμᾶσθαι δέῃ, ἀσελγὲς οὐδὲν οὐδὲ ἀμελὲς ἐκείνη ἄν τι ἐργάσαιτο, ἀλλὰ ἐξ ἅπαντος ἓν τοῦτο θηρᾶται, ὡς ὑπαγάγοιτο καὶ ἐραστὴν ποιήσειεν ἐκεῖνον· ταῦτα γὰρ αὐτὴν ἅπαντες ἐπαινοῦσιν. Εἰ δὴ καὶ σὺ ταῦτα ἐκμάθοις, μακάριαι καὶ ἡμεῖς ἐσόμεθα· ἐπεὶ τά γε ἄλλα παρὰ πολὺ αὐτῆς..... ἀλλ' οὐδέν, ὦ φίλη Ἀδράστεια, φημί, ζῴοις μόνον.

4. ΚΟΡ. Εἰπέ μοι, ὦ μῆτερ, οἱ μισθούμενοι πάντες τοιοῦτοί εἰσιν οἷος ὁ Εὔκριτος, μεθ' οὗ χθὲς ἐκάθευδον;

ΚΡΩΒ. Οὐ πάντες, ἀλλ' ἔνιοι μὲν ἀμείνους, οἱ δὲ καὶ ἤδη ἀνδρώδεις, οἱ δὲ καὶ οὐ πάνυ μορφῆς εὐφυῶς ἔχοντες.

ΚΟΡ. Καὶ τούτοις συγκαθεύδειν δεήσει;

ΚΡΩΒ. Μάλιστα, ὦ θύγατερ· οὗτοι μέν τοι καὶ πλείονα διδόασιν· οἱ καλοὶ δὲ αὐτὸ μόνον καλοὶ θέλουσιν εἶναι. Καὶ σοὶ δὲ μελέτω ἀεὶ τοῦ πλείονος, εἰ θέλεις ἐν βραχεῖ λέγειν ἁπάσας ἐνδειξάσας σε τῷ δακτύλῳ, Οὐχ ὁρᾷς τὴν Κόρινναν τὴν τῆς Κρωβύλης θυγατέρα ὡς ὑπερπλουτεῖ καὶ τρισευδαίμονα πεποίηκε τὴν μητέρα; Τί φῄς; ποιήσεις ταῦτα; ποιήσεις, οἶδα ἐγώ, καὶ προέξεις ἁπασῶν ῥᾳδίως. Νῦν δ' ἄπιθι λουσομένη, εἰ ἀφίκοιτο καὶ τήμερον τὸ μειράκιον ὁ Εὔκριτος· ὑπισχνεῖτο γάρ.

7.

ΜΗΤΗΡ ΚΑΙ ΜΟΥΣΑΡΙΟΝ.

1. ΜΗΤ. Ἂν δ' ἔτι τοιοῦτον ἐραστὴν εὕρωμεν, ὦ Μουσάριον, οἷος ὁ Χαιρέας ἐστί, θῦσαι μὲν τῇ πανδήμῳ δεήσει λευκὴν μηκάδα, τῇ οὐρανίᾳ δὲ τῇ ἐν κήποις δάμαλιν, στεφανῶσαι δὲ καὶ τὴν πλουτοδότειραν, καὶ ὅλως μακάριαι καὶ τρισευδαίμονες ἐσόμεθα. Νῦν ὁρᾷς παρὰ τοῦ νεανίσκου ἡλίκα λαμβάνομεν, ὃς ὀβολὸν μὲν οὐδεπώποτέ σοι δέδωκεν, οὐκ ἐσθῆτα, οὐχ ὑποδήματα, οὐ μύρον, ἀλλὰ προφάσεις ἀεὶ καὶ ὑποσχέσεις καὶ μακραὶ ἐλπίδες καὶ πολὺ τὸ, ἐὰν ὁ πατὴρ .. καὶ κύριος γένωμαι τῶν πατρῴων, καὶ πάντα σά. Σὺ δὲ καὶ ὀμωμοκέναι αὐτὸν φῂς ὅτι νόμῳ σε γαμετὴν ποιήσεται.

ΜΟΥΣ. Ὤμοσε γάρ, ὦ μῆτερ, κατὰ τοῖν θεοῖν καὶ τῆς Πολιάδος.

ΜΗΤ. Καὶ πιστεύεις δηλαδή· καὶ διὰ τοῦτο πρῴην οὐκ ἔχοντι αὐτῷ καταθεῖναι συμβολὴν τὸν δακτύλιον δέδωκας ἀγνοούσης ἐμοῦ, ὁ δὲ ἀποδόμενος κατέπιε, καὶ πάλιν τὰ δύο περιδέραια τὰ Ἰωνικά, ἕλκοντα ἑκάτερον δύο δαρεικούς, ἅ σοι ὁ Χῖος Πραξίας ὁ ναύκληρος ἐκόμισε ποιησάμενος ἐν Ἐφέσῳ· ἐδεῖτο γὰρ Χαιρέας ἔρανον συνεφήβοις ἀπενεγκεῖν. Ὀθόνας γὰρ καὶ χιτωνίσκους τί ἂν λέγοιμι; Καὶ ὅλως ἕρμαιόν τι ἡμῖν καὶ μέγα ὄφελος συμπέπτωκεν οὗτος.

quam opus est loquitur, neque in præsentium quempiam dicta jacit, sed solum illum qui se conduxit aspicit. Et ob hæc illi amant ipsam. Et quum cubitum eundum est, nihil illa lascivum, nihil indecens egerit, sed unum illud venatur undique, ut in potestatem illum redigat et suum faciat amatorem. Propter hæc enim omnes illam laudant. Si ergo tu etiam ista discas, beatæ nos quoque erimus : quandoquidem quod ad reliqua, multum tu ista .... verum nihil, cara Adrastea! dico : vivas solum!

4. COR. Dic mihi, mater, qui nos conducunt, omnesne tales sunt, qualis Eucritus, quicum heri cubui?

CROB. Non omnes, sed alii quidem meliores, alii vero jam viriles ; alii forma non satis a natura felici.

COR. Etiam cum his cubare oportebit?

CROB. Ac maxime, filia; hi quidem plura etiam largiuntur. Formosi vero solum illud, formosi volunt esse. Tibi vero semper sit cura majoris lucri, si vis brevi tempore mulieres omnes dicere, digito te monstrata, Nonne vides Crobyles Corinnam filiam, quam supra fidem dives est? ut ter beatam matrem præstitit! Quid ais? facies ista? facies, novi ego; et facile principatum tenebis omnium. Nunc vero lotum abi, si forte hodie quoque veniat adolescentulus, Eucritus : certe promisit.

7.

MATER ET MUSARIUM.

1. MAT. Si talem adhuc unum amatorem inveniamus, Musarium, qualis est Chæreas, immolare oportebit Populari Veneri albam capellam, Cœlesti vero, quæ in Hortis est, buculam, et coronare divitiarum donatricem Cererem; atque in universum beatæ ac ter felices erimus. Nunc enim vides quantum accipiamus ab hoc juvene, qui obolum nondum unum tibi dederit, non vestem, non calceos, non unguentum, sed apud illum excusationes semper, et promissiones, et spes longæ et multum illud, Si pater ... et dominus paternorum fuero, omnia erunt tua. Tu vero etiam jurasse illum tibi dicis, se legitimam sibi uxorem te ducturum.

MUS. Juravit enim, mater, per Liberas et Custodem urbis deam.

MAT. Et tu credis nimirum! Et propterea etiam nuper symbolam quam daret non habenti anulum, imprudente me, dedisti; quem ille venditum abligurriit; et rursus duo illa monilia Ionica, Daricos unumquodque duos pendentia, quæ tibi Chius ille Praxias nauclerus attulerat, quum fieri ea Ephesi curasset : oportebat enim Chæream eranum conferre sodalibus. Vela enim et tunicas quid dicam? Sane missus a Mercurio thesaurus et magnum lucrum hic nobis homo oblatus est.

2. ΜΟΥΣ. Ἀλλὰ καλὸς καὶ ἀγένειος, καὶ φησὶν ἐρᾶν καὶ δακρύει καὶ Δεινομάχης καὶ Λάχητος υἱός ἐστι τοῦ Ἀρεοπαγίτου καὶ φησὶν ἡμᾶς γαμήσειν καὶ μεγάλας ἐλπίδας ἔχομεν παρ' αὐτοῦ, ἢν ὁ γέρων μόνον καταμύσῃ.

ΜΗΤ. Οὐκοῦν, ὦ Μουσάριον, ἐὰν ὑποδήσασθαι δέῃ, καὶ ὁ σκυτοτόμος αἰτῇ τὸ δίδραχμον, ἐροῦμεν πρὸς αὐτὸν, Ἀργύριον μὲν οὐκ ἔχομεν, σὺ δὲ τῶν ἐλπίδων ὀλίγας παρ' ἡμῶν λαβέ· καὶ πρὸς τὸν ἀλφιτοπώλην τὰ αὐτά· καὶ ἢν τὸ ἐνοίκιον αἰτώμεθα, Περίμεινον, φήσομεν, ἔστ' ἂν Λάχης ὁ Κολλυτεὺς ἀποθάνῃ· ἀποδώσομεν γάρ σοι μετὰ τοὺς γάμους. Οὐκ αἰσχύνῃ μόνη τῶν ἑταιρῶν οὐκ ἐλλόβιον οὐχ ὅρμον οὐ ταραντινίδιον ἔχουσα;

3. ΜΟΥΣ. Τί οὖν, ὦ μῆτερ; ἐκεῖναι εὐτυχέστεραί μου καὶ καλλίους εἰσίν;

ΜΗΤ. Οὐκ, ἀλλὰ συνετώτεραι καὶ ἴσασιν ἑταιρίζειν, οὐδὲ πιστεύουσι ῥηματίοις καὶ νεανίσκοις ἐπ' ἄκρου τοῦ χείλους τοὺς ὅρκους ἔχουσι· σὺ δὲ εἶ πιστὴ καὶ φίλανδρος οὐδὲ προσίῃ ἄλλον τινὰ ὅτι μὴ μόνον Χαιρέαν· καὶ πρῴην μὲν ὅτε ὁ γεωργὸς ὁ Ἀχαρνεὺς ἧκε δύο μνᾶς κομίζων, ἀγένειος καὶ αὐτός — οἴνου δὲ τιμὴν ἀπειλήφει τοῦ πατρὸς πέμψαντος — σὺ δὲ ἐκεῖνον μὲν ἀπεμύκτισας, καθεύδεις δὲ μετὰ τοῦ Ἀδώνιδος Χαιρέου.

ΜΟΥΣ. Τί οὖν; ἐχρῆν Χαιρέαν καταλείψασαν παραδέξασθαι τὸν ἐργάτην ἐκεῖνον κινάβρας ἀπόζοντα; λεῖός μοι, φασί, Χαιρέας καὶ χοιρίσκος Ἀχαρνικός.

ΜΗΤ. Ἔστω· ἐκεῖνος ἀγροῖκος καὶ πονηρὸν ἀποπνεῖ. Τί δαὶ Ἀντιφῶντα τὸν Μενεκράτους μνᾶν ὑπισχνούμενον οὐδὲ τοῦτον ἐδέξω; οὐ καλὸς ἦν καὶ ἀστεῖος καὶ ἡλικιώτης Χαιρέου;

4. ΜΟΥΣ. Ἀλλ' ἠπείλησε Χαιρέας ἀποσφάξειν ἀμφοτέρους, εἰ λάβοι μέ ποτε μετ' αὐτοῦ.

ΜΗΤ. Πόσοι δὲ καὶ ἄλλοι ταῦτα ἀπειλοῦσιν; Οὐκοῦν ἀνέραστος σὺ μενεῖς διὰ τοῦτο καὶ σωφρονήσεις καθάπερ οὐχ ἑταίρα, τῆς δὲ Θεσμοφόρου ἱέρειά τις οὖσα; ἐῶ τἄλλα. Τήμερον Ἀλῶά ἐστι· τί δέ σοι δέδωκεν ἐς τὴν ἑορτήν;

ΜΟΥΣ. Οὐκ ἔχει, ὦ μαννάριον.

ΜΗΤ. Μόνος οὗτος οὐ τέχνην εὕρηκεν ἐπὶ τὸν πατέρα, οὐκ οἰκέτην καθῆκεν ἐξαπατήσοντα, οὐκ ἀπὸ τῆς μητρὸς ᾔτησεν ἀπειλήσας ἀποπλευσεῖσθαι στρατευσόμενος, εἰ μὴ λάβοι, ἀλλὰ κάθηται ἡμᾶς ἐπιτρίβων μήτε αὐτὸς διδοὺς μήτε παρὰ τῶν διδόντων ἐῶν λαμβάνειν; Σὺ δὲ οἴει, ὦ Μουσάριον, ὀκτωκαίδεκα ἐτῶν ἀεὶ ἔσεσθαι; ἢ τὰ αὐτὰ φρονήσειν Χαιρέαν, ὅταν πλουτῇ μὲν αὐτός, ἡ δὲ μήτηρ γάμον πολυτάλαντον ἐξεύρῃ αὐτῷ; μνησθήσεται ἔτι, οἴει, τότε τῶν δακρύων ἢ τῶν φιλημάτων ἢ τῶν ὅρκων πέντε ἴσως τάλαντα προικὸς βλέπων;

ΜΟΥΣ. Μνησθήσεται ἐκεῖνος· δεῖγμα δέ, ὡς οὐδὲ νῦν γεγάμηκεν, ἀλλὰ καταναγκαζόμενος καὶ βιαζόμενος ἠρνήσατο.

2. MUS. Sed pulcher est, et imberbis, et amare se dicit, et lacrimatur, et Dinomaches Lachetisque Areopagitæ filius est; et se ducturum nos promittit, et magnas ab eo spes habemus, modo senex oculos condat.

MAT. Ergo, Musarium, quum opus erit soleis, et postulabit sutor didrachmum, dicemus illi, Pecuniam quidem non habemus, tu vero aliquantum spei a nobis accipe: et ad pistorem eadem: et quum mercedem habitationis exigemur, Exspecta, dicemus, dum Laches Collytensis moriatur: solvemus enim tibi post nuptias. Nonne te pudet, quæ sola meretricum neque inaurem, nec monile, nec Tarentinulam habeas?

3. MUS. Quid ergo, mater? num illæ feliciores me aut pulchriores sunt?

MAT. Non; sed prudentiores, et norunt artem meretriciam: neque dulcibus verbis credunt, et adolescentulis in extremis labris jusjurandum habentibus. Tu vero fidelis es, et viri amans, neque admittis quenquam, solum præter Chæream: et nuper ille ex Acarnania rusticus quum veniret, imberbis et ipse, minas ferens duas (vini enim pretium patris missu acceperat), tu illum quidem superbe rejecisti, cubas autem cum tuo Adonide Chærea.

MUS. Quid ergo? oportebat Chærea relicto recipere operarium istum, hircum olentem? Lævis mihi, aiunt, Chæreas et porcellus Acharnicus.

MAT. Esto: agrestis iste, et male olet. Cur etiam Antiphontem Menecratis filium, qui minam pollicebatur, neque hunc recepisti? non pulcher erat, et urbanus, et æqualis Chæreæ?

4. MUS. At minatus erat Chæreas se interfecturum ambos, si quando me cum illo deprehendisset.

MAT. Quot vero etiam alii minantur eadem? Num igitur tu amatorum expers manebis propterea, et pudica eris, quasi non meretrix esses, sed legiferæ Cereris sacerdos? mitto reliqua. Sunt Arealia hodie: quid vero dedit tibi diei festi causa?

MUS. Non habet quot det, matercula.

MAT. Solus ille non invenit aliquam ad patrem machinam? non servum immisit deceptorem? non a matre petiit, minatus se militatum enavigaturum, nisi accipiat? sed desidet, nos atterit, neque dans ipse quicquam, neque accipere ab his, qui offerunt, patiens. Tu vero putas, Musarium, duodeviginti annorum te semper futuram? aut eundem animum fore Chæreæ, quum dives ipse erit, mater autem multorum illi talentorum nuptias inveniet? memor erit tum, putas, lacrimarum, aut basiorum, aut frequentis jurisjurandi, quinque forte dotis talenta ubi viderit?

MUS. Memor sane erit. Argumentum autem ejus rei hoc est, quod nondum duxit uxorem, sed urgentibus, vim quasi parantibus, negavit.

Γένοιτο μὴ ψεύδεσθαι. Ἀναμνήσω δέ σε,
ον, τότε.

8.

ΑΜΠΕΛΙΣ ΚΑΙ ΧΡΥΣΙΣ.

Π. Ὅστις δὲ, ὦ Χρυσὶ, μήτε ζηλοτυπεῖ
εται μήτε ἐρράπισέ ποτε ἢ περιέκειρεν ἢ τὰ
ιέσχισεν, ἔτι ἐραστὴς ἐκεῖνός ἐστιν;
Οὐκοῦν ταῦτα μόνα ἐρῶντος, ὦ Ἀμπελὶ,

Ναὶ, ταῦτ' ἀνδρὸς θερμοῦ· ἐπεὶ τἄλλα,
καὶ δάκρυα καὶ ὅρκοι καὶ τὸ πολλάκις ἥκειν
ἔρωτος σημεῖον καὶ φυομένου ἔτι· τὸ δὲ πῦρ
; ζηλοτυπίας ἐστίν. Ὥστε εἰ καὶ σὲ, ὡς
γίας ῥαπίζει καὶ ζηλοτυπεῖ, χρηστὰ ἔλπιζε
ἀεὶ τὰ αὐτὰ ποιεῖν.
Τὰ αὐτά; τί λέγεις; ἀεὶ ῥαπίζειν με;
Οὐχὶ, ἀλλ' ἀνιᾶσθαι, εἰ μὴ πρὸς μόνον αὐ-
;. Ἐπεὶ εἰ μὴ ἐρᾷ γε, τί ἂν ἔτι ὀργίζοιτο,
ἕτερον ἐραστὴν ἔχεις;
Ἀλλ' οὐδὲ ἔχω ἔγωγε· ὁ δὲ μάτην ὑπέλαβε
ὸν μου ἐρᾶν, διότι ἄλλως ἐμνημόνευσά ποτε

I. Καὶ τοῦτο ἡδὺ τὸ ὑπὸ πλουσίων οἴεσθαι
αί σε· οὕτω γὰρ ἀνιάσεται μᾶλλον καὶ φιλο-
ώς μὴ ὑπερβάλοιντο αὐτὸν οἱ ἀντερασταί.
Καὶ μὴν οὗτός γε μόνον ὀργίζεται καὶ ῥα-
σι δὲ οὐδέν.
Ἀλλὰ δώσει· ζηλότυποι γὰρ καὶ μάλιστα
ται.
Οὐκ οἶδ' ὅπως ῥαπίσματα λαμβάνειν βού-
Ἀμπελίδιον.
Οὔκ, ἀλλ', ὡς οἶμαι, μεγάλοι ἔρωτες γί-
εἰ πύθοιτο ἀμελεῖσθαι, εἰ δὲ πιστεύσαι μό-
ἀπομαραίνεταί πως ἡ ἐπιθυμία. Ταῦτα
σὲ εἴκοσιν ὅλοις ἔτεσιν ἑταιρήσασα, σὺ δὲ
αέτις, οἶμαι, ἢ ἔλαττον οὖσα τυγχάνεις.
ὲ, καὶ διηγήσομαι ἃ ἔπαθόν ποτε οὐ πάνυ
ν ἐτῶν· ἤρα μου Δημόφαντος ὁ δανειστὴς ὁ
ῶν τῆς Ποικίλης. Οὗτος οὐδεπώποτε πλέον
ραχμῶν δέδωκε καὶ ἠξίου δεσπότης εἶναι.
ὦ Χρυσὶ, ἐπιπόλαιόν τινα ἔρωτα οὔτε ὑπο-
ε δακρύων οὔτε ἀωρὶ παραγιγνόμενος ἐπὶ
ἀλλ' αὐτὸ μόνον συνεκάθευδέ μοι ἐνίοτε,
ιὰ μακροῦ.
ιδὴ δὲ ἐλθόντα ποτὲ ἀπέκλεισα — Καλλίδης
εὺς ἔνδον ἦν δέκα δραχμὰς πεπομφώς —
ῶτον ἀπῆλθέ μοι λοιδορησάμενος· ἐπεὶ δὲ
διῆλθον ἡμέραι, ἐγὼ δὲ οὐ προσέπεμπον, ὁ
δὲ ἔνδον ἦν αὖθις, ὑποθερμαινόμενος ἤδη
όφαντος καὶ αὐτὸς ἀναφλέγεται ἐς τὸ πρᾶ-

MAT. Utinam non mentiatur! Sed tum te, Musarium, admonebo.

8.

AMPELIS ET CHRYSIS.

1. AMP. Si quis vero, mea Chrysis, neque zelotyptus est, neque irascitur, neque alapam inflixit unquam, aut comam abscidit, aut discidit vestem; illene adhuc amator est?

CHRYS. Numquid ergo, Ampelis, hæc sola amantis argumenta?

AMP. Sanequam calidi viri hæc sunt : nam reliqua, oscula, et lacrimæ, et jusjurandum frequens, et adventus creber, incipientis amoris signum et adhuc nascentis : at ignis totus a zelotypia est. Itaque si te, ut ais, etiam alapis mulcat Gorgias, et zelotypus est, bona spera, et semper eadem facere illum opta.

CHRYS. Eadem? quid ais? semper eum mihi dare alapas?

AMP. Non istuc; sed indigne eum ferre, nisi ad ipsum solum respicias. Quandoquidem si non amaret, quid tandem, alium te amatorem habente, irasceretur?

CHRYS. Sed neque habeo equidem alium. At ille temere suspicatus est amari me a divite, eo quod casu quodam illius aliquando mentionem injeci.

2. AMP. Etiam hoc jucundum, si a divitibus coli te suspicatur : ita enim magis etiam ægre feret, et honorem suum in eo putabit agi, ne rivales ipsum superent.

CHRYS. Verum enim hic irascitur modo, et infligit alapas, ceterum dat nihil.

AMP. At dabit : zelotypis enim vel maxime dolebit.

CHRYS. Nescio cur alapas accipere me velis, mea Ampelidium.

AMP. Non : sed, ut arbitror, magni amores sic fiunt, etiam si se putet negligi : si vero solus potiri se credat, marcescit quodammodo cupiditas. Hæc ad te dico, quæ viginti totos annos meretriciam vitam colui; tu vero duodeviginti, puto, annos, aut minus etiam vixisti. Sed si vis, narrabo tibi quæ quondam et mihi ante annos non ita multos acciderunt. Amabat me Demophantus danista, qui post Pœcilen habitat. Hic non unquam plus quinque drachmis dederat, et herus esse postulabat. Amabat autem, Chrysis, amorem quendam in summo tantum innatantem, neque ingemiscens, nec lacrimans, neque intempesta nocte veniens ad fores; sed solum hoc agebat, ut interdum mecum cubaret, idque sat longis intervallis.

3. Quum vero advenientem aliquando exclusissem (Callides enim pictor intus erat, qui drachmas decem miserat), primo quidem conviciatus mihi abiit : ubi vero multis interjectis diebus non mittebam ego, dum Callides intus esset rursus, tum demum incalescens Demophantus et ipse ad eam rem inflammatur : et quum astans aliquando apertam

γμα καὶ ἐπιστάς ποτε ἀνεῳγμένην τηρήσας τὴν θύραν ἔκλαεν, ἔτυπτεν, ἠπείλει φονεύσειν, περιερρήγνυε τὴν ἐσθῆτα, ἅπαντα ἐποίει, καὶ τέλος τάλαντον δοὺς μόνος εἶχεν ὀκτὼ ὅλους μῆνας. Ἡ γυνὴ δὲ αὐτοῦ πρὸς ἅπαντας ἔλεγεν ὡς ὑπὸ φαρμάκων ἐκμήναιμι αὐτόν. Τὸ δὲ ἦν ἄρα ζηλοτυπία τὸ φάρμακον. Ὥστε, ὦ Χρυσὶ, καὶ σὺ χρῶ ἐπὶ τὸν Γοργίαν τῷ αὐτῷ φαρμάκῳ· πλούσιος δὲ ὁ νεανίσκος ἔσται, ἤν τι ὁ πατὴρ αὐτοῦ πάθῃ.

observasset januam, plorabat, pulsabat, interfecturum me minabatur, vestem discidit, faciebat omnia : ac tandem talento dato, solus me habebat menses octo integros. Uxor autem ipsius dictitabat omnibus, me venenis in furorem illum egisse : nempe venenum illud zelotypia fuit. Itaque tu etiam, Chrysis, utere eodem in Gorgiam veneno; dives enim erit adolescentulus, si quid patri illius acciderit.

9.

ΔΟΡΚΑΣ, ΠΑΝΝΥΧΙΣ, ΦΙΛΟΣΤΡΑΤΟΣ, ΠΟΛΕΜΩΝ.

1. ΔΟΡΚ. Ἀπολώλαμεν, ὦ κεκτημένη, ἀπολώλαμεν, ὁ Πολέμων ἀπὸ τῆς στρατείας ἀνέστρεψε πλουτῶν, ὥς φασιν· ἑόρακα δὲ κἀγὼ αὐτὸν ἐφεστρίδα περιπόρφυρον ἐμπεπορπημένον καὶ ἀκολούθους ἅμα πολλούς. Καὶ οἱ φίλοι ὡς εἶδον, συνέθεον ἐπ' αὐτὸν ἀσπασόμενοι· ἐν τοσούτῳ δὲ τὸν θεράποντα ἰδοῦσα κατόπιν ἑπόμενον, ὃς συναποδεδημήκει μετ' αὐτοῦ, ἠρόμην καὶ, Εἰπέ μοι, ἔφην, ὦ Παρμένων, ἀσπασαμένη πρότερον αὐτὸν, πῶς ἡμῖν ἐπράξατε καὶ εἴ τι ἄξιον τῶν πολέμων ἔχοντες ἐπανεληλύθατε;

ΠΑΝ. Οὐκ ἔδει τοῦτο εὐθὺς, ἀλλ' ἐκεῖνα, ὅτι μὲν ἐσώθητε, πολλὴ χάρις τοῖς θεοῖς, καὶ μάλιστα τῷ ξενίῳ Διὶ καὶ Ἀθηνᾷ στρατίᾳ· ἡ δέσποινα δὲ ἐπυνθάνετο ἀεὶ τί πράττοιτε καὶ ἔνθα εἴητε· εἰ δὲ καὶ τοῦτο προσέθηκας, ὡς καὶ ἐδάκρυε καὶ ἀεὶ ἐμέμνητο Πολέμωνος, ἄμεινον ἦν παρὰ πολύ.

2. ΔΟΡΚ. Προεῖπον εὐθὺς ἐν ἀρχῇ ἅπαντα· πρὸς δὲ σὲ οὐκ ἂν εἶπον, ἀλλὰ ἃ ἤκουσα ἐβουλόμην εἰπεῖν. Ἐπεὶ πρός γε Παρμένοντα οὕτως ἠρξάμην· Ἦ που, ὦ Παρμένων, ἐβόμβει τὰ ὦτα ὑμῖν; ἀεὶ γὰρ ἐμέμνητο ἡ κεκτημένη μετὰ δακρύων, καὶ μάλιστα εἴ τις ἐληλύθει ἐκ τῆς μάχης καὶ πολλοὶ τεθνάναι ἐλέγοντο, ἐσπάραττε τότε τὰς κόμας καὶ τὰ στέρνα ἐτύπτετο καὶ ἐπένθει πρὸς τὴν ἀγγελίαν ἑκάστην.

ΠΑΝ. Εὖ γε, ὦ Δορκὰς, οὕτως ἐχρῆν.

ΔΟΡΚ. Εἶτα ἑξῆς μετ' οὐ πολὺ ἠρόμην ἐκεῖνα. Ὁ δὲ, Πάνυ λαμπρῶς, φησὶν, ἀνεστρέψαμεν.

ΠΑΝ. Οὕτω κἀκεῖνος οὐδὲν προειπὼν, ὡς ἐμέμνητό μου ὁ Πολέμων ἢ ἐπόθει ἢ ηὔχετο ζῶσαν καταλαβεῖν;

ΔΟΡΚ. Καὶ μάλα πολλὰ τοιαῦτα ἔλεγε. Τὸ γοῦν κεφάλαιον ἐξήγγειλε, πλοῦτον πολὺν, χρυσὸν, ἐσθῆτα, ἀκολούθους, ἐλέφαντα· τὸ μὲν γὰρ ἀργύριον μηδὲ ἀριθμῷ ἄγειν αὐτὸν, ἀλλὰ μεδίμνῳ ἀπομεμετρημένον πολλοὺς μεδίμνους. Εἶχε δὲ καὶ αὐτὸς Παρμένων δακτύλιον ἐν τῷ μικρῷ δακτύλῳ, μέγιστον, πολύγωνον, καὶ ψῆφος ἐνεβέβλητο τῶν τριχρώμων, ἐρυθρά τε ἦν ἐπιπολῆς. Εἴασα δ' οὖν αὐτὸν ἐθέλοντά μοι διηγεῖσθαι ὡς τὸν Ἅλυν διέβησαν καὶ ὡς ἀπέκτειναν Τιριδά-

---

9.

DORCAS, PANNYCHIS, PHILOSTRATUS, POLEMO.

1. DORC. Periimus, hera, periimus! ex bello rediit Polemo, dives, ut aiunt : vidi autem illum ipsa quoque; sagum purpura prætextum, fibula confixum habet, et pedisequos simul multos. Et amici, ut viderunt, salutandi causa ad ipsum concurrere : interea famulum conspicata a tergo sequentem, qui cum illo peregre abfuerat, interrogavi, et quum salutassem prius, Dic mihi, inquam, Parmeno, ut egistis nobis? dignumne quippiam bellis habentes reversi estis?

PAN. Non oportebat hoc statim : sed ista, Quum salvi rediistis, multas gratias agimus diis, et hospitali præsertim Jovi, et Minervæ bellicæ. Hera autem semper interrogabat, ut ageretis? et ubi essetis? Si vero illud etiam addidisses, Lacrimavit etiam et semper memoriam usurpavit Polemonis, multo fuerat melius.

2. DORC. Prædixi initio statim hæc omnia : apud te vero nolebam dicere hæc, sed ea solum quæ audivi. Nempe apud Parmenonem sic inceperam, Numquid, Parmeno, tinniebat vobis auris? semper enim cum lacrimis hera mea meminerat, et maxime si quis rediisset e prælio et cæsi esse multi dicerentur, tum illa comas lacerare, et pectus plangere, et ad unumquemque nuncium lugere.

PAN. Euge, Dorcas, ita oportebat.

DOR. Tum deinde non ita multo post ista rogavi. At ille, Magnifice omnino, inquit, rediimus.

PAN. Itane ille quoque sine prooemio, quam meminisset mei Polemo, aut desideraret, aut vivam invenire optaret?

DOR. Omnino multa id genus dixit. Verum caput rei hoc mihi renunciavit, divitias multas, aurum, vestem, pedissequos, ebur; argentum enim nec numero illum advehere, sed dimensum modio, modios multos. Habebat autem ipse quoque Parmeno anulum parvo in digito maximum, multiangulum, et gemma in eo erat de tricoloribus illis, suprema quidem facie rubicunda. Sivi ergo volentem mihi enarrare ut Halye trajecto Tiridatem quendam interfecerint,

ταν τινὰ καὶ ὡς διέπρεψεν ὁ Πολέμων ἐν τῇ πρὸς Πισίδας μάχῃ· ἀπέδραμον δέ σοι ταῦτα προσαγγελοῦσα, ὡς περὶ τῶν παρόντων σκέψαιο. Εἰ γὰρ ἐλθὼν ὁ Πολέμων — ἥξει δὲ πάντως ἀποσεισάμενος τοὺς γνωρίμους — ἀναπυθόμενος εὕροι τὸν Φιλόστρατον ἔνδον παρ' ἡμῖν, τί οἴει ποιήσειν αὐτόν;

15. Verumtamen accusatio illa et crimen adhuc calebat, videbaturque futurum ut non ita multo post aliquis contra illum consurgeret : et maxime ipse indigne ferebat populus, bonum senem, uti dicebant qui viderant, impie adeo periisse lugentes. At sapiens iste Proteus ad hæc omnia videte quid invenerit, et qua ratione effugerit periculum. Progressus enim in Parianorum concionem : jam autem comam alebat, et pallium indueral sordidum, et suspenderat peram, et in manu fustis erat, et tragicum omnino habitum sumserat : sic ergo in conspectum illorum prodiens, permittere se ait ut universa patris sui felicis memoriæ substantia sit publica. Hoc ut populus audivit, homines pauperes et inhiantes largitionibus, statim exclamant, Unus sapientiæ, unus patriæ amator! unus Diogenis et Cratetis æmulus! Inimicis autem os jam obturatum erat, et si quis cædis injicere mentionem conaretur, lapidibus statim petebatur.

16. Iterum ergo in aliud exilium egressus est, satis luculenti viatici instar habens Christianos, quorum satellitio instructus copiis omnibus abundabat. Atque aliquamdiu ita alebatur : deinde migratis etiam illorum legibus (visus enim, puto, fuerat prohibito illis cibo quodam uti), quum non amplius eum admitterent, ad indigentiam redactus, æquum censebat, retractata donatione, a civitate repetere bona sua; datoque libello, recipere illa imperatoris jussu postulabat. Deinde, missis contra ipsum a civitate legatis, frustra fuit, jussusque in his, quæ nemine cogente constituisset, manere.

17. Post hæc tertia ab illo suscepta in Ægyptum peregrinatio ad Agathobulum, ubi admirabilem illam exercitationem suscepit, ut rasa dimidia capitis parte, oblita luto facie, in multo circumstantium populo, fricando pudendo, illud quod indifferens ab istis vocatur, in se ostenderet; deinde vel pulsaret ipse, vel pulsandas ferula nates aliis præberet, aliaque multa vehementiora etiam spectacula ederet.

18. Hinc autem sic instructus navigavit in Italiam, et egressus navi maledicere statim cœpit omnibus, imperatori maxime, quem mitissimum sciret mansuetissimumque : quo majori confidentia ausus est. Parum enim ille, ut par erat, curabat maledicta, neque dignum se censebat, hominem philosophiæ larvam indutum propter verba punire, eum præsertim, qui sibi artem ipsum illud maledicere fe-

δὲ καὶ ἀπὸ τούτων τὰ τῆς δόξης ηὐξάνετο· παρὰ γοῦν τοῖς ἰδιώταις καὶ περίβλεπτος ἦν ἐπὶ τῇ ἀπονοίᾳ, μέχρι δὴ ὁ τὴν πόλιν ἐπιτετραμμένος ἀνὴρ σοφὸς ἀπέπεμψεν αὐτὸν ἀμέτρως ἐντρυφῶντα τῷ πράγματι, εἰπὼν μὴ δεῖσθαι τὴν πόλιν τοιούτου φιλοσόφου. Πλὴν ἀλλὰ καὶ τοῦτο κλεινὸν αὐτοῦ καὶ διὰ στόματος ἦν ἅπασιν, ὁ φιλόσοφος διὰ τὴν παρρησίαν καὶ τὴν ἄγαν ἐλευθερίαν ἐξελαθείς· καὶ προσήλαυνε κατὰ τοῦτο τῷ Μουσωνίῳ καὶ Δίωνι καὶ Ἐπικτήτῳ καὶ εἴ τις ἄλλος ἐν περιστάσει τοιαύτῃ ἐγένετο.

19. Οὕτω δὴ ἐπὶ τὴν Ἑλλάδα ἐλθὼν ἄρτι μὲν Ἠλείοις ἐλοιδορεῖτο, ἄρτι δὲ τοὺς Ἕλληνας ἔπειθεν ἀντάρασθαι ὅπλα Ῥωμαίοις, ἄρτι δὲ ἄνδρα παιδείᾳ καὶ ἀξιώματι προὔχοντα, διότι καὶ ἐν τοῖς ἄλλοις εὖ ἐποίησε τὴν Ἑλλάδα καὶ ὕδωρ ἐπήγαγε τῇ Ὀλυμπίᾳ καὶ ἔπαυσε δίψει ἀπολλυμένους τοὺς πανηγυριστάς, κακῶς ἠγόρευεν ὡς καταθηλύναντα τοὺς Ἕλληνας, δέον τοὺς θεατὰς τῶν Ὀλυμπίων διακαρτερεῖν διψῶντας καὶ νὴ Δία γε καὶ ἀποθνήσκειν πολλοὺς αὐτῶν ὑπὸ σφοδρῶν τῶν νόσων, αἳ τέως διὰ τὸ ξηρὸν τοῦ χωρίου ἐν πολλῷ τῷ πλήθει ἐπεπόλαζον· καὶ ταῦτα ἔλεγε πίνων τοῦ αὐτοῦ ὕδατος. Ὡς δὲ μικροῦ κατέλευσαν αὐτὸν ἐπιδραμόντες ἅπαντες, τότε μὲν ἐπὶ τὸν Δία καταφυγὼν ὁ γενναῖος εὗρε τὸ μὴ ἀποθανεῖν.

20. Ἐς δὲ τὴν ἑξῆς Ὀλυμπιάδα λόγον τινὰ διὰ τεττάρων ἐτῶν συνθεὶς τῶν διὰ μέσου ἐξήνεγκε πρὸς τοὺς Ἕλληνας ἔπαινον ὑπὲρ τοῦ τὸ ὕδωρ ἐπαγαγόντος καὶ ἀπολογίαν ὑπὲρ τῆς τότε φυγῆς. Ἤδη δὲ ἀμελούμενος ὑφ' ἁπάντων καὶ μηκέθ' ὁμοίως περίβλεπτος ὢν — ἕωλα γὰρ ἦν ἅπαντα καὶ οὐδὲν ἔτι καινουργεῖν ἐδύνατο, ἐφ' ὅτῳ ἐκπλήξει τοὺς ἐντυγχάνοντας καὶ θαυμάζειν καὶ πρὸς αὐτὸν ἀποβλέπειν ποιήσει, οὗπερ ἐξ ἀρχῆς δριμύν τινα ἔρωτα ἐρῶν ἐτύγχανε — τὸ τελευταῖον τοῦτο τόλμημα ἐβουλεύσατο περὶ τῆς πυρᾶς, καὶ διέδωκε λόγον ἐς τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς ἀπ' Ὀλυμπίων τῶν ἔμπροσθεν ὡς ἐς τοὐπιὸν καύσων ἑαυτόν.

21. Καὶ νῦν αὐτὰ ταῦτα θαυματοποιεῖ, ὥς φασι, βόθρον ὀρύττων καὶ ξύλα συγκομίζων καὶ δεινήν τινα τὴν καρτερίαν ὑπισχνούμενος. Ἐχρῆν δὲ, οἶμαι, μάλιστα μὲν περιμένειν τὸν θάνατον καὶ μὴ δραπετεύειν ἐκ τοῦ βίου· εἰ δὲ καὶ πάντως διέγνωστό οἱ ἀπαλλάττεσθαι, μὴ πυρὶ μηδὲ τοῖς ἀπὸ τῆς τραγῳδίας τούτοις χρῆσθαι, ἀλλ' ἕτερόν τινα θανάτου τρόπον, μυρίων ὄντων, ἑλόμενον ἀπελθεῖν. Εἰ δὲ καὶ τὸ πῦρ ὡς Ἡράκλειόν τι ἀσπάζεται, τί δή ποτε οὐχὶ κατὰ σιγὴν ἑλόμενος ὄρος εὔδενδρον ἐν ἐκείνῳ ἑαυτὸν ἐνέπρησε μόνος ἕνα τινὰ οἷον Θεαγένη τοῦτον Φιλοκτήτην παραλαβών; ὁ δὲ ἐν Ὀλυμπίᾳ τῆς πανηγύρεως πληθούσης μόνον οὐκ ἐπὶ σκηνῆς ὀπτήσει ἑαυτὸν, οὐκ ἀνάξιος ὢν μὰ τὸν Ἡρακλέα, εἴ γε χρὴ καὶ τοὺς πατραλοίας καὶ τοὺς ἀθέους δίκας διδόναι τῶν τολμημάτων· καὶ κατὰ τοῦτο πάνυ ὀψὲ δρᾶν αὐτὸ ἔοικεν, ὃν ἐχρῆν πάλαι ἐς τὸν τοῦ Φαλάριδος ταῦρον ἐμπεσόντα τὴν ἀξίαν ἀποτετικέναι, ἀλλὰ μὴ ἅπαξ χανόντα πρὸς τὴν

cisset. Isti vero etiam inde fama crevit. Apud imperitos enim propter ipsam hanc amentiam erat conspicuus, donec præfectus urbis, vir sapiens, petulanter nimis huic rei indulgentem ejecit, præfatus non indigere urbem tali philosopho. Verum enim hoc quoque celebriorem reddidit ipsum et in ore erat omnium philosophus propter dicendi fiduciam et nimiam libertatem urbe exactus : idque ipsum admovit hominem ad Musonium, et Dionem, et Epictetum, et si quis alius simili conditione fuit.

19. Ita igitur in Græciam quum venisset, jam Eleis maledicebat; jam suadebat Græcis uti arma contra Romanos caperent, jam virum doctrina pariter et dignitate eminentem, quod præter cetera hoc beneficium Græciæ præstiterat, ut aquam perduceret Olympiam, et prohiberet ne porro siti perirent spectatores, maledictis incessebat, velut qui effeminaret Græcos; quum deceret sitim ferre spectatores Olympiorum, quin, ita me Jupiter, perire multos illorum a morbis vehementibus, qui tum propter regionis siccitatem in magna multitudine frequentes erant. Et hæc dicebat bibens ipse de eadem aqua. Quum vero parum abesset quin lapidibus illum, concursu omnium facto, obruerent, tum ad Jovem confugiens vir fortis, mortem evitavit.

20. Olympiade proxima orationem quattuor interjectis annis a se compositam ad Græcos attulit, laudem ejus qui aquam perduxit, et fugæ superioris excusationem. Sed quum jam negligeretur ab omnibus, neque amplius ita conspicuus esset (obsoleta quippe erant omnia, nec novum quicquam poterat proferre, quo percelleret audientes atque admirandum se conspiciendumque redderet, cujus rei ab initio inde vehementer cupidus fuerat), ultimum hoc de rogo facinus meditari cœpit : sparsitque famam inter Græcos a superioribus statim Olympiis, proximis se ludis crematurum se ipsum.

21. Et nunc hæc ipsa portenta agitat, fodienda, ut aiunt, fossa, comportandis lignis, et mirifica quadam fortitudine pollicenda. Oportebat autem, arbitror, primum quidem exspectare mortem, neque aufugere de vita : sin vero omnino mori illi decretum sit, non igne uti, neque tragico illo apparatu, sed alio mortis genere, quum sint sexcenta, delecto discedere. Si vero ignem etiam ut Herculeum quiddam amat, quid tandem non silentio eligens silvosum montem, in illo se cremat solus, uno quodam, velut hoc Theagene, assumto sibi Philocteta? At ille Olympiæ, plena celebritate, tantum non in scena se assabit, non indignus mehercule! siquidem parricidas atque atheos pœnas dare facinorum fas est : et hoc quidem respectu satis illud tarde facere videtur, quem jam olim oportebat Phalaridis tauro inclusum digna dedisse supplicia, sed non, semel hausta ore

φλόγα ἐν ἀκαρεῖ τεθνάναι. Καὶ γὰρ αὖ καὶ τόδε οἱ πολλοί μοι λέγουσιν, ὡς οὐδεὶς ὀξύτερος ἄλλος θανάτου τρόπος τοῦ διὰ πυρός· ἀνοῖξαι γὰρ δεῖ μόνον τὸ στόμα καὶ αὐτίκα τεθνάναι.

22. Τὸ μέντοι θέαμα ἐπινοεῖται, οἶμαι, ὡς σεμνὸν, ἐν ἱερῷ χωρίῳ καόμενος ἄνθρωπος, ἔνθα μηδὲ θάπτειν ὅσιον τοὺς ἄλλους ἀποθνήσκοντας. Ἀκούετε δὲ, οἶμαι, ὡς καὶ πάλαι θέλων τις ἔνδοξος γενέσθαι, ἐπεὶ κατ' ἄλλον τρόπον οὐκ εἶχεν ἐπιτυχεῖν τούτου, ἐνέπρησε τῆς Ἐφεσίας Ἀρτέμιδος τὸν νεών. Τοιοῦτόν τι καὶ αὐτὸς ἐπινοεῖ, τοσοῦτος ἔρως τῆς δόξης ἐντέτηκεν αὐτῷ.

23. Καίτοι φησὶν ὅτι ὑπὲρ τῶν ἀνθρώπων αὐτὸ δρᾷ, ὡς διδάξειεν αὐτοὺς θανάτου καταφρονεῖν καὶ ἐγκαρτερεῖν τοῖς δεινοῖς. Ἐγὼ δὲ ἡδέως ἂν ἐροίμην οὐκ ἐκεῖνον ἀλλ' ὑμᾶς, εἰ καὶ τοὺς κακούργους βούλοισθε ἂν μαθητὰς αὐτοῦ γενέσθαι τῆς καρτερίας ταύτης καὶ καταφρονεῖν θανάτου καὶ καύσεως καὶ τῶν τοιούτων δειμάτων. Ἀλλ' οὐκ ἂν εὖ οἶδ' ὅτι βουληθείητε. Πῶς οὖν ὁ Πρωτεὺς τοῦτο διακρινεῖ καὶ τοὺς μὲν χρηστοὺς ὠφελήσει, τοὺς δὲ πονηροὺς οὐ φιλοκινδυνοτέρους καὶ τολμηροτέρους ἀποφανεῖ;

24. Καίτοι δυνατὸν ἔστω ἐς τοῦτο μόνους ἀπαντήσεσθαι τοὺς πρὸς τὸ ὠφέλιμον ὀψομένους τὸ πρᾶγμα. Ὑμᾶς δ' οὖν αὖθις ἐρήσομαι, δέξαισθ' ἂν τοὺς παῖδας ὑμῶν ζηλωτὰς τοῦ τοιούτου γενέσθαι; οὐκ ἂν εἴποιτε. Καίτοι τί τοῦτο ἠρόμην, ὅπου μηδ' αὐτῶν τις τῶν μαθητῶν αὐτοῦ ζηλώσειεν ἄν; τὸν οὖν Θεαγένη τοῦτο μάλιστα αἰτιάσαιτο ἄν τις, ὅτι τἄλλα ζηλῶν τἀνδρὸς οὐχ ἕπεται τῷ διδασκάλῳ καὶ συνοδεύει παρὰ τὸν Ἡρακλέα, ὥς φησιν, ἀπιόντι, δυνάμενος ἐν βραχεῖ πανευδαίμων γενέσθαι συνεμπεσὼν ἐπὶ κεφαλὴν ἐς τὸ πῦρ· οὐ γὰρ ἐν πήρᾳ καὶ βάκτρῳ καὶ τρίβωνι ὁ ζῆλος, ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀσφαλῆ καὶ ῥᾴδια καὶ παντὸς ἂν εἴη, τὸ τέλος δὲ καὶ τὸ κεφάλαιον χρὴ ζηλοῦν καὶ πυρὰν συνθέντα κορμῶν συκίνων ὡς ἔνι μάλιστα χλωρῶν ἐναποπνιγῆναι τῷ καπνῷ· τὸ πῦρ γὰρ αὐτὸ οὐ μόνον Ἡρακλέους καὶ Ἀσκληπιοῦ, ἀλλὰ καὶ τῶν ἱεροσύλων καὶ ἀνδροφόνων, οὓς ὁρᾶν ἔστιν ἐκ καταδίκης αὐτὸ πάσχοντας. Ὥστε ἄμεινον τὸ διὰ τοῦ καπνοῦ· ἴδιον γὰρ καὶ ὑμῶν μόνων ἂν γένοιτο.

25. Ἄλλως τε ὁ μὲν Ἡρακλῆς, εἴπερ ἄρα καὶ ἐτόλμησέ τι τοιοῦτον, ὑπὸ νόσου αὐτὸ ἔδρασεν ὑπὸ τοῦ Κενταυρείου αἵματος, ὥς φησιν ἡ τραγῳδία, κατεσθιόμενος. Οὗτος δὲ τίνος αἰτίας ἕνεκεν ἐμβάλλει φέρων ἑαυτὸν εἰς τὸ πῦρ; νὴ Δί', ὅπως τὴν καρτερίαν ἐπιδείξηται καθάπερ οἱ Βραχμᾶνες· ἐκείνοις γὰρ αὐτὸν ἠξίου Θεαγένης εἰκάζειν, ὥσπερ οὐκ ἐνὸν εἶναί τινας καὶ ἐν Ἰνδοῖς μωροὺς καὶ κενοδόξους ἀνθρώπους. Ὅμως δ' οὖν κἂν ἐκείνους μιμείσθω· ἐκεῖνοι γὰρ οὐκ ἐμπηδῶσιν εἰς τὸ πῦρ, ὡς Ὀνησίκριτος ὁ Ἀλεξάνδρου κυβερνήτης ἰδὼν Κάλανον καόμενόν φησιν, ἀλλ' ἐπειδὰν νήσωσι, πλησίον παραστάντες ἀκίνητοι ἀνέχονται παροπτώμενοι, εἶτ' ἐπιβάντες κατὰ σχῆμα κάονται οὐδ' ὅσον ὀλίγον ἐκτρέ-

flamma, momento uno mori. Nam rursus hoc quoque multi mihi dicunt, non esse aliud celerius igni genus mortis: os enim modo aperiendum, ut statim moriaris.

22. Verum ideo, puto, hoc excogitat spectaculum, quasi magnificum sit homo in loco sacro combustus, ubi ne condere quidem alios mortuos per religionem licet. Sed audistis, puto, etiam olim aliquem, qui nobilis cuperet fieri, quum aliam ejus rei consequendæ rationem non haberet, Ephesiæ Dianæ ædem incendisse. Tale quid et iste excogitat : tantus illum famæ amor insedit.

23. Quanquam dicit se hominum gratia hoc facere, ut mortem contemnere illos doceat et terribilia sustinere. Ego vero lubens interrogaverim non illum, sed vos, num maleficos etiam velitis imitatores illius fortitudinis fieri, et mortis contemnendæ, et vivicomburii, et terrorum similium. Verum minime, bene novi, vos hoc velitis. Quomodo ergo discernet illud Proteus, ut juvet quidem bonos, malos vero non amantiores periculorum et audaciores faciat?

24. Quanquam ponamus fieri posse, huc ut soli veniant, qui cum publica utilitate rem visuri sint. At ego vos rursus interrogabo, Velitisne vestros liberos imitatores hujusmodi actionis fieri? Non sane dixeritis. Quanquam quid hoc interrogavi, quum neque discipulorum ipsius quisquam hoc sit imitaturus? Ac Theagenem istud potissimum accuset aliquis, quod cetera viri imitatus, non sequatur hac parte magistrum, et ad Herculem, ut ait, abeunti se adjungat comitem, quum possit brevi tempore beatus undique fieri, modo præceps in ignem se dejiciat. Neque enim in pera et baculo et pallio æmulatio inest; secura ista, facilia, et uniuscujusque fuerint : at finem et caput æmulari oportet, et rogo e ficulneis codicibus quantum potest viridibus composito, suffocandum se fumo præbere : nam ignis ipse non Herculis modo est et Æsculapii, sed sacrilegorum etiam et homicidarum, quos videre licet judicio damnatos istuc pati. Quare fumo melius est : proprium enim hoc et vestrum unice fuerit.

25. Alioquin ipse Hercules, si quidem tale quiddam ausus est, morbo impulsus fecit, quum a Centauri sanguine, ut ait tragœdia, exederetur. At hic cujus rei causa in ignem se conjicit? Per Jovem! ut patientiam suam ostendat, sicuti Brachmanes : nam illis eum Theagenes comparandum judicavit, quasi non possent in India quoque esse stulti quidam et inanis gloriæ cupidi homines. Attamen esto, vel hosce æmuletur : illi enim non insiliunt in ignem, ut Onesicritus narrat Alexandri gubernator, qui ardentem vidit Calanum, sed rogo exstructo prope astantes immoti ustulari se patiuntur; tum conscenso rogo, servato eodem habitu cremantur,

ψαντες τῆς κατακλίσεως. Οὗτος δὲ τί μέγα, εἰ ἐμπεσὼν τεθνήξεται συναρπασθεὶς ὑπὸ τοῦ πυρός; οὐκ ἀπ' ἐλπίδος μὴ ἀναπηδήσεσθαι αὐτὸν καὶ ἡμίφλεκτον, εἰ μὴ, ὅπερ φασὶ, μηχανήσεται βαθεῖαν γενέσθαι καὶ ἐν βόθρῳ τὴν πυράν.

26. Εἰσὶ δ' οἳ καὶ μεταβάλλεσθαί φασιν αὐτὸν καί τινα ὀνείρατα διηγεῖσθαι, ὡς τοῦ Διὸς οὐκ ἐῶντος μιαίνειν ἱερὸν χωρίον. Ἀλλὰ θαρρείτω τούτου γε ἕνεκα· ἐγὼ γὰρ διομοσαίμην ἂν ἦ μὴν μηδένα τῶν θεῶν ἀγανακτήσειν, εἰ Περεγρῖνος κακὸς κακῶς ἀποθάνοι. Οὐ μὴν οὐδὲ ῥᾴδιον αὐτῷ ἔτ' ἀναδῦναι· οἱ γὰρ συνόντες κύνες παρορμῶσι καὶ συνωθοῦσιν ἐς τὸ πῦρ καὶ ὑπεκκάουσι τὴν γνώμην οὐκ ἐῶντες ἀποδειλιᾶν, ὧν εἰ δύο συγκατασπάσας ἐμπέσοι εἰς τὴν πυρὰν, τοῦτο μόνον χάριεν ἂν ἐργάσαιτο.

27. Ἤκουον δὲ ὡς οὐδὲ Πρωτεὺς ἔτι καλεῖσθαι ἀξιοῖ, ἀλλὰ Φοίνικα μετωνόμασεν ἑαυτὸν, ὅτι καὶ φοῖνιξ τὸ Ἰνδικὸν ὄρνεον ἐπιβαίνειν πυρᾶς λέγεται πορρωτάτω γήρως προβεβηκώς. Ἀλλὰ καὶ λογοποιεῖ καὶ χρησμούς τινας διέξεισι παλαιοὺς δὴ, ὡς χρεὼν εἶναι δαίμονα νυκτοφύλακα γενέσθαι αὐτὸν, καὶ δῆλός ἐστι βωμῶν ἤδη ἐπιθυμῶν καὶ χρυσοῦς ἀναστήσεσθαι ἐλπίζων.

28. Καὶ μὰ Δία οὐδὲν ἀπεικὸς ἐν τοῖς πολλοῖς τοῖς ἀνοήτοις εὑρεθήσεσθαί τινας τοὺς καὶ τεταρταίων ἀπηλλάχθαι δι' αὐτοῦ φήσοντας καὶ νύκτωρ ἐντετυχηκέναι τῷ δαίμονι τῷ νυκτοφύλακι. Οἱ κατάρατοι δὲ οὗτοι μαθηταὶ αὐτοῦ καὶ χρηστήριον, οἶμαι, καὶ ἄδυτον ἐπὶ τῇ πυρᾷ μηχανήσονται, διότι καὶ Πρωτεὺς ἐκεῖνος ὁ Διὸς, ὁ προπάτωρ τοῦ ὀνόματος, μαντικὸς ἦν. Μαρτύρομαι δὲ ἦ μὴν καὶ ἱερέας αὐτοῦ ἀποδειχθήσεσθαι μαστίγων ἢ καυτηρίων ἤ τινος τοιαύτης τερατουργίας, ἢ καὶ νὴ Δία τελετήν τινα ἐπ' αὐτῷ στήσεσθαι νυκτέριον καὶ δᾳδουχίαν ἐπὶ τῇ πυρᾷ.

29. Θεαγένης δὲ ἔναγχος, ὥς μοί τις τῶν ἑταίρων ἀπήγγειλε, καὶ Σίβυλλαν ἔφη προειρηκέναι περὶ τούτων· καὶ τὰ ἔπη γὰρ ἀπεμνημόνευεν·

Ἀλλ' ὁπόταν Πρωτεὺς Κυνικῶν ὄχ' ἄριστος ἁπάντων
Ζηνὸς ἐριγδούπου τέμενος κάτα πῦρ ἀνακαύσας
ἐς φλόγα πηδήσας ἔλθῃ ἐς μακρὸν Ὄλυμπον,
δὴ τότε πάντας ὁμῶς, οἳ ἀρούρης καρπὸν ἔδουσι,
νυκτιπόλον τιμᾶν κέλομαι ἥρωα μέγιστον
σύνθρονον Ἡφαίστῳ καὶ Ἡρακλῆϊ ἄνακτι.

Ταῦτα μὲν Θεαγένης Σιβύλλης ἀκηκοέναι φησίν.

30. Ἐγὼ δὲ Βάκιδος αὐτῷ χρησμὸν ὑπὲρ τούτων ἐρῶ· φησὶ δὲ ὁ Βάκις οὕτω σφόδρα εὖ ἐπειπὼν,

Ἀλλ' ὁπόταν Κυνικὸς πολυώνυμος ἐς φλόγα πολλὴν
πηδήσῃ δόξης ὑπ' ἐρινύϊ θυμὸν ὀρινθεὶς,
δὴ τότε τοὺς ἄλλους κυναλώπεκας, οἵ οἱ ἕπονται,
μιμεῖσθαι χρὴ πότμον ἀποιχομένοιο λύκοιο.
Ὃς δέ κε δειλὸς ἐὼν φεύγῃ μένος Ἡφαίστοιο,
λάεσσιν βαλέειν τοῦτον τάχα πάντας Ἀχαιοὺς,
ὡς μὴ ψυχρὸς ἐὼν θερμηγορέειν ἐπιχειρῇ
χρυσῷ σαξάμενος πήρην μάλα πολλὰ δανείζων,
ἐν καλαῖς Πάτραισιν ἔχων τρὶς πέντε τάλαντα.

ne paullum quidem immutantes de suo decubitu. Iste vero quid magnum, si injectus statim morietur, ubi correptus ab igne fuerit? Neque illud non licet sperare, futurum ut resiliat semiustulatus, nisi illud machinetur, quod facere illum aiunt, ut profundus fiat atque in fossa rogus.

26. Sunt autem qui dicant illum mutare velle sententiam, et somnia enarrare quædam, quasi non sinat Jupiter locum sacrum pollui. Sed bono potest esse animo, ad hoc quidem quod attinet: ego enim jusjurandum dare paratus sum, deorum indignaturum esse neminem, si Peregrinus malus mala morte pereat. Quin jam nec facile est illi refugere: nam qui cum illo sunt canes, incitant hominem, et una in ignem contrudunt, et animum illius subinde incendunt, nec metu resilire illum patiuntur: quorum si duobus secum detractis in ignem incidat, hoc solum lepidum opus fecerit.

27. Audio vero illum nec Proteum vocari velle amplius, sed Phœnicis nomen pro suo sibi ascivisse, quod etiam phœnix, Indica avis, ingredi rogum dicitur, ubi ad extremam senectutem provecta est. Verum etiam rumores spargit, et oracula quædam narrat, vetusta scilicet, in fatis esse ut noctis custos genius ipse fiat; ac manifestum est jam altaria illum concupiscere, et futurum sperare uti stet aureus.

28. Neque vero, per Jovem, abhorret in magna dementium multitudine inventum iri qui quartana se per ipsum liberatos dicant, et noctu sibi occurrisse noctis illum custodem genium. Exsecrabiles autem isti illius discipuli etiam oraculum, puto, et adytum in rogo illius machinabuntur, propterea quod Proteus etiam, Jovis ille filius, primus hujus nominis auctor, vates fuit. Testor autem sacerdotes quoque illius constitutum iri flagrorum, aut ustulationum, aut prodigiosarum id genus actionum: vel, per Jovem, mysteria quædam in illius honorem institutum iri nocturna, et facum gestationem circa rogum.

29. Theagenes autem nuper, ut renunciavit mihi aliquis sodalium, etiam Sibyllam dixit de hisce rebus aliquid prædixisse: nempe versus etiam recitabat:

Ast ubi jam Proteus, Cynicorum maximus unus,
ad Jovis altisoni succensis ignibus ædem
in flammam insiliens, altum conscendet Olympum,
tunc una quotquot vescuntur munere terræ,
noctivagum jubeo venerari heroa, potentem,
Herculeoque, tuoque throno, Vulcane, sedentem.

Hæc igitur a Sibylla se accepisse ait Theagenes.

30. At ego Bacidis illi de hisce rebus oraculum dicam. Ait autem Bacis ita præclare adjiciens istis:

Ast ubi jam vario Cynicus cum nomine flammam
insiliet, furiis agitatus pectore famæ:
tunc tunc vulpicanes, turba hunc imitata magistrum,
fata lupi, edico, jam discedentis obibunt.
Sed quicumque metu Vulcani fugerit æstus,
jactis confestim hunc saxis petat omnis Achivus
dicere ne calidum conetur frigidus ipse,
distendens auro peram de fœnore capto,
Patris condita habens pulchris ter quinque talenta

Τί ὑμῖν δοκεῖ, ἄνδρες; ἆρα φαυλότερος χρησμολόγος ὁ Βάκις τῆς Σιβύλλης εἶναι; ὥστε ὥρα τοῖς θαυμαστοῖς τούτοις ὁμιληταῖς τοῦ Πρωτέως περισκοπεῖν ἔνθα ἑαυτοὺς ἐξαερώσουσι· τοῦτο γὰρ τὴν καῦσιν καλοῦσι.

31. Ταῦτ' εἰπόντος ἀνεβόησαν οἱ περιεστῶτες ἅπαντες, Ἤδη καέσθωσαν ἄξιοι τοῦ πυρός. Καὶ ὁ μὲν κατέβη γελῶν, « Νέστορα δ' οὐκ ἔλαθεν ἰαχή, » τὸν Θεαγένη, ἀλλ' ὡς ἤκουσε τῆς βοῆς, ἧκεν εὐθὺς καὶ ἀναβὰς ἐκεκράγει καὶ μυρία κακὰ διεξῄει περὶ τοῦ καταβεβηκότος· οὐ γὰρ οἶδα ὅστις ὁ βέλτιστος ἐκεῖνος ἐκαλεῖτο. Ἐγὼ δὲ ἀφεὶς αὐτὸν διαρρηγνύμενον ἀπῄειν ὀψόμενος τοὺς ἀθλητάς· ἤδη γὰρ οἱ Ἑλλανοδίκαι ἐλέγοντο εἶναι ἐν τῷ πλεθρίῳ. Ταῦτα μέν σοι τὰ ἐν Ἤλιδι.

32. Ἐπεὶ δὲ εἰς τὴν Ὀλυμπίαν ἀφικόμεθα, μεστὸς ἦν ὁ ὀπισθόδομος τῶν κατηγορούντων Πρωτέως ἢ ἐπαινούντων τὴν προαίρεσιν αὐτοῦ, ὥστε καὶ εἰς χεῖρας αὐτῶν ἦλθον οἱ πολλοί, ἄχρι δὴ παρελθὼν αὐτὸς ὁ Πρωτεὺς μυρίῳ τῷ πλήθει παραπεμπόμενος κατόπιν τοῦ τῶν κηρύκων ἀγῶνος λόγους τινὰς διεξῆλθε περὶ αὑτοῦ τὸν βίον τε ὡς ἐβίω καὶ τοὺς κινδύνους οὓς ἐκινδύνευσε διηγούμενος καὶ ὅσα πράγματα φιλοσοφίας ἕνεκα ὑπέμεινε. Τὰ μὲν οὖν εἰρημένα πολλὰ ἦν· ἐγὼ δὲ ὀλίγων ἤκουσα ὑπὸ πλήθους τῶν περιεστώτων. Εἶτα φοβηθεὶς μὴ συντριβείην ἐν τοσαύτῃ τύρβῃ, ἐπεὶ καὶ πολλοὺς τοῦτο πάσχοντας ἑώρων, ἀπῆλθον μακρὰ χαίρειν φράσας θανατιῶντι σοφιστῇ τὸν ἐπιτάφιον ἑαυτοῦ πρὸ τελευτῆς διεξιόντι.

33. Πλὴν τό γε τοσοῦτον ἐπήκουσα· ἔφη γὰρ βούλεσθαι χρυσῷ βίῳ χρυσῆν κορώνην ἐπιθεῖναι· χρῆναι γὰρ τὸν Ἡρακλείως βεβιωκότα Ἡρακλείως ἀποθανεῖν καὶ ἀναμιχθῆναι τῷ αἰθέρι. Καὶ ὠφελῆσαι, ἔφη, βούλομαι τοὺς ἀνθρώπους δείξας αὐτοῖς ὃν χρὴ τρόπον θανάτου καταφρονεῖν· πάντας οὖν δεῖ μοι τοὺς ἀνθρώπους Φιλοκτήτας γενέσθαι. Οἱ μὲν οὖν ἀνοητότεροι τῶν ἀνθρώπων ἐδάκρυον καὶ ἐβόων Σώζου τοῖς Ἕλλησιν, οἱ δὲ ἀνδρωδέστεροι ἐκεκράγεισαν Τέλει τὰ δεδογμένα, ὑφ' ὧν ὁ πρεσβύτης οὐ μετρίως ἐθορυβήθη ἐλπίζων πάντας ἕξεσθαι αὐτοῦ καὶ μὴ προήσεσθαι τῷ πυρί, ἀλλὰ ἄκοντα δὴ καθέξειν ἐν τῷ βίῳ. Τὸ δὴ τελεῖν τὰ δεδογμένα πάνυ ἀδόκητον αὐτῷ προσπεσὸν ὠχριᾶν ἔτι μᾶλλον ἐποίησε, καίτοι ἤδη νεκρικῶς τὴν χροιὰν ἔχοντι, καὶ νὴ Δία καὶ ὑποτρέμειν, ὥστε κατέπαυσε τὸν λόγον.

34. Ἐγὼ δέ, εἰκάζεις, οἶμαι, πῶς ἐγέλων· οὐδὲ γὰρ ἐλεεῖν ἄξιον ἦν οὕτω δυσέρωτα τῆς δόξης ἄνθρωπον ὑπὲρ ἅπαντας, ὅσοι τῇ αὐτῇ ποινῇ ἐλαύνονται. Παρεπέμπετο δὲ ὅμως ὑπὸ πολλῶν καὶ ἐνεφορεῖτο τῆς δόξης ἀποβλέπων ἐς τὸ πλῆθος τῶν θαυμαζόντων, οὐκ εἰδὼς ὁ ἄθλιος ὅτι καὶ τοῖς ἐπὶ τὸν σταυρὸν ἀπαγομένοις ἢ ὑπὸ τοῦ δημίου ἐχομένοις πολλῷ πλείους ἕπονται.

35. Καὶ δὴ τὰ μὲν Ὀλύμπια τέλος εἶχε, κάλλιστα Ὀλυμπίων γενόμενα ὧν ἐγὼ εἶδον, τετράκις ἤδη ὁρῶν. Ἐγὼ δὲ — οὐ γὰρ ἦν εὐπορῆσαι ὀχήματος ἅμα πολ-

Quid videtur vobis, viri? numquid deterior Sibylla vates esse Bacis? Itaque auctor sim admirabilibus illis Protei sodalibus, ut locum circumspiciant ubi in aera se dissolvant; hoc enim verbo combustionem vocant. »

31. Hæc illo dicente exclamabant qui circumstabant omnes, Jam comburantur, digni igne! Atque hic quidem cum risu descendit : « sed non fugerunt Nestora voces, » Theagenem puta : verum audito clamore venit statim, escendensque clamavit, et sexcenta mala protulit contra eum qui descenderat; neque enim novi quomodo vir ille optimus vocatus sit. Ego vero relinquens hominem dirumpentem se, abii visurus athletas : jam enim esse dicebantur in Plethrio judices certaminum. Hæc tibi Elide.

32. Ipsam vero Olympiam quum venissemus, plenum erat posticum templi vel accusantium Protea, vel propositum illius laudantium : adèo ut etiam ad manus multi illorum venirent, donec ipse progressus innumerabili comitante multitudine Proteus, post præconum agonem verba fecit de se, quam vitam vixerit, pericula quæ subierit enarrans, et quas philosophiæ causa sustinuerit molestias. Multa quidem fuere quæ dixit : ego vero, præ circumstantium multitudine, pauca audivi. Deinde ne tanta in turba eliderer metuens, quod accidere videbam multis, abii, longum valere jusso affectante mortem sophista, ipso sibi ante mortem parentante.

33. Tantum tamen audivi, quum diceret velle se auream vitæ aureæ coronidem imponere : oportere enim, qui Herculeo more vixerit, eum mori quoque more Herculeo, et remisceri ætheri. Ac prodesse, inquit, volo hominibus, ostendendo illis quemadmodum mortem oporteat contemnere. Itaque Philoctetas mihi fieri omnes homines æquum est. Qui ergo stupidiores erant hominum, lacrimari et clamare, Serva te Græcis! qui autem fortiores, ii clamarunt, Perage decreta! a quibus non mediocriter perturbatus est senex, qui sperasset futurum uti omnes retinerent se, neque igni permitterent, sed invitum in vita manere cogerent. Quum ergo plane præter opinionem illi accideret clamor decreta perficienda esse, ea res magis etiam expallescere illum fecit, quanquam cadaveroso jam ante colore erat, et tremere etiam, medius fidius! Itaque orationem finiit.

34. Ego vero quam riserim, puto, conjicis : neque enim misericordia dignus erat homo, ita invenustus supra omnes, qui iisdem furiis aguntur, amator gloriæ. Deducebatur tamen a multis, et ingurgitabat se gloria, dum ad multitudinem eorum, qui se admirarentur, respiceret, ignarus miser, etiam hos, qui ad crucem ducuntur, aut trahuntur a carnifice, multo plures sequi.

35. Interim Olympia finem habuere, pulcherrima quæ ego vidi Olympiorum, qui quater jam viderim. Ego vero (neque enim vehiculi copia erat multis simul discedentibus)

λῶν ἐξιόντων — ἄκων ὑπελειπόμην. Ὁ δὲ ἀεὶ ἀναβαλλόμενος νύκτα τὸ τελευταῖον προειρήκει ἐπιδείξασθαι τὴν καῦσιν· καί με τῶν ἑταίρων τινὸς παραλαβόντος περὶ μέσας νύκτας ἐξαναστὰς ἀπῄειν εὐθὺ τῆς Ἁρπίνης, ἔνθα ἦν ἡ πυρά. Στάδιοι πάντες οὗτοι εἴκοσιν ἀπὸ τῆς Ὀλυμπίας κατὰ τὸν ἱππόδρομον ἀπιόντων πρὸς ἕω. Καὶ ἐπεὶ τάχιστα ἀφικόμεθα, καταλαμβάνομεν πυρὰν νενησμένην ἐν βάθει ὅσον ἐς ὀργυιὰν τὸ βάθος. Δᾷδες ἦσαν τὰ πολλὰ καὶ παρεβέβυστο τῶν φρυγάνων, ὡς ἀναφθείη τάχιστα.

36. Καὶ ἐπειδὴ ἡ σελήνη ἀνέτελλεν — ἔδει γὰρ κἀκείνην θεάσασθαι τὸ κάλλιστον τοῦτο ἔργον — πρόεισιν ἐκεῖνος ἐσκευασμένος ἐς τὸν ἀεὶ τρόπον καὶ ξὺν αὐτῷ τὰ τέλη τῶν κυνῶν, καὶ μάλιστα ὁ γεννάδας ὁ ἐκ Πατρῶν δᾷδα ἔχων, οὐ φαῦλος δευτεραγωνιστής· ἐδᾳδοφόρει δὲ καὶ ὁ Πρωτεύς. Καὶ προσελθόντες ἄλλος ἀλλαχόθεν ἀνῆψαν τὸ πῦρ μέγιστον ἅτε ἀπὸ δᾴδων καὶ φρυγάνων· ὁ δὲ, καί μοι πάνυ ἤδη πρόσεχε τὸν νοῦν, ἀποθέμενος τὴν πήραν καὶ τὸ τριβώνιον καὶ τὸ Ἡράκλειον ἐκεῖνο ῥόπαλον ἔστη ἐν ὀθόνῃ ῥυπώσῃ ἀκριβῶς. Εἶτα ᾔτει λιβανωτὸν, ὡς ἐπιβάλοι ἐπὶ τὸ πῦρ, καὶ ἀναδόντος τινὸς ἐπέβαλέ τε καὶ εἶπεν ἐς τὴν μεσημβρίαν ἀποβλέπων — καὶ γὰρ καὶ τοῦτο πρὸς τὴν τραγῳδίαν ἦν ἡ μεσημβρία — Δαίμονες μητρῷοι καὶ πατρῷοι δέξασθέ με εὐμενεῖς. Ταῦτα εἰπὼν ἐπήδησεν ἐς τὸ πῦρ, οὐ μὴν ἑωρᾶτό γε, ἀλλὰ περιεσχέθη ὑπὸ τῆς φλογὸς πολλῆς ἠρμένης.

37. Αὖθις ὁρῶ γελῶντά σε, ὦ καλὲ Κρόνιε, τὴν καταστροφὴν τοῦ δράματος. Ἐγὼ δὲ τοὺς μητρῴους μὲν δαίμονας ἐπιβοώμενον μὰ τὸν Δί' οὐ σφόδρα ᾐτιώμην, ὅτε δὲ καὶ τοὺς πατρῴους ἐπεκαλέσατο, ἀναμνησθεὶς τῶν περὶ τοῦ φόνου εἰρημένων οὐδὲ κατέχειν ἠδυνάμην τὸν γέλωτα. Οἱ Κυνικοὶ δὲ περιστάντες τὴν πυρὰν οὐκ ἐδάκρυον μὲν, σιωπῇ δὲ ἐνεδείκνυντο λύπην τινὰ εἰς τὸ πῦρ ὁρῶντες, ἄχρι δὴ ἀποπνιγεὶς ἐπ' αὐτοῖς, Ἀπίωμεν, φημὶ, ὦ μάταιοι· οὐ γὰρ ἡδὺ τὸ θέαμα ὠπτημένον γερόντιον ὁρᾶν κνίσης ἀναπιμπλαμένους πονηρᾶς. Ἢ περιμένετε ἔστ' ἂν γραφεύς τις ἐπελθὼν ἀπεικάσῃ ὑμᾶς οἵους τοὺς ἐν τῷ δεσμωτηρίῳ ἑταίρους τῷ Σωκράτει παραγράφουσιν; Ἐκεῖνοι μὲν οὖν ἠγανάκτουν καὶ ἐλοιδοροῦντό μοι, ἔνιοι δὲ καὶ ἐπὶ τὰς βακτηρίας ᾖξαν. Εἶτα ἐπειδὴ ἠπείλησα ξυναρπάσας τινὰς ἐμβαλεῖν εἰς τὸ πῦρ, ὡς ἂν ἕποιντο τῷ διδασκάλῳ, ἐπαύσαντο καὶ εἰρήνην ἦγον.

38. Ἐγὼ δὲ ἐπανιὼν ποικίλα, ὦ ἑταῖρε, πρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόουν, τὸ φιλόδοξον οἷόν τί ἐστιν ἀναλογιζόμενος, ὡς μόνος οὗτος ὁ ἔρως ἄφυκτος καὶ τοῖς πάνυ θαυμαστοῖς εἶναι δοκοῦσιν, οὐχ ὅπως ἐκείνῳ τἀνδρὶ καὶ τἆλλα ἐμπλήκτως καὶ ἀπονενοημένως βεβιωκότι καὶ οὐκ ἀναξίως τοῦ πυρός.

39. Εἶτα ἐνετύγχανον πολλοῖς ἀπιοῦσιν ὡς θεάσαιντο καὶ αὐτοί· ᾤοντο γὰρ ἔτι καταλήψεσθαι ζῶντα αὐτόν· καὶ γὰρ καὶ τόδε τῇ προτεραίᾳ διεδέδοτο, ὡς πρὸς ἀνίσχοντα τὸν ἥλιον ἀσπασάμενος — ὥσπερ ἀμέλει καὶ

invitus ibi relictus sum. At iste subinde differens, tandem promulgat nocte spectaculum sui cremandi se editurum. Ac me quum sodalium aliquis assumsisset, circa mediam noctem surrexi et Harpinam petii, ubi rogus erat. Stadia hæc sunt in totum viginti Olympia juxta Hippodromum orientem versus euntibus. Quum primum eo venissemus, rogum deprehendimus in fossa ad quattuor cubitorum profunditatem structum. Faces erant maximam partem et sarmenta ipsis interposita, ignem celerrime uti conciperet.

36. Deinde exoriente luna (oportebat enim hanc quoque spectare pulcherrimum facinus), procedit iste quotidiano more indutus, et cum illo Cynicorum principes, præsertim generosus ille Patrensis, facem gestans, non malus secundarum partium certator. Facem gestabat etiam Proteus. Accedentes autem alter ab altera parte ignem incenderunt maximum, quippe a facibus ac sarmentis : iste vero (et jam mihi diligenter attende), deposita pera, pallio et Herculea illa clava, astabat in linteo plane sordido. Tum thus petiit, quod in ignem injiceret; datumque ab aliquo injecit, dixitque conversus ad meridiem (nam hoc quoque ad tragœdiam pertinebat, meridies), Materni paternique dæmones, volentes propitii me recipite! Hæc ubi dixisset, in ignem insiliit : verum non videbatur, circumfusus a multa, quæ surrexerat, flamma.

37. Iterum video te ridentem, pulcher Cronie, fabulæ explicationem. Equidem maternos dæmonas invocantem non valde, ita me Jupiter, reprehendebam : sed quum paternos etiam advocaret, recordatus eorum quæ cæde illius dicta sunt, neque risum tenere tum poteram. Cynici autem rogum circumstantes non illi quidem flebant, sed silentio ignem aspicientes mœstitiam quandam præ se ferebant : donec ego, quem ea res pæne enecaret, Abeamus, dicerem, vani homines! neque enim jucundum spectaculum, senium assatum videre, et malo nidore oppleri. An exspectatis dum pictor aliquis superveniens depingat vos, uti sodales in carcere appingunt Socrati? Illi ergo indignari et male mihi dicere; quidam vero ruere etiam ad baculos. Deinde quum interminatus essem, me quosdam illorum correptos in ignem esse detrusurum magistrum uti sequerentur, quietem pacemque egere.

38. In reditu autem varia mecum, mi sodalis, cogitabam de cupiditate gloriæ, vim illius perpendens, ut solam hanc cupiditatem effugere nequeant illi etiam, qui alioquin admiratione videantur dignissimi, nedum ut ille vir, qui etiam alias furiose dementerque, et ut igne esset dignus, vixisset.

39. Tum incidi in multos ad spectaculum abeuntes ipsos quoque, qui putarent nempe se vivum adhuc deprehensuros : nimirum illud quoque pridie ejus diei divulgatum fuerat, illum ita ut exorientem solem salutaret (quod scili-

μετὰ τῶν γυναικῶν ὁ θαυμαστὸς καὶ θανάτου κρείττων εἶναι δοκῶν.

44. Ἀλλὰ μικρὸν πρὸ τῆς τελευτῆς, πρὸ ἐννέα σχεδόν που ἡμερῶν, πλεῖον, οἶμαι, τοῦ ἱκανοῦ ἐμφαγὼν ἤμεσέ τε τῆς νυκτὸς καὶ ἑάλω πυρετῷ μάλα σφοδρῷ. Ταῦτα δέ μοι ὁ Ἀλέξανδρος ὁ ἰατρὸς διηγήσατο μετακληθεὶς ὡς ἐπισκοπήσειεν αὐτόν· ἔφη οὖν καταλαβεῖν αὐτὸν χαμαὶ κυλιόμενον καὶ τὸν φλογμὸν οὐ φέροντα καὶ ψυχρὸν αἰτοῦντα πάνυ ἐρωτικῶς, ἑαυτὸν δὲ μὴ δοῦναι, καίτοι εἰπεῖν ἔφη πρὸς αὐτὸν ὡς εἰ πάντως θανάτου δέοιτο, ἥκειν αὐτὸν ἐπὶ τὰς θύρας αὐτόματον, ὥστε καλῶς ἔχειν ἕπεσθαι μηδὲν τοῦ πυρὸς δεόμενον· τὸν δ' αὖ φάναι, Ἀλλ' οὐχ ὁμοίως ἔνδοξος ὁ τρόπος γένοιτ' ἂν πᾶσι κοινὸς ὤν.

45. Ταῦτα μὲν ὁ Ἀλέξανδρος. Ἐγὼ δὲ οὐδ' αὐτὸς πρὸ πολλῶν ἡμερῶν εἶδον αὐτὸν ἐγκεχρισμένον, ὡς ἀποδακρύσειε τῷ δριμεῖ φαρμάκῳ. Ὁρᾷς; οὐ πάνυ τοὺς ἀμβλυωποῦντας ὁ Αἰακὸς παραδέχεται. Ὅμοιον ὡς εἴ τις ἐπὶ σταυρὸν ἀναβήσεσθαι μέλλων τὸ ἐν τῷ δακτύλῳ πρόσπταισμα θεραπεύοι. Τί σοι δοκεῖ ὁ Δημόκριτος, εἰ ταῦτα εἶδε; κατ' ἀξίαν γελάσαι ἂν ἐπὶ τῷ ἀνδρί. Καίτοι πόθεν εἶχεν ἐκεῖνος τοσοῦτον γέλωτα; Σὺ δ' οὖν, ὦ φιλότης, γέλα καὶ αὐτὸς, καὶ μάλιστα ὁπόταν τῶν ἄλλων ἀκούσῃς θαυμαζόντων αὐτόν.

citante maximum, ploraveritque cum mulierculis vir admirabilis, et qui superior mortis metu esse videretur.

44. Verum paullo ante mortem, novem circiter diebus ante, quum plus quam oportebat, puto, ingurgitasset, et vomuit noctu, et febri correptus est satis vehementi. Hæc vero Alexander mihi medicus narravit, qui vocatus erat ut illum inviseret. Aiebat ergo ille se invenisse hominem humi se volutantem, impatientemque æstus, et amatoriis velut blanditiis petentem frigidam; se autem non dedisse: verum illud dixisse, Si omnino morte opus haberet, ipsam sponte jam venire ad januam; itaque bene facere, si illam sequeretur, neque ignem expeteret. Istum contra dixisse: At non æque gloriosum fuerit mortis genus, ut quod omnibus sit commune.

45. Hæc Alexander. Ego vero et ipse non multis ante diebus inunctum vidi, ut lacrimis motis oculos purgaret acerbo medicamento. Vides? non sane recipit, qui hebetes oculos habent, Æacus. Simile hoc est, ut si quis in crucem mox agendus digiti offensionem curet. Quid tibi videtur facturus fuisse, si vidisset ista, Democritus? Risisset, prout dignum est, virum. Quanquam unde tantum illi risus suppetiisset? Tu ergo, amice, ride ipse quoque, et maxime quando alios admirari istum audieris.

LXIX.

ΔΡΑΠΕΤΑΙ.

1. ΑΠΟΛΛΩΝ. Ἀληθῆ ταῦτά φασι, πάτερ, ὡς ἐμβάλοι τις φέρων αὐτὸν εἰς τὸ πῦρ κατέναντι Ὀλυμπίων, ἤδη πρεσβύτης ἄνθρωπος, οὐκ ἀγεννὴς θαυματοποιὸς τὰ τοιαῦτα; ἡ Σελήνη γὰρ ἡμῖν διηγεῖτο αὐτὴ ἑορακέναι καόμενον λέγουσα.

ΖΕΥΣ. Καὶ πάνυ ἀληθῆ, ὦ Ἄπολλον· ὡς μή ποτε γενέσθαι ὤφελεν.

ΑΠΟΛ. Οὕτω χρηστὸς ὁ γέρων ἦν καὶ ἀνάξιος ἐν πυρὶ ἀπολωλέναι;

ΖΕΥΣ. Καὶ τοῦτο μὲν ἴσως· ἀλλ' ἐγὼ πολλὴν τὴν ἀηδίαν μέμνημαι ἀνασχόμενος τότε ὑπὸ κνίσης πονηρᾶς, οἵαν εἰκὸς ἀποφέρεσθαι ὀπτωμένων ἀνθρωπείων σωμάτων. Εἰ γοῦν μὴ εἰς τὴν Ἀραβίαν ὡς εἶχον εὐθὺς ἀπιὼν ᾠχόμην, ἀπολώλειν ἂν, εὖ ἴσθι, ἀτοπίᾳ τοῦ καπνοῦ· καὶ ὅμως ἐν τοσαύτῃ εὐωδίᾳ καὶ ἀφθονίᾳ τῶν ἀρωμάτων καὶ ἐν λιβανωτῷ παμπόλλῳ μόλις αἱ ῥῖνες ἐπιλαθέσθαι μοι καὶ ἀπομαθεῖν ἤθελον τὴν κηλῖδα ἐκείνην τῆς ὀσμῆς, ἀλλὰ καὶ νῦν ὀλίγου δέω ναυτιᾶν ὑπομνησθεὶς αὐτῆς.

2. ΑΠΟΛ. Τί δαὶ βουλόμενος, ὦ Ζεῦ, τοιαῦτα εἴργασται ἑαυτόν; ἢ τί τὸ ἀγαθὸν, ἀπανθρακωθῆναι ἐμπεσόντα εἰς τὴν πυράν;

ΖΕΥΣ. Τοῦτο μὲν οὐκ ἂν, ὦ παῖ, φθάνοις καὶ

LXIX.

FUGITIVI.

1. APOLLO. Verane narrant ista, pater, fuisse qui in ignem se conjiceret e regione celebritatis Olympiorum, jam senem hominem, nec ignavum ad talia portentorum artificem? Luna enim nobis narravit, quæ vidisse se diceret ardentem.

JUPITER. Vera omnino sunt, Apollo: quæ utinam facta nunquam essent!

APOL. Adeone bonus erat senex, atque indignus qui igni periret?

JUP. Potest ut fuerit ita: at ego multam me tum perferre injucunditatem memini a malo illo nidore, qualem sursum ferri naturale est ab assatis corporibus humanis. Nisi enim in Arabiam statim, ut habebam, abiissem, perieram, bene noris, a fumo teterrimo. Et tamen in tanta suaveolentia et copia aromatum, in thure adeo multo, vix meæ oblivisci nares ac dediscere voluerunt illam odoris labem: sed nunc etiam parum abest quin nauseem ad illius memoriam.

2. APOL. Quid vero voluit, Jupiter, quod hæc in se designavit, aut quid boni in eo inest, si quis in rogum desiliens mutetur in carbones?

JUP. Hac in re evitare non potes quin ante ipsum Em-

Ἐμπεδοκλεῖ πρὸ αὐτοῦ ἐγκαλῶν, ὃς ἐς τοὺς κρατῆρας ἥλατο καὶ αὐτὸς ἐν Σικελίᾳ.

ΑΠΟΛ. Μελαγχολίαν τινὰ δεινὴν λέγεις. Ἀτὰρ οὗτός γε τίνα ποτὲ ἄρα τὴν αἰτίαν ἔσχε τῆς ἐπιθυμίας;

ΖΕΥΣ. Αὐτοῦ σοι λόγον ἐρῶ, ὃν ἔλεξε πρὸς τὴν πανήγυριν ἀπολογούμενος πρὸς αὐτοὺς ὑπὲρ τῆς τελευτῆς. Ἔφη γάρ, εἴ γε μέμνημαι....

3. Ἀλλὰ τίς αὕτη σπουδῇ πρόσεισι τεταραγμένη καὶ δακρύουσα, πάνυ ἀδικουμένῃ ἐοικυῖα; μᾶλλον δὲ Φιλοσοφία ἐστὶ καὶ τοὔνομά γε τοὐμὸν ἐπιβοᾶται σχετλιάζουσα. Τί, ὦ θύγατερ, δακρύεις; ἢ τί ἀπολιποῦσα τὸν βίον ἐλήλυθας; ἆρα μὴ οἱ ἰδιῶται αὖθις ἐπιβεβουλεύκασί σοι ὡς τὸ πρόσθεν, ὅτε τὸν Σωκράτην ἀπέκτειναν ὑπὸ Ἀνύτου κατηγορηθέντα, εἶτα φεύγεις διὰ τοῦτο αὐτούς;

ΦΙΛΟΣΟΦΙΑ. Οὐδὲν τοιοῦτον, ὦ πάτερ, ἀλλ' ἐκεῖνοι μὲν ὁ πολὺς λεὼς ἐπῄνουν καὶ διὰ τιμῆς ἦγον αἰδούμενοι καὶ θαυμάζοντές με καὶ μονονουχὶ προσκυνοῦντες, εἰ καὶ μὴ σφόδρα ξυνίεσαν ὧν λέγοιμι. Οἱ δέ, πῶς ἂν εἴποιμι, οἱ ξυνήθεις καὶ φίλοι φάσκοντες εἶναι καὶ τοὔνομα τοὐμὸν ὑποδυόμενοι ἐκεῖνοί με τὰ δεινότατα εἰργάσαντο.

4. ΖΕΥΣ. Οἱ φιλόσοφοι ἐπιβουλήν τινα ἐπιβεβουλεύκασί σοι;

ΦΙΛ. Οὐδαμῶς, ὦ πάτερ, οἵ γε ξυνηδίκηνταί μοι καὶ αὐτοί.

ΖΕΥΣ. Πρὸς τίνων οὖν ἠδίκησαι, εἰ μήτε τοὺς ἰδιώτας μήτε τοὺς φιλοσόφους αἰτιᾷ;

ΦΙΛ. Εἰσί τινες, ὦ Ζεῦ, ἐν μεταιχμίῳ τῶν τε πολλῶν καὶ τῶν φιλοσοφούντων τὸ μὲν σχῆμα καὶ βλέμμα καὶ βάδισμα ἡμῖν ὅμοιοι καὶ κατὰ τὰ αὐτὰ ἐσταλμένοι· ἀξιοῦσι γοῦν ὑπ' ἐμοὶ τάττεσθαι καὶ τοὔνομα τὸ ἡμέτερον ἐπιγράφονται, μαθηταὶ καὶ ὁμιληταὶ καὶ θιασῶται ἡμῶν εἶναι λέγοντες· ὁ βίος δὲ παμμίαρος αὐτῶν, ἀμαθίας καὶ θράσους καὶ ἀσελγείας ἀνάπλεως, ὕβρις οὐ μικρὰ καθ' ἡμῶν· ὑπὸ τούτων, ὦ πάτερ, ἠδικημένη πέφευγα.

5. ΖΕΥΣ. Δεινὰ ταῦτα, ὦ θύγατερ. Ἀλλὰ τί μάλιστα ἠδικήκασί σε;

ΦΙΛ. Σκόπει, ὦ πάτερ, εἰ μικρά. Σὺ γὰρ κατιδὼν τὸν βίον ἀδικίας καὶ παρανομίας μεστόν, ἅτε ἀμαθίᾳ καὶ ὕβρει ξυνόντα, καὶ ταραττόμενον ὑπ' αὐτῶν κατελεήσας τὸ ἀνθρώπινον ὑπὸ τῇ ἀγνοίᾳ ἐλαυνόμενον ἐμὲ κατέπεμψας ἐντειλάμενος ἐπιμεληθῆναι ὡς παύσαιντο μὲν ἀδικοῦντες ἀλλήλους καὶ βιαζόμενοι καὶ ὅμοια τοῖς θηρίοις βιοῦντες, ἀναβλέψαντες δὲ πρὸς τὴν ἀλήθειαν εἰρηνικώτερον ξυμπολιτεύοιντο· ἔφης γοῦν πρός με καταπέμπων, Ἃ μὲν πράττουσιν οἱ ἄνθρωποι καὶ ὡς διάκεινται ὑπὸ τῆς ἀμαθίας, ὦ θύγατερ, καὶ αὐτὴ ὁρᾷς, ἐγὼ δέ, ἐλεῶ γὰρ αὐτούς, σὲ ἣν μόνην ἰάσασθαι ἂν τὰ γιγνόμενα οἶμαι, προκρίνας ἐξ ἁπάντων ἡμῶν πέμπω ἰασομένην.

6. ΖΕΥΣ. Οἶδα πολλὰ καὶ ταῦτα εἰπὼν τότε. Σὺ δὲ τὰ μετὰ ταῦτα ἤδη λέγε, ὅπως μὲν ὑπεδέξαντό σε

pedocli quoque intentes crimen, qui in crateras et ipse in Sicilia desiliit.

APOL. Vehementem mihi melancholiam narras. Verum hic quam tandem illius cupiditatis causam habuit?

JUP. Ipsius tibi orationem referam, quam in conventu habuit, quum causam apud illos mortis suæ diceret. Dixit enim, si bene memini ....

3. Sed quænam ista contente ad nos accedit perturbata et lacrimans, injuriam magnam passæ similis? Quin Philosophia est, et nomen meum miserabili voce inclamat. Quid, mea filia, ploras? aut quid relicto sæculo huc venisti? numquid denuo contra te machinati aliquid sunt imperiti, ut olim, quum accusatum ab Anyto Socratem interfecere? tum tu propterea illos fugis?

PHILOSOPHIA. Nihil tale, pater : quin illi quidem, vulgus promiscuum, laudarunt et in honore me cum veneratione atque admiratione habuerunt, ac tantum non adorarunt, etsi non valde quæ dicerem intelligebant. Verum isti, quomodo illos vocem? qui se familiares meos et amicos esse aiunt, et nominis mei larvam induunt, illi ergo pessime me tractarunt.

4. JUP. Philosophi ipsi contra te aliquid machinati sunt?

PHIL. Non, pater : hi enim et ipsi injuria mecum affecti sunt.

JUP. A quibus ergo injuriam accepisti, si neque indoctos accusas, neque philosophos?

PHIL. Sunt quidam, Jupiter, interjecti velut inter utramque aciem, vulgus inter et philosophos, habitu, oculorum conjectu, incessu nobis similes, et eadem ratione compositi : postulant enim meis in castris militare, et nostrum sibi nomen inscribunt, discipulos se et familiares et sodales nostros dicunt; at vita illorum impurissima, inscitia, audacia, libidine plena, quæ non parva sit in nos contumelia. Ab hisce, pater, læsa profugi.

5. JUP. Dura hæc sane, filia. Sed qua in re maxime te læserunt?

PHIL. Vide, pater, an sint parva. Tu enim quum videres sæculum injustitia et iniquitate plenum, quod cum inscitia et contumelia versaretur, et ab iis perturbaretur; miseratus humanum genus ab ignorantia agitatum, me demisisti cui præceperas uti curam agerem, quo desinerent mutuis se injuriis afficere et vim facere, et similem feris bestiis vitam agere; sed oculis ad verum conversis, magis pacatam inter se civitatem haberent. Dicebas enim, quum demitteres, Quæ agant homines, et quomodo ab inscitia affecti sint, ipsa vides, mea filia : ego autem, qui illorum misericordia tangar, te, quam solam mederi posse his quæ fiunt arbitrer, ex omni nostro numero delectam demitto ut sanes.

6. JUP. Scio multa me et talia tum dixisse. Tu vero

καταπταμένην τὸ πρῶτον, ἅτινα δὲ νῦν ὑπ' αὐτῶν πέπονθας.

ΦΙΛ. Ἧξα μὲν, ὦ πάτερ, οὐκ ἐπὶ τοὺς Ἕλληνας εὐθὺς, ἀλλ' ὅπερ ἐδόκει μοι χαλεπώτερον τοῦ ἔργου εἶναι τὸ βαρβάρους παιδεύειν καὶ διδάσκειν, τοῦτο πρῶτον ἠξίουν ἐργάσασθαι, τὸ Ἑλληνικὸν δὲ εἴων ὡς ῥᾷστον ὑποβαλέσθαι καὶ τάχιστα, ὥς γε ᾤμην, ἐνδεξόμενον τὸν χαλινὸν καὶ ὑπαχθησόμενον τῷ ζυγῷ, ὁρμήσασα δὲ εἰς Ἰνδοὺς τὸ πρῶτον, ἔθνος μέγιστον τῶν ἐν τῷ βίῳ, οὐ χαλεπῶς ἔπεισα καταβάντας ἀπὸ τῶν ἐλεφάντων ἐμοὶ συνεῖναι· ὥστε καὶ γένος ὅλον οἱ Βραχμᾶνες τοῖς Νεχραίοις καὶ Ὀξυδράκαις ὅμοροι οὗτοι πάντες ὑπ' ἐμοὶ τάττονται καὶ βιοῦσί γε κατὰ τὰ ἡμῖν δοκοῦντα τιμώμενοι πρὸς τῶν περιοίκων ἁπάντων καὶ ἀποθνήσκουσι παράδοξόν τινα τοῦ θανάτου τρόπον.

7. **ΖΕΥΣ.** Τοὺς γυμνοσοφιστὰς λέγεις. Ἀκούω γοῦν τά τε ἄλλα περὶ αὐτῶν καὶ ὅτι ἐπὶ πυρὰν μεγίστην ἀναβάντες ἀνέχονται καόμενοι οὐδὲν τοῦ σχήματος ἢ τῆς καθέδρας ἐκτρέποντες. Ἀλλ' οὐ μέγα τοῦτο· ἔναγχος γοῦν καὶ Ὀλυμπίασι τὸ ὅμοιον ἐγὼ εἶδον γενόμενον· εἰκὸς δὲ καὶ σὲ παρεῖναι καομένου τότε τοῦ γέροντος.

ΦΙΛ. Οὐδὲ ἀνῆλθον, ὦ πάτερ, εἰς Ὀλυμπίαν δέει τῶν καταράτων ἐκείνων, οὓς ἔφην, ὅτι πολλοὺς αὐτῶν ἑώρων ἀπιόντας, ὡς λοιδορήσαιντο τοῖς ξυνεληλυθόσι καὶ βοῆς τὸν ὀπισθόδομον ἐμπλήσωσιν ὑλακτοῦντες, ὥστε οὐδὲ εἶδον ἐκεῖνον ὅπως ἀπέθανε.

8. Μετὰ γοῦν τοὺς Βραχμᾶνας εἰς Αἰθιοπίαν εὐθὺς, εἶτα εἰς Αἴγυπτον κατέβην, καὶ ξυγγενομένη τοῖς ἱερεῦσι καὶ προφήταις αὐτῶν καὶ τὰ θεῖα παιδεύσασα ἐς Βαβυλῶνα ἀπῆρα Χαλδαίους καὶ μάγους μυήσουσα, εἶτα ἐς Σκυθίαν ἐκεῖθεν, εἶτα ἐς Θρᾴκην, ἔνθα μοι Εὔμολπος καὶ Ὀρφεὺς συνεγενέσθην, οὓς καὶ προαποστείλασα ἐς τὴν Ἑλλάδα τὸν μὲν, ὡς τελέσειεν αὐτοὺς, τὸν Εὔμολπον — ἐμεμαθήκει γὰρ τὰ θεῖα παρ' ἡμῶν ἅπαντα — τὸν δὲ, ὡς ἐπᾴδων προσβιβάζοι τῇ μουσικῇ, κατὰ πόδας εὐθὺς εἱπόμην.

9. Καὶ τὸ μὲν πρῶτον εὐθὺς ἐλθοῦσαν οὔτε πάνυ ἠσπάσαντο οἱ Ἕλληνες οὔτε ὅλως ἀπέκλεισαν· κατ' ὀλίγον δὲ προσομιλοῦσα ἑπτὰ ἐκ τῶν ἁπάντων ἑταίρους καὶ μαθητὰς προσηγαγόμην καὶ ἄλλον ἐκ Σάμου καὶ ἄλλον ἐξ Ἐφέσου καὶ Ἀβδηρόθεν ἄλλον, ὀλίγους παντάπασι.

10. Μεθ' οὓς τὸ σοφιστῶν φῦλον οὐκ οἶδ' ὅπως μοι παρενεφύετο οὔτε ζηλοῦν τἀμὰ ἐς βάθος οὔτε κομιδῇ ἀπᾷδον, ἀλλ' οἷον τὸ Ἱπποκενταύρων γένος, σύνθετόν τι καὶ μικτὸν ἐν μέσῳ ἀλαζονείας καὶ φιλοσοφίας πλαζόμενον, οὔτε τῇ ἀγνοίᾳ τέλεον προσεχόμενον οὔτε ἡμᾶς ἀτενέσι τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορᾶν δυνάμενον, ἀλλ' οἷον λημῶντες ὑπὸ τοῦ ἀμβλυώττειν ἀσαφές τι καὶ ἀμυδρὸν ἡμῶν εἴδωλον ἢ σκιὰν ἐνίοτε ἰδόντες ἄν, οἱ δὲ ᾤοντο ἀκριβῶς πάντα κατανενοηκέναι. Ὅθεν παρ' αὐτοῖς ἡ ἀχρεῖος ἐκείνη καὶ περιττὴ σοφία καὶ, ὡς αὐτοὶ ᾤοντο, ἀπρόσμαχος ἀνεφλέγετο, αἱ κομψαὶ καὶ

jam dic quæ insecuta sint, quomodo illi receperint te primum advolantem, et quæ sis nunc ab ipsis passa.

PHIL. Properabam, pater, non statim ad Græcos, sed, quæ videbatur mihi difficilior operis pars esse, instituere ac docere barbaros, illam primum volebam perficere. Omissis ergo interim Græcis, quos faciles admodum subactu putabam, et celerrime recepturos frena et jugo iri submissum; ad Indos primum excucurri, maximam orbis gentem, nec difficulter iis persuasi, ut descendentes suis ab elephantis mecum versarentur : adeo ut etiam una gens tota, Brachmanes, qui in Nechræorum et Oxydracarum confiniis colunt, hi jam omnes militent mihi, et nostris ex præceptis vivant; qua de causa magno in honore sunt apud omnes vicinos, ac miro quodam mortis genere moriuntur.

7. JUP. Gymnosophistas dicis. Audio enim inter reliqua de illis hoc quoque, maximo illos rogo conscenso urendos se præbere, neque quicquam de habitu aut positu membrorum mutare. Sed nihil hoc magnum : nuper enim Olympiæ simile quid fieri ego vidi : credibile autem te quoque adfuisse tum, quum senex arderet.

PHIL. Neque accessi, pater, Olympiam, metu sacerrimorum hominum quos dixi, quod multos illorum viderem eo abire, uti maledicerent ibi congregatis, clamosoque suo latratu posticum templi implerent : igitur neque vidi illum, quomodo sit mortuus.

8. Post Brachmanas ergo statim in Æthiopiam, ac deinde in Ægyptum descendi, et versata ibi cum sacerdotibus illorum ac prophetis, quum divina eos docuissem, Babylonem perrexi, ut Chaldæos et magos initiarem : tum inde in Scythiam; deinde in Thraciam, ubi Eumolpus et Orpheus mecum fuere. Quos etiam præmissos in Græciam, alterum ut illos initiaret, Eumolpum (didicerat enim a nobis divina omnia), alterum ut canendo musicæ ipsos assuefaceret, e vestigio statim consecuta sum.

9. Ac primum quidem advenientem neque vehementer amplexi sunt Græci, neque plane excluserunt. Paullatim vero alloquio meo septem ex omnibus sodales ac discipulos mihi conciliavi, et ex Samo alium, et alium Epheso, et Abdera alium, paucos omnino.

10. Post quos Sophistarum mihi gens nescio quomodo adhæsit, neque æmulans profunde mea placita, neque omnino ab iis abhorrens; sed, velut Hippocentaurorum genus, compositum quiddam et mistum, inter imposturam et philosophiam medium oberrans, neque ignorantiæ plane adhærens, neque in nos defigere intentos oculos valens; sed velut lippientes, præ hebetudine visus obscurum quoddam et evanidum nostri simulacrum aut umbram forte nonnunquam videntes, dum accurate omnia se nosse arbitrarentur. Unde apud illos inutilis ista ac superflua sapientia, et, ut ipsi putabant, invicta, accendebatur, comtulæ illæ et du-

ἄποροι καὶ ἄτοποι ἀποκρίσεις καὶ δυσέξοδοι καὶ λαβυρινθώδεις ἐρωτήσεις.

11. Εἶτα κωλυόμενοι καὶ ἐλεγχόμενοι πρὸς τῶν ἑταίρων τῶν ἐμῶν ἠγανάκτουν καὶ συνίσταντο ἐπ' αὐτούς, καὶ τέλος δικαστηρίοις ὑπῆγον καὶ παρεδίδοσαν πιομένους τοῦ κωνείου. Ἐχρῆν μὲν οὖν ἴσως τότε φυγεῖν εὐθὺς καὶ μηκέτι ἀνέχεσθαι τὴν συνουσίαν αὐτῶν, νῦν δὲ Ἀντισθένης με καὶ Διογένης καὶ μετὰ μικρὸν Κράτης καὶ Μένιππος οὗτος ἔπεισαν ὀλίγον ὅσον ἐπιμετρῆσαι τῆς μονῆς. Ὡς μήποτε ὤφελον· οὐ γὰρ ἂν τοσαῦτα ἐπεπόνθειν ὕστερον.

12. ΖΕΥΣ. Οὐδέπω μοι λέγεις, ὦ Φιλοσοφία, τίνα ἠδίκησαι, ἀλλ' ἀγανακτεῖς μόνον.

ΦΙΛ. Καὶ μὴν ἄκουε, ὦ Ζεῦ, ἡλίκα ἐστί· μιαρὸν γάρ τι φῦλον ἀνθρώπων καὶ ὡς-τὸ πολὺ δουλικὸν καὶ θητικόν, οὐ ξυγγενόμενον ἡμῖν ἐκ παίδων ὑπ' ἀσχολίας· ἐδούλευε γὰρ ἢ ἐθήτευεν ἢ ἄλλας τέχνας οἵας εἰκὸς τοὺς τοιούτους ἐμάνθανε, σκυτεύειν ἢ τεκταίνειν ἢ περὶ πλυνοὺς ἔχειν ἢ ἔρια ξαίνειν, ὡς εὐεργὰ εἴη ταῖς γυναιξὶ καὶ εὐμήρυτα καὶ κατάγοιτο εὐμαρῶς, ὁπότε ἢ κρόκην ἐκεῖναι στρέφοιεν ἢ μίτον κλώθοιεν. Τοιαῦτα τοίνυν ἐν παισὶ μελετῶντες οὐδὲ ὄνομα τὸ ἡμέτερον ᾔδεσαν. Ἐπεὶ δὲ εἰς ἄνδρας τελεῖν ἤρξαντο καὶ κατεῖδον τὴν αἰδῶ, ὅση παρὰ τῶν πολλῶν ἐστι τοῖς ἑταίροις τοῖς ἐμοῖς, καὶ ὡς ἀνέχονται οἱ ἄνθρωποι τὴν παρρησίαν τὴν αὐτῶν καὶ χαίρουσι θεραπευόμενοι καὶ συμβουλεύουσι πείθονται καὶ ἐπιτιμώντων ὑποπτήσσουσι, ταῦτα πάντα τυραννίδα οὐ μικρὰν ἡγοῦντο εἶναι.

13. Τὸ μὲν δὴ μανθάνειν ὅσα τῇ τοιαύτῃ προαιρέσει πρόσφορα, μακρὸν ἦν, μᾶλλον δὲ κομιδῇ ἀδύνατον. Αἱ τέχναι δὲ γλίσχραι καὶ σὺν πόνῳ καὶ μόγις ἱκανὰ παρέχειν ἐδύναντο. Ἐνίοις δὲ καὶ ἡ δουλεία βαρὺ καὶ ὥσπερ οὖν ἐστιν, ἀφόρητον ἐφαίνετο. Ἔδοξε δὴ σκοπουμένοις τὴν ὑστάτην ἄγκυραν, ἣν ἱερὰν οἱ ναυτιλλόμενοί φασι, καθιέναι, καὶ ἐπὶ τὴν βελτίστην ἀπόνοιαν ὁρμίσαντες, ἔτι τε καὶ τόλμαν καὶ ἀμαθίαν καὶ ἀναισχυντίαν προσπαρακαλέσαντες, αἵπερ αὐτοῖς μάλιστα συναγωνίζονται, καὶ λοιδορίας καινὰς ἐκμελετήσαντες, ὡς πρόχειροι εἶεν καὶ ἀνὰ στόμα, ταύτας μόνας ξυμβολὰς ἔχοντες — ὁρᾷς ὁποῖα πρὸς φιλοσοφίαν ἐφόδια; — σχηματίζουσι καὶ μετακοσμοῦσιν αὑτοὺς εὖ μάλα εἰκότως καὶ πρὸς ἐμέ, οἷόν τι ἀμέλει ὁ Αἴσωπός φησι ποιῆσαι τὸν ἐν τῇ Κύμῃ ὄνον, ὃς λεοντῆν περιβαλόμενος καὶ τραχὺ ὀγκώμενος ἠξίου λέων καὶ αὐτὸς εἶναι· καί πού τινες καὶ ἦσαν ἴσως οἱ πιστεύοντες αὐτῷ.

14. Τὰ δ' ἡμέτερα πάνυ ῥᾷστα, ὡς οἶσθα, καὶ ἐς μίμησιν πρόχειρα — τὰ προφανῆ λέγω — καὶ οὐ πολλῆς τῆς πραγματείας δεῖ τριβώνιον περιβαλέσθαι καὶ πήραν ἐξαρτήσασθαι καὶ ξύλον ἐν τῇ χειρὶ ἔχειν καὶ βοᾶν, μᾶλλον δὲ ὀγκᾶσθαι ἢ ὑλακτεῖν καὶ λοιδορεῖσθαι ἅπασι· τὴν ἀσφάλειαν γὰρ αὐτοῖς τοῦ μηδὲν ἐπὶ τούτῳ παθεῖν ἡ πρὸς τὸ σχῆμα αἰδὼς παρέξειν ἔμελλεν. Ἡ ἐλευθερία δὲ πρόχειρος, ἄκοντος τοῦ δε-

bitabiles et inexspectatæ responsiones, et exitum non habentes labyrinthisque similes interrogationes.

11. Deinde prohibiti ac reprehensi a meis sodalibus, indigne ferre et adversus illos coire, ac tandem in jus cogere, et eo dare ubi cicutam biberent. Oportebat forte tum statim fugere, neque amplius illorum ferre consuetudinem: jam vero Antisthenes et Diogenes, et paullo post Crates, et Menippus hic persuasere mihi ut paullum adhuc moræ quasi corollarium adjicerem : quod utinam non fecissem! neque enim tot deinde mala subiissem.

12. JUP. Nondum mihi dicis, Philosophia, quamnam injuriam sis passa, sed indignaris tantum.

PHIL. Quin tu audi, Jupiter, quanta sint. Impurum enim quoddam genus hominum, et plerumque servile atque mercenarium, non versatum nobiscum a pueritia ob negotia : servitutem enim serviit, aut mercede opus fecit, aut artes alias, quales cadunt in tales, didicit, cerdoniam, fabrilem, fulloniam, eam quæ in lanis carpendis versatur, ut facilius deinde eæ tractentur a feminis, sintque ad nendum et deducendum commodiores, quoties vel tramam illæ torquere vel nere licium volunt. Hæc ergo isti puerili ætate exercentes, ne nomen quidem nostrum noverant. Quum vero ad virilem ætatem pervenissent, animadversa quæ meis sodalibus a multitudine habetur reverentia, et ut sustinent homines illorum in dicendo libertatem, et curari se gaudent, et consulentibus obsequuntur, et reprehendentibus timide concedunt, regnum non parvum arbitrabantur esse hæc omnia.

13. Ac discere quæcumque huic instituto vitæ conveniunt, longum erat, aut potius plane illis negatum. Artes vero parcæ, et cum labore, et vix tamen vel sic præstare quod satis esset poterant. Quibusdam etiam grave servitutis onus, et, ut est, intolerabile videbatur. Considerantibus ergo placuit ultimam ancoram, quam sacram appellant nautæ, demittere; firmantesque navim in præclara illa amentia, advocatis insuper audacia, inscitia atque impudentia, quæ maxime hoc illis certamen adjuvant; novisque excogitatis conviciis, ut præsto statim et in ore sint : has ergo symbolas solas quum habeant (viden' qualia ad philosophiam viatica?) figuram sumunt ornatumque satis decentem, mihique quam simillimum : nimirum quale quid fecisse ait Æsopus illum Cumis asinum, qui leonina circumposita asperum rudens, leo et ipse esse postulabat. Ac forte erant alicubi qui fidem illi haberent.

20. Quanquam audio poetas dicere, olim non ejusmodi fuisse res hominum, te adhuc rerum potiente; sed tellurem sine semine atque aratro genuisse ipsis bona, paratas unicuique ad satietatem usque epulas : fluvios autem vino partim, partim lacte fluxisse; fuisse etiam qui melle. Quod vero maximum, illos ipsos homines aiunt fuisse aureos, paupertatem vero nec omnino ad illos accessisse. At nos contra ea ipsi ne plumbum quidem videamur merito, sed si quid illo vilius : victus autem cum labore plerisque contingit : ceterum paupertas, et consilii inopia, et desperatio, et illud Hei mihi! et, Unde nanciscar? et Heu fortunam! talia apud nos quidem pauperes plurima. Ac minus ea indigne, bene noris, ferremus, nisi divites in tanta esse felicitate videremus : qui tantum quum aurum atque argentum penes se incluserint, vestes autem quot habeant, mancipiaque et currus, et vicos totos, et agros, et magnam quidem vim singulorum possideant; tantum abest ut eorum quicquam nobis impertiant unquam, ut ne aspicere quidem de plebe homines dignentur.

21. Hæc nos maxime Saturne, angunt, et rem esse intolerabilem arbitramur; istum quidem jacentem in purpura tot in bonis delicias agere, ructantem, et beatum prædicari a familiaribus, perpetuos dies festos agentem : me vero ac mei similes hoc ipsum per quietem etiam et in somnis curare, sicunde quattuor confieri possint oboli, ut pane certe aut pulte oppleti, adhibito nasturtii aut porri aut cepæ obsonio, ire cubitum queamus. Aut igitur hæc immuta, Saturne, et reduc ad æqualitatem, aut, quod extremum est, ipsis illis divitibus impera, ne soli fruantur bonis illis, sed de tot modiis auri chœnicem certe in nos omnes spargant; de vestibus autem tantum, quantum a tineis si corrodatur, ægre non ferant; hæc ergo omnino peritura, et quæ futurum sit ut corrumpantur a tempore, nobis uti dent induenda potius, quam in arcis ac cistis multo situ computrescant.

22. Verum etiam cœna excipere illos jube assumtos modo quattuor, modo quinque ex pauperibus, non tamen præsenti modo cœnarum, sed populari magis ratione, ut ex æquo omnium participes sint universi; neque alter obsoniis se ingurgitet, manente servo atque astante, donec ille edere non amplius possit; ad nos vero quum venerit idem servus, adhuc parantibus nobis manum injicere, prætereat, ostensa modo patina, aut quantum est placentæ reliquum; neque ut illato porco carptor hero quidem apponat dimidium ipsum cum capite, reliquis vero involuta ossa offerat. Præcipere porro illos jube pocillatoribus, ne exspectent dum septies bibere unusquisque nostrûm postulaverit; sed quum semel jusserit, infundere statim, et tradere, non minus quam hero, magnum plenumque calicem. Vinum vero ipsum convivis omnibus unum idemque esse; ubi enim scriptam

τὸν μὲν ἀνθοσμίου μεθύσκεσθαι, ἐμοὶ δὲ ὑπὸ τοῦ γλεύκους διαρρήγνυσθαι τὴν γαστέρα;

23. Ἢν ταῦτα ἐπανορθώσῃς καὶ μετακοσμήσῃς, ὦ Κρόνε, βίον μὲν τὸν βίον, ἑορτὴν δὲ τὴν ἑορτὴν ἔσῃ πεποιηκώς, εἰ δὲ μή, ἐκεῖνοι μὲν ἑορταζόντων, ἡμεῖς δὲ καθεδούμεθα εὐχόμενοι, ἐπειδὰν λουσάμενοι ἥκωσι, τὸν παῖδα μὲν αὐτοῖς ἀνατρέψαντα τὸν ἀμφορέα κατᾶξαι, τὸν μάγειρον δὲ τὸν ζωμὸν κνισῶσαι καὶ ἐπιλαθόμενον τὸ τάριχος μὲν ἐς τὴν φακῆν ἐμβαλεῖν τῶν ἰχθύων· τὴν κύνα δὲ παρεισπεσοῦσαν τόν τε ἀλλᾶντα ὅλον καταφαγεῖν, περὶ τἆλλα τῶν ὀψοποιῶν ἐχόντων, καὶ τοῦ πλακοῦντος τὸ ἥμισυ· τὸν δὲ ὗν καὶ τὸν ἔλαφον καὶ τὰ δελφάκια μεταξὺ ὀπτώμενα τὸ ὅμοιον ποιεῖν, ὅπερ Ὅμηρος περὶ τῶν Ἡλίου βοῶν φησι· μᾶλλον δὲ μὴ ἕρπειν μόνον, ἀλλ' ἀναπηδήσαντα φεύγειν εἰς τὸ ὄρος αὐτοῖς ὀβελοῖς· καὶ τὰς ὄρνεις δὲ τὰς παχείας, καίτοι ἀπτέρους ἤδη οὔσας καὶ ἐσκευασμένας, ἀναπταμένας οἴχεσθαι καὶ ταύτας, ὡς μὴ μόνοι ἀπολαύοιεν αὐτῶν.

24. Ὃ δὲ δὴ μάλιστα ἂν αὐτοὺς ἀνιάσειε, τὸ μὲν χρυσίον μύρμηκάς τινας οἵους τοὺς Ἰνδικοὺς ἀνορύττοντας ἐκ τῶν θησαυρῶν ἐκφέρειν νύκτωρ ἐς τὸ δημόσιον· τὴν ἐσθῆτα δὲ ὀλιγωρίᾳ τῶν ἐπιμελητῶν κοσκινηδὸν διατετρυπῆσθαι ὑπὸ τῶν βελτίστων μυῶν, ὡς σαγήνης θυννευτικῆς μηδὲν διαφέρειν· παῖδας δὲ αὐτῶν τοὺς ὡραίους καὶ κομήτας, οὓς Ὑακίνθους ἢ Ἀχιλλέας ἢ Ναρκίσσους ὀνομάζουσι, μεταξὺ ὀρέγοντας σφίσι τὸ ἔκπωμα φαλακροὺς γίγνεσθαι ὑπορρεούσης τῆς κόμης καὶ πώγωνα φύειν ὀξὺν, οἷοί εἰσιν ἐν ταῖς κωμῳδίαις οἱ σφηνοπώγωνες, καὶ τὸ παρὰ τοῖς κροτάφοις πάνυ λάσιον καὶ χάρτα ἐκκεντοῦν, τὸ μεταξὺ δὲ λεῖον καὶ γυμνὸν εἶναι. Ταῦτα καὶ πλείω τούτων εὐξαίμεθ' ἂν, ἢν μὴ θέλωσι τὸ ἄγαν φίλαυτον τοῦτ' ἀφέντες ἐς τὸ κοινὸν πλουτεῖν καὶ μεταδιδόναι ἡμῖν τῶν μετρίων.

2.

25. ΚΡΟΝΟΣ ΕΜΟΙ ΤΩ ΤΙΜΙΩΤΑΤΩ ΧΑΙΡΕΙΝ. Τί ταῦτα ληρεῖς, ὦ οὗτος, ἐμοὶ περὶ τῶν παρόντων ἐπιστέλλων καὶ ἀναδασμὸν τῶν ἀγαθῶν ποιεῖν κελεύων; τὸ δὲ ἑτέρου ἂν εἴη, τοῦ νῦν ἄρχοντος. Θαυμάζω γάρ σε εἰ μόνος τῶν ἁπάντων ἀγνώσσεις ὡς ἐγὼ μὲν πάλαι βασιλεὺς ὢν πέπαυμαι εἷς ὢν, τοῖς παισὶ διανείμας τὴν ἀρχήν, ὁ δὲ Ζεὺς μάλιστα τῶν τοιούτων ἐπιμελεῖται· τὰ δὲ ἡμέτερα ταῦτα μέχρι πεττῶν καὶ κρότου καὶ ᾠδῆς καὶ μέθης, καὶ τοῦτο οὐ πλέον ἡμερῶν ἑπτά. Ὥστε περὶ τῶν μειζόνων ἃ φῄς, ἀφελεῖν τὸ ἄνισον καὶ ἐκ τῆς ὁμοίας ἢ πένεσθαι ἢ πλουτεῖν ἅπαντας, ὁ Ζεὺς ἂν χρηματίσειεν ὑμῖν. Εἰ δέ τι τῶν ἐκ τῆς ἑορτῆς ἀδικοῖτό τις ἢ πλεονεκτοῖτο, ἐμὸν ἂν εἴη δικάζειν· καὶ ἐπιστέλλω δὲ τοῖς πλουσίοις περὶ τῶν δείπνων καὶ τοῦ χοίνικος τοῦ χρυσίου καὶ τῶν ἐσθήτων, ὡς καὶ ὑμῖν πέμποιεν ἐς τὴν ἑορτήν· δίκαια γὰρ ταῦτα καὶ ἄξια αὐτοὺς ποιεῖν, ὡς φατέ, ἢν μή τι εὔλογον ἐκεῖνοι πρὸς ταῦτα λέγειν ἔχωσι.

26. Τὸ δὲ ὅλον, ἴστε οἱ πένητες ὑμεῖς ἐξηπατημέ-

esse illam legem, ut alter vino odorato inebrietur, mihi autem a musto rumpatur venter?

23. Hæc si correxeris, Saturne, tum demum ut vita vita sit, et festi dies sint festi, effeceris : sin minus, festos illi dies obeant; nos vero sedebimus vota facientes, ut, quum e balneo redeant, puer eversam illis frangat amphoram, coquus autem nidore jus corrumpat, et aliud agens piscuientam muriam infundat lenticulæ; ut irrepens canis totum farcimen, occupatis alia in re coquis, dimidiamque placentam devoret : aper vero atque cervus, et porcelli, dum assantur, simile uti faciant ei, quod de Solis bubus narrat Homerus : quin non repant modo, sed exsilientes in montem ipsis cum verubus aufugiant; gallinæ autem saginatæ, licet vulsis jam pennis apparatæ, evolantes ipsæ quoque discedant, quo ne soli illis fruantur.

24. Quod vero inprimis molestum iis fuerit, ut formicæ, quales sunt illæ Indicæ, effossos thesauros noctu in publicum efferant; atque ut vestis ob negligentiam curatorum cribri instar perforata sit ab optimis muribus, ne quid a retibus thunnis capiendis differant; atque ut pueri illorum pulchri et comati, quos Hyacinthos vel Achilles vel Narcissos appellant, dum poculum illis porrigunt, coma defluente calvescant, et barba crescat iis acuta, quales sunt in comœdiis illi cuneobarbi, atque in ipsis temporibus pili oboriantur hirsuti vehementerque pungentes, interjectis partibus levibus atque nudis. Hæc et plura his vota faciemus, si noluerint, relicto illo nimio sui ipsorum amore, in commune esse divites, et mediocria nobis impertiri.

2.

25. Saturnus mihi suo carissimo sal. Quid ita deliras, o noster, qui de præsentibus rebus ad me scribas, et bonorum divisionem me jubeas instituere? At illud alterius opus fuerit, ejus qui nunc rerum potitur. Miror enim si solus omnium ignoras me qui olim rex fui, distributo filiis imperio, unum esse desisse; ad Jovis autem curam maxime pertinere talia : hoc autem nostrum regnum intra talos, et plausus, cantumque et ebrietatem fere esse, idque septem non amplius diebus. Itaque de majoribus illis quæ dicis, de auferenda inæqualitate, ut ex æquo aut pauperes sint omnes aut divites, Jupiter vobis respondeat. Si quis vero in iis, quæ ad solemnitatem pertinent, per injuriam aut avaritiam aliquid designet, hoc meum fuerit judicium. Ac scribo ad divites epistolam de cœnis, de chœnice auri, et de vestibus, ut vobis etiam solemnis causa aliquid mittant; justa enim ista et digna quæ faciant, uti dicitis, nisi quid habent illi quod cum ratione contra dicant.

26. In universum autem scitote, pauperes, falli vos, ne-

ὐx ὀρθῶς δοξάζοντες περὶ τῶν πλουσίων, οἵ γε
ίμονας αὐτοὺς οἴεσθε εἶναι καὶ μόνους ἡδύν
ῦν τὸν βίον, ὅτι δειπνεῖν τε πολυτελῶς ἔστιν
κὶ μεθύσκεσθαι οἴνου ἡδέος καὶ παισὶν ὡραίοις
ιξὶν ὁμιλεῖν καὶ ἐσθῆσι μαλακαῖς χρῆσθαι· τὸ
ἀγνοεῖτε ὁποῖόν ἐστιν. Αἵ τε γὰρ φροντίδες
τούτων οὐ μικραί, ἀλλ' ἀνάγκη ἐπαγρυπνεῖν
, μή τι ὁ οἰκονόμος βλακεύσας ἢ ὑφελόμενος
ἢ ὁ οἶνος ὀξυνθῇ, μὴ ὁ σῖτος φθειρὶ ζέσῃ, ἢ ὁ
φέληται τὰ ἐκπώματα, μὴ πιστεύσῃ τοῖς συ-
ις ὁ δῆμος λέγουσι τυραννεῖν αὐτὸν ἐθέλειν.
ὲ πάντα οὐδὲ τὸ πολλοστὸν ἂν εἴη μέρος τῶν
αὐτούς· εἰ γοῦν ἠπίστασθε τοὺς φόβους καὶ
ινας ἃς ἔχουσι, πάνυ ἂν ὑμῖν φευκτέον ὁ πλοῦ-
ν.

Επεί τοι οἴει με αὐτὸν οὕτως ἄν ποτε κορυ-
ι, ὡς εἰ καλὸν ἦν τὸ πλουτεῖν καὶ βασιλεύειν,
ν αὐτὰ καὶ παραχωρήσαντα ἄλλοις καθῆσθαι
τα καὶ ἀνέχεσθαι ὑπ' ἄλλῳ ταττόμενον; ἀλλὰ
ὰ ταῦτα εἰδώς, ἃ τοῖς πλουσίοις καὶ ἄρχουσι
ι ἀνάγκη, ἀφῆκα τὴν ἀρχὴν εὖ ποιῶν.

Καὶ γὰρ ἃ νῦν ἐποτνιῶ πρός με, ὡς τοὺς μὲν
πλακούντων ἐμφορουμένους, ὑμᾶς δὲ κάρδαμον
ἢ κρόμμυον ἐπιτρώγοντας ἐν τῇ ἑορτῇ, σκέψαι
ι· πρὸς μὲν γὰρ τὸ παρὸν ἡδὺ καὶ οὐκ ἀνιαρὸν
τερον αὐτῶν, ὡς δὲ μετὰ ταῦτα ἔμπαλιν ἀνα-
ι τὸ πρᾶγμα. Εἶτα ὑμεῖς μὲν οὔτε καρηβα-
ἀναστα(ίητ' ἂν ἐς τὴν ὑστεραίαν ὥσπερ ἐκεῖνοι
μέθης οὔτε ὑπὸ τῆς ἄγαν πλησμονῆς δυσῶδές
απνωδέστερον ἐρυγγάνοντες· οἱ δὲ τούτων τε
σι καὶ τὸ πολὺ τῆς νυκτὸς ἢ παισὶν ἢ γυναιξὶν
ιν ὁ τράγος κελεύῃ συναναφυρέντες ἢ φθόην ἢ
μονίαν ἢ ὕδερον οὐ χαλεπῶς συνελέξαντο ἐκ
ῆς τρυφῆς. Ἢ τίνα ἂν αὐτῶν ῥᾳδίως δεῖξαι
ἢ πάντως ὠχρὸν ὄντα πολὺ τὸ νεκρῶδες ἐμ-
; τίνα δὲ ἐς γῆρας ἀφικόμενον τοῖς αὐτοῦ πο-
ι μὴ φοράδην ἐπὶ τεττάρων ὀχούμενον, ὁλό-
ὲν τὰ ἔξω, κατάρραφον δὲ τὰ ἔνδον, ὥσπερ αἱ
ἐσθῆτες ἐκ ῥακίων πάνυ εὐτελῶν συγκεκαττυ-
Ὑμεῖς δὲ ἰχθύων μὲν ἄγευστοι καὶ ἄσιτοι, πο-
ὲ ἢ περιπνευμονίας οὐχ ὁρᾶθ' ὅτι καὶ τούτων
στε, ἢ εἴ τι κατ' ἄλλην τινὰ αἰτίαν συμβαίνει;
δ' αὐτοῖς ἐκείνοις ἡδύ ἐστιν αὐτὸ καθ' ἡμέραν
τοῦ κόρου ἐσθίειν τούτων, ἀλλ' ἴδοις ἂν αὐτοὺς
ζάνων καὶ θύμου ὀρεγομένους ἐνίοτε ὥσπερ
ῶν λαγωῶν καὶ ὑῶν.

ῶ λέγειν ὅσα ἄλλα λυπεῖ αὐτούς, υἱὸς ἀκό-
γυνὴ τοῦ οἰκέτου ἐρῶσα ἢ ἐρώμενος πρὸς
μᾶλλον ἢ πρὸς ἡδονὴν συνών· καὶ ὅλως πολλά
ερ ὑμεῖς ἀγνοοῦντες τὸν χρυσὸν ὁρᾶτε αὐτῶν
τὴν πορφύραν, καὶ ἢν ἴδητέ ποτε ἐξελαύνον-
λευκοῦ ζεύγους, κεχήνατε καὶ προσκυνεῖτε.
ερεωρᾶτε αὐτῶν καὶ κατεφρονεῖτε καὶ μήτε
εσθε πρὸς τὴν ἀργυρᾶν ἁρμάμαξαν μήτε

que recte de divitibus sentire, si undique beatos illos putatis, et suavem vitam vivere solos, quod sumtuose cœnare illis licet, et dulci vino inebriari, et cum pueris formosis atque mulieribus esse, et vestimentis uti mollibus. Omnino autem, quale id sit, nescitis. Curæ etenim de hisce non parvæ : sed opus est invigilare singulis, ne quid ipsis imprudentibus dispensator vel stupore perdat, vel fraude subducat, ne acescat vinum, ne curculionibus scateat frumentum, aut pocula latro auferat, ne delatoribus credat populus, tyrannidem ab ipso affectari dicentibus. Hæc vero omnia vix una de multis particula molestiarum, quæ illos premunt, fuerit. Quod si timores sciretis quos habent, et curas, fugiendæ omnino vobis viderentur divitiæ.

27. Alioqui putas ipsum me ita insanire unquam, ut, si quid præclarum adeo essent divitiæ et imperium, relicta illa concedam aliis, desideam ipse privatus, et sub alterius imperio vivam? Sed quum scirem multa illa quæ adesse divitibus atque imperantibus necesse est, dimisi, nec pœnitet, imperium.

28. Nam quæ modo apud me conquestus es, illos apris ingurgitare se et placentis, vos nasturtium, aut porrum, aut cepam per dies festos arrodere; quale sit, inspice : in præsens enim suave utrumque, et minime forte molestum : postea vero ut in contrariam partem ea res vertatur. Tum vos neque gravato, ut isti, per ebrietatem capite postridie surgatis, neque de ventre nimis referto tetrum nescio quem vaporem eructetis. At illi istum divitiarum fructum habent, et noctis partem majorem cum pueris aut mulieribus, aut prout mala libido imperaverit, volutati, tabem, vel pulmonis inflammationem, vel aquam intercutem non difficulter ex multa illa luxuria colligunt. Aut quem illorum ostendere facile possis, qui non plane sit pallidus, non multum cadaveri similis? quem vero, si ad senectutem pervenit, suis ipsum utentem pedibus, non quattuor hominum humeris invectum? aureum quidem totum quod ad externa, intus vero consutilem, quales sunt tragicæ vestes, de pannis plane vilibus consarcinatæ? Vos autem pisces quidem non gustatis, nedum ut iis vescamini; podagræ vero et pulmonum morbi, nonne videtis horum etiam vos expertes esse, aut si quid tale alia causa illis accidat? Quanquam ne ipsis quidem suave est ipsum illud quotidie et ultra quam satis est de his edere : verum videas illos adeo oleris ac porri nonnunquam cupidos, ut ne tu quidem ita leporum et aprorum.

29. Mitto dicere quæ illos alia excruciant, filius corruptus, aut uxor amans servum, aut puer necessitate potius præbens quam amore. Ac multa sunt in universum, quorum vos ignari aurum modo illorum spectatis et purpuram : et si quando videtis illos albis equis vehentes, hiatis atque adoratis. Si vero despiceretis ea et contemneretis, nec adverteret vos argenteum carpentum, nec inter agendum

μεταξὺ διαλεγομένων εἰς τὸν ἐν τῷ δακτυλίῳ σμάραγδον ἀφεωρᾶτε καὶ τῶν ἱματίων παραπτόμενοι τὸ μαλακὸν ἐθαυμάζετε, ἀλλ' εἰᾶτε καθ' ἑαυτοὺς πλουτεῖν, εὖ ἴστε, αὐτοὶ ἐφ' ὑμᾶς ἰόντες ἐδέοντο συνδειπνεῖν, ὡς ἐπιδείξαιντο ὑμῖν τὰς κλίνας καὶ τὰς τραπέζας καὶ τὰ ἐκπώματα, ὧν οὐδὲν ὄφελος, εἰ ἀμάρτυρος ἡ κτῆσις εἴη.

30. Τά γέ τοι πλεῖστα εὕροιτε ἂν αὐτοὺς ὑμῶν ἕνεκα κτωμένους, οὐχ ὅπως αὐτοὶ χρήσωνται, ἀλλ' ὅπως ὑμεῖς θαυμάζοιτε. Ταῦτα ὑμᾶς παραμυθοῦμαι εἰδὼς τὸν βίον ἑκάτερον, καὶ ἄξιον ἑορτάζειν ἐνθυμουμένους ὅτι μετ' ὀλίγον ἅπαντας δεήσει ἀπιέναι ἐκ τοῦ βίου κἀκείνους τὸν πλοῦτον καὶ ὑμᾶς τὴν πενίαν ἀφέντας. Πλὴν ἐπιστελῶ γε αὐτοῖς ὥσπερ ὑπεσχόμην, καὶ οἶδ' ὅτι οὐκ ὀλιγωρήσουσι τῶν ἐμῶν γραμμάτων.

3.

31. ΚΡΟΝΟΣ ΤΟΙΣ ΠΛΟΥΣΙΟΙΣ ΧΑΙΡΕΙΝ. Οἱ πένητες ἔναγχος ἐπεστάλκασί μοι αἰτιώμενοι ὑμᾶς μὴ μεταδιδόναι σφίσιν ὧν ἔχετε, καὶ τὸ μὲν ὅλον ἠξίουν με κοινὰ πᾶσι ποιεῖν τἀγαθὰ καὶ τὸ μέρος ἕκαστον αὐτῶν ἔχειν· δίκαιον γὰρ εἶναι ἰσοτιμίαν καθεστηκέναι καὶ μὴ τῷ μὲν πλέον, τῷ δὲ μηδ' ὅλως μετεῖναι τῶν ἡδέων. Ἐγὼ δὲ περὶ μὲν τούτων ἔφην ἄμεινον σκέψασθαι τὸν Δία, περὶ δὲ τῶν παρόντων καὶ ὧν ἀδικεῖσθαι ᾤοντο κατὰ τὴν ἑορτὴν ἑώρων ἐπ' ἐμὲ καθήκουσαν τὴν κρίσιν, καὶ ὑπεσχόμην γράψειν πρὸς ὑμᾶς. Ἔστι δὲ ἅπερ ἀξιοῦσι ταῦτα μέτρια, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε. Πῶς γάρ, φασί, ῥιγοῦντες τοσούτῳ κρύει καὶ λιμῷ ἐχόμενοι προσέτι ἑορτάζοιμεν ἄν; Εἰ τοίνυν ἐθέλοιμι κἀκείνους μετέχειν τῆς ἑορτῆς, ἐκέλευόν με ἀναγκάσαι ὑμᾶς ἐσθήτων τε ὧν ἔχετε μεταδοῦναι αὐτοῖς, εἴ τινες περιτταὶ καὶ παχύτεραι ἢ καθ' ὑμᾶς, καὶ τοῦ χρυσίου ὀλίγον ἐπιστάξαι αὐτοῖς· εἰ γὰρ ταῦτα, φασί, ποιήσετε, μηδὲ ἀμφισβητεῖν ὑμῖν ἔτι τῶν ἀγαθῶν ἐπὶ τοῦ Διός, εἰ δὲ μή, ἀπειλοῦσι προσκαλέσασθαι ἐπὶ τὸν ἀναδασμὸν ἐπειδὰν τὸ πρῶτον δίκας ὁ Ζεὺς προθῇ. Ταῦτά ἐστιν οὐ πάνυ χαλεπὰ ὑμῖν ἀπὸ τοσούτων ἃ καλῶς ποιοῦντες ἔχετε.

32. Νὴ Δία καὶ τῶν δείπνων πέρι, ὡς συνδειπνοῖεν ὑμῖν, καὶ τοῦτο προσθῆναι ἠξίουν τῇ ἐπιστολῇ, ὡς νῦν γε μόνους ὑμᾶς τρυφᾶν ἐπικλεισαμένους τὰς θύρας· εἰ δέ ποτε κἀκείνων τινὰς ἑστιᾶν διὰ μακροῦ ἐθελήσαιτε, πλέον τοῦ εὐφραίνοντος ἐνεῖναι τὸ ἀνιαρὸν τῷ δείπνῳ, καὶ τὰ πολλὰ ἐφ' ὕβρει αὐτῶν γίγνεσθαι, οἷον ἐκεῖνο τὸ μὴ τοῦ αὐτοῦ οἴνου συμπίνειν, Ἡράκλεις, ὡς ἀνελεύθερον· καὶ καταγιγνώσκειν αὐτῶν ἐκείνων ἄξιον, ὅτι μὴ μεταξὺ ἀναστάντες οἴχονται ὅλον ὑμῖν τὸ συμπόσιον καταλιπόντες. Ἀλλ' οὐδὲ ἐς κόρον ὅμως φασὶ πίνειν· τοὺς γὰρ οἰνοχόους ὑμῶν ὥσπερ τοὺς Ὀδυσσέως ἑταίρους κηρῷ βεβύσθαι τὰ ὦτα. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα οὕτως αἰσχρά ἐστιν ὥστε ὀκνῶ λέγειν, ἃ περὶ τῆς νομῆς τῶν κρεῶν αἰτιῶνται καὶ τῶν διακόνων ὑμῖν μὲν παρεστώτων, ἔστ' ἂν ὑπερεμφορηθῆτε, ἐκείνους δὲ παραθεόντων, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα μικροπρεπῆ καὶ ἥκιστα ἐλευ-

cum illis ad smaragdum in annulo respiceretis, et cum stupore quodam mollitiem vestium admiraremini, sed pro se divites illos esse pateremini; ipsi ad vos, bene noritis, venirent, ut secum cœnaretis rogarent, uti suos vobis lectos et mensas et pocula possent ostendere, quorum usus nullus est, si testibus careat possessio.

30. Certe pleraque vestra illos causa possidere videatis, non quo utantur ipsi, verum vos ut admiremini. Hæc consolandi vos causa scribo, qui utrumque vitæ genus norim. Et operæ pretium est solemne hoc a vobis celebrari cogitantibus abeundum esse paullo post de vita cunctis, relicta illis bonorum copia, vobis paupertate. Verum etiam illis scribam, ut promisi, et novi meas ab illis literas non neglectum iri.

3.

31. Saturnus divitibus salutem. Literas mihi nuper misere pauperes, quibus vos accusant, qui de vestris opibus nihil sibi impertiatis: atque in universum illud petiere, ut communia omnibus bona facerem, quorum æquam unusquisque partem haberet: par enim esse ut instituatur æqualitas, nec plus alius quam opus est, alius vero plane nihil suavitatis habeat. Respondi ego, de his Jovis potius inspectionem esse: de præsentibus autem et iis injuriis, quibus se per festos hosce dies affici a vobis putabant, ad me pertinere videbam judicium, et scripturum me vobis recepi. Sunt autem ea quæ a vobis postulant, ut mihi quidem videbatur, moderata. Quomodo enim, aiunt, rigentes tanto gelu, et fame pressi festos insuper dies agamus? Si vellem igitur ipsos quoque in partem celebrationis venire, voluerunt uti vos cogerem, quum de vestimentis, quæ habetis, sibi impertiri aliquid, si qua essent superflua, aut, quam vos deceat, crassiora; tum aliquantum auri ipsis instillare. Hæc si faciatis, negant se de bonis litem vobis apud Jovem moturos amplius: sin minus, ad divisionem se provocaturos minantur, ubi primum Jupiter judicium proposuerit. Hæc sunt non admodum difficilia vobis, de tantis, quas me non invidente habetis, opibus.

32. Sane etiam de cœnis, ut illas vobiscum capiant, etiam hoc epistolæ addi postularunt, nimirum vos nunc solos, clausis januis, delicate vivere: si vero quandoque etiam illorum quosdam convivio excipere post longum intervallum velletis, plus molestiarum quam hilaritatis cœnæ inesse, et pleraque ibi contumeliose in se fieri, ut illud, quod non de eodem vino bibant: Hercules! quam est hoc illiberale! atque reprehensione ipsi digni, qui non inter hæc surgant et discedentes vestrum vobis vos convivium habere jubeant. Sed ne vel sic quidem ad saturitatem se bibere aiunt: vestros enim pocillatores, ut illos Ulyssis socios, cera obturatas habere aures. Reliqua adeo sunt turpia, uti dicere ea dubitem, quæ de carnium divisione accusantet ministris, qui vobis quidem astent, dum ultra modum vos ingurgitetis, illos autem prætercurrant; atque alia de hoc genere multa, jejuna illa quidem, et minime

θέροις πρέποντα. Τὸ γοῦν ἥδιστον καὶ συμποτικώτερον ἡ ἰσοτιμία ἐστὶ, καὶ ὁ ἰσοδαίτης τούτου ἕνεκα ἡγεῖται ὑμῖν τῶν συμποσίων, ὡς τὸ ἴσον ἅπαντες ἔχοιεν.

33. Ὁρᾶτε οὖν ὅπως μηκέτι ὑμᾶς αἰτιάσωνται, ἀλλὰ τιμήσωσι καὶ φιλήσωσι τῶν ὀλίγων τούτων μεταλαμβάνοντες, ὧν ὑμῖν μὲν ἡ δαπάνη ἀνεπαίσθητος, ἐκείνοις δὲ ἐν καιρῷ τῆς χρείας ἡ δόσις ἀείμνηστος. Ἄλλως τε οὐδ᾽ ἂν οἰκεῖν δύναισθε τὰς πόλεις μὴ οὐχὶ καὶ πενήτων συμπολιτευομένων καὶ μυρία πρὸς τὴν εὐδαιμονίαν ὑμῖν συντελούντων, οὐδ᾽ ἂν ἔχοιτε τοὺς θαυμάζοντας ὑμῶν τὸν πλοῦτον, ἢν μόνοι καὶ ἰδίᾳ καὶ ὑπὸ σκότῳ πλουτῆτε. Ἰδέτωσαν οὖν πολλοὶ καὶ θαυμασάτωσαν ὑμῶν τὸν ἄργυρον καὶ τὰς τραπέζας καὶ προπινόντων φιλοτησίας, μεταξὺ πίνοντες περισκοπείτωσαν τὸ ἔκπωμα καὶ τὸ βάρος ἱστάτωσαν αὐτοὶ διαβαστάσαντες καὶ τῆς ἱστορίας τὸ ἀκριβὲς καὶ τὸν χρυσὸν ὅσος, ὃς ἐπανθεῖ τῇ τέχνῃ. Πρὸς γὰρ τῷ χρηστοὺς καὶ φιλανθρώπους ἀκούειν καὶ τοῦ φθονεῖσθαι ὑπ᾽ αὐτῶν ἔξω γενήσεσθε. Τίς γὰρ ἂν φθονήσειε τῷ κοινωνοῦντι καὶ διδόντι τῶν μετρίων; τίς δ᾽ οὐκ ἂν εὔξαιτο εἰς τὸ μήκιστον διαβιῶναι αὐτὸν ἀπολαύοντα τῶν ἀγαθῶν; Ὡς δὲ νῦν ἔχετε, ἀμάρτυρος μὲν ἡ εὐδαιμονία, ἐπίφθονος δὲ ὁ πλοῦτος, ἀηδὴς δὲ ὁ βίος.

34. Οὐδὲ γὰρ οὐδὲ ὁμοίως ἡδὺ, οἶμαι, μόνον ἐμπίπλασθαι, ὥσπερ τοὺς λέοντάς φασι καὶ τοὺς μονιοὺς τῶν λύκων, καὶ συνόντας δεξιοῖς ἀνδράσι καὶ πάντα χαρίζεσθαι πειρωμένοις, οἳ πρῶτα μὲν οὐ κωφὸν καὶ ἄφωνον ἐάσουσι τὸ συμπόσιον εἶναι, ἀλλ᾽ ἐν μύθοις συμποτικοῖς καὶ σκώμμασιν ἀνεπαχθέσι καὶ φιλοφροσύναις ποικίλαις συνέσονται, οἷαι ἥδισται διατριβαὶ, φίλαι μὲν Διονύσῳ καὶ Ἀφροδίτῃ, φίλαι δὲ Χάρισιν· ἔπειτα δὲ πρὸς ἅπαντας ἐς τὴν ὑστεραίαν διηγούμενοι ὑμῶν τὴν δεξιότητα φιλεῖσθαι παρασκευάσουσι. Ταῦτα πολλοῦ πρίασθαι καλῶς εἶχεν.

35. Ἐπεὶ ἐρήσομαι ὑμᾶς, εἰ μύοντες οἱ πένητες βαδίζοιεν — ὑποθώμεθα γὰρ οὕτως — οὐκ ἂν ὑμᾶς ἠνίασεν οὐκ ἔχοντας οἷς ἐπιδείξαισθε τὰς ἁλουργεῖς ἐσθῆτας καὶ τῶν ἀκολουθούντων τὸ πλῆθος ἢ τῶν δακτυλίων τὸ μέγεθος; Ἐῶ λέγειν ὡς καὶ ἐπιβουλὰς καὶ μίση παρὰ τῶν πενήτων ἀναγκαῖον ἐγγίγνεσθαι πρὸς ὑμᾶς, ἢν μόνοι τρυφᾶν ἐθέλητε· ἃ μὲν γὰρ εὔξασθαι καθ᾽ ὑμῶν ἀπειλοῦσιν, ἀποτρόπαια, μηδὲ γένοιτο εἰς ἀνάγκην αὐτοὺς καταστῆναι τῆς εὐχῆς· ἐπεὶ οὔτε ἀλλάντων γεύσεσθε οὔτε πλακοῦντος ἢ εἴ τι λείψανον τῆς κυνὸς, ἡ φακῆ δὲ ὑμῖν σαπέρδην ἐντετηκότα ἕξει, ὗς δὲ καὶ ἔλαφος ὀπτώμενοι μεταξὺ δρασμὸν βουλεύσουσιν ἐκ τοῦ ὀπτανείου ἐς τὸ ὄρος, καὶ ὄρνεις ψύττα κατατείνασαι ἄπτεροι καὶ αὗται παρ᾽ αὐτοὺς τοὺς πένητας ἐκπετήσονται· τὸ δὲ μέγιστον, οἱ ὡραιότατοι τῶν οἰνοχόων φαλακροὶ ἐν ἀκαρεῖ τοῦ χρόνου ὑμῖν γενήσονται, ἐπὶ κατεαγότι καὶ ταῦτα τῷ ἀμφορεῖ. Πρὸς τάδε βουλεύεσθε ἃ καὶ τῇ ἑορτῇ πρέποντα γένοιτ᾽ ἂν καὶ ὑμῖν ἀσφαλέστατα, καὶ ἐπικουφίζετε πολλὴν τὴν πενίαν αὐτοῖς ἀπ᾽ ὀλίγου τελέσματος φίλους οὐ μεμπτοὺς ἕξοντες.

digna liberalibus. Suavissimum enim et maxime convivale est illa æqualitas : et præest hanc ob causam conviviis vestris æquus ille dapium divisor (Bacchus), ut æquum omnes habeant.

33. Curate igitur ut non amplius vos accusent, sed honorent potius amentque, minutorum istorum participes, quorum quidem vos sumtum non sentiatis; quæ tamen, ut munus opportuno adeo ad usum tempore datum, perpetua ipsi memoria prosequantur. Et alioquin ne habitare quidem urbes possitis, nisi et pauperes habeatis in civitate, qui innumerabilia vobis ad felicitatem conferant; neque habeatis qui divitias admirentur vestras, si soli et privatim et in tenebris sitis divites. Videant igitur multi et admirentur argentum vestrum et mensas, et amicitiæ poculum sibi invicem propinent; atque inter bibendum considerent poculum, cujus pondus ipsi manu librando explorent, et argumentum quam accurate expressum sit, et quantum auri in illo artificio niteat. Præterquam enim, quod mansueti et humani audietis, etiam extra invidiam illorum eritis positi. Quis enim invideat ei qui impertiat quod æquum est, atque donet? quis vero non optet quam longissime illum extendere ævum et bonis suis frui? Ut vero nunc habetis, teste caret vestra felicitas, invidiæ opportunæ sunt vestræ divitiæ, suavitatis vita vestra expers.

34. Neque enim æque jucundum, puto, est impleri solum, quod de leonibus aiunt et de genere luporum solivago, atque in convictu hominum dextrorum et gratiam inire omnibus in rebus studentium : qui primo non patientur convivium esse mutum et vocis expers, sed in fabulis convivalibus, et jocis non molestis, et vario genere comitatis una versabuntur; quod genus suavissimæ consuetudinis Baccho amicum et Veneri, amicum Gratiis. Tum vero postridie narranda apud omnes dexteritate vestra amorem vobis conciliabunt. Hæc vel magno redimere bonum fuerit.

35. Namque interrogabo vos, si clausis oculis incederent pauperes (ponamus enim hoc), nonne vobis id molestum esset? non habentibus nempe quibus ostenderetis vestes purpureas, et pedissequorum turbam, aut magnitudinem anulorum. Omitto dicere, fieri non posse quin insidiæ et odia contra vos concipiant pauperes, si vivere in deliciis soli velitis. Quæ enim se vota contra vos facturos minantur, abominanda sunt; et absit ut in necessitatem vovendi talia deveniant : nam neque farcimen tum gustabitis, neque placentam, nisi si quid forte canis reliquerit; lenticula vobis saperdæ tabem habebit; aper et cervus interea dum assantur, fugam de culina meditabuntur in saltum; et gallinæ, ilicet! contentis alis etiam inplumes ad ipsos pauperes avolabunt : quod vero maximum, pincernarum formosissimi, calvi vobis uno momento fient, idque fracta insuper amphora. Ad hæc statuite quæ tum dies festos decentia, tum vobis sint tutissima; et multam illis paupertatem levate, quos parva pensione interposita amicos habebitis minime contemnendos.

4.

36. ΟΙ ΠΛΟΥΣΙΟΙ ΤΩ ΚΡΟΝΩ ΧΑΙΡΕΙΝ. Πρὸς γὰρ σὲ οἴει μόνον ὑπὸ τῶν πενήτων ταῦτα γεγράφθαι, ὦ Κρόνε, οὐχὶ δὲ καὶ ὁ Ζεὺς ἤδη ἐκκεκώφηται πρὸς αὐτῶν ἀναβοώντων καὶ αὐτὰ δὴ ταῦτα τὸν ἀναδασμὸν ἀξιούντων γενέσθαι καὶ αἰτιωμένων τήν τε εἱμαρμένην ὡς ἄνισον τὴν νομὴν πεποιημένην καὶ ἡμᾶς ὅτι μηδενὸς αὐτοῖς μεταδιδόναι ἀξιοῦμεν; Ἀλλ' οἶδεν ἐκεῖνος, ἅτε Ζεὺς ὤν, παρ' οἷστισιν ἡ αἰτία, καὶ διὰ τοῦτο παρακούει αὐτῶν τὰ πολλά. Σοὶ δὲ ὅμως ἀπολογησόμεθα, ἐπείπερ ἄρχεις γε νῦν ἡμῶν. Ἡμεῖς μὲν γὰρ ἅπαντα πρὸ ὀφθαλμῶν λαβόντες ἃ γέγραφας, ὡς καλὸν ἐπικουρεῖν ἀπὸ πολλῶν τοῖς δεομένοις καὶ ὡς ἥδιον συνεῖναι καὶ συνευωχεῖσθαι τοῖς πένησιν, ἀεὶ διετελοῦμεν οὕτω ποιοῦντες ἰσοδίαιτοι καθεστῶτες, ὡς ἂν μηδὲ τὸν συνδαίτην αὐτὸν αἰτιάσασθαί τι.

37. Οἱ δὲ ὀλίγων ἐν ἀρχῇ δεῖσθαι φάσκοντες, ἐπειδήπερ ἅπαξ αὐτοῖς ἀνεπετάσαμεν τὰς θύρας, οὐκ ἀνίεσαν ἄλλα ἐπ' ἄλλοις αἰτοῦντες· εἰ δὲ μὴ πάντα εὐθὺς μηδὲ πρὸς ἔπος λαμβάνοιεν, ὀργὴ καὶ μῖσος καὶ πρόχειροι αἱ βλασφημίαι· κἂν εἴ τι ἐπιψεύδοιντο ἡμῖν, ἀλλ' οἵ γε ἀκούοντες ἐπίστευον ἂν ὡς ἀκριβῶς εἰδόσιν ἐκ τοῦ συγγεγονέναι. Ὥστε δυοῖν θάτερον, ἢ μὴ διδόντα ἐχθρὸν εἶναι πάντως ἔδει ἢ πάντα προϊέμενον αὐτίκα μάλα πένεσθαι καὶ τῶν αἰτούντων καὶ αὐτὸν εἶναι.

38. Καὶ τὰ μὲν ἄλλα μέτρια· ἐν δὲ τοῖς δείπνοις αὐτοῖς ἀμελήσαντες τοῦ ἐμπίπλασθαι καὶ γαστρίζεσθαι καὶ αὐτοί, ἐπειδὰν πλεῖον τοῦ ἱκανοῦ ἐμπίωσιν, ἢ παιδὸς ὡραίου μεταξὺ ἀναδόντος τὸ ἔκπωμα ἔνυξαν τὴν χεῖρα ἢ παλλακῇ ἢ γαμετῇ γυναικὶ ἐπεχείρησαν· εἶτα κατεμέσαντες τοῦ συμποσίου ἐς τὴν ὑστεραίαν λοιδοροῦνται ἡμῖν κατελθόντες, ὡς ἐδίψησαν καὶ ὡς λιμῷ συνῆσαν διηγούμενοι. Καὶ εἴ σοι ταῦτα καταψεύδεσθαι αὐτῶν δοκοῦμεν, τὸν ὑμέτερον παράσιτον ἀναμνήσθητι τὸν Ἰξίονα, ὃς ἀξιωθεὶς κοινῆς τραπέζης, ἀξίωμα ἴσον ἔχων ὑμῖν, τῇ Ἥρᾳ μεθυσθεὶς ἐπεχείρει ὁ γενναῖος.

39. Ταῦτ' ἐστὶ καὶ τὰ τοιαῦτα, ὑφ' ὧν ἡμεῖς ἐβουλευσάμεθα πρὸς τὸ λοιπὸν ἀσφαλείας τῆς ἡμετέρας ἕνεκα μηκέτι ἐπιβατὸν αὐτοῖς ποιεῖν τὴν οἰκίαν. Εἰ δὲ ἐπὶ σοῦ συνθοῖντο μετρίων δεήσεσθαι, ὥσπερ νῦν φασι, μηδὲν δὲ ὑβριστικὸν ἐν τοῖς συμποσίοις ἐργάσεσθαι, κοινωνούντων ἡμῖν καὶ συνδειπνούντων τύχῃ τῇ ἀγαθῇ. Καὶ τῶν ἱματίων, ὡς σὺ κελεύεις, πέμψομεν καὶ τοῦ χρυσίου ὁπόσον οἷόν τε καὶ προσδαπανήσομεν, καὶ ὅλως οὐδὲν ἐλλείψομεν· καὶ αὐτοὶ δὲ ἀφέμενοι τοῦ κατὰ τέχνην ὁμιλεῖν ἡμῖν φίλοι ἀντὶ κολάκων καὶ παρασίτων ἔστωσαν. Ὡς ἡμᾶς γε οὐδὲν ἂν αἰτιάσαιο κἀκείνων τὰ δέοντα ποιεῖν ἐθελόντων.

4

36. Divites Saturno salutem. Nimirum ad te solam scripta esse a pauperibus ista, Saturne, existimas? Jamne etiam Jupiter diu est quum ab istis obtunditur clamantibus eadem omnia, novam divisionem fieri postulantibus, et fatum accusantibus, quod inæqualem divisionem fecerit, et nos, qui nihil impertiri illis dignemur? Verum novit ille, ut qui sit Jupiter, penes utros culpa sit, et ob id ipsam preces illorum surda fere aure transmittit. Interim tamen causam apud te, qui nunc quidem nobis imperes, dicemus. Nos enim, quibus quæ scripsisti ante oculos versarentur omnia, quam pulchrum esset auxilium ferre de sua copia indigentibus; esseque suavius, versari cum pauperibus atque una epulari: semper faciebamus ita, æquo ipsi victu utentes, adeo ut quod accusaret, ne ipse quidem haberet convictor.

37. At isti, qui paucis initio opus se habere dixerant, quum semel fores iis aperuissemus, alia super alia petere non desierunt: si vero non omnia statim neque in ipso verbo acciperent, ira, et odium, et maledicta in promptu. Adeo si quid per mendacium nobis affingerent, credebant tamen qui audirent, velut accurate ipso ex convictu scientibus. Itaque alterum de duobus, aut, si nihil dares, inimicum omnino esse oportebat; aut, si omnia illis diripienda permitteres, ipsum fieri statim pauperem, et unum eorum qui ab aliis peterent.

38. Ac reliqua tolerabilia: in ipsis vero cœnis, non satis habentes impleri et ingurgitare se nobiscum, ubi plus quam satis esset bibissent, vel formosi pueri, dum poculum præbet, manum strinxerunt, vel pellicem aut conjugem tentare sunt ausi. Deinde ubi vomitu opplevere triclinium, postridie maledictis nos perstringunt, quam sitierint, quam famis convictores fuerint, enarrantes. Et si hæc tibi mentiri contra eos videmur, vestri illius parasiti recordare, Ixionis, qui communi dignatus mensa, dignationem æqualem vobis habens, ebrius quum esset, Junonis pudorem tentavit vir fortis.

39. Hæc sunt et talia, quibus inducti decrevimus in posterum, nostræ securitatis causa, non amplius accessum illis in nostras domus præbere. Si vero te arbitro ac vindice spondeant moderata se, uti nunc aiunt, petituros, neque contumeliosum quicquam admissuros in conviviis, in communionem veniunto, et, quod bene vertat, nobiscum epulantor. Etiam de vestibus, ut imperas, mittemus, ac de auro etiam, quantum æquum fuerit, insuper impendemus: atque in universum, nulla in parte deficiemus. Verum ipsi ex arte nobiscum agere desinunto, pro adulatoribus et parasitis sunto amici. Itaque nos, si et isti facere officium voluerint, nulla in re accusabis.

LXXI.

ΣΥΜΠΟΣΙΟΝ Η ΛΑΠΙΘΑΙ.

ΦΙΛΩΝ ΚΑΙ ΛΥΚΙΝΟΣ.

1. ΦΙΛ. Ποικίλην, ὦ Λυκῖνε, διατριβήν φασι γεγενῆσθαι ὑμῖν χθὲς ἐν Ἀρισταινέτου παρὰ τὸ δεῖπνον καί τινας λόγους φιλοσόφους εἰρῆσθαι καὶ ἔριν οὐ σμικρὰν συστῆναι ἐπ' αὐτοῖς, εἰ δὲ μὴ ἐψεύδετο Χαρῖνος, καὶ ἄχρι τραυμάτων προχωρῆσαι τὸ πρᾶγμα καὶ τέλος αἵματι διαλυθῆναι τὴν συνουσίαν.

ΛΥΚ. Καὶ πόθεν, ὦ Φίλων, ἠπίστατο Χαρῖνος ταῦτα; οὐ γὰρ συνεδείπνει μεθ' ἡμῶν.

ΦΙΛ. Διονίκου ἔφη τοῦ ἰατροῦ ἀκοῦσαι. Διόνικος δὲ καὶ αὐτὸς, οἶμαι, τῶν συνδείπνων ἦν.

ΛΥΚ. Καὶ μάλα· οὐ μὴν ἐξ ἀρχῆς γε οὐδ' αὐτὸς ἅπασι παρεγένετο, ἀλλὰ ὀψὲ μεσούσης σχεδὸν ἤδη τῆς μάχης ἐπέστη ὀλίγον πρὸ τῶν τραυμάτων. Ὥστε θαυμάζω εἴ τι σαφὲς εἰπεῖν ἐδύνατο μὴ παρακολουθήσας ἐκείνοις ἀφ' ὧν ἀρξαμένη ἐς τὸ αἷμα ἐτελεύτησεν αὐτοῖς ἡ φιλονεικία.

2. ΦΙΛ. Τοιγαροῦν, ὦ Λυκῖνε, καὶ ὁ Χαρῖνος αὐτὸς, εἰ βουλοίμεθα τἀληθῆ ἀκοῦσαι καὶ ὅπως ἐπράχθη ἕκαστα, παρὰ σὲ ἡμᾶς ἥκειν ἐκέλευσε. Καὶ τὸν Διόνικον γὰρ αὐτὸν εἰπεῖν ὡς αὐτὸς μὲν οὐ παραγένοιτο ἅπασι, σὲ δὲ ἀκριβῶς εἰδέναι τὰ γεγενημένα καὶ τοὺς λόγους αὐτοὺς ἀπομνημονεῦσαι ἅτε μὴ παρέργως τῶν τοιούτων, ἀλλ' ἐν σπουδῇ ἀκροώμενον. Ὥστε οὐκ ἂν φθάνοις ἑστιῶν ἡμᾶς ἡδίστην ταύτην ἑστίασιν, ἧς οὐκ οἶδ' ἄν τίς ἡδίων ἔμοιγε, καὶ μάλιστα ὅσῳ νήφοντες ἐν εἰρήνῃ καὶ ἀναιμωτὶ ἔξω βέλους ἑστιασόμεθα, εἴτε γέροντες ἐπαρῴνησάν τι παρὰ τὸ δεῖπνον εἴτε νέοι εἰπεῖν τε ὅσα ἥκιστα ἐχρῆν ὑπὸ τοῦ ἀκράτου προαχθέντες καὶ πρᾶξαι.

3. ΛΥΚ. Νεανικώτερα ἡμᾶς, ὦ Φίλων, ἀξιοῖς ἐκφέρειν ταῦτα πρὸς τοὺς πολλοὺς καὶ ἐπεξιέναι διηγουμένους πράγματα ἐν οἴνῳ καὶ μέθῃ γενόμενα, δέον λήθην ποιήσασθαι αὐτῶν καὶ νομίζειν ἐκεῖνα πάντα θεοῦ ἔργα τοῦ Διονύσου εἶναι, ὃς οὐκ οἶδα εἴ τινα τῶν αὐτοῦ ὀργίων ἀτέλεστον καὶ ἀβάκχευτον περιεῖδεν. Ὅρα οὖν μὴ κακοήθων τινῶν ἀνθρώπων ᾖ τὸ ἀκριβῶς τὰ τοιαῦτα ἐξετάζειν, ἃ καλῶς ἔχει ἐν τῷ συμποσίῳ καταλιπόντας ἀπαλλάττεσθαι. « Μισῶ » γὰρ, φησὶ καὶ ὁ ποιητικὸς λόγος, « μνάμονα συμπόταν. » Καὶ οὐδὲ ὁ Διόνικος ὀρθῶς ἐποίησε πρὸς τὸν Χαρῖνον ταῦτα ἐξαγορεύσας καὶ πολλὴν τὴν ἑωλοκρασίαν κατασκεδάσας ἀνδρῶν φιλοσόφων. Ἐγὼ δὲ, ἄπαγε, οὐκ ἄν τι τοιοῦτον εἴποιμι.

4. ΦΙΛ. Θρύπτῃ ταῦτα, ὦ Λυκῖνε. Ἀλλ' οὔτι γε πρὸς ἐμὲ οὕτω ποιεῖν ἐχρῆν, ὃς ἀκριβῶς πολὺ πλέον ἐπιθυμοῦντά σε εἰπεῖν οἶδα ἢ ἐμὲ ἀκοῦσαι, καί μοι δοκεῖς, εἰ ἀπορήσειας τῶν ἀκουσομένων, κἂν πρὸς κίονά τινα ἢ πρὸς ἀνδριάντα ἡδέως ἂν προσελθὼν ἐκχέαι

LXXI.

CONVIVIUM SEU LAPITHÆ.

PHILON ET LYCINUS.

1. PHIL. Varia vos ratione tempus fefellisse aiunt, Lycine, heri in cœna apud Aristænetum, et philosophos quosdam sermones habitos, et contentionem non parvam super iis ortam, ac, si non mentitus est Charinus, ad vulnera usque rem processisse, ac tandem sanguine dissolutam disputationem.

LYC. Et unde, mi Philo, sciebat ista Charinus? neque enim nobiscum cœnavit.

PHIL. E Dionico se dicebat audisse medico. Fuit autem, puto, ipse inter convivas Dionicus.

LYC. Omnino; neque tamen ab initio inde omnibus ipse quoque interfuit; sed sero, media fere jam pugna, paullo ante vulnera supervenit. Itaque miror si quid satis certum dicere potuit, qui non interfuerit iis, a quibus cœpta contentio in sanguinem illis exiit.

2. PHIL. Itaque, Lycine, ipse quoque Charinus, si vera audire et ut acta sint singula vellemus, ad te nos ire jussit: Dionicum enim dixisse ipsum, se non interfuisse omnibus; te vero, quicquid actum sit, accurate scire, et ipsos sermones memoria complexum, quippe qui non obiter talia, sed studiose audire soleas. Itaque haud effugies quin epulo hoc nos jucundissimo excipias, quo equidem certe nullum novi jucundius: idque eo magis, quod sobrii in pace et sine sanguine, extra teli jactum epulabimur, sive senes vinolento furore turbarint convivium, sive juvenes, inducti nempe a mero et dicere quæ minime opus erat, et facere.

3. LYC. Nimis tu, Philo, acriter a nobis petis, ut in vulgus efferamus ista et persequamur, narrandis quæ per vinum atque ebrietatem facta sunt, quum oblivioni mandanda potius et dei Bacchi opera putanda sint omnia; qui nescio an quenquam suis orgiis non initiatum, neque operatum Bacchicis sacris prætermittat. Vide igitur ne malignorum sit hominum accurate exquirere talia, quibus in ipso convivio relictis decet discedere. Namque « Odi, » ut habet etiam poeticum verbum, « convivam memorem. » Nec recte Dionicus fecit, quod apud Charinum ista elocutus est, et hesternæ cœnæ reliquiis multis perfudit viros philosophos. Ego vero absit ne quid dicam ejusmodi.

4. PHIL. En delicias facis, Lycine. Sed apud me certe hoc agere non conveniebat, qui certo sciam te multo malle narrare hoc mihi, quam me audire: ac videris mihi, si non habeas qui audire velint, vel ad columnam statuamve cupide accessurus effusurusque uno spiritu conserens

πάντα συνείρων ἀμυστί. Εἰ γοῦν ἐθελήσω ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐχ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἕξει καὶ παρακολουθήσεις καὶ δεήσει. Κἀγὼ θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει· καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν ἄλλου αὐτὰ πευσόμενοι, σὺ δὲ μὴ λέγε.

ΛΥΚ. Μηδὲν πρὸς ὀργήν· διηγήσομαι γάρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ, ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς.

ΦΙΛ. Εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ καὶ φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσει.

5. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπέ, τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Ἀρισταίνετος ἀγόμενος γυναῖκα εἱστία ὑμᾶς;

ΛΥΚ. Οὐκ, ἀλλὰ τὴν θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τὴν Κλεανθίδα τῷ Εὐκρίτου τοῦ δανειστικοῦ τῷ φιλοσοφοῦντι.

ΦΙΛ. Παγκάλῳ νὴ Δία μειρακίῳ, ἁπαλῷ γε μὴν ἔτι καὶ οὐ πάνυ καθ' ὥραν γάμων.

ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ἐπιτηδειότερον, οἶμαι. Τοῦτον οὖν κόσμιόν τε εἶναι δοκοῦντα καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὡρμημένον, ἔτι δὲ μόνον ὄντα πλουσίῳ τῷ Εὐκρίτῳ, προείλετο νυμφίον ἐξ ἁπάντων.

ΦΙΛ. Οὐ μικρὰν λέγεις αἰτίαν τὸ πλουτεῖν τὸν Εὔκριτον. Ἀτὰρ οὖν, ὦ Λυκῖνε, τίνες οἱ δειπνοῦντες ἦσαν;

6. ΛΥΚ. Τοὺς μὲν ἄλλους τί ἄν σοι λέγοιμι; οἱ δὲ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, οὕσπερ ἐθέλεις, οἶμαι, ἀκοῦσαι μάλιστα, Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ ξὺν αὐτῷ Δίφιλος ὁ λαβύρινθος ἐπίκλην, διδάσκαλος οὗτος ὢν τοῦ Ἀρισταινέτου υἱέος τοῦ Ζήνωνος· τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ περιπάτου Κλεόδημος, οἶσθα τὸν στωμύλον, τὸν ἐλεγκτικόν, ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταὶ καὶ κοπίδα καλοῦσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμων παρῆν, καὶ εἰσελθόντα γε αὐτὸν εὐθὺς ὑπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ καὶ ἀπεστρέφοντο καὶ δῆλοι ἦσαν ὥς τινα πατραλοίαν καὶ ἐναγῆ μυσαττόμενοι. Οὗτοι μὲν αὐτοῦ Ἀρισταινέτου φίλοι καὶ συνήθεις ὄντες παρεκέκληντο ἐπὶ δεῖπνον καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος.

7. Διὰ δὲ τὸν νυμφίον τὸν Χαιρέαν Ἴων ὁ Πλατωνικὸς συνειστιᾶτο διδάσκαλος αὐτοῦ ὤν, σεμνός τις ἰδεῖν καὶ θεοπρεπὴς καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων τῷ προσώπῳ· κανόνα γοῦν οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸν εἰς τὴν ὀρθότητα τῆς γνώμης ἀποβλέποντες. Καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, ὑπεξανίσταντο πάντες αὐτῷ καὶ ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων, καὶ ὅλως θεοῦ ἐπιδημία τὸ πρᾶγμα ἦν Ἴων ὁ θαυμαστὸς συμπαρών.

8. Δέον δὲ ἤδη κατακλίνεσθαι ἁπάντων σχεδὸν παρόντων, ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιόντων αἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλιντῆρα ἐκεῖνον ἐπέλαβον, οὐκ ὀλίγαι οὖσαι, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, ὑπὸ τῶν γυναικῶν περιεχομένη· ἐς δὲ τὸ ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθύς, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχε.

9. Κατ' ἀντικρὺ δὲ τῶν γυναικῶν πρῶτος ὁ Εὔκριτος, εἶτα Ἀρισταίνετος. Εἶτα ἐνεδοιάζετο πότερον

omnia. Si proinde nunc velim discedere, tu minime sinas me nondum auditis illis abire; sed retineas, persequaris, roges. Hic ego vicissim faciam me delicatum apud te: et, si videtur, abeamus percontatum ista ex aliis; at tu noli dicere.

LYC. Nihil tu irate: narrabo enim, quandoquidem ita cupidus es; sed ne multis dicas.

PHIL. Nisi plane ego Lycini ingenium oblitus sum, ipse tu hoc melius feceris, et occupabis dicere omnibus, ut mea opera jam non sit opus.

5. Sed illud mihi dicito prius, filione suo Zenoni Aristænetus uxorem quum daret, convivio vos excepit?

LYC. Non; sed filiam ipse Cleanthidem Eucriti fœneratoris filio collocavit, philosophanti.

PHIL. Pulcherrimo, ita me Jupiter! adolescentulo, sed tenero adhuc et nondum nuptiis maturo.

LYC. Sed non habuit, puto, alium magis idoneum. Hunc igitur, qui et honestus esse videretur, et animum applicuisse ad philosophiam, insuper vero unicum in domo Eucriti divitis, sponsum præoptavit ex omnibus.

PHIL. Non parvam mihi narras causam, Eucriti divitias. Sed convivæ quinam erant, Lycine?

6. LYC. Reliquos quid tibi dicam? de philosophis autem atque eruditis, quos, puto, audire cupis maxime, erat Zenothemis ille senex de Porticu, et cum illo Diphilus cognomine Labyrinthus, Zenonis hic, Aristæneti filii, magister; de Peripateticis autem Cleodemus, nosti argutum illum et redarguendi peritum: Gladium et Falcem appellant discipuli. Verum Epicureus quoque Hermon aderat: quem statim quum ingrederetur, torvum intuebantur Stoici atque aversabantur, manifeste velut parricidam et impiatum hominem abominati. Hi tanquam Aristæneti ipsius amici et familiares invitati ad cœnam fuerant, et cum illis grammaticus Histiæus et Dionysodorus rhetor.

7. Propter sponsum vero Chæream Platonicus Ion una cœnabat, illius magister, venerabilis aspectu et augustus, ipso qui vultu multum præ se ferret honestatis: quare Canonem illum vocant vulgo, ad mentem viri semper rectam respicientes. Advenienti igitur assurgere omnes, et illum, tanquam ex superis aliquem, salutare: et omnino dei alicujus inter homines peregrinatio videbatur admirabilis illius Ionis præsentia.

8. Quum vero jam accumbendum esset, præsentibus fere omnibus, ad dextram intrantium totum illum lectum mulieres occupabant, quæ non paucæ aderant; et inter eas sponsa, accurate velata, circumdata mulieribus: in lecto vero januæ opposito cetera multitudo, pro sua quisque dignitate, accubuit.

9. E regione denique mulierum primus Eucritus, deinde Aristænetus. Deinde dubium erat, utrum priorem esse

χρὴ πρότερον Ζηνόθεμιν τὸν Στωϊκὸν ἅτε γέροντα ἢ Ἕρμωνα τὸν Ἐπικούρειον, ἱερεὺς γὰρ ἦν τοῖν ἀνάκοιν καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει. Ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις ἔλυσε τὴν ἀπορίαν· Εἰ γάρ με, φησὶν, ὦ Ἀρισταίνετε, δεύτερον ἄξεις τουτουὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικουρείου, ἄπειμι ὅλον σοι τὸ συμπόσιον καταλιπών· καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει καὶ ἐξιόντι ἐῴκει. Καὶ ὁ Ἕρμων, Ἔχε μὲν, ὦ Ζηνόθεμι, τὰ πρῶτα, ἔφη· ἀτὰρ εἰ καὶ μηδέν τι ἕτερον, ἱερεῖ γε ὄντι ὑπεξίστασθαι καλῶς εἶχεν, εἰ καὶ τοῦ Ἐπικούρου πάνυ καταπεφρόνηκας. Ἐγέλασα, ἦ δ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, Ἐπικούρειον ἱερέα, καὶ ἅμα λέγων κατεκλίνετο καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἕρμων, εἶτα Κλεόδημος ὁ Περιπατητικὸς, εἶτα ὁ Ἴων καὶ ὑπ' ἐκεῖνον ὁ νυμφίος, εἶτ' ἐγὼ καὶ παρ' ἐμὲ ὁ Δίφιλος καὶ ὑπ' αὐτῷ Ζήνων ὁ μαθητὴς, εἶτα ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος καὶ ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος.

10. ΦΙΛ. Βαβαὶ, ὦ Λυκῖνε, μουσεῖόν τι τὸ συμπόσιον διηγῇ σοφῶν ἀνδρῶν τῶν πλείστων, καὶ ἔγωγε τὸν Ἀρισταίνετον ἐπαινῶ, ὅτι τὴν εὐκταιοτάτην ἑορτὴν ἄγων τοὺς σοφωτάτους ἑστιᾶν πρὸ τῶν ἄλλων ἠξίωσεν, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἀπανθισάμενος, οὐχὶ τοὺς μὲν, τοὺς δ' οὒ, ἀλλ' ἀναμὶξ ἅπαντας.

ΛΥΚ. Ἔστι γὰρ, ὦ ἑταῖρε, οὐχὶ τῶν πολλῶν τούτων πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τούτοις ξύνεστιν.

11. Εἱστιώμεθα οὖν ἐν ἡσυχίᾳ τὸ πρῶτον, καὶ παρεσκεύαστο ποικίλα. Πλὴν οὐδὲν οἶμαι χρὴ καὶ ταῦτα καταριθμεῖσθαι, χυμοὺς καὶ πέμματα καὶ καρυκείας· ἅπαντα γὰρ ἄφθονα. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Κλεόδημος ἐπικύψας ἐς τὸν Ἴωνα, Ὁρᾷς, ἔφη, τὸν γέροντα — Ζηνόθεμιν λέγων, ἐπήκουον γάρ — ὅπως ἐμφορεῖται τῶν ὄψων καὶ ἀναπέπλησται ζωμοῦ τὸ ἱμάτιον καὶ ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους, οὐ μεμνημένος τῶν μεθ' αὐτόν; δεῖξον οὖν καὶ Λυκίνῳ ταῦτα, ὡς μάρτυς εἴη. Ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐδεόμην δείξοντός μοι τοῦ Ἴωνος πολὺ πρότερον αὐτὰ ἐκ περιωπῆς ἑορακώς.

12. Ἅμα δὲ ταῦτα ὁ Κλεόδημος εἰρήκει καὶ ἐπεισέπαισεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, ἐκεῖνο τὸ κοινὸν ἐπιχαριεντισάμενος « τὸν Μενέλαον αὐτόματον ἥκοντα. » Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ἀναίσχυντα ἐδόκει πεποιηκέναι καὶ ὑπέκρουον τὰ προχειρότατα, ὁ μὲν τὸ, « ἀφραίνεις, Μενέλαε, » ὁ δ',

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,

καὶ ἄλλα πρὸς τὸν καιρὸν εὔστοχα καὶ χαρίεντα ὑποτονθορύζοντες· ἐς μέντοι τὸ φανερὸν οὐδεὶς ἐτόλμα λέγειν· ἐδεδοίκεσαν γὰρ τὸν Ἀλκιδάμαντα, βοὴν ἀγαθὸν ἀτεχνῶς ὄντα καὶ κρακτικώτατον κυνῶν ἁπάντων, παρ' ὃ καὶ ἀμείνων ἐδόκει καὶ φοβερώτατος ἦν ἅπασιν.

13. Ὁ δὲ Ἀρισταίνετος ἐπαινέσας αὐτὸν ἐκέλευε θρόνον τινὰ λαβόντα καθίζεσθαι παρ' Ἱστιαῖόν τε καὶ Διονυσόδωρον. Ὁ δὲ, Ἄπαγε, φησὶ, γυναικεῖον λέ-

deceret, Zenothemin Stoicum, quippe senem, an Hermonem Epicureum : sacerdos enim hic erat Castorum, et primi in civitate generis. Sed solvit dubitationem Zenothemis : etenim, Si me, inquit, post Hermonem duces, virum istum, ne quid aliud sinistri dicam, Epicureum, discedo, solidum tibi relinquo convivium : et cum dicto puerum vocabat et exiturus videbatur. Hic Hermon, Habe tibi, inquit, locum primum, Zenothemi : verum, si nihil aliud, sacerdoti certe decebat concedere, licet Epicurum omnino contemneres. Ridere lubet, inquit Zenothemis, sacerdotem Epicureum! et cum dicto accumbebat, et post ipsum tamen Hermon; tum Cleodemus Peripateticus, deinde Ion, et sub illo sponsus; tum ego, et juxta me Diphilus, et sub illo Zeno discipulus; postea Dionysodorus rhetor, et Histiæus grammaticus.

10. PHIL. Vah, Lycine, Museum quoddam mihi pro convivio narras sapientium plerorumque virorum. Ac laudo equidem Aristænetum, qui in celebritate omnium exoptatissima, sapientissimos accipere præ reliquis voluerit, delectis qui uniuscujusque sectæ flos sunt, non hinc quibusdam, reliquis non item, sed indiscretim omnibus.

LYC. Est enim, sodalis, non de vulgo divitum, sed eruditionis amans, et majorem vitæ partem versatur cum talibus.

11. Epulabamur ergo primum placide : ac parata fuerant varia; sed non opus est, arbitror, ea quoque recenseri, juscula et panificia et condimenta : copiosa enim omnia. Inter hæc vero Cleodemus ad Ionem se inclinans, Viden', inquit, senem (Zenothemin designabat; audiebam enim), ut ingurgitat se pulmentariis, quam oppleta jure illius vestis, et quanta stanti post se puero porrigat, dum non videri se putat ab reliquis, immemor illorum qui post se sunt? Ostende ergo ista etiam Lycino, ut sit testis. Ego vero nihil opus habebam ostensuro mihi Ione, qui multo prius illa tanquam e specula vidissem.

12. Adhuc dicebat ista Cleodemus, quum invocatus irruit Cynicus Alcidamas, communi illo venuste usus proverbio, « sponte venire Menelaum. » Plerisque ergo impudenter videbatur fecisse; itaque quæ in promtu erant maxime mussitantes subjiciebant, alius illud, « Heus Menelae, furis! » alius,

Verum Agamemnoniæ menti non ista placebant,

et alia tempori illi opportuna et venusta immurmurantes. Verum aperte dicere nemo audebat : timebant enim Alcidamantem, clamosum plane hominem et Cynicorum omnium vocalissimum; quam ob causam etiam videbatur superior ceteris et maxime formidabilis omnibus.

13. At collaudatum Aristænetus jussit sella capta assidere ad Histiæum atque Dionysodorum. Ille vero, Apage, inquit, muliebre quiddam jubes ac molle, in sella assidere,

γεις καὶ μαλθακὸν ἐπὶ θρόνου καθίζεσθαι ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ἐπὶ μαλακῆς ταύτης εὐνῆς μικροῦ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι ἑστιᾶσθε πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι· ἐγὼ δὲ κἂν ὀρθοστάδην δειπνήσαιμι ἐμπεριπατῶν ἅμα τῷ συμποσίῳ· εἰ δὲ καὶ κάμοιμι, χαμαὶ τὸν τρίβωνα ὑποβαλλόμενος κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος οἷον τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν. Οὕτως, ἔφη, γιγνέσθω, ὁ Ἀρισταίνετος, εἴ σοι ἥδιον. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου περιιὼν ἐν κύκλῳ ὁ Ἀλκιδάμας ἐδείπνει ὥσπερ οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετεξανιστάμενος καὶ τοῖς περιφέρουσι τὰ ὄψα συμπερινοστῶν.

14. Καὶ μέντοι καὶ σιτούμενος ἐνεργὸς ἦν ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας μεταξὺ διεξιὼν καὶ ἐς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀποσκώπτων· ἠρώτα γοῦν τὸν Ἀρισταίνετον, τί βούλονται αὐτῷ αἱ τοσαῦται καὶ τηλικαῦται κύλικες τῶν κεραμεῶν ἴσον δυναμένων. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἤδη διενοχλοῦντα ἔπαυσεν ἐς τὸ παρὸν Ἀρισταίνετος τῷ παιδὶ νεύσας εὐμεγέθη σκύφον ἀναδοῦναι αὐτῷ ζωρότερον ἐγχέαντα· καὶ ἐδόκει ἄριστα ἐπινενοηκέναι οὐκ εἰδὼς ὅσων κακῶν ἀρχὴν ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐνεδεδώκει. Λαβὼν δὲ ἅμα ὁ Ἀλκιδάμας ἐσίγησε μικρὸν καὶ ἐς τοὔδαφος καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο ἡμίγυμνος, ὥσπερ ἠπειλήκει, πήξας τὸν ἀγκῶνα ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται.

15. Ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους συνεχῶς περιεσοβεῖτο ἡ κύλιξ καὶ φιλοτησίαι καὶ ὁμιλίαι καὶ φῶτα εἰσεκεκόμιστο. Ἐν τοσούτῳ δ' ἐγὼ τὸν παρεστῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα οἰνοχόον ὄντα ὡραῖον ἰδὼν ὑπομειδιῶντα — χρὴ γὰρ, οἶμαι, καὶ ὅσα πάρεργα τῆς ἑστιάσεως εἰπεῖν, καὶ μάλιστα εἴ τι πρὸς τὸ γλαφυρώτερον ἐπράχθη — μάλα ἤδη παρεφύλαττον ὅ τι καὶ μειδιάσειε. Καὶ μετὰ μικρὸν ὁ μὲν προσῆλθεν ὡς ἀποληψόμενος παρὰ τοῦ Κλεοδήμου τὴν φιάλην, ὁ δὲ τόν τε δάκτυλον ἀπέθλιψεν αὐτοῦ καὶ δραχμὰς δύο, οἶμαι, συνανέδωκε μετὰ τῆς φιάλης· ὁ παῖς δὲ πρὸς μὲν τὸν δάκτυλον θλιβόμενον αὖθις ἐμειδίασεν, οὐ μὴν συνεῖδεν, οἶμαι τὸ νόμισμα, ὥστε μὴ δεξαμένου ψόφον αἱ δύο δραχμαὶ παρέσχον ἐκπεσοῦσαι καὶ ἠρυθρίασαν ἄμφω μάλα σαφῶς. Ἠπόρουν δὲ οἱ πλησίον οὗτινος εἴη τὰ νομίσματα, τοῦ μὲν παιδὸς ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι, τοῦ δὲ Κλεοδήμου, καθ' ὃν ὁ ψόφος ἐγένετο, μὴ προσποιουμένου τὴν ἀπόρριψιν. Ἠμελήθη οὖν καὶ παρώφθη τοῦτο οὐ πάνυ πολλῶν ἰδόντων πλὴν μόνου, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε, τοῦ Ἀρισταινέτου· μετέστησε γὰρ τὸν παῖδα μικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ὑπεξαγαγὼν καὶ τῷ Κλεοδήμῳ τινὰ παραστῆναι διένευσε τῶν ἐξώρων ἤδη καὶ καρτερῶν, ὀρεωκόμον τινὰ ἢ ἱπποκόμον. Καὶ τοῦτο μὲν ὧδέ πως ἐκεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον ἂν τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἔφθη διαφοιτῆσαν εἰς ἅπαντας, ἀλλὰ μὴ κατέσβη αὐτίκα, δεξιῶς πάνυ τοῦ Ἀρισταινέτου τὴν παροινίαν ἐνέγκαντος.

16. Ὁ Κυνικὸς δὲ Ἀλκιδάμας, ἐπεπώκει γὰρ ἤδη, πυθόμενος ἥτις ἡ γαμουμένη παῖς ἐκαλεῖτο, σιωπὴν

aut lecto, ut vos qui in molli isto cubili tantum non supini accumbentes epulamini, subjecta veste purpurea. At ego vel erecto corpore cœnaverim, inambulans simul in cœnatione; fessus autem, humi subjecto palliolo, cubito nixus jacebo, qualem pingunt Herculem. Sic fiat, inquit Aristænetus, si mavis ita. Ab eo tempore per orbem circumiens Alcidamas cœnabat, castra subinde, ut Scythæ solent, ad copiosiorem pastum transferens, et circumferentes obsonia ministros prosequens.

14. Verum dum pascitur, operosus tamen erat, qui de virtute et vitio interim disputaret, et aurum atque argentum haberet derisui. Interrogabat enim Aristænetum, quid sibi vellent ipsius tot ac tanti pretii calices, quum figlinorum idem esset usus. Sed illum, quum jam molestus esse inciperet, ad quietem in præsentia redegit Aristænetus, quod innueret puero uti scyphum illi daret bene magnum, infunderetque meracius. Ac videbatur sibi pulchrum quiddam excogitasse, nesciens quantorum scyphus iste malorum initium dedisset. Ceterum sumto illo tacuit paullulum Alcidamas, atque humi abjectus jacuit seminudus, ut minatus fuerat, erecto nixus cubito, tenens dextra scyphum, qualis ille apud Pholum Hercules a pictoribus ostenditur.

15. Jam vero ad ceteros etiam frequenter commeare calix, jam amicitiæ pocula, et confabulationes; jam inferri lumina. Inter hæc ego astantem Cleodemo puerum, pocillatorem formosum, subridere videns (oportet enim, puto, etiam si qua præter ipsam quasi substantiam convivii acciderunt, ea dicere, inprimis si quid actum est venustius), diligenter jam observabam quid demum rideret. Neque ita multo post ille quidem accessit velut recepturus a Cleodemo phialam : hic vero et digitum illius strinxit, et drachmas puto duas dedit una cum phiala. Puer ad digitum quidem strictum ridere denuo, sed pecuniam, puto, non observavit : illo itaque non sumente, strepitum cadentes duæ drachmæ dederunt, utrisque, quod aperte observares, erubescentibus. Dubitabant proximi, utrius essent nummi, negante puero sibi excidisse, Cleodemo autem, apud quem fuerat strepitus, a se abjectos dissimulante. Neglectum itaque hoc et prætermissum, quod non multi vidissent, præter solum, ut mihi videbatur, Aristænetum : nam alio concedere puerum paullo post, et nemine sentiente jussit exire; Cleodemo autem astare nutu imperavit aliquem de exoletis jam et robustis, mulionem quendam aut equisonem. Et hoc quidem sic abiit, magnæ sane ignominiæ Cleodemo futurum, si prius inter omnes percrebuisset, neque exstinctum statim fuisset, dextre Aristæneto vinolentam libidinem accipiente.

16. Cynicus autem Alcidamas, qui jam abbibisset, percunctatus quomodo sponsa vocaretur, imperatoque silentio.

παραγγείλας μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀποβλέψας ἐς τὰς γυναῖκας, Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθὶ, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου. Ὡς δ' ἐγέλασαν ἐπὶ τούτῳ ἅπαντες, Ἐγελάσατε, εἶπεν, ὦ καθάρματα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπιον ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου θεοῦ τοῦ Ἡρακλέους; καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ ὡς ἢν μὴ λάβῃ παρ' ἐμοῦ τὸν σκύφον, οὔποτε τοιοῦτος ἂν υἱὸς αὐτῇ γένοιτο οἷος ἐγὼ, ἄτρεπτος μὲν ἀλκὴν, ἐλεύθερος δὲ τὴν γνώμην, τὸ σῶμα δὲ οὕτω καρτερός· καὶ ἅμα παρεγύμνου ἑαυτὸν μᾶλλον ἄχρι πρὸς τὸ αἴσχιστον. Αὖθις ἐπὶ τούτοις ἐγέλασαν οἱ συμπόται, καὶ ὃς ἀγανακτήσας ἐπανίστατο δριμὺ καὶ παράφορον βλέπων καὶ δῆλος ἦν οὐκέτι εἰρήνην ἄξων. Τάχα δ' ἄν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰ μὴ κατὰ καιρὸν εἰσεκεκόμιστο πλακοῦς εὐμεγέθης, πρὸς ὃν ἀποβλέψας ἡμερώτερος ἐγένετο καὶ ἔληξε τοῦ θυμοῦ καὶ ἐνεφορεῖτο συμπεριιών.

17. Καὶ οἱ πλεῖστοι ἐμέθυον ἤδη καὶ βοῆς μεστὸν ἦν τὸ συμπόσιον· ὁ μὲν γὰρ Διονυσόδωρος ὁ ῥήτωρ αὑτοῦ ῥήσεις τινὰς ἐν μέρει διεξῄει καὶ ἐπῃνεῖτο ὑπὸ τῶν κατόπιν ἐφεστώτων οἰκετῶν, ὁ δὲ Ἱστιαῖος ὁ γραμματικὸς ἐρραψῴδει ὕστερος κατακείμενος καὶ συνέφερεν ἐς τὸ αὐτὸ τὰ Πινδάρου καὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς ἐξ ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγγέλοιον ἀποτελεῖσθαι, μάλιστα δ' ἐκεῖνα ὥσπερ προμαντευόμενος τὰ μέλλοντα,

Σὺν δ' ἔβαλον ῥινούς·

καὶ,

Ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.

Ὁ Ζηνόθεμις δ' ἀνεγίγνωσκε παρὰ τοῦ παιδὸς λαβὼν λεπτόγραμμόν τι βιβλίον.

18. Διαλιπόντων δὲ ὀλίγον, ὥσπερ εἰώθασι, τῶν παρακομιζόντων τὰ ὄψα μηχανώμενος Ἀρισταίνετος μηδ' ἐκεῖνον ἀτερπῆ τὸν καιρὸν εἶναι μηδὲ κενὸν ἐκέλευσε τὸν γελωτοποιὸν εἰσελθόντα εἰπεῖν τι ἢ πρᾶξαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον οἱ συμπόται διαχυθεῖεν. Καὶ παρῆλθεν ἄμορφός τις ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, ὀλίγας ἐπὶ τῇ κορυφῇ τρίχας ὀρθὰς ἔχων· οὗτος ὠρχήσατό τε κατακλῶν ἑαυτὸν καὶ διαστρέφων, ὡς γελοιότερος φανείη, καὶ ἀνάπαιστα συγκροτῶν διεξῆλθεν αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, καὶ τέλος ἐπέσκωπτεν ἐς τοὺς παρόντας.

19. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων ὁπότε σκωφθεῖεν, ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ὅμοιόν τι ἀπέρριψε Μελιταῖον κυνίδιον προσειπὼν αὐτὸν, ἀγανακτήσας ἐκεῖνος — καὶ πάλαι δὲ δῆλος ἦν φθονῶν αὐτῷ εὐδοκιμοῦντι καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον — ἀπορρίψας τὸν τρίβωνα προὐκαλεῖτό οἱ παγκρατιάζειν, εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτοῦ ἔφη τὴν βακτηρίαν. Οὕτω δὴ ὁ κακοδαίμων Σατυρίων — τοῦτο γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο — συστὰς ἐπαγκρατίαζε. Καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερήδιστον ἦν, φιλόσοφος ἀνὴρ γελωτοποιῷ ἀνταιρόμενος καὶ παίων καὶ παιόμενος ἐν τῷ μέρει. Οἱ παρόντες δὲ οἱ μὲν ᾐδοῦντο, οἱ δὲ ἐγέλων, ἄχρι ἀπηγόρευσε παιόμενος ὁ Ἀλκιδάμας ὑπὸ συγκεκροτημένου ἀνθρωπίσκου καταγωνισθείς. Γέλως οὖν πολὺς ἐξεχύθη ἐπ' αὐτοῖς.

20. Ἐνταῦθα Διόνικος ἐπεισῆλθεν ὁ ἰατρὸς οὐ πολὺ

magna voce, directis in mulieres oculis, Propino tibi, inquit, Cleanthi, Herculis ducis atque principis poculum! Ridentibus autem ea de causa omnibus, Risistis, inquit, purgamenta, quod sponsæ propinavi advocato deo nostro Hercule? Quin bene noritis, nisi capiat a me scyphum, nunquam illi talem natum iri filium, qualis ego, invictum viribus, animo liberum, corpore autem ita robustum! Hic magis se, ad summam usque turpitudinem, denudabat. Rursus propter hæc risere convivæ, et ille indignabundus surrexit, atrox quiddam et furiosum cernens, ut manifestum esset illum quietem non amplius acturum. Forte alicui impacturus erat clavam, nisi tempestive illata esset placenta bene magna, in quam conjectis oculis, fiebat mansuetior, ac, dimissa ira, prosequens illam se ingurgitabat.

17. Et jam plerique esse ebrii, jam clamore plenum convivium. Dionysodorus enim rhetor suas quasdam dictiones per vices recitabat, laudantibus ipsum qui a tergo astabant servis : at qui post ipsum accumbebat Histiæus grammaticus, consuebat versiculos, collatis in unum Pindari et Hesiodi et Anacreontis quibusdam, ut unum ex omnibus illis carmen oppido ridiculum conficeretur; inprimis autem illa, quibus quasi prædiceret futura :

Contulerunt clipeos :

et,

Hic vero gemitusque fuit clamorque virorum.

Zenothemis vero legebat captum a puero libellum, minutissimis scriptum literis.

18. Intermittentibus vero paullum pro more qui obsonia inferebant, curaverat Aristænetus, ne vel illud delectationis expers tempus esset, aut vacuum, jussum introire ridicularium scurram dicere aut facere quiddam ridiculum, ut magis etiam convivæ exhilararentur. Ac prodiit deformis homuncio raso capite, paucis in vertice relictis erectisque pilis. Hic saltavit fracto distortoque corpore, ut magis videatur ridiculus, et anapæstos complodens voce Ægyptium quid sonante pronunciavit. Tandem etiam quædam dicta jaciebat in præsentes.

19. Atque alii, quum peterentur, ridebant : quum vero in Alcidamantem etiam simile quid jactasset, Melitensem vocans catellum : indignatus ille (et olim apparebat illum invidere scurræ, quod probaretur atque teneret convivium), pallio abjecto istum ad pancratii certamen provocat, si negaret, clavam se illi impacturum minatus. Ita ergo miser Satyrion (id enim scurræ nominis erat) consistit et certat pancratio. Erat res jucundissima, philosophus vir compositus cum ridiculario, feriens, verbera vicissim accipiens. Qui vero præsentes erant, partim pudere, donec plagis fatigatus cederet Alcidamas, a exercitato homuncione victus. In risum er rum causa omnes effusi.

20. Hic Dionicus supervenit

κατόπιν τοῦ ἀγῶνος· ἐδεδραδύκει δὲ, ὡς ἔφασκε, φρενίτιδι ἑαλωκότα θεραπεύων Πολυπρέποντα τὸν αὐλητήν. Καί τι καὶ γελοῖον διηγήσατο· ἔφη μὲν γὰρ εἰσελθεῖν παρ' αὐτὸν οὐκ εἰδὼς ἐχόμενον ἤδη τῷ πάθει, τὸν δὲ ταχέως ἀναστάντα ἐπικλεῖσαί τε τὴν θύραν καὶ ξιφίδιον σπασάμενον ἀναδόντα αὐτῷ τοὺς αὐλοὺς κελεύειν αὐλεῖν· εἶτα ἐπεὶ μὴ δύναιτο, παίειν σκῦτος ἔχοντα ἐς ὑπτίας τὰς χεῖρας. Τέλος οὖν ἐν τοσούτῳ κινδύνῳ ἐπινοῆσαι τοιόνδε· ἐς ἀγῶνα γὰρ προκαλέσασθαι αὐτὸν ἐπὶ ῥητῷ πληγῶν ἀριθμῷ, καὶ πρῶτον μὲν αὐτὸς αὐλῆσαι πονήρως, μετὰ δὲ παραδόντα τοὺς αὐλοὺς ἐκείνῳ δέξασθαι παρ' αὐτοῦ τὸ σκῦτος καὶ τὸ ξιφίδιον καὶ ἀπορρῖψαι τάχιστα διὰ τῆς φωταγωγοῦ ἐς τὸ ὕπαιθρον τῆς αὐλῆς, καὶ τὸ ἀπὸ τούτου ἀσφαλέστερος ἤδη προσπαλαίων αὐτῷ ἐπικαλεῖσθαι τοὺς γειτνιῶντας, ὑφ' ὧν ἀνασπασάντων τὸ θύριον σωθῆναι αὐτόν. Ἐδείκνυ δὲ καὶ σημεῖα τῶν πληγῶν καὶ ἀμυχάς τινας ἐπὶ τοῦ προσώπου. Καὶ ὁ μὲν Διόνικος οὐ μεῖον εὐδοκιμήσας τοῦ γελωτοποιοῦ ἐπὶ τῇ διηγήσει πλησίον τοῦ Ἱστιαίου παραβύσας ἑαυτὸν ἐδείπνει ὅσα λοιπὰ, οὐκ ἄνευ θεοῦ τινος ἡμῖν ἐπιπαρὼν, ἀλλὰ καὶ πάνυ χρήσιμος τοῖς μετὰ ταῦτα γεγενημένος.

21. Παρελθὼν γὰρ εἰς τὸ μέσον οἰκέτης παρ' Ἑτοιμοκλέους τοῦ Στωϊκοῦ ἥκειν λέγων γραμματίδιον ἔχων κελεῦσαί οἱ ἔφη τὸν δεσπότην ἐν τῷ κοινῷ ἀναγνόντα εἰς ἐπήκοον ἅπασιν ὀπίσω αὖθις ἀπαλλάττεσθαι. Ἐφέντος οὖν τοῦ Ἀρισταινέτου προσελθὼν πρὸς τὸν λύχνον ἀνεγίγνωσκεν.

ΦΙΛ. Ἦ που, ὦ Λυκῖνε, τῆς νύμφης ἐγκώμιον ἢ ἐπιθαλάμιον, οἷα πολλὰ ποιοῦσιν;

ΛΥΚ. Ἀμέλει καὶ ἡμεῖς τοιοῦτον ᾠήθημεν, ἀλλ' οὐδ' ἐγγὺς ἦν τούτου· ἐνεγέγραπτο γάρ·

22. ΕΤΟΙΜΟΚΛΗΣ ΦΙΛΟΣΟΦΟΣ ΑΡΙΣΤΑΙΝΕΤῼ. Ὅπως μὲν ἔχω πρὸς δεῖπνα ὁ παρεληλυθώς μοι βίος ἅπας μαρτύριον ἂν γένοιτο, ὅς γε ὁσημέραι πολλῶν ἐνοχλούντων παρὰ πολὺ σοῦ πλουσιωτέρων ὅμως οὐδὲ πώποτε φέρων ἐμαυτὸν ἐπέδωκα, εἰδὼς τοὺς ἐπὶ τοῖς συμποσίοις θορύβους καὶ παροινίας. Ἐπὶ σοῦ δὲ μόνου εἰκότως ἀγανακτῆσαί μοι δοκῶ, ὃς τοσοῦτον χρόνον ὑπ' ἐμοῦ λιπαρῶς τεθεραπευμένος οὐκ ἠξίωσας ἐναριθμῆσαι κἀμὲ τοῖς ἄλλοις φίλοις, ἀλλὰ μόνος ἐγώ σοι ἄμοιρος, καὶ ταῦτα ἐν γειτόνων οἰκῶν. Ἀνιῶμαι οὖν ἐπὶ σοὶ τὸ πλέον οὕτως ἀχαρίστῳ φανέντι· ἐμοὶ γὰρ ἡ εὐδαιμονία οὐκ ἐν ὑὸς ἀγρίου μοίρᾳ ἢ λαγωοῦ ἢ πλακοῦντος, ἃ παρ' ἄλλοις ἀφθόνως ἀπολαύω τὰ καθήκοντα εἰδόσιν, ἐπεὶ καὶ τήμερον παρὰ τῷ μαθητῇ Παμμένει δειπνῆσαι πολυτελὲς, ὥς φασι, δεῖπνον δυνάμενος οὐκ ἐπένευσα ἱκετεύοντι, σοὶ ὁ ἀνόητος ἐμαυτὸν φυλάττων.

23. Σὺ δὲ ἡμᾶς παραλιπὼν ἄλλους εὐωχεῖς, εἰκότως· οὔπω γὰρ δύνασαι διακρίνειν τὸ βέλτιον οὐδὲ τὴν καταληπτικὴν φαντασίαν ἔχεις. Ἀλλὰ οἶδα ὅθεν μοι ταῦτα, παρὰ τῶν θαυμαστῶν σου φιλοσόφων, Ζηνοθέμιδος καὶ Λαβυρίνθου, ὧν — ἀπείη δὲ ἡ Ἀδράστεια — συλλογισμῷ ἑνὶ ἀποφράξαι ἄν μοι τάχιστα δοκῶ τὰ

certamen : retardatus fuerat, quod ipse dicebat, dum curat correptum phrenitide Polyprepontem tibicinem. Ac ridiculum quiddam de eo narrabat : ingressum se nempe ad illum, quum nesciret jam morbo eum teneri; hunc vero surrexisse statim, et clausa janua strictoque pugione, tibias sibi porrexisse, canere jubentem. Deinde quum non posset, pulsasse scutica manus sibi supinas. Denique in tanto se periculo tale quid excogitasse : ad certamen se illum, constituto plagarum numero, provocasse; ac primo quidem ipsum se male cecinisse; tum vero traditis illi tibiis, corium ab illo accepisse pugionemque, eaque quam celerrime per fenestram dejecisse in impluvium; et ab hoc inde tempore jam tutius cum illo colluctatum vicinos advocasse, a quibus effracta janua ipse sit servatus. Ostendebat etiam vestigia quædam plagarum et unguium in facie. Ac Dionicus, qui non minorem de narratione sua plausum, quam scurra, tulerat, juxta Histiæum se inferciens, cœnabat de reliquiis, non sine divino ille nutu nobis adveniens, sed opportunus plane his quæ postea facta sunt.

21. Ingressus enim aliquis in medium servus, ab Hetœmocle se Stoico venire dicens, cum libello, imperatum sibi ait, illum palam, unde exaudiri ab omnibus posset, recitare, eoque facto rursus discedere. Quum permisisset Aristænetus, accedens ad candelabrum recitavit.

PHIL. Numquid, Lycine, sponsæ laudationem, aut nuptiale carmen, qualia multi faciunt?

LYC. Scilicet nos etiam tale quid putaveramus : sed ne affine quidem horum fuit. Scriptum enim erat ita :

22. « Hetoemocles philosophus Aristæneto. De cœnis quomodo sim affectus, superior omnis vita mea perhibuerit testimonium, qui multis quotidie flagitantibus multum te ditioribus, nunquam tamen illis me dederim, qui norim tumultus ejusmodi conviviorum et vinolentos furores. De solo autem te indigne merito ferre mihi videor, qui tanto tempore assiduo a me cultus, in ceteris me amicis tuis connumerare non sis dignatus : sed solus ego apud te exsors, idque habitans in vicinia. Magis igitur tua causa ægre fero, qui ingratum adeo te demonstres : mihi enim non in apri portione, aut leporis, aut placentæ inest felicitas, quibus copiosissime fruor ab aliis officii non ignaris : alioqui vel hodie apud Pammenem discipulum cœnare quum liceret cœnam, ut aiunt, sumtuosam, non annui, supplicanti licet, tibi me servans homo inconsideratus.

23. At tu relictis nobis, alios accipis : neque id mirum; nondum enim satis tibi animus valet ad discernenda meliora et ad comprehendendas veras rerum imagines. Verum unde hæc mihi veniant, intelligo; ab admirabilibus illis tuis philosophis Zenothemide ac Labyrintho : quorum ego (absit dicto Adrastea) syllogismo uno ora obturare quam celerrime

στόματα. Ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστι φιλοσοφία; ἢ τὰ πρῶτα ταῦτα, τί διαφέρει σχέσις ἕξεως; ἵνα μὴ τῶν ἀπόρων εἴπω τι, κερατίναν ἢ σωρείτην ἢ θερίζοντα λόγον. Ἀλλὰ σὺ μὲν ὄναιο αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ὡς ἂν μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ἡγούμενος εἶναι οἴσω ῥᾳδίως τὴν ἀτιμίαν.

24. Καίτοι ὅπως μὴ ἐς ἐκείνην ἔχῃς καταφεύγειν τὴν ἀπολογίαν ὕστερον, ἐπιλαθέσθαι λέγων ἐν τοσούτῳ θορύβῳ καὶ πράγματι, δίς σε τήμερον προσηγόρευσα καὶ ἕωθεν ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ ἐν τῷ ἀνακείῳ θύοντα ὕστερον. Ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι.

25. Εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον· ὄψει γὰρ καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστιῶν. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν Ὅμηρος ὧδέ πως,

> Ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ·

καὶ Εὐριπίδης,

> Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
> ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.

καὶ Σοφοκλῆς,

> Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις
> ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά.

26. Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα παρεθέμην, ὅπως μάθῃς οἷον ἄνδρα παραλιπὼν Δίφιλον ἑστιᾷς καὶ τὸν υἱὸν αὐτῷ παραδέδωκας, εἰκότως· ἡδὺς γάρ ἐστι τῷ μειρακίῳ καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ σύνεστιν. Εἰ δὲ μὴ αἰσχρὸν ἦν ἐμὲ λέγειν τὰ τοιαῦτα, καὶ ἄν τι προσέθηκα, ὅπερ σὺ, εἰ θέλεις, παρὰ Ζωπύρου τοῦ παιδαγωγοῦ ἂν μάθοις ἀληθὲς ὄν. Ἀλλ' οὐ χρὴ ταράττειν ἐν γάμοις οὐδὲ διαβάλλειν ἄλλους, καὶ μάλιστα ἐφ' οὕτως αἰσχραῖς αἰτίαις· καὶ γὰρ εἰ Δίφιλος ἄξιος δύο ἤδη μαθητάς μου περισπάσας, ἀλλ' ἔγωγε φιλοσοφίας αὐτῆς ἕνεκα σιωπήσομαι.

27. Προσέταξα δὲ τῷ οἰκέτῃ τούτῳ, ἢν διδῷς αὐτῷ μοῖράν τινα ἢ συὸς ἢ ἐλάφου ἢ σησαμοῦντος, ὡς ἐμοὶ διακομίσειε καὶ ἀντὶ τοῦ δείπνου ἀπολογία γένοιτο, μὴ λαβεῖν, μὴ καὶ δόξωμεν ἐπὶ τούτῳ πεπομφέναι.

28. Τούτων, ὦ ἑταῖρε, ἀναγιγνωσκομένων μεταξὺ ἱδρώς τέ μοι περιεχεῖτο ὑπ' αἰδοῦς, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, χανεῖν μοι τὴν γῆν ηὐχόμην ὁρῶν τοὺς παρόντας γελῶντας ἐφ' ἑκάστῳ καὶ μάλιστα ὅσοι ᾔδεσαν τὸν Ἑτοιμοκλέα, πολιὸν ἄνθρωπον καὶ σεμνὸν εἶναι δοκοῦντα. Ἐθαύμαζον οὖν οἷος ὢν διαλάθοι αὐτοὺς ἐξαπατωμένους τῷ πώγωνι καὶ τῇ τοῦ προσώπου ἐντάσει. Ὁ γὰρ Ἀρισταίνετος ἐδόκει μοι οὐκ ἀμελείᾳ περιιδεῖν αὐτὸν, ἀλλ' οὔποτ' ἂν ἐλπίσας κληθέντα ἐπινεῦσαι οὐδ' ἂν ἐμπαρασχεῖν ἑαυτὸν τοιούτῳ τινί· ὥστε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν πειρᾶσθαι ἠξίου.

29. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατό ποτε ὁ οἰκέτης ἀναγιγνώσκων, τὸ μὲν συμπόσιον ἅπαν εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα καὶ Δίφιλον ἀπέβλεπε δεδοικότας καὶ ὠχριῶντας

posse mihi videor. Aut dicat illorum aliquis, quid est philosophia? aut prima ista, quid differt habitudo ab habitu? ne quid de inexplicabilibus illis dicam, cornutam, aut illam de acervo, aut metentem ratiocinationem. Sed tu illis fruaris licet. Ego, qui solum quod honestum est bonum ducam, facile feram ignominiam.

24. Tamen ne deinde ad illam confugere excusationem possis, uti dicas in tanto te tumultu et occupatione oblitum esse; bis te hodie salutavi, et mane domi, et deinde in Castorum, quum rem sacram faceres. Hanc ego apud præsentes causam dixi.

25. Si vero ob cœnam iratus tibi videar, illud de Œneo cogita : videbis enim Dianam quoque iratam, quod solam se non invitasset ille ad sacrificium, quum reliquos deos epulis acciperet. Dicit autem sic fere de illis Homerus :

> Immemor, imprudens : multum sibi mente nocebat.

Et Euripides,

> Calydonis ista terra, Pelopii soli
> fretis objecta, et arva habens felicia.

Et Sophocles,

> Apri per agros Œnei vim maximam
> immisit arcu dea potens Latonia.

26. Hæc tibi pauca de multis apposui, uti discas quo viro neglecto Diphilum accipias, et tradideris illi filium : recte illud quidem; suavis est enim adolescentulo et gratiam illius sua consuetudine aucupatur. Quibus, si turpe non esset me dicere talia, aliquid præterea adjicerem, quod verum esse e Zopyro pædagogo illius poteris, si vis, cognoscere. Verum nuptias turbare non decet, neque accusare alios, præsertim de turpibus adeo causis. Etsi enim Diphilus dignus est, qui duos jam a me discipulos per blanditias abduxerit; at ego ipsius philosophiæ causa tacebo.

27. Imperavi autem huic puero, si dare ei velis aut apri partem, aut cervi, aut e sesamo placentæ mihi afferendam, ut ea sit cœnæ excusatio; ne accipiat, ne nos videamur hac illum causa misisse. »

28. Hæc dum legerentur, amice, et sudore diffluebam præ pudore, et, quod est in proverbio, hiscere optabam mihi terram, quum viderem ridentes ad unumquodque verbum qui aderant, præsertim quotquot eorum norant Hetœmoclem, canum hominem, quique vir gravis videretur. Mirabantur ergo qualem virum adhuc parum cognovissent, barba ista atque vultus contentione decepti. Itaque mihi videbatur non negligentia illum quadam prætermisisse Aristænetus, sed, quod non speraret futurum ut vocatus sibi condiceret, non voluisse in eum se casum committere : atque adeo ne tentare quidem sustinuit.

29. Quum ergo legere tandem servus desiisset, cor totum in Zenonem atque Diphilum conjiciebat oculos tuentes illos et pallentes, denique vultus inconstan

καὶ τῇ ἀπορίᾳ τῶν προσώπων ἐπαληθεύοντας τὰ ὑπὸ τοῦ Ἑτοιμοκλέους κατηγορηθέντα· ὁ Ἀρισταίνετος δὲ ἐτετάρακτο καὶ θορύβου μεστὸς ἦν, ἐκέλευε δ' ὅμως πίνειν ἡμᾶς καὶ ἐπειρᾶτο εὖ διατίθεσθαι τὸ γεγονὸς ὑπομειδιῶν ἅμα καὶ τὸν οἰκέτην ἀπέπεμψεν εἰπὼν ὅτι ἐπιμελήσεται τούτων. Μετ' ὀλίγον δὲ καὶ ὁ Ζήνων ὑπεξανέστη ἀφανῶς, τοῦ παιδαγωγοῦ νεύσαντος ἀπαλλάττεσθαι ὡς κελεύσαντος τοῦ πατρός.

30. Ὁ Κλεόδημος δὲ καὶ πάλαι τινὸς ἀφορμῆς δεόμενος — ἐβούλετο γὰρ συμπλακῆναι τοῖς Στωϊκοῖς καὶ διερρήγνυτο οὐκ ἔχων ἀρχὴν εὔλογον — τότε οὖν τὸ ἐνδόσιμον παρασχούσης τῆς ἐπιστολῆς, Τοιαῦτα, ἔφη, ἐξεργάζεται ὁ καλὸς Χρύσιππος καὶ Ζήνων ὁ θαυμαστὸς καὶ Κλεάνθης, ῥημάτια δύστηνα καὶ ἐρωτήσεις μόνον καὶ σχήματα φιλοσόφων, τὰ δ' ἄλλα Ἑτοιμοκλεῖς οἱ πλεῖστοι· καὶ αἱ ἐπιστολαὶ ὁρᾶτε ὅπως πρεσβυτικαί, καὶ τὸ τελευταῖον Οἰνεὺς μὲν Ἀρισταίνετος, Ἑτοιμοκλῆς δὲ Ἄρτεμις. Ἡράκλεις, εὔφημα πάντα καὶ ἑορτῇ πρέποντα.

31. Νὴ Δί', εἶπεν ὁ Ἕρμων ὑπερκατακείμενος· ἠκηκόει γάρ, οἶμαι, ὗν τινα ἐσκευάσθαι Ἀρισταινέτῳ ἐς τὸ δεῖπνον, ὥστε οὐκ ἄκαιρον ἐδόκει μεμνῆσθαι τοῦ Καλυδωνίου. Ἀλλὰ πρὸς τῆς Ἑστίας, ὦ Ἀρισταίνετε, πέμπε ὡς τάχιστα τῶν ἀπαρχῶν, μὴ καὶ φθάσῃ ὁ πρεσβύτης ὑπὸ λιμοῦ ὥσπερ ὁ Μελέαγρος ἀπομαρανθείς. Καίτοι οὐδὲν ἂν πάθοι δεινόν· ἀδιάφορα γὰρ ὁ Χρύσιππος τὰ τοιαῦτα ἡγεῖτο.

32. Χρυσίππου γὰρ μέμνησθε ὑμεῖς, ἔφη ὁ Ζηνόθεμις ἐπεγείρας ἑαυτὸν καὶ φθεγξάμενος παμμέγεθες, ἢ ἀφ' ἑνὸς ἀνδρὸς οὐκ ἐννόμως φιλοσοφοῦντος Ἑτοιμοκλέους τοῦ γόητος μετρεῖτε τὸν Κλεάνθην καὶ Ζήνωνα σοφοὺς ἄνδρας; οἵτινες δὲ καὶ ὄντες ὑμεῖς ἐρεῖτε ταῦτα; οὐ σὺ μὲν τῶν Διοσκούρων ἤδη, ὦ Ἕρμων, τοὺς πλοκάμους περικέκαρκας χρυσοῦς ὄντας; καὶ δώσεις δίκην παραδοθεὶς τῷ δημίῳ. Σὺ δὲ τὴν Σωστράτου γυναῖκα τοῦ μαθητοῦ ἐμοίχευες, ὦ Κλεόδημε, καὶ καταληφθεὶς τὰ αἴσχιστα ἔπαθες. Οὐ σιωπήσεσθε οὖν τοιαῦτα συνεπιστάμενοι ἑαυτοῖς; Ἀλλ' οὐ μαστροπὸς ἐγὼ τῆς ἐμαυτοῦ γυναικός, ἦ δ' ὃς ὁ Κλεόδημος, ὥσπερ σύ, οὐδὲ τοῦ ξένου μαθητοῦ λαβὼν τοὐφόδιον παρακαταθήκας ἔπειτα ὤμοσα κατὰ τῆς Πολιάδος μὴ εἰληφέναι, οὐδ' ἐπὶ τέτταρσι δραχμαῖς δανείζω, οὐδὲ ἄγχω τοὺς μαθητάς, ἢν μὴ κατὰ καιρὸν ἀποδῶσι τοὺς μισθούς. Ἀλλ' ἐκεῖνο, ἔφη ὁ Ζηνόθεμις, οὐκ ἂν ἔξαρνος γένοιο μὴ οὐχὶ φάρμακον ἀποδόσθαι Κρίτωνι ἐπὶ τὸν πατέρα.

33. Καὶ ἅμα, ἔτυχε γὰρ πίνων, ὁπόσον ἔτι λοιπὸν ἐν τῇ κύλικι, περὶ ἥμισυ σχεδόν, κατεσκέδασεν αὐτοῖν. Ἀπέλαυσε δὲ καὶ ὁ Ἴων τῆς γειτονήσεως, οὐκ ἀνάξιος ὤν. Ὁ μὲν οὖν Ἕρμων ἀπεξύετο ἐκ τῆς κεφαλῆς τὸν ἄκρατον προνενευκὼς καὶ τοὺς παρόντας ἐμαρτύρετο, οἷα ἐπεπόνθει. Ὁ Κλεόδημος δὲ — οὐ γὰρ εἶχε κύλικα — ἐπιστραφεὶς προσέπτυσέ τε τὸν Ζηνόθεμιν καὶ τῇ ἀριστερᾷ τοῦ πώγωνος λαβόμενος ἔμελλε παίσειν κατὰ κόρρης, καὶ ἀπέκτεινεν ἂν τὸν γέροντα, εἰ μὴ

criminibus Hetœmoclis ipsi facientes. Aristænetus vero plane perturbatus erat et animo commotus, jubebat tamen nos bibere, et subridens bene interea vertere quæ facta erant studebat; servumque remisit, his verbis usus, sibi curæ fore. Paullo post vero Zeno etiam surrexit clanculum, discedere ipsum, quasi patris imperio, jubente pædagogo.

30. At Cleodemus, qui olim requireret occasionem quamdam (volebat enim manus conserere cum Stoicis, et rumpebatur, quod rationabile exordium ejus rei non haberet), præbente tum initium epistola, Talia, inquit, præclarus ille Chrysippus efficit, et Zeno admirabilis, et Cleanthes, voculas quasdam jejunas, et interrogationes solum, atque habitus philosophorum: ceterum plerique sunt Hetœmocles; et epistolæ videte quam seniles! ac tandem Œneus est Aristænetus, Hetœmocles autem Diana. Quam boni ominis omnia, Hercules! et solemni decora!

31. Sic per Jovem, ait qui super illum cubabat Hermon; audierat enim, puto, aprum paratum Aristæneto ad cœnam: itaque non intempestivum ratus est Calydonii illius meminisse. Sed per Vestam, Aristænete, mitte quam celerrime de primitiis, ne ocyus nobis fame senex ille pereat, Meleagri instar contabescens. Quanquam nihil ipsi vehementer malum sic accidat: indifferentia enim talia esse putabat Chrysippus.

32. Nempe Chrysippi mentionem vos audetis facere, inquit Zenothemis, erectus et magna voce usus, et ab uno viro non legitime philosophante Hetœmocle, impostore illo, Cleanthem metimini et Zenonem, viros sapientes? Quales vero viri estis ipsi, ista qui dicitis? nonne tu quidem Castorum capillos, Hermon, jam detondisti aureos, pœnas daturus tradendusque carnifici? Tu vero Sostrati uxorem auditoris tui adulterio, Cleodeme, corrupisti, ac deprehensus pœnam subiisti fœdissimam. Non ergo tacebitis, talium vobis conscii? Verum non meæ ipse uxoris leno sum, Cleodemus inquit, quemadmodum tu: neque peregrini auditoris viaticum apud me depositum, interposito per Urbis custodem deam perjurio, accepisse me negavi; neque quaternarum (in mensem) drachmarum fœnus exerceo, neque collum obtorqueo discipulis, si ad tempus non solvant mercedem. Verum illud non negabis, ait Zenothemis, venenum patri propinandum Critoni te vendidisse.

33. Commodum bibebat: ergo quod reliquum erat in poculo, dimidium fere, duobus illis offundit: cujus rei aliquis fructus etiam ad Ionem ob viciniam pervenit, non sane indignum. Hermon igitur detergebat de capite proclinato merum, præsentes testificatus, quam accepisset injuriam. Cleodemus autem, qui poculum non haberet, conversus conspuit Zenothemin, et prehensa sinistra manu illius barba, pugnum malæ illius incussurus erat: atque interimebat senem, nisi retinuisset manum Aristænetus, et

Ἀρισταίνετος ἐπέσχε τὴν χεῖρα καὶ ὑπερβὰς τὸν Ζηνόθεμιν ἐς τὸ μέσον αὐτοῖν κατεκλίθη, ὡς διασταῖεν ὑπὸ διατειχίσματι αὐτῷ εἰρήνην ἄγοντες.

34. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτ' ἐγίνετο, ποικίλα, ὦ Φίλων, ἐγὼ πρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόουν, τὸ πρόχειρον ἐκεῖνο, ὡς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίστασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις καὶ τὸν βίον ῥυθμίζοι πρὸς τὸ βέλτιον· ἐκείνους γοῦν περιττοὺς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἑώρων γέλωτα ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὀφλισκάνοντας. Ἔπειτα εἰσῄει με, μὴ ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ καὶ τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας ἀτενὲς ἀφορῶντας· τοσούτων γοῦν φιλοσόφων παρόντων οὐδὲ κατὰ τύχην ἕνα τινὰ ἔξω ἁμαρτήματος ἦν ἰδεῖν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐποίουν αἰσχρὰ, οἱ δ' ἔλεγον αἰσχίω· οὐδὲ γὰρ ἐς τὸν οἶνον ἔτι ἀναφέρειν εἶχον τὰ γιγνόμενα λογιζόμενος οἷα ὁ Ἑτοιμοκλῆς ἄσιτος ἔτι καὶ ἄποτος ἐγεγράφει.

35. Ἀνέστραπτο δ' οὖν τὸ πρᾶγμα, καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται κοσμίως πάνυ ἑστιώμενοι οὔτε παροινοῦντες οὔτε ἀσχημονοῦντες ἐφαίνοντο, ἀλλ' ἐγέλων μόνον καὶ κατεγίγνωσκον αὐτῶν, οἶμαι, οὕς γε ἐθαύμαζον οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν σχημάτων, οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον καὶ ἐλοιδοροῦντο καὶ ὑπερενεπίμπλαντο καὶ ἐκεκράγεσαν καὶ εἰς χεῖρας ᾔεσαν. Ὁ θαυμάσιος δὲ Ἀλκιδάμας καὶ ἐούρει ἐν τῷ μέσῳ οὐκ αἰδούμενος τὰς γυναῖκας. Καὶ ἐμοὶ ἐδόκει, ὡς ἂν ἄριστά τις εἰκάσειεν, ὁμοιότατα εἶναι τὰ ἐν τῷ συμποσίῳ οἷς περὶ τῆς Ἔριδος οἱ ποιηταὶ λέγουσιν· οὐ γὰρ κληθεῖσαν αὐτὴν ἐς τοῦ Πηλέως τὸν γάμον ῥῖψαι τὸ μῆλον εἰς τὸ σύνδειπνον, ἀφ' οὗ τοσοῦτον πόλεμον ἐπ' Ἰλίῳ γεγενῆσθαι. Καὶ ὁ Ἑτοιμοκλῆς τοίνυν ἐδόκει μοι τὴν ἐπιστολὴν ἐμβαλὼν εἰς τὸ μέσον ὥσπερ τι μῆλον οὐ μείω τῆς Ἰλιάδος κακὰ ἐξεργάσασθαι.

36. Οὐ γὰρ ἐπαύσαντο οἱ ἀμφὶ τὸν Ζηνόθεμιν καὶ Κλεόδημον φιλονεικοῦντες, ἐπεὶ μέσος αὐτῶν ὁ Ἀρισταίνετος ἐγένετο· ἀλλὰ, Νῦν μὲν, ἔφη ὁ Κλεόδημος, ἱκανὸν, εἰ ἐλεγχθείητε ἀμαθεῖς ὄντες, αὔριον δὲ ἀμυνοῦμαι ὑμᾶς ὅντινα καὶ χρὴ τρόπον· ἀπόκριναί μοι οὖν, ὦ Ζηνόθεμι, ἢ σὺ ἢ ὁ κοσμιώτατος Δίφιλος, καθ' ὅ τι ἀδιάφορον εἶναι λέγοντες τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν οὐδὲν ἀλλ' ἢ τοῦτο ἐξ ἁπάντων σκοπεῖτε, ὡς πλείω κτήσεσθε καὶ διὰ τοῦτο ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἀεὶ ἔχετε καὶ δανείζετε καὶ τοκογλυφεῖτε καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύετε, πάλιν τε αὖ τὴν ἡδονὴν μισοῦντες καὶ τῶν Ἐπικουρείων κατηγοροῦντες αὐτοὶ τὰ αἴσχιστα ἡδονῆς ἕνεκα ποιεῖτε καὶ πάσχετε, ἀγανακτοῦντες εἴ τις μὴ καλέσειεν ἐπὶ δεῖπνον· εἰ δὲ καὶ κληθείητε, τοσαῦτα μὲν ἐσθίοντες, τοσαῦτα δὲ τοῖς οἰκέταις ἐπιδιδόντες . . . καὶ ἅμα λέγων τὴν ὀθόνην περισπᾶν ἐπεχείρει, ἣν ὁ παῖς εἶχε τοῦ Ζηνοθέμιδος, μεστὴν οὖσαν παντοδαπῶν κρεῶν, καὶ ἔμελλε λύσας ἀπορρίπτειν αὐτὰ εἰς τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ ἀνῆκε καρτερῶς ἀντεχόμενος.

37. Καὶ ὁ Ἕρμων, Εὖ γε, ἔφη, ὦ Κλεόδημε, εἰπάτωσαν οὗτινος ἕνεκα ἡδονῆς κατηγοροῦσιν αὐτοὶ ἡδε-

transgressus super Zenothemin, medium se inter illos collocasset, ut separarentur et se tanquam muro interposito quietem agerent.

34. Hæc dum fierent, multa, mi Philo, ego apud animum meum cogitabam, illud præsertim, quod cuivis in mentem venire necesse est, quam parum prosit scire literas, nisi quis etiam vitam componat in melius. Illos enim principes in literis videbam risum debere in ipsis actionibus. Deinde in mentem venit, verumne esset quod vulgo dicitur, a recta ratione doctrinam abducere homines eos, qui ad solos libros et quæ illis continentur curas perpetuo respiciunt. Tot enim præsentibus philosophis, ne forte quidem fortuna vacantem culpa unum erat videre, aliis facientibus turpiter, aliis turpius etiam dicentibus. Neque enim vino jam, quæ fiebant, imputare poteram, cogitans quæ Hetœmocles impransus impotusque scripserit.

35. Conversa igitur res omnis erat : indoctos homines plane decenter epulari videres, neque per ebrietatem quicquam, neque quod alioqui parum decorum esset, designantes; sed ridebant modo, et damnabant illos, puto, quos admirati ante fuerant, quum ex habitu aliquid illos esse putarent : sapientes vero lasciviebant, conviciabantur, supra modum se implebant, clamabant, ad manus veniebant. Admirabilis ille Alcidamas etiam mingebat, in medio convivio nihil mulieres reveritus. Ac mihi videbatur optime ille assimilare, si quis diceret simillima esse istius acta convivii iis quæ de Eride poetæ narrant : nempe non vocatam illam ad Pelei nuptias pomum istud in convivium projecisse, ex quo tantum ad Ilium bellum exortum sit. Et videbatur sane mihi Hetœmocles epistola illa, tanquam pomo quodam, in medium projecta non minorum Iliade malorum auctor exstitisse.

36. Neque enim desinebant rixari Zenothemis ac Cleodemus, quum medius inter illos esset Aristænetus : sed, Modo, inquit Cleodemus, satis fuerit, si ruditatis convincamini ; cras vero vos, uti par est, ulciscar. Igitur responde mihi, Zenothemi, aut tu aut ornatissimus Diphilus, qua ratione, quum indifferentem esse dicatis pecuniarum possessionem, nihil aliud quam hoc unum spectetis ex omnibus, uti quam plurima possideatis, et hanc ob causam circa divites semper versemini, et fœnori detis pecuniam, et usurarum exsculpatis usuras, et mercede doceatis : rursus odio quum habeatis voluptatem, et Epicureos hoc nomine damnetis, ipsi voluptatis causa turpissima quæque faciatis ac patiamini, indigne ferentes si quis ad cœnam vos non invitaverit : si vero vocemini, tantum edatis, tantum insuper servis detis .. Hæc quum diceret, eripere mappulam tentabat, quam habebat puer Zenothemidis, plenam omnis generis carnium, soluta illa projecturus in solum omnia : sed non dimisit puer, firmiter eam retinens.

37. Atque Hermon, Euge, inquit, Cleodeme! dicant cujus rei causa voluptatem accusent, in voluptate esse ipsi

αἵρεσθαι ἤδη τὰ παρακείμενα ἔδει, καὶ ἀνείλοντο οἱ περὶ τὸν Ἀρισταίνετον καὶ Εὔκριτον τὴν πρὸ αὑτοῦ ἑκάτερος κἀγὼ τἀμὰ καὶ ὁ Χαιρέας ὅσα ἐκείνῳ ἔκειτο καὶ Ἴων ὁμοίως καὶ ὁ Κλεόδημος. Ὁ δὲ Δίφιλος ἠξίου καὶ τὰ τῷ Ζήνωνι δὴ ἀπιόντι παραδοθέντα φέρεσθαι καὶ ἔλεγε μόνῳ παρατεθῆναί οἱ αὐτὰ καὶ πρὸς τοὺς διακόνους ἐμάχετο, καὶ ἀντέσπων τῆς ὄρνιθος ἐπειλημμένοι ὥσπερ τὸν Πατρόκλου νεκρὸν ἀνθέλκοντες, καὶ τέλος ἐνικήθη καὶ ἀφῆκε πολὺν γέλωτα παρασχὼν τοῖς συμπόταις, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ἠγανάκτει μετὰ τοῦτο ὡς ἂν τὰ μέγιστα ἠδικημένος.

43. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἕρμωνα καὶ Ζηνόθεμιν ἅμα κατέκειντο, ὥσπερ εἴρηται, ὁ μὲν ὑπεράνω ὁ Ζηνόθεμις, ὁ δ' ὑπ' αὐτόν· παρέκειτο δ' αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἴσα, καὶ ἀνείλοντο εἰρηνικῶς· ἡ δὲ ὄρνις ἡ πρὸ τοῦ Ἕρμωνος πιμελεστέρα, οὕτως, οἶμαι, τυχόν. Ἔδει δὲ καὶ ταύτας ἀναιρεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ ἑκάτερον. Ἐν τούτῳ τοίνυν ὁ Ζηνόθεμις — καί μοι, ὦ Φίλων, πάνυ πρόσεχε τὸν νοῦν, ὁμοῦ γάρ ἐσμεν ἤδη τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραχθέντων — ὁ δὲ Ζηνόθεμις, φημὶ, τὴν παρ' αὐτῷ ἀφεὶς τὴν πρὸ τοῦ Ἕρμωνος ἀνείλετο πιοτέραν, ὡς ἔφην, οὖσαν· ὁ δ' ἀντεπελάβετο καὶ οὐκ εἴα πλεονεκτεῖν. Βοὴ τὸ ἐπὶ τούτοις, καὶ συμπεσόντες ἔπαιον ἀλλήλους ταῖς ὄρνισιν αὐταῖς ἐς τὰ πρόσωπα, καὶ τῶν πωγώνων ἐπειλημμένοι ἐπεκαλοῦντο βοηθεῖν, ὁ μὲν τὸν Κλεόδημον ὁ Ἕρμων, ὁ δὲ Ζηνόθεμις Ἀλκιδάμαντα καὶ Δίφιλον, καὶ συνίσταντο οἱ μὲν ὡς τοῦτον, οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον πλὴν μόνου τοῦ Ἴωνος· ἐκεῖνος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττεν.

44. Οἱ δ' ἐμάχοντο συμπλακέντες, καὶ ὁ μὲν Ζηνόθεμις σκύφον ἀράμενος ἀπὸ τῆς τραπέζης κείμενον πρὸ τοῦ Ἀρισταινέτου ῥίπτει ἐπὶ τὸν Ἕρμωνα,

κἀκείνου μὲν ἅμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἄλλῃ,

διεῖλε δὲ τοῦ νυμφίου τὸ κρανίον ἐς δύο χρηστῷ μάλα καὶ βαθεῖ τῷ τραύματι. Βοὴ οὖν παρὰ τῶν γυναικῶν ἐγένετο καὶ κατεπήδησαν ἐς τὸ μεταίχμιον αἱ πολλαὶ, καὶ μάλιστα ἡ μήτηρ τοῦ μειρακίου, ἐπεὶ τὸ αἷμα εἶδε· καὶ ἡ νύμφη δὲ ἀνεπήδησε φοβηθεῖσα περὶ αὐτοῦ. Ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ Ἀλκιδάμας ἠρίστευσε τῷ Ζηνοθέμιδι συμμαχῶν, καὶ πατάξας τῇ βακτηρίᾳ τοῦ Κλεοδήμου μὲν τὸ κρανίον, τοῦ Ἕρμωνος δὲ τὴν σιαγόνα ἐπέτριψε καὶ τῶν οἰκετῶν ἐνίους βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιχειροῦντας κατέτρωσεν· οὐ μὴν ἀπετράποντο ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος ὀρθῷ τῷ δακτύλῳ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξώρυττε καὶ τὴν ῥῖνα προσφὺς ἀπέτραγεν, ὁ δὲ Ἕρμων τὸν Δίφιλον ἐπὶ ξυμμαχίαν ἥκοντα τοῦ Ζηνοθέμιδος ἀφῆκεν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ κλιντῆρος.

45. Ἐτρώθη δὲ καὶ Ἱστιαῖος ὁ γραμματικὸς διαλύειν αὐτοὺς ἐπιχειρῶν λὰξ, οἶμαι, εἰς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ Κλεοδήμου Δίφιλον εἶναι οἰηθέντος. Ἔκειτο οὖν ὁ ἄθλιος κατὰ τὸν αὑτοῦ Ὅμηρον « αἷμ' ἐμέων. » Πλὴν ταραχῆς γε καὶ δακρύων μεστὰ ἦν πάντα. Καὶ αἱ μὲν γυναῖκες ἐκώκυον τῷ Χαιρέᾳ περιχυθεῖσαι, οἱ

ferendi apposita jam tempus erat; auferuntque Aristænetus et Eucritus uterque quod ante se erat; et ego mea, et Chæreas quæ ipsi erant posita, atque Ion similiter et Cleodemus. At Diphilus ea quoque auferre postulabat, quæ egresso jam Zenoni fuerant posita, ac soli sibi posita esse dicebat, pugnabatque cum ministris; tendebantque adeo in diversa, gallina utrimque comprehensa et huc illuc, ut Patrocli illius cadaver, tracta. Ac victus tandem dimisit, risu multo convivis præbito, præsertim quum post ista indignaretur, velut injuria maxima affectus esset.

43. Hermon et Zenothemis juxta, ut supra dictum est, accumbebant; supra Zenothemis, alter infra. Apposita illis erant reliqua omnia æqualia, auferebantque ista pacate: sed gallina quæ ante Hermonem, pinguior erat, forte id quidem fortuna, arbitror. Oportebat autem has etiam, suam quemque tollere. Hic Zenothemis (et adverte mihi, Philo, animum; jam enim in ipso capite quasi rei gestæ versamur): Zenothemis ergo, sua relicta, illam pinguiorem, ut modo dicebam, quæ ante Hermonem erat, aufert: at hic ab altera parte prehendit, nec patitur istum plus justo sibi arrogare. Hinc clamor, et irruentes in se invicem, ipsas sibi gallinas in faciem impingunt, prehensisque invicem barbis auxiliaturos advocant, Cleodemum Hermon, Zenothemis autem Alcidamantem et Diphilum; coeuntque adeo hi ad hunc, ad alterum alteri, solo excepto Ione; hic enim se servabat medium.

44. At illi consertis manibus pugnant: et Zenothemis sublatum de mensa scyphum qui ante Aristænetum stabat, in Hermonem conjicit,

Ille sed inde alio temere conversus aberrat,

sponsique frontem luculento sane ac profundo vulnere diffindit. Clamor igitur oritur a mulieribus, et prosiliunt inter utramque aciem pleræque, mater præsertim sponsi, quum videret sanguinem; exsilit etiam, quod illi metueret, sponsa. Interim præclare rem gerit Alcidamas, auxiliator Zenothemidis, et clavæ ictu Cleodemi cranium et malam Hermonis obterit, servorumque quosdam, qui auxilii ferendi causa accurrerant, vulnerat. Nondum tamen illi cedunt, sed Cleodemus erecto digito oculum Zenothemidi effodit, et morsu nasum aufert: Hermon vero auxilio venientem Zenothemidi Diphilum in caput de lecto dat præcipitem.

45. Vulneratur etiam Histiæus grammaticus, dum conatur illos dirimere, calcibus, ut arbitror, dentes illius petente Cleodemo, quod putaret esse Diphilum. Jacuit ergo miser, « vomuitque, » Homeri sui verbo, « cruorem. » Ceterum tumultus et lacrimarum plena erant omnia. Plorant circumfusæ circa Chæream mulieres, reliqui sedare tumultum

πάντα συνείρων ἀμυστί. Εἰ γοῦν ἐθελήσω ἀπαλλάττεσθαι νῦν, οὐκ ἐάσεις με ἀνήκοον ἀπελθεῖν, ἀλλ' ἕξει καὶ παρακολουθήσεις καὶ δεήσει. Κἀγὼ θρύψομαι πρὸς σὲ ἐν τῷ μέρει· καὶ εἴ γε δοκεῖ, ἀπίωμεν ἄλλου αὐτὰ πευσόμενοι, σὺ δὲ μὴ λέγε.

ΛΥΚ. Μηδὲν πρὸς ὀργήν· διηγήσομαι γάρ, ἐπείπερ οὕτω προθυμῇ, ἀλλ' ὅπως μὴ πρὸς πολλοὺς ἐρεῖς.

ΦΙΛ. Εἰ μὴ παντάπασιν ἐγὼ ἐπιλέλησμαι Λυκίνου, αὐτὸς σὺ ἄμεινον ποιήσεις αὐτὸ καὶ φθάσεις εἰπὼν ἅπασιν, ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσει.

5. Ἀλλ' ἐκεῖνό μοι πρῶτον εἰπέ, τῷ παιδὶ τῷ Ζήνωνι ὁ Ἀρισταίνετος ἀγόμενος γυναῖκα εἱστία ὑμᾶς;

ΛΥΚ. Οὐκ, ἀλλὰ τὴν θυγατέρα ἐξεδίδου αὐτὸς τὴν Κλεανθίδα τῷ Εὐκρίτου τοῦ δανειστικοῦ τῷ φιλοσοφοῦντι.

ΦΙΛ. Παγκάλῳ νὴ Δία μειρακίῳ, ἁπαλῷ γε μὴν ἔτι καὶ οὐ πάνυ καθ' ὥραν γάμων.

ΛΥΚ. Ἀλλ' οὐκ εἶχεν ἄλλον ἐπιτηδειότερον, οἶμαι. Τοῦτον οὖν κόσμιόν τε εἶναι δοκοῦντα καὶ πρὸς φιλοσοφίαν ὡρμημένον, ἔτι δὲ μόνον ὄντα πλουσίῳ τῷ Εὐκρίτῳ, προείλετο νυμφίον ἐξ ἁπάντων.

ΦΙΛ. Οὐ μικρὰν λέγεις αἰτίαν τὸ πλουτεῖν τὸν Εὔκριτον. Ἀτὰρ οὖν, ὦ Λυκῖνε, τίνες οἱ δειπνοῦντες ἦσαν;

6. **ΛΥΚ.** Τοὺς μὲν ἄλλους τί ἄν σοι λέγοιμι; οἱ δὲ ἀπὸ φιλοσοφίας καὶ λόγων, οὕσπερ ἐθέλεις, οἶμαι, ἀκοῦσαι μάλιστα, Ζηνόθεμις ἦν ὁ πρεσβύτης ὁ ἀπὸ τῆς στοᾶς καὶ ξὺν αὐτῷ Δίφιλος ὁ λαβύρινθος ἐπίκλην, διδάσκαλος οὗτος ὢν τοῦ Ἀρισταινέτου υἱέος τοῦ Ζήνωνος· τῶν δὲ ἀπὸ τοῦ περιπάτου Κλεόδημος, οἶσθα τὸν στωμύλον, τὸν ἐλεγκτικόν, ξίφος αὐτὸν οἱ μαθηταὶ καὶ κοπίδα καλοῦσιν. Ἀλλὰ καὶ ὁ Ἐπικούρειος Ἕρμων παρῆν, καὶ εἰσελθόντα γε αὐτὸν εὐθὺς ὑπεβλέποντο οἱ Στωϊκοὶ καὶ ἀπεστρέφοντο καὶ δῆλοι ἦσαν ὥς τινα πατραλοίαν καὶ ἐναγῆ μυσαττόμενοι. Οὗτοι μὲν αὐτοῦ Ἀρισταινέτου φίλοι καὶ συνήθεις ὄντες παρεκέκληντο ἐπὶ δεῖπνον καὶ ξὺν αὐτοῖς ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος καὶ ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος.

7. Διὰ δὲ τὸν νυμφίον τὸν Χαιρέαν Ἴων ὁ Πλατωνικὸς συνειστιᾶτο διδάσκαλος αὐτοῦ ὤν, σεμνός τις ἰδεῖν καὶ θεοπρεπὴς καὶ πολὺ τὸ κόσμιον ἐπιφαίνων τῷ προσώπῳ· κανόνα γοῦν οἱ πολλοὶ ὀνομάζουσιν αὐτὸν εἰς τὴν ὀρθότητα τῆς γνώμης ἀποβλέποντες. Καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, ὑπεξανίσταντο πάντες αὐτῷ καὶ ἐδεξιοῦντο ὥς τινα τῶν κρειττόνων, καὶ ὅλως θεοῦ ἐπιδημία τὸ πρᾶγμα ἦν Ἴων ὁ θαυμαστὸς συμπαρών.

8. Δέον δὲ ἤδη κατακλίνεσθαι ἁπάντων σχεδὸν παρόντων, ἐν δεξιᾷ μὲν εἰσιόντων αἱ γυναῖκες ὅλον τὸν κλιντῆρα ἐκεῖνον ἐπέλαβον, οὐκ ὀλίγαι οὖσαι, καὶ ἐν αὐταῖς ἡ νύμφη πάνυ ἀκριβῶς ἐγκεκαλυμμένη, ὑπὸ τῶν γυναικῶν περιεχομένη· ἐς δὲ τὸ ἀντίθυρον ἡ ἄλλη πληθύς, ὡς ἕκαστος ἀξίας εἶχε.

9. Κατ' ἀντικρὺ δὲ τῶν γυναικῶν πρῶτος ὁ Εὔκριτος, εἶτα Ἀρισταίνετος. Εἶτα ἐνεδοιάζετο πότερον

omnia. Si proinde nunc velim discedere, tu minime sinas me nondum auditis illis abire; sed retineas, persequaris, roges. Hic ego vicissim faciam me delicatum apud te: et, si videtur, abeamus percontatum ista ex aliis; at tu noli dicere.

LYC. Nihil tu irate: narrabo enim, quandoquidem ita cupidus es; sed ne multis dicas.

PHIL. Nisi plane ego Lycini ingenium oblitus sum, ipse tu hoc melius feceris, et occupabis dicere omnibus, ut mea opera jam non sit opus.

5. Sed illud mihi dicito prius, filione suo Zenoni Aristænetus uxorem quum daret, convivio vos excepit?

LYC. Non; sed filiam ipse Cleanthidem Eucriti fœneratoris filio collocavit, philosophanti.

PHIL. Pulcherrimo, ita me Jupiter! adolescentulo, sed tenero adhuc et nondum nuptiis maturo.

LYC. Sed non habuit, puto, alium magis idoneum. Hunc igitur, qui et honestus esse videretur, et animum applicuisse ad philosophiam, insuper vero unicum in domo Eucriti divitis, sponsum præoptavit ex omnibus.

PHIL. Non parvam mihi narras causam, Eucriti divitias. Sed convivæ quinam erant, Lycine?

6. LYC. Reliquos quid tibi dicam? de philosophis autem atque eruditis, quos, puto, audire cupis maxime, erat Zenothemis ille senex de Porticu, et cum illo Diphilus cognomine Labyrinthus, Zenonis hic, Aristæneti filii, magister; de Peripateticis autem Cleodemus, nosti argutum illum et redarguendi peritum: Gladium et Falcem appellant discipuli. Verum Epicureus quoque Hermon aderat: quem statim quum ingrederetur, torvum intuebantur Stoici atque aversabantur, manifeste velut parricidam et impiatum hominem abominati. Hi tanquam Aristæneti ipsius amici et familiares invitati ad cœnam fuerant, et cum illis grammaticus Histiæus et Dionysodorus rhetor.

7. Propter sponsum vero Chæream Platonicus Ion una cœnabat, illius magister, venerabilis aspectu et augustus, ipso qui vultu multum præ se ferret honestatis: quare Canonem illum vocant vulgo, ad mentem viri semper rectam respicientes. Advenienti igitur assurgere omnes, et illum, tanquam ex superis aliquem, salutare: et omnino dei alicujus inter homines peregrinatio videbatur admirabilis illius Ionis præsentia.

8. Quum vero jam accumbendum esset, præsentibus fere omnibus, ad dextram intrantium totum illum lectum mulieres occupabant, quæ non paucæ aderant; et inter eas sponsa, accurate velata, circumdata mulieribus: in lecto vero januæ opposito cetera multitudo, pro sua quisque dignitate, accubuit.

9. E regione denique mulierum primus Eucritus, deinde Aristænetus. Deinde dubium erat, utrum priorem esse

χρὴ πρότερον Ζηνόθεμιν τὸν Στωϊκὸν ἅτε γέροντα ἢ Ἕρμωνα τὸν Ἐπικούρειον, ἱερεὺς γὰρ ἦν τοῖν ἀνάκοιν καὶ γένους τοῦ πρώτου ἐν τῇ πόλει. Ἀλλὰ ὁ Ζηνόθεμις ἔλυσε τὴν ἀπορίαν· Εἰ γάρ με, φησὶν, ὦ Ἀρισταίνετε, δεύτερον ἄξεις τουτοὺὶ τοῦ ἀνδρὸς, ἵνα μηδὲν ἄλλο κακὸν εἴπω, Ἐπικουρείου, ἄπειμι ὅλον σοι τὸ συμπόσιον καταλιπών· καὶ ἅμα τὸν παῖδα ἐκάλει καὶ ἐξιόντι ἐῴκει. Καὶ ὁ Ἕρμων, Ἔχε μὲν, ὦ Ζηνόθεμι, τὰ πρῶτα, ἔφη· ἀτὰρ εἰ καὶ μηδέν τι ἕτερον, ἱερεῖ γε ὄντι ὑπεξίστασθαι καλῶς εἶχεν, εἰ καὶ τοῦ Ἐπικούρου πάνυ καταπεφρόνηκας. Ἐγέλασα, ἦ δ' ὃς ὁ Ζηνόθεμις, Ἐπικούρειον ἱερέα, καὶ ἅμα λέγων κατεκλίνετο καὶ μετ' αὐτὸν ὅμως ὁ Ἕρμων, εἶτα Κλεόδημος ὁ Περιπατητικὸς, εἶτα ὁ Ἴων καὶ ὑπ' ἐκεῖνον ὁ νυμφίος, εἶτ' ἐγὼ καὶ παρ' ἐμὲ ὁ Δίφιλος καὶ ὑπ' αὐτῷ Ζήνων ὁ μαθητὴς, εἶτα ὁ ῥήτωρ Διονυσόδωρος καὶ ὁ γραμματικὸς Ἱστιαῖος.

10. ΦΙΛ. Βαϐαὶ, ὦ Λυκῖνε, μουσεῖόν τι τὸ συμπόσιον διηγῇ σοφῶν ἀνδρῶν τῶν πλείστων, καὶ ἔγωγε τὸν Ἀρισταίνετον ἐπαινῶ, ὅτι τὴν εὐκταιοτάτην ἑορτὴν ἄγων τοὺς σοφωτάτους ἑστιᾶν πρὸ τῶν ἄλλων ἠξίωσεν, ὅτιπερ τὸ κεφάλαιον ἐξ ἑκάστης αἱρέσεως ἀπανθισάμενος, οὐχὶ τοὺς μὲν, τοὺς δ' οὔ, ἀλλ' ἀναμὶξ ἅπαντας.

ΛΥΚ. Ἔστι γὰρ, ὦ ἑταῖρε, οὐχὶ τῶν πολλῶν τούτων πλουσίων, ἀλλὰ καὶ παιδείας μέλει αὐτῷ καὶ τὸ πλεῖστον τοῦ βίου τούτοις ξύνεστιν.

11. Εἱστιώμεθα οὖν ἐν ἡσυχίᾳ τὸ πρῶτον, καὶ παρεσκεύαστο ποικίλα. Πλὴν οὐδὲν οἶμαι χρὴ καὶ ταῦτα καταριθμεῖσθαι, χυμοὺς καὶ πέμματα καὶ καρυκείας· ἅπαντα γὰρ ἄφθονα. Ἐν τούτῳ δὲ ὁ Κλεόδημος ἐπικύψας ἐς τὸν Ἴωνα, Ὁρᾷς, ἔφη, τὸν γέροντα — Ζηνόθεμιν λέγων, ἐπήκουον γάρ — ὅπως ἐμφορεῖται τῶν ὄψων καὶ ἀναπέπλησται ζωμοῦ τὸ ἱμάτιον καὶ ὅσα τῷ παιδὶ κατόπιν ἑστῶτι ὀρέγει λανθάνειν οἰόμενος τοὺς ἄλλους, οὐ μεμνημένος τῶν μεθ' αὐτόν; δεῖξον οὖν καὶ Λυκίνῳ ταῦτα, ὡς μάρτυς εἴη. Ἐγὼ δὲ οὐδὲν ἐδεόμην δείξοντός μοι τοῦ Ἴωνος πολὺ πρότερον αὐτὰ ἐκ περιωπῆς ἑορακώς.

12. Ἅμα δὲ ταῦτα ὁ Κλεόδημος εἰρήκει καὶ ἐπεισέπαισεν ὁ Κυνικὸς Ἀλκιδάμας ἄκλητος, ἐκεῖνο τὸ κοινὸν ἐπιχαριεντισάμενος « τὸν Μενέλαον αὐτόματον ἥκοντα. » Τοῖς μὲν οὖν πολλοῖς ἀναίσχυντα ἐδόκει πεποιηκέναι καὶ ὑπέκρουον τὰ προχειρότατα, ὁ μὲν τὸ, « ἀφραίνεις, Μενέλαε, » ὁ δ',

Ἀλλ' οὐκ Ἀτρείδῃ Ἀγαμέμνονι ἥνδανε θυμῷ,

καὶ ἄλλα πρὸς τὸν καιρὸν εὔστοχα καὶ χαρίεντα ὑποτονθορύζοντες· ἐς μέντοι τὸ φανερὸν οὐδεὶς ἐτόλμα λέγειν· ἐδεδοίκεσαν γὰρ τὸν Ἀλκιδάμαντα, βοὴν ἀγαθὸν ἀτεχνῶς ὄντα καὶ κρακτικώτατον κυνῶν ἁπάντων, παρ' ὃ καὶ ἀμείνων ἐδόκει καὶ φοϐερώτατος ἦν ἅπασιν.

13. Ὁ δὲ Ἀρισταίνετος ἐπαινέσας αὐτὸν ἐκέλευε θρόνον τινὰ λαϐόντα καθίζεσθαι παρ' Ἱστιαῖόν τε καὶ Διονυσόδωρον. Ὁ δὲ, Ἄπαγε, φησὶ, γυναικεῖον λέ-

deceret, Zenothemin Stoicum, quippe senem, an Hermonem Epicureum : sacerdos enim hic erat Castorum, et primi in civitate generis. Sed solvit dubitationem Zenothemis : etenim, Si me, inquit, post Hermonem duces, virum istum, ne quid aliud sinistri dicam, Epicureum, discedo, solidum tibi relinquo convivium : et cum dicto puerum vocabat et exiturus videbatur. Hic Hermon, Habe tibi, inquit, locum primum, Zenothemi : verum, si nihil aliud, sacerdoti certe decebat concedere, licet Epicurum omnino contemneres. Ridere lubet, inquit Zenothemis, sacerdotem Epicureum! et cum dicto accumbebat, et post ipsum tamen Hermon; tum Cleodemus Peripateticus, deinde Ion, et sub illo sponsus; tum ego, et juxta me Diphilus, et sub illo Zeno discipulus; postea Dionysodorus rhetor, et Histiæus grammaticus.

10. PHIL. Vah, Lycine, Museum quoddam mihi pro convivio narras sapientium plerorumque virorum. Ac laudo equidem Aristænetum, qui in celebritate omnium exoptatissima, sapientissimos accipere præ reliquis voluerit, delectis qui uniuscujusque sectæ flos sunt, non hinc quibusdam, reliquis non item, sed indiscretim omnibus.

LYC. Est enim, sodalis, non de vulgo divitum, sed eruditionis amans, et majorem vitæ partem versatur cum talibus.

11. Epulabamur ergo primum placide : ac parata fuerant varia; sed non opus est, arbitror, ea quoque recenseri, juscula et panificia et condimenta : copiosa enim omnia. Inter hæc vero Cleodemus ad Ionem se inclinans, Viden', inquit, senem (Zenothemin designabat; audiebam enim), ut ingurgitat se pulmentariis, quam oppleta jure illius vestis, et quanta stanti post se puero porrigat, dum non videri se putat ab reliquis, immemor illorum qui post se sunt? Ostende ergo ista etiam Lycino, ut sit testis. Ego vero nihil opus habebam ostensuro mihi Ione, qui multo prius illa tanquam e specula vidissem.

12. Adhuc dicebat ista Cleodemus, quum invocatus irruit Cynicus Alcidamas, communi illo venuste usus proverbio, « sponte venire Menelaum. » Plerisque ergo impudenter videbatur fecisse; itaque quæ in promtu erant maxime mussitantes subjiciebant, alius illud, « Heus Menelae, furis! » alius,

Verum Agamemnoniæ menti non ista placebant,

et alia tempori illi opportuna et venusta immurmurantes. Verum aperte dicere nemo audebat : timebant enim Alcidamantem, clamosum plane hominem et Cynicorum omnium vocalissimum; quam ob causam etiam videbatur superior ceteris et maxime formidabilis omnibus.

13. At collaudatum Aristænetus jussit sella capta assidere ad Histiæum atque Dionysodorum. Ille vero, Apage, inquit, muliebre quiddam jubes ac molle, in sella assidere,

γεις καὶ μαλθακὸν ἐπὶ θρόνου καθίζεσθαι ἢ σκίμποδος, ὥσπερ ὑμεῖς ἐπὶ μαλακῆς ταύτης εὐνῆς μικροῦ δεῖν ὕπτιοι κατακείμενοι ἑστιᾶσθε πορφυρίδας ὑποβεβλημένοι· ἐγὼ δὲ κἂν ὀρθοστάδην δειπνήσαιμι ἐμπεριπατῶν ἅμα τῷ συμποσίῳ· εἰ δὲ καὶ κάμοιμι, χαμαὶ τὸν τρίβωνα ὑποβαλλόμενος κείσομαι ἐπ' ἀγκῶνος οἷον τὸν Ἡρακλέα γράφουσιν. Οὕτως, ἔφη, γιγνέσθω, ὁ Ἀρισταίνετος, εἴ σοι ἥδιον. Καὶ τὸ ἀπὸ τούτου περιιὼν ἐν κύκλῳ ὁ Ἀλκιδάμας ἐδείπνει ὥσπερ οἱ Σκύθαι πρὸς τὴν ἀφθονωτέραν νομὴν μετεξανιστάμενος καὶ τοῖς περιφέρουσι τὰ ὄψα συμπερινοστῶν.

14. Καὶ μέντοι καὶ σιτούμενος ἐνεργὸς ἦν ἀρετῆς πέρι καὶ κακίας μεταξὺ διεξιὼν καὶ ἐς τὸν χρυσὸν καὶ τὸν ἄργυρον ἀποσκώπτων· ἠρώτα γοῦν τὸν Ἀρισταίνετον, τί βούλονται αὐτῷ αἱ τοσαῦται καὶ τηλικαῦται κύλικες τῶν κεραμέων ἴσον δυναμένων. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν ἤδη διενοχλοῦντα ἔπαυσεν ἐς τὸ παρὸν Ἀρισταίνετος τῷ παιδὶ νεύσας εὐμεγέθη σκύφον ἀναδοῦναι αὐτῷ ζωρότερον ἐγχέαντα· καὶ ἐδόκει ἄριστα ἐπινενοηκέναι οὐκ εἰδὼς ὅσων κακῶν ἀρχὴν ὁ σκύφος ἐκεῖνος ἐνεδεδώκει. Λαβὼν δὲ ἅμα ὁ Ἀλκιδάμας ἐσίγησε μικρὸν καὶ ἐς τοὔδαφος καταβαλὼν ἑαυτὸν ἔκειτο ἡμίγυμνος, ὥσπερ ἠπειλήκει, πήξας τὸν ἀγκῶνα ὀρθὸν, ἔχων ἅμα τὸν σκύφον ἐν τῇ δεξιᾷ, οἷος ὁ παρὰ τῷ Φόλῳ Ἡρακλῆς ὑπὸ τῶν γραφέων δείκνυται.

15. Ἤδη δὲ καὶ ἐς τοὺς ἄλλους συνεχῶς περιεσοβεῖτο ἡ κύλιξ καὶ φιλοτησίαι καὶ ὁμιλίαι καὶ φῶτα εἰσεκεκόμιστο. Ἐν τοσούτῳ δ' ἐγὼ τὸν παρεστῶτα τῷ Κλεοδήμῳ παῖδα οἰνοχόον ὄντα ὡραῖον ἰδὼν ὑπομειδιῶντα — χρὴ γὰρ, οἶμαι, καὶ ὅσα πάρεργα τῆς ἑστιάσεως εἰπεῖν, καὶ μάλιστα εἴ τι πρὸς τὸ γλαφυρώτερον ἐπράχθη — μάλα ἤδη παρεφύλαττον ὅ τι καὶ μειδιάσειε. Καὶ μετὰ μικρὸν ὁ μὲν προσῆλθεν ὡς ἀποληψόμενος παρὰ τοῦ Κλεοδήμου τὴν φιάλην, ὁ δὲ τόν τε δάκτυλον ἀπέθλιψεν αὐτοῦ καὶ δραχμὰς δύο, οἶμαι, συνανέδωκε μετὰ τῆς φιάλης· ὁ παῖς δὲ πρὸς μὲν τὸν δάκτυλον θλιβόμενον αὖθις ἐμειδίασεν, οὐ μὴν συνεῖδεν, οἶμαι τὸ νόμισμα, ὥστε μὴ δεξαμένου ψόφον αἱ δύο δραχμαὶ παρέσχον ἐκπεσοῦσαι καὶ ἠρυθρίασαν ἄμφω μάλα σαφῶς. Ἠπόρουν δὲ οἱ πλησίον οὕτινος εἴη τὰ νομίσματα, τοῦ μὲν παιδὸς ἀρνουμένου μὴ ἀποβεβληκέναι, τοῦ δὲ Κλεοδήμου, καθ' ὃν ὁ ψόφος ἐγένετο, μὴ προσποιουμένου τὴν ἀπόρριψιν. Ἠμελήθη οὖν καὶ παρώφθη τοῦτο οὐ πάνυ πολλῶν ἰδόντων πλὴν μόνου, ὡς ἐμοὶ ἔδοξε, τοῦ Ἀρισταινέτου· μετέστησε γὰρ τὸν παῖδα μικρὸν ὕστερον ἀφανῶς ὑπεξαγαγὼν καὶ τῷ Κλεοδήμῳ τινὰ παραστῆναι διένευσε τῶν ἐξώρων ἤδη καὶ καρτερῶν, ὀρεωκόμον τινὰ ἢ ἱπποκόμον. Καὶ τοῦτο μὲν ὧδέ πως ἐκεχωρήκει, μεγάλης αἰσχύνης αἴτιον ἂν τῷ Κλεοδήμῳ γενόμενον, εἰ ἔφθη διαφοιτῆσαν εἰς ἅπαντας, ἀλλὰ μὴ κατέσβη αὐτίκα, δεξιῶς πάνυ τοῦ Ἀρισταινέτου τὴν παροινίαν ἐνέγκαντος.

16. Ὁ Κυνικὸς δὲ Ἀλκιδάμας, ἐπεπώκει γὰρ ἤδη, πυθόμενος ἥτις ἡ γαμουμένη παῖς ἐκαλεῖτο, σιωπὴν

aut lecto, ut vos qui in molli isto cubili tantum non supini accumbentes epulamini, subjecta veste purpurea. At ego vel erecto corpore cœnaverim, inambulans simul in cœnatione; fessus autem, humi subjecto palliolo, cubito nixus jacebo, qualem pingunt Herculem. Sic fiat, inquit Aristænetus, si mavis ita. Ab eo tempore per orbem circumiens Alcidamas cœnabat, castra subinde, ut Scythæ solent, ad copiosiorem pastum transferens, et circumferentes obsonia ministros prosequens.

14. Verum dum pascitur, operosus tamen erat, qui de virtute et vitio interim disputaret, et aurum atque argentum haberet derisui. Interrogabat enim Aristænetum, quid sibi vellent ipsius tot ac tanti pretii calices, quum figlinorum idem esset usus. Sed illum, quum jam molestus esse inciperet, ad quietem in præsentia redegit Aristænetus, quod innueret puero uti scyphum illi daret bene magnum, infunderetque meracius. Ac videbatur sibi pulchrum quiddam excogitasse, nesciens quantorum scyphus iste malorum initium dedisset. Ceterum sumto illo tacuit paullulum Alcidamas, atque humi abjectus jacuit seminudus, ut minatus fuerat, erecto nixus cubito, tenens dextra scyphum, qualis ille apud Pholum Hercules a pictoribus ostenditur.

15. Jam vero ad ceteros etiam frequenter commeare calix, jam amicitiæ pocula, et confabulationes; jam inferri lumina. Inter hæc ego astantem Cleodemo puerum, pocillatorem formosum, subridere videns (oportet enim, puto, etiam si qua præter ipsam quasi substantiam convivii acciderunt, ea dicere, inprimis si quid actum est venustius), diligenter jam observabam quid demum rideret. Neque ita multo post ille quidem accessit velut recepturus a Cleodemo phialam : hic vero et digitum illius strinxit, et drachmas puto duas dedit una cum phiala. Puer ad digitum quidem strictum ridere denuo, sed pecuniam, puto, non observavit : illo itaque non sumente, strepitum cadentes duæ drachmæ dederunt, utrisque, quod aperte observares, erubescentibus. Dubitabant proximi, utrius essent nummi, negante puero sibi excidisse, Cleodemo autem, apud quem fuerat strepitus, a se abjectos dissimulante. Neglectum itaque hoc et prætermissum, quod non multi vidissent, præter solum, ut mihi videbatur, Aristænetum : nam alio concedere puerum paullo post, et nemine sentiente jussit exire; Cleodemo autem astare nutu imperavit aliquem de exoletis jam et robustis, mulionem quendam aut equisonem. Et hoc quidem sic abiit, magnæ sane ignominiæ Cleodemo futurum, si prius inter omnes percrebuisset, neque exstinctum statim fuisset, dextre Aristæneto vinolentam libidinem accipiente.

16. Cynicus autem Alcidamas, qui jam abbibisset, percunctatus quomodo sponsa vocaretur, imperatoque silentio,

παραγγείλας μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἀποβλέψας ἐς τὰς γυναῖκας, Προπίνω σοι, ἔφη, ὦ Κλεανθὶ, Ἡρακλέους ἀρχηγέτου. Ὡς δ' ἐγέλασαν ἐπὶ τούτῳ ἅπαντες, Ἐγελάσατε, εἶπεν, ὦ καθάρματα, εἰ τῇ νύμφῃ προὔπιον ἐπὶ τοῦ ἡμετέρου θεοῦ τοῦ Ἡρακλέους; καὶ μὴν εὖ εἰδέναι χρὴ ὡς ἢν μὴ λάβῃ παρ' ἐμοῦ τὸν σκύφον, οὔποτε τοιοῦτος ἂν υἱὸς αὐτῇ γένοιτο οἷος ἐγὼ, ἄτρεπτος μὲν ἀλκὴν, ἐλεύθερος δὲ τὴν γνώμην, τὸ σῶμα δὲ οὕτω καρτερός· καὶ ἅμα παρεγύμνου ἑαυτὸν μᾶλλον ἄχρι πρὸς τὸ αἴσχιστον. Αὖθις ἐπὶ τούτοις ἐγέλασαν οἱ συμπόται, καὶ ὃς ἀγανακτήσας ἐπανίστατο δριμὺ καὶ παράφορον βλέπων καὶ δῆλος ἦν οὐκέτι εἰρήνην ἄξων. Τάχα δ' ἄν τινος καθίκετο τῇ βακτηρίᾳ, εἰ μὴ κατὰ καιρὸν εἰσεκεκόμιστο πλακοῦς εὐμεγέθης, πρὸς ὃν ἀποβλέψας ἡμερώτερος ἐγένετο καὶ ἔληξε τοῦ θυμοῦ καὶ ἐνεφορεῖτο συμπεριιών.

17. Καὶ οἱ πλεῖστοι ἐμέθυον ἤδη καὶ βοῆς μεστὸν ἦν τὸ συμπόσιον· ὁ μὲν γὰρ Διονυσόδωρος ὁ ῥήτωρ αὑτοῦ ῥήσεις τινὰς ἐν μέρει διεξῄει καὶ ἐπῃνεῖτο ὑπὸ τῶν κατόπιν ἐφεστώτων οἰκετῶν, ὁ δὲ Ἱστιαῖος ὁ γραμματικὸς ἐρραψῴδει ὕστερος κατακείμενος καὶ συνέφερεν ἐς τὸ αὐτὸ τὰ Πινδάρου καὶ Ἡσιόδου καὶ Ἀνακρέοντος, ὡς ἐξ ἁπάντων μίαν ᾠδὴν παγγέλοιον ἀποτελεῖσθαι, μάλιστα δ' ἐκεῖνα ὥσπερ προμαντευόμενος τὰ μέλλοντα,

Σὺν δ' ἔβαλον ῥινούς·

καὶ,

Ἔνθα δ' ἄρ' οἰμωγή τε καὶ εὐχωλὴ πέλεν ἀνδρῶν.

Ὁ Ζηνόθεμις δ' ἀνεγίγνωσκε παρὰ τοῦ παιδὸς λαβὼν λεπτόγραμμόν τι βιβλίον.

18. Διαλιπόντων δὲ ὀλίγον, ὥσπερ εἰώθασι, τῶν παρακομιζόντων τὰ ὄψα μηχανώμενος Ἀρισταίνετος μηδ' ἐκεῖνον ἀτερπῆ τὸν καιρὸν εἶναι μηδὲ κενὸν ἐκέλευσε τὸν γελωτοποιὸν εἰσελθόντα εἰπεῖν τι ἢ πρᾶξαι γελοῖον, ὡς ἔτι μᾶλλον οἱ συμπόται διαχυθεῖεν. Καὶ παρῆλθεν ἄμορφός τις ἐξυρημένος τὴν κεφαλὴν, ὀλίγας ἐπὶ τῇ κορυφῇ τρίχας ὀρθὰς ἔχων· οὗτος ὠρχήσατό τε κατακλῶν ἑαυτὸν καὶ διαστρέφων, ὡς γελοιότερος φανείη, καὶ ἀνάπαιστα συγκροτῶν διεξῆλθεν αἰγυπτιάζων τῇ φωνῇ, καὶ τέλος ἐπέσκωπτεν ἐς τοὺς παρόντας.

19. Οἱ μὲν οὖν ἄλλοι ἐγέλων ὁπότε σκωφθεῖεν, ἐπεὶ δὲ καὶ εἰς τὸν Ἀλκιδάμαντα ὅμοιόν τι ἀπέρριψε Μελιταῖον κυνίδιον προσειπὼν αὐτὸν, ἀγανακτήσας ἐκεῖνος — καὶ πάλαι δὲ δῆλος ἦν φθονῶν αὐτῷ εὐδοκιμοῦντι καὶ κατέχοντι τὸ συμπόσιον — ἀπορρίψας τὸν τρίβωνα προὐκαλεῖτό οἱ παγκρατιάζειν, εἰ δὲ μὴ, κατοίσειν αὐτοῦ ἔφη τὴν βακτηρίαν. Οὕτω δὴ ὁ κακοδαίμων Σατυρίων — τοῦτο γὰρ ὁ γελωτοποιὸς ἐκαλεῖτο — συστὰς ἐπαγκρατίαζε. Καὶ τὸ πρᾶγμα ὑπερήδιστον ἦν, φιλόσοφος ἀνὴρ γελωτοποιῷ ἀνταιρόμενος καὶ παίων καὶ παιόμενος ἐν τῷ μέρει. Οἱ παρόντες δὲ οἱ μὲν ᾐδοῦντο, οἱ δὲ ἐγέλων, ἄχρι ἀπηγόρευσε παιόμενος ὁ Ἀλκιδάμας ὑπὸ συγκεκροτημένου ἀνθρωπίσκου καταγωνισθείς. Γέλως οὖν πολὺς ἐξεχύθη ἐπ' αὐτοῖς.

20. Ἐνταῦθα Διόνικος ἐπεισῆλθεν ὁ ἰατρὸς οὐ πολὺ

magna voce, directis in mulieres oculis, Propino tibi, inquit, Cleanthi, Herculis ducis atque principis poculum! Ridentibus autem ea de causa omnibus, Risistis, inquit, purgamenta, quod sponsæ propinavi advocato deo nostro Hercule? Quin bene noritis, nisi capiat a me scyphum, nunquam illi talem natum iri filium, qualis ego, invictum viribus, animo liberum, corpore autem ita robustum! Hic magis se, ad summam usque turpitudinem, denudabat. Rursus propter hæc risere convivæ, et ille indignabundus surrexit, atrox quiddam et furiosum cernens, ut manifestum esset illum quietem non amplius acturum. Forte alicui impacturus erat clavam, nisi tempestive illata esset placenta bene magna, in quam conjectis oculis, fiebat mansuetior, ac, dimissa ira, prosequens illam se ingurgitabat.

17. Et jam plerique esse ebrii, jam clamore plenum convivium. Dionysodorus enim rhetor suas quasdam dictiones per vices recitabat, laudantibus ipsum qui a tergo astabant servis : at qui post ipsum accumbebat Histiæus grammaticus, consuebat versiculos, collatis in unum Pindari et Hesiodi et Anacreontis quibusdam, ut unum ex omnibus illis carmen oppido ridiculum conficeretur; inprimis autem illa, quibus quasi prædiceret futura :

Contulerunt clipeos :

et,

Hic vero gemitusque fuit clamorque virorum.

Zenothemis vero legebat captum a puero libellum, minutissimis scriptum literis.

18. Intermittentibus vero paullum pro more qui obsonia inferebant, curaverat Aristænetus, ne vel illud delectationis expers tempus esset, aut vacuum, jussum introire ridicularium scurram dicere aut facere quiddam ridiculum, ut magis etiam convivæ exhilararentur. Ac prodiit deformis homuncio raso capite, paucis in vertice relictis erectisque pilis. Hic saltavit fracto distortoque corpore, ut magis videatur ridiculus, et anapæstos complodens voce Ægyptium quid sonante pronunciavit. Tandem etiam quædam dicta jaciebat in præsentes.

19. Atque alii, quum peterentur, ridebant : quum vero in Alcidamantem etiam simile quid jactasset, Melitensem vocans catellum : indignatus ille (et olim apparebat illum invidere scurræ, quod probaretur atque teneret convivium), pallio abjecto istum ad pancratii certamen provocat, si negaret, clavam se illi impacturum minatus. Ita ergo miser Satyrion (id enim scurræ nominis erat) consistit et certat pancratio. Erat res jucundissima, philosophus vir compositus cum ridiculario, feriens, verbera vicissim accipiens. Qui vero præsentes erant, partim pudere, partim ridere, donec plagis fatigatus cederet Alcidamas, a compacto atque exercitato homuncione victus. In risum ergo multum illorum causa omnes effusi.

20. Hic Dionicus supervenit medicus, paullo post illud

στόματα. Ἢ εἰπάτω τις αὐτῶν, τί ἐστὶ φιλοσοφία; ἢ τὰ πρῶτα ταῦτα, τί διαφέρει σχέσις ἕξεως; ἵνα μὴ τῶν ἀπόρων εἴπω τι, κερατίναν ἢ σωρείτην ἢ θερίζοντα λόγον. Ἀλλὰ σὺ μὲν ὄναιο αὐτῶν. Ἐγὼ δὲ ὡς ἂν μόνον τὸ καλὸν ἀγαθὸν ἡγούμενος εἶναι οἴσω ῥᾳδίως τὴν ἀτιμίαν.

24. Καίτοι ὅπως μὴ ἐς ἐκείνην ἔχῃς καταφεύγειν τὴν ἀπολογίαν ὕστερον, ἐπιλαθέσθαι λέγων ἐν τοσούτῳ θορύβῳ καὶ πράγματι, δίς σε τήμερον προσηγόρευσα καὶ ἕωθεν ἐπὶ τῇ οἰκίᾳ καὶ ἐν τῷ ἀνακείῳ θύοντα ὕστερον. Ταῦτα ἐγὼ τοῖς παροῦσιν ἀπολελόγημαι.

25. Εἰ δὲ δείπνου ἕνεκα ὀργίζεσθαί σοι δοκῶ, τὸ κατὰ τὸν Οἰνέα ἐννόησον· ὄψει γὰρ καὶ τὴν Ἄρτεμιν ἀγανακτοῦσαν, ὅτι μόνην αὐτὴν οὐ παρέλαβεν ἐκεῖνος ἐπὶ τὴν θυσίαν τοὺς ἄλλους θεοὺς ἑστιῶν. Φησὶ δὲ περὶ αὐτῶν Ὅμηρος ὧδέ πως,

> Ἢ λάθετ' ἢ οὐκ ἐνόησεν, ἀάσατο δὲ μέγα θυμῷ·

καὶ Εὐριπίδης,

> Καλυδὼν μὲν ἥδε γαῖα, Πελοπίας χθονὸς
> ἐν ἀντιπόρθμοις, πεδί' ἔχουσ' εὐδαίμονα.

καὶ Σοφοκλῆς,

> Συὸς μέγιστον χρῆμ' ἐπ' Οἰνέως γύαις
> ἀνῆκε Λητοῦς παῖς ἑκηβόλος θεά.

26. Ταῦτά σοι ἀπὸ πολλῶν ὀλίγα παρεθέμην, ὅπως μάθῃς οἷον ἄνδρα παραλιπὼν Δίφιλον ἑστιᾷς καὶ τὸν υἱὸν αὐτῷ παραδέδωκας, εἰκότως· ἡδὺς γάρ ἐστι τῷ μειρακίῳ καὶ πρὸς χάριν αὐτῷ σύνεστιν. Εἰ δὲ μὴ αἰσχρὸν ἦν ἐμὲ λέγειν τὰ τοιαῦτα, καὶ ἄν τι προσέθηκα, ὅπερ σὺ, εἰ θέλεις, παρὰ Ζωπύρου τοῦ παιδαγωγοῦ ἂν μάθοις ἀληθὲς ὄν. Ἀλλ' οὐ χρὴ ταράττειν ἐν γάμοις οὐδὲ διαβάλλειν ἄλλους, καὶ μάλιστα ἐφ' οὕτως αἰσχραῖς αἰτίαις· καὶ γὰρ εἰ Δίφιλος ἄξιος δύο ἤδη μαθητάς μου περισπάσας, ἀλλ' ἔγωγε φιλοσοφίας αὐτῆς ἕνεκα σιωπήσομαι.

27. Προσέταξα δὲ τῷ οἰκέτῃ τούτῳ, ἢν διδῷς αὐτῷ μοῖράν τινα ἢ συὸς ἢ ἐλάφου ἢ σησαμοῦντος, ὡς ἐμοὶ διακομίσειε καὶ ἀντὶ τοῦ δείπνου ἀπολογία γένοιτο, μὴ λαβεῖν, μὴ καὶ δόξωμεν ἐπὶ τούτῳ πεπομφέναι.

28. Τούτων, ὦ ἑταῖρε, ἀναγιγνωσκομένων μεταξὺ ἱδρώς τέ μοι περιεχεῖτο ὑπ' αἰδοῦς, καὶ τοῦτο δὴ τὸ τοῦ λόγου, χανεῖν μοι τὴν γῆν ηὐχόμην ὁρῶν τοὺς παρόντας γελῶντας ἐφ' ἑκάστῳ καὶ μάλιστα ὅσοι ᾔδεσαν τὸν Ἑτοιμοκλέα, πολιὸν ἄνθρωπον καὶ σεμνὸν εἶναι δοκοῦντα. Ἐθαύμαζον οὖν οἷος ὢν διαλάθοι αὐτοὺς ἐξαπατωμένους τῷ πώγωνι καὶ τῇ τοῦ προσώπου ἐντάσει. Ὁ γὰρ Ἀρισταίνετος ἐδόκει μοι οὐκ ἀμελείᾳ περιιδεῖν αὐτὸν, ἀλλ' οὔποτ' ἂν ἐλπίσας κληθέντα ἐπινεῦσαι οὐδ' ἂν ἐμπαρασχεῖν ἑαυτὸν τοιούτῳ τινί· ὥστε οὐδὲ τὴν ἀρχὴν πειρᾶσθαι ἠξίου.

29. Ἐπεὶ δ' οὖν ἐπαύσατό ποτε ὁ οἰκέτης ἀναγιγνώσκων, τὸ μὲν συμπόσιον ἅπαν εἰς τοὺς ἀμφὶ τὸν Ζήνωνα καὶ Δίφιλον ἀπέβλεπε δεδοικότας καὶ ὠχριῶντας

posse mihi videor. Aut dicat illorum aliquis, quid est philosophia? aut prima ista, quid differt habitudo ab habitu? ne quid de inexplicabilibus illis dicam, cornutam, aut illam de acervo, aut metentem ratiocinationem. Sed tu illis fruaris licet. Ego, qui solum quod honestum est bonum ducam, facile feram ignominiam.

24. Tamen ne deinde ad illam confugere excusationem possis, uti dicas in tanto te tumultu et occupatione oblitum esse; bis te hodie salutavi, et mane domi, et deinde in Castorum, quum rem sacram faceres. Hanc ego apud præsentes causam dixi.

25. Si vero ob cœnam iratus tibi videar, illud de Œneo cogita: videbis enim Dianam quoque iratam, quod solam se non invitasset ille ad sacrificium, quum reliquos deos epulis acciperet. Dicit autem sic fere de illis Homerus:

> Immemor, imprudens: multum sibi mente nocebat.

Et Euripides,

> Calydonis ista terra, Pelopii soli
> fretis objecta, et arva habens felicia.

Et Sophocles,

> Apri per agros Œnei vim maximam
> immisit arcu dea potens Latonia.

26. Hæc tibi pauca de multis apposui, uti discas quo viro neglecto Diphilum accipias, et tradideris illi filium: recte illud quidem; suavis est enim adolescentulo et gratiam illius sua consuetudine aucupatur. Quibus, si turpe non esset me dicere talia, aliquid præterea adjicerem, quod verum esse e Zopyro pædagogo illius poteris, si vis, cognoscere. Verum nuptias turbare non decet, neque accusare alios, præsertim de turpibus adeo causis. Etsi enim Diphilus dignus est, qui duos jam a me discipulos per blanditias abduxerit; at ego ipsius philosophiæ causa tacebo.

27. Imperavi autem huic puero, si dare ei velis aut apri partem, aut cervi, aut e sesamo placentæ mihi afferendam, ut ea sit cœnæ excusatio; ne accipiat, ne nos videamur hac illum causa misisse. »

28. Hæc dum legerentur, amice, et sudore diffluebam præ pudore, et, quod est in proverbio, hiscere optabam mihi terram, quum viderem ridentes ad unumquodque verbum qui aderant, præsertim quotquot eorum norant Hetœmoclem, canum hominem, quique vir gravis videretur. Mirabantur ergo qualem virum adhuc parum cognovissent, barba ista atque vultus contentione decepti. Itaque mihi videbatur non negligentia illum quadam prætermisisse Aristænetus, sed, quod non speraret futurum ut vocatus sibi condiceret, non voluisse in eum se casum committere: atque adeo ne tentare quidem sustinuit.

29. Quum ergo legere tandem servus desiisset, convivium totum in Zenonem atque Diphilum conjiciebat oculos, metuentes illos et pallentes, denique vultus inconstantia fidem

Ἀρισταίνετος ἐπέσχε τὴν χεῖρα καὶ ὑπερβὰς τὸν Ζηνόθεμιν ἐς τὸ μέσον αὐτοῖν κατεκλίθη, ὡς διασταῖεν ὑπὸ διατειχίσματι αὐτῷ εἰρήνην ἄγοντες.

34. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτ' ἐγίνετο, ποικίλα, ὦ Φίλων, ἐγὼ πρὸς ἐμαυτὸν ἐνενόουν, τὸ πρόχειρον ἐκεῖνο, ὡς οὐδὲν ὄφελος ἦν ἄρα ἐπίστασθαι τὰ μαθήματα, εἰ μή τις καὶ τὸν βίον ῥυθμίζοι πρὸς τὸ βέλτιον· ἐκείνους γοῦν περιττοὺς ὄντας ἐν τοῖς λόγοις ἑώρων γέλωτα ἐπὶ τῶν πραγμάτων ὀφλισκάνοντας. Ἔπειτα εἰσῄει με, μὴ ἄρα τὸ ὑπὸ τῶν πολλῶν λεγόμενον ἀληθὲς ᾖ καὶ τὸ πεπαιδεῦσθαι ἀπάγῃ τῶν ὀρθῶν λογισμῶν τοὺς ἐς μόνα τὰ βιβλία καὶ τὰς ἐν ἐκείνοις φροντίδας ἀτενὲς ἀφορῶντας· τοσούτων γοῦν φιλοσόφων παρόντων οὐδὲ κατὰ τύχην ἕνα τινὰ ἔξω ἁμαρτήματος ἦν ἰδεῖν, ἀλλ' οἱ μὲν ἐποίουν αἰσχρὰ, οἱ δ' ἔλεγον αἰσχίω· οὐδὲ γὰρ ἐς τὸν οἶνον ἔτι ἀναφέρειν εἶχον τὰ γιγνόμενα λογιζόμενος οἷα ὁ Ἑτοιμοκλῆς ἄσιτος ἔτι καὶ ἄποτος ἐγεγράφει.

35. Ἀνέστραπτο δ' οὖν τὸ πρᾶγμα, καὶ οἱ μὲν ἰδιῶται κοσμίως πάνυ ἑστιώμενοι οὔτε παροινοῦντες οὔτε ἀσχημονοῦντες ἐφαίνοντο, ἀλλ' ἐγέλων μόνον καὶ κατεγίγνωσκον αὐτῶν, οἶμαι, οὕς γε ἐθαύμαζον οἰόμενοί τινας εἶναι ἀπὸ τῶν σχημάτων, οἱ σοφοὶ δὲ ἠσέλγαινον καὶ ἐλοιδοροῦντο καὶ ὑπερενεπίμπλαντο καὶ ἐκεκράγεσαν καὶ εἰς χεῖρας ᾖεσαν. Ὁ θαυμάσιος δὲ Ἀλκιδάμας καὶ ἐούρει ἐν τῷ μέσῳ οὐκ αἰδούμενος τὰς γυναῖκας. Καὶ ἐμοὶ ἐδόκει, ὡς ἂν ἄριστά τις εἰκάσειεν, ὁμοιότατα εἶναι τὰ ἐν τῷ συμποσίῳ οἷς περὶ τῆς Ἔριδος οἱ ποιηταὶ λέγουσιν· οὐ γὰρ κληθεῖσαν αὐτὴν ἐς τοῦ Πηλέως τὸν γάμον ῥῖψαι τὸ μῆλον εἰς τὸ σύνδειπνον, ἀφ' οὗ τοσοῦτον πόλεμον ἐπ' Ἰλίῳ γεγενῆσθαι. Καὶ ὁ Ἑτοιμοκλῆς τοίνυν ἐδόκει μοι τὴν ἐπιστολὴν ἐμβαλὼν εἰς τὸ μέσον ὥσπερ τι μῆλον οὐ μείω τῆς Ἰλιάδος κακὰ ἐξεργάσασθαι.

36. Οὐ γὰρ ἐπαύσαντο οἱ ἀμφὶ τὸν Ζηνόθεμιν καὶ Κλεόδημον φιλονεικοῦντες, ἐπεὶ μέσος αὐτῶν ὁ Ἀρισταίνετος ἐγένετο· ἀλλὰ, Νῦν μὲν, ἔφη ὁ Κλεόδημος, ἱκανὸν, εἰ ἐλεγχθείητε ἀμαθεῖς ὄντες, αὔριον δὲ ἀμυνοῦμαι ὑμᾶς ὅντινα καὶ χρὴ τρόπον· ἀπόκριναί μοι οὖν, ὦ Ζηνόθεμι, ἢ σὺ ἢ ὁ κοσμιώτατος Δίφιλος, καθ' ὅ τι ἀδιάφορον εἶναι λέγοντες τῶν χρημάτων τὴν κτῆσιν οὐδὲν ἀλλ' ἢ τοῦτο ἐξ ἁπάντων σκοπεῖτε, ὡς πλείω κτήσεσθε καὶ διὰ τοῦτο ἀμφὶ τοὺς πλουσίους ἀεὶ ἔχετε καὶ δανείζετε καὶ τοκογλυφεῖτε καὶ ἐπὶ μισθῷ παιδεύετε, πάλιν τε αὖ τὴν ἡδονὴν μισοῦντες καὶ τῶν Ἐπικουρείων κατηγοροῦντες αὐτοὶ τὰ αἴσχιστα ἡδονῆς ἕνεκα ποιεῖτε καὶ πάσχετε, ἀγανακτοῦντες εἴ τις μὴ καλέσειεν ἐπὶ δεῖπνον· εἰ δὲ καὶ κληθείητε, τοσαῦτα μὲν ἐσθίοντες, τοσαῦτα δὲ τοῖς οἰκέταις ἐπιδιδόντες . . . καὶ ἅμα λέγων τὴν ὀθόνην περισπᾶν ἐπεχείρει, ἣν ὁ παῖς εἶχε τοῦ Ζηνοθέμιδος, μεστὴν οὖσαν παντοδαπῶν κρεῶν, καὶ ἔμελλε λύσας ἀπορρίπτειν αὐτὰ εἰς τὸ ἔδαφος, ἀλλ' ὁ παῖς οὐκ ἀνῆκε καρτερῶς ἀντεχόμενος.

37. Καὶ ὁ Ἕρμων, Εὖ γε, ἔφη, ὦ Κλεόδημε, εἰπάτωσαν οὗτινος ἕνεκα ἡδονῆς κατηγοροῦσιν αὐτοὶ ἥδε-

transgressus super Zenothemin, medium se inter illos collocasset, ut separarentur et se tanquam muro interposito quietem agerent.

34. Hæc dum fierent, multa, mi Philo, ego apud animum meum cogitabam, illud præsertim, quod cuivis in mentem venire necesse est, quam parum prosit scire literas, nisi quis etiam vitam componat in melius. Illos enim principes in literis videbam risum debere in ipsis actionibus. Deinde in mentem venit, verumne esset quod vulgo dicitur, a recta ratione doctrinam abducere homines eos, qui ad solos libros et quæ illis continentur curas perpetuo respiciunt. Tot enim præsentibus philosophis, ne forte quidem fortuna vacantem culpa unum erat videre, aliis facientibus turpiter, aliis turpius etiam dicentibus. Neque enim vino jam, quæ fiebant, imputare poteram, cogitans quæ Hetœmocles impransus impotusque scripserit.

35. Conversa igitur res omnis erat: indoctos homines plane decenter epulari videres, neque per ebrietatem quicquam, neque quod alioqui parum decorum esset, designantes; sed ridebant modo, et damnabant illos, puto, quos admirati ante fuerant, quum ex habitu aliquid illos esse putarent: sapientes vero lasciviebant, conviciabantur, supra modum se implebant, clamabant, ad manus veniebant. Admirabilis ille Alcidamas etiam mingebat, in medio convivio nihil mulieres reveritus. Ac mihi videbatur optime ille assimilare, si quis diceret simillima esse istius acta convivii iis quæ de Eride poetæ narrant: nempe non vocatam illam ad Pelei nuptias pomum istud in convivium projecisse, ex quo tantum ad Ilium bellum exortum sit. Et videbatur sane mihi Hetœmocles epistola illa, tanquam pomo quodam, in medium projecta non minorum Iliade malorum auctor exstitisse.

36. Neque enim desinebant rixari Zenothemis ac Cleodemus, quum medius inter illos esset Aristænetus: sed, Modo, inquit Cleodemus, satis fuerit, si ruditatis convincamini; cras vero vos, uti par est, ulciscar. Igitur responde mihi, Zenothemi, aut tu aut ornatissimus Diphilus, qua ratione, quum indifferentem esse dicatis pecuniarum possessionem, nihil aliud quam hoc unum spectetis ex omnibus, uti quam plurima possideatis, et hanc ob causam circa divites semper versemini, et fœnori detis pecuniam, et usurarum exsculpatis usuras, et mercede doceatis: rursus odio quum habeatis voluptatem, et Epicureos hoc nomine damnetis, ipsi voluptatis causa turpissima quæque faciatis ac patiamini, indigne ferentes si quis ad cœnam vos non invitaverit: si vero vocemini, tantum edatis, tantum insuper servis detis .. Hæc quum diceret, eripere mappulam tentabat, quam habebat puer Zenothemidis, plenam omnis generis carnium, soluta illa projecturus in solum omnia: sed non dimisit puer, firmiter eam retinens.

37. Atque Hermon, Euge, inquit, Cleodeme! dicant cujus rei causa voluptatem accusent, in voluptate esse ipsi

αἱρεσθαι ἤδη τὰ παρακείμενα ἔδει, καὶ ἀνείλοντο οἱ περὶ τὸν Ἀρισταίνετον καὶ Εὔκριτον τὴν πρὸ αὑτοῦ ἑκάτερος κἀγὼ τἀμὰ καὶ ὁ Χαιρέας ὅσα ἐκείνῳ ἔκειτο καὶ Ἴων ὁμοίως καὶ ὁ Κλεόδημος. Ὁ δὲ Δίφιλος ἠξίου καὶ τὰ τῷ Ζήνωνι δὴ ἀπιόντι παραδοθέντα φέρεσθαι καὶ ἔλεγε μόνῳ παρατεθῆναί οἱ αὐτὰ καὶ πρὸς τοὺς διακόνους ἐμάχετο, καὶ ἀντέσπων τῆς ὄρνιθος ἐπειλημμένοι ὥσπερ τὸν Πατρόκλου νεκρὸν ἀνθέλκοντες, καὶ τέλος ἐνικήθη καὶ ἀφῆκε πολὺν γέλωτα παρασχὼν τοῖς συμπόταις, καὶ μάλιστα ἐπεὶ ἠγανάκτει μετὰ τοῦτο ὡς ἂν τὰ μέγιστα ἠδικημένος.

43. Οἱ δὲ ἀμφὶ τὸν Ἕρμωνα καὶ Ζηνόθεμιν ἅμα κατέκειντο, ὥσπερ εἴρηται, ὁ μὲν ὑπεράνω ὁ Ζηνόθεμις, ὁ δ' ὑπ' αὐτόν· παρέκειτο δ' αὐτοῖς τὰ μὲν ἄλλα πάντα ἴσα, καὶ ἀνείλοντο εἰρηνικῶς· ἡ δὲ ὄρνις ἡ πρὸ τοῦ Ἕρμωνος πιμελεστέρα, οὕτως, οἶμαι, τυχόν. Ἔδει δὲ καὶ ταύτας ἀναιρεῖσθαι τὴν ἑαυτοῦ ἑκάτερον. Ἐν τούτῳ τοίνυν ὁ Ζηνόθεμις — καί μοι, ὦ Φίλων, πάνυ πρόσεχε τὸν νοῦν, ὁμοῦ γάρ ἐσμεν ἤδη τῷ κεφαλαίῳ τῶν πραχθέντων — ὁ δὲ Ζηνόθεμις, φημί, τὴν παρ' αὑτῷ ἀφεὶς τὴν πρὸ τοῦ Ἕρμωνος ἀνείλετο πιοτέραν, ὡς ἔφην, οὖσαν· ὁ δ' ἀντεπελάβετο καὶ οὐκ εἴα πλεονεκτεῖν. Βοὴ τὸ ἐπὶ τούτοις, καὶ συμπεσόντες ἔπαιον ἀλλήλους ταῖς ὄρνισιν αὐταῖς ἐς τὰ πρόσωπα, καὶ τῶν πωγώνων ἐπειλημμένοι ἐπεκαλοῦντο βοηθεῖν, ὁ μὲν τὸν Κλεόδημον ὁ Ἕρμων, ὁ δὲ Ζηνόθεμις Ἀλκιδάμαντα καὶ Δίφιλον, καὶ συνίσταντο οἱ μὲν ὡς τοῦτον, οἱ δ' ὡς ἐκεῖνον πλὴν μόνου τοῦ Ἴωνος· ἐκεῖνος δὲ μέσον ἑαυτὸν ἐφύλαττεν.

44. Οἱ δ' ἐμάχοντο συμπλακέντες, καὶ ὁ μὲν Ζηνόθεμις σκύφον ἀράμενος ἀπὸ τῆς τραπέζης κείμενον πρὸ τοῦ Ἀρισταινέτου ῥίπτει ἐπὶ τὸν Ἕρμωνα,

κἀκείνου μὲν ἅμαρτε, παραὶ δέ οἱ ἐτράπετ' ἄλλῃ,

διεῖλε δὲ τοῦ νυμφίου τὸ κρανίον ἐς δύο χρηστῷ μάλα καὶ βαθεῖ τῷ τραύματι. Βοὴ οὖν παρὰ τῶν γυναικῶν ἐγένετο καὶ κατεπήδησαν ἐς τὸ μεταίχμιον αἱ πολλαί, καὶ μάλιστα ἡ μήτηρ τοῦ μειρακίου, ἐπεὶ τὸ αἷμα εἶδε· καὶ ἡ νύμφη δὲ ἀνεπήδησε φοβηθεῖσα περὶ αὐτοῦ. Ἐν τοσούτῳ δὲ ὁ Ἀλκιδάμας ἠρίστευσε τῷ Ζηνοθέμιδι συμμαχῶν, καὶ πατάξας τῇ βακτηρίᾳ τοῦ Κλεοδήμου μὲν τὸ κρανίον, τοῦ Ἕρμωνος δὲ τὴν σιαγόνα ἐπέτριψε καὶ τῶν οἰκετῶν ἐνίους βοηθεῖν αὐτοῖς ἐπιχειροῦντας κατέτρωσεν· οὐ μὴν ἀπετράποντο ἐκεῖνοι, ἀλλ' ὁ μὲν Κλεόδημος ὀρθῷ τῷ δακτύλῳ τὸν ὀφθαλμὸν τοῦ Ζηνοθέμιδος ἐξώρυττε καὶ τὴν ῥῖνα προσφὺς ἀπέτραγεν, ὁ δὲ Ἕρμων τὸν Δίφιλον ἐπὶ ξυμμαχίαν ἥκοντα τοῦ Ζηνοθέμιδος ἀφῆκεν ἐπὶ κεφαλὴν ἀπὸ τοῦ κλιντῆρος.

45. Ἐτρώθη δὲ καὶ Ἱστιαῖος ὁ γραμματικὸς διαλύειν αὐτοὺς ἐπιχειρῶν λὰξ, οἶμαι, εἰς τοὺς ὀδόντας ὑπὸ τοῦ Κλεοδήμου Δίφιλον εἶναι οἰηθέντος. Ἔκειτο οὖν ὁ ἄθλιος κατὰ τὸν αὑτοῦ Ὅμηρον « αἷμ' ἐμέων. » Πλὴν ταραχῆς γε καὶ δακρύων μεστὰ ἦν πάντα. Καὶ αἱ μὲν γυναῖκες ἐκώκυον τῷ Χαιρέᾳ περιχυθεῖσαι, οἱ

ferendi apposita jam tempus erat; auferuntque Aristænetus et Eucritus uterque quod ante se erat; et ego mea, et Chæreas quæ ipsi erant posita, atque Ion similiter et Cleodemus. At Diphilus ea quoque auferre postulabat, quæ egresso jam Zenoni fuerant posita, ac soli sibi posita esse dicebat, pugnabatque cum ministris; tendebantque adeo in diversa, gallina utrimque comprehensa et huc illuc, ut Patrocli illius cadaver, tracta. Ac victus tandem dimisit, risu multo convivis præbito, præsertim quum post ista indignaretur, velut injuria maxima affectus esset.

43. Hermon et Zenothemis juxta, ut supra dictum est, accumbebant; supra Zenothemis, alter infra. Apposita illis erant reliqua omnia æqualia, auferebantque ista pacate: sed gallina quæ ante Hermonem, pinguior erat, forte id quidem fortuna, arbitror. Oportebat autem has etiam, suam quemque tollere. Hic Zenothemis (et adverte mihi, Philo, animum; jam enim in ipso capite quasi rei gestæ versamur): Zenothemis ergo, sua relicta, illam pinguiorem, ut modo dicebam, quæ ante Hermonem erat, aufert: at hic ab altera parte prehendit, nec patitur istum plus justo sibi arrogare. Hinc clamor, et irruentes in se invicem, ipsas sibi gallinas in faciem impingunt, prehensisque invicem barbis auxiliaturos advocant, Cleodemum Hermon, Zenothemis autem Alcidamantem et Diphilum; coeuntque adeo hi ad hunc, ad alterum alteri, solo excepto Ione; hic enim se servabat medium.

44. At illi consertis manibus pugnant: et Zenothemis sublatum de mensa scyphum qui ante Aristænetum stabat, in Hermonem conjicit,

Ille sed inde alio temere conversus aberrat,

sponsique frontem luculento sane ac profundo vulnere diffindit. Clamor igitur oritur a mulieribus, et prosiliunt inter utramque aciem pleræque, mater præsertim sponsi, quum videret sanguinem; exsilit etiam, quod illi metueret, sponsa. Interim præclare rem gerit Alcidamas, auxiliator Zenothemidis, et clavæ ictu Cleodemi cranium et malam Hermonis obterit, servorumque quosdam, qui auxilii ferendi causa accurrerant, vulnerat. Nondum tamen illi cedunt, sed Cleodemus erecto digito oculum Zenothemidi effodit, et morsu nasum aufert: Hermon vero auxilio venientem Zenothemidi Diphilum in caput de lecto dat præcipitem.

45. Vulneratur etiam Histiæus grammaticus, dum conatur illos dirimere, calcibus, ut arbitror, dentes illius petente Cleodemo, quod putaret esse Diphilum. Jacuit ergo miser, « vomuitque, » Homeri sui verbo, « cruorem. » Ceterum tumultus et lacrimarum plena erant omnia. Plorant circumfusæ circa Chæream mulieres, reliqui sedare tumultum

LXXII.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΣΥΡΙΗΣ ΘΕΟΥ.

1. Ἔστι ἐν Συρίῃ πόλις οὐ πολλὸν ἀπὸ τοῦ Εὐφρήτεω ποταμοῦ, καλέεται δὲ Ἱρὴ καὶ ἔστι ἱρὴ τῆς Ἥρης τῆς Ἀσσυρίης. Δοκέει δέ μοι, τόδε τὸ οὔνομα οὐχ ἅμα τῇ πόλι οἰκεομένῃ ἐγένετο, ἀλλὰ τὸ μὲν ἀρχαῖον ἄλλο ἦν· μετὰ δὲ σφίσι τῶν ἱρῶν μεγάλων γιγνομένων ἐς τόδε ἡ ἐπωνυμίη ἀπίκετο. Περὶ ταύτης ὦν τῆς πόλιος ἔρχομαι ἐρέων ὁκόσα ἐν αὐτῇ ἔστι· ἐρέω δὲ καὶ νόμους τοῖσι ἐς τὰ ἱρὰ χρέονται, καὶ πανηγύριας τὰς ἄγουσι, καὶ θυσίας τὰς ἐπιτελέουσι. Ἐρέω δὲ ὁκόσα καὶ περὶ τῶν τὸ ἱρὸν εἱσαμένων μυθολογέουσι, καὶ τὸν νηὸν ὅκως ἐγένετο. Γράφω δὲ Ἀσσύριος ἐὼν, καὶ τῶν ἀπηγέομαι τὰ μὲν αὐτοψίῃ ἔμαθον, τὰ δὲ παρὰ τῶν ἱρέων ἐδάην, ὁκόσα ἐόντα ἐμεῦ πρεσβύτερα ἐγὼ ἱστορέω.

2. Πρῶτοι μὲν ὦν ἀνθρώπων, τῶν ἡμεῖς ἴδμεν, Αἰγύπτιοι λέγονται θεῶν τε ἐννοίην λαβεῖν καὶ ἱρὰ εἵσασθαι καὶ τεμένεα καὶ πανηγύριας ἀποδέξαι. Πρῶτοι δὲ καὶ οὐνόματα ἱρὰ ἔγνωσαν καὶ λόγους ἱροὺς ἔλεξαν. Μετὰ δὲ οὐ πολλοστῷ χρόνῳ παρ' Αἰγυπτίων λόγον Ἀσσύριοι ἐς θεοὺς ἤκουσαν καὶ ἱρὰ καὶ νηοὺς ἤγειραν, ἐν τοῖσι καὶ ἀγάλματα ἔθεντο καὶ ξόανα ἐστήσαντο.

3. Τὸ δὲ παλαιὸν καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι ἀξόανοι νηοὶ ἔσαν. Καὶ ἔστι ἱρὰ καὶ ἐν Συρίῃ οὐ παρὰ πολὺ τοῖς Αἰγυπτίοισι ἰσοχρονέοντα, τῶν ἐγὼ πλεῖστα ὄπωπα· τό γε τοῦ Ἡρακλέος τὸ ἐν Τύρῳ, οὐ τούτου τοῦ Ἡρακλέος, τὸν Ἕλληνες ἀείδουσι, ἀλλὰ τὸν ἐγὼ λέγω, πολλὸν ἀρχαιότερος, καὶ Τύριος ἥρως ἐστί.

4. Ἔνι δὲ καὶ ἄλλο ἱρὸν ἐν Φοινίκῃ μέγα, τὸ Σιδώνιοι ἔχουσι, ὡς μὲν αὐτοὶ λέγουσι, Ἀστάρτης ἐστί· Ἀστάρτην δ' ἐγὼ δοκέω Σεληναίην ἔμμεναι· ὡς δέ μοί τις τῶν ἱρέων ἀπηγέετο, Εὐρώπης ἐστὶ τῆς Κάδμου ἀδελφεῆς. Ταύτην δ' ἐοῦσαν Ἀγήνορος τοῦ βασιλῆος θυγατέρα, ἐπειδή τε ἀφανὴς ἐγεγόνεε, οἱ Φοίνικες τῷ νηῷ ἐτιμήσαντο καὶ λόγον ἱρὸν ἐπ' αὐτῇ ἔλεξαν, ὅτι ἐοῦσαν καλὴν Ζεὺς ἐπόθεε καὶ τὸ εἶδος εἰς ταῦρον ἀμειψάμενος ἥρπασε, καί μιν ἐς Κρήτην φέρων ἀπίκετο. Τάδε μὲν καὶ τῶν ἄλλων Φοινίκων ἤκουον, καὶ τὸ νόμισμα, τῷ Σιδώνιοι χρέονται, τὴν Εὐρώπην ἐφεζομένην ἔχει τῷ ταύρῳ τῷ Διί· τὸν δὲ νηὸν οὐχ ὁμολογέουσι Εὐρώπης ἔμμεναι.

5. Ἔχουσι δὲ καὶ ἄλλο Φοίνικες ἱρὸν, οὐχ Ἀσσύριον, ἀλλ' Αἰγύπτιον, τὸ ἐξ Ἡλίου πόλιος ἐς τὴν Φοινίκην ἀπίκετο. Ἐγὼ μέν μιν οὐχ ὄπωπα, μέγα δὲ καὶ τόδε καὶ ἀρχαῖόν ἐστι.

6. Εἶδον δὲ καὶ ἐν Βύβλῳ μέγα ἱρὸν Ἀφροδίτης Βυβλίης, ἐν τῷ καὶ τὰ ὄργια ἐς Ἄδωνιν ἐπιτελέουσι· ἐδάην δὲ καὶ τὰ ὄργια. Λέγουσι γὰρ δὴ ὦν τὸ ἔργον τὸ ἐς Ἄδωνιν ὑπὸ τοῦ συὸς ἐν τῇ χώρῃ τῇ σφετέρῃ γενέσθαι καὶ μνήμην τοῦ πάθεος τύπτονταί τε ἑκάστου ἔτεος καὶ θρηνέουσι καὶ τὰ ὄργια ἐπιτελέουσι καὶ σφίσι μεγάλα πένθεα ἀνὰ τὴν χώρην ἵσταται. Ἐπεὰν δὲ ἀποτύψων-

LXXII.

DE SYRIA DEA.

1. Est in Syria urbs non procul ab Euphrate fluvio : vocatur ea Hiera (*sacra*, Hierapolis), et est sacra Junoni Assyriæ. Videtur autem mihi nomen illud non statim fuisse urbi, ex quo primum habitari cœpit; sed antiquum fuisse aliud : postea vero quum magna ibi sacra fierent, nomen loci in hoc abiit. De hac igitur urbe jam dicam, quæ in ea sint : dicam vero leges etiam, quibus in sacris suis utuntur, et celebritates quas agunt, et sacrificia quæ faciunt. Dicam ea quoque omnia quæ de conditoribus sacri illius fabulantur, et templum quomodo sit exstructum. Scribo autem Assyrius ipse, qui ea, quæ narro, partim meis viderim oculis; partim vero a sacerdotibus sim edoctus, quæ quidem ætatem meam antecedentia hic refero.

2. Jam primi hominum, quos nos novimus, Ægyptii dicuntur deorum cognitionem cepisse, et condidisse templa atque delubra, et cœtus sacrorum causa instituisse. Primi etiam nomina novere sacra, et narrationes sacras tradiderunt. Non ita multo post autem ab Ægyptiis Assyrii illam dē diis doctrinam audierunt, et templa atque ædes excitarunt, in quibus simulacra quoque ponebant, et signa statuebant.

3. Antiquitus vero apud Ægyptios etiam sine sculpta imagine erant templa. Et sunt in Syria quoque templa Ægyptiis illis non multum ætate inferiora, quorum ego plurima vidi : ut Herculis Tyri, non illius, quem Græci canunt, Herculis, sed quem ego dico, qui multum antiquior, et Tyrius heros est.

4. Est vero aliud quoque in Phœnice templum magnum, quod habent Sidonii : prout ipsi dicunt, Astartæ est : Astarten autem puto ego Lunam esse : ut vero sacerdotum mihi aliquis narravit, Europæ est, sororis Cadmi. Hanc autem Agenoris regis filiam, quum discessisset ex oculis, Phœnices honorarunt templo, et historiam de ea sacram tradidere, eam, pulchra quum esset, a Jove amatam, qui mutatus in tauri speciem eam rapuerit, et in Cretam detulerit. Hæc etiam ex Phœnicibus aliis audivi, et numus, quo utuntur Sidonii, Europam habet tauro insidentem, Jovi. Templum autem Europæ esse, non consentiunt.

5. Habent autem aliud etiam sacrum Phœnices, non Assyrium illud, sed Ægyptium, quod Heliopoli in Phœnicen venit. Ego quidem illud non vidi; magnum vero ipsum quoque et antiquum est.

6. Sed vidi ego Bybli magnum templum Veneris Bybliæ, in quo etiam Adonidis orgia peragunt : ac didici illa orgia. Dicunt nempe illud de Adonide et de apro in sua regione factum, et in memoriam illius calamitatis plangunt singulis annis et plorant, et peragunt orgia, et magnum sibi per illam regionem luctum imponunt. Quum vero satis planctus

καὶ Φοινίκων καὶ Βαβυλωνίων καὶ ἄλλα ἐκ Καππαδοκίης, τὰ δὲ καὶ Κίλικες φέρουσι, τὰ δὲ Ἀσσύριοι. Εἶδον δὲ ἐγὼ καὶ τὰ ἐν τῷ νηῷ λάθρῃ ἀποκέαται, ἐσθῆτα πολλὴν καὶ ἄλλα ὁκόσα ἐς ἄργυρον ἢ ἐς χρυσὸν ἀποκέκριται· Ὁρταὶ μὲν γὰρ καὶ πανηγύριες οὐδαμοῖσι ἄλλοισι ἀνθρώπων τοσαίδε ἀποδεδέχαται.

11. Ἱστορέοντι δέ μοι ἐτέων πέρι, ὁκόσα τῷ ἱρῷ ἐστι, καὶ τὴν θεὸν αὐτοὶ ἥντινα δοκέουσι, πολλοὶ λόγοι ἐλέγοντο, τῶν οἱ μὲν ἱροί, οἱ δὲ ἐμφανέες, οἱ δὲ κάρτα μυθώδεες, καὶ ἄλλοι βάρβαροι, οἱ μὲν τοῖσι Ἕλλησι ὁμολογέοντες, τοὺς ἐγὼ πάντας μὲν ἐρέω, δέκομαι δὲ οὐδαμά.

12. Οἱ μὲν ὦν πολλοὶ Δευκαλίωνα τὸν Σισύθεα τὸ ἱρὸν εἵσασθαι λέγουσι, τοῦτον Δευκαλίωνα, ἐπὶ τοῦ τὸ πολλὸν ὕδωρ ἐγένετο. Δευκαλίωνος δὲ πέρι λόγον ἐν Ἕλλησι ἤκουσα, τὸν Ἕλληνες ἐπ' αὐτῷ λέγουσι. Ὁ δὲ μῦθος ὧδε ἔχει· ἥδε ἡ γενεὴ οἱ νῦν ἄνθρωποι οὐ πρῶτοι ἐγένοντο, ἀλλ' ἐκείνη μὲν ἡ γενεὴ πάντες ὤλοντο. Οὗτοι δὲ γένεος τοῦ δευτέρου εἰσί, τὸ αὖτις ἐκ Δευκαλίωνος ἐς πληθὺν ἀπίκετο. Ἐκείνων δὲ πέρι τῶν ἀνθρώπων τάδε μυθέονται· ὑβρισταὶ κάρτα ἐόντες ἀθέμιστα ἔργα ἔπρησσον, οὔτε γὰρ ὅρκια ἐφύλασσον οὔτε ξείνους ἐδέκοντο οὔτε ἱκετέων ἠνείχοντο, ἀντ' ὧν σφίσιν ἡ μεγάλη συμφορὴ ἀπίκετο. Αὐτίκα ἡ γῆ πολλὸν ὕδωρ ἐκδιδοῖ καὶ ὄμβροι μεγάλοι ἐγένοντο καὶ οἱ ποταμοὶ κατέβησαν μέζονες καὶ ἡ θάλασσα ἐπὶ πολλὸν ἀνέβη, ἐς ὃ πάντα ὕδωρ ἐγένοντο καὶ πάντες ὤλοντο, Δευκαλίων δὲ μοῦνος ἀνθρώπων ἐλίπετο ἐς γενεὴν δευτέρην εὐβουλίης τε καὶ τοῦ εὐσεβέος εἵνεκα. Ἡ δέ οἱ σωτηρίη ἥδε ἐγένετο· λάρνακα μεγάλην, τὴν αὐτὸς εἶχε, ἐς ταύτην ἐσβιβάσας παῖδάς τε καὶ γυναῖκας ἑωυτοῦ ἐσέβη· ἐσβαίνοντι δέ οἱ ἀπίκοντο σύες καὶ ἵπποι καὶ λεόντων γένεα καὶ ὄφιες καὶ ἄλλα ὁκόσα ἐν γῇ νέμονται, πάντα ἐς ζεύγεα. Ὁ δὲ πάντα ἐδέκετο, καί μιν οὐκ ἐσίνοντο, ἀλλὰ σφίσι μεγάλη διόθεν φιλίη ἐγένετο. Καὶ ἐν μιῇ λάρνακι πάντες ἔπλευσαν, ἔστε τὸ ὕδωρ ἐπεκράτεε. Τὰ μὲν Δευκαλίωνος πέρι Ἕλληνες ἱστορέουσι.

13. Τὸ δὲ ἀπὸ τούτου λέγεται λόγος ὑπὸ τῶν ἐν τῇ ἱρῇ πόλει μεγάλως ἄξιος θωυμάσαι, ὅτι ἐν τῇ σφετέρῃ χώρῃ χάσμα μέγα ἐγένετο καὶ τὸ σύμπαν ὕδωρ κατεδέξατο· Δευκαλίων δέ, ἐπεὶ τάδε ἐγένετο, βωμούς τε ἔθετο καὶ νηὸν ἐπὶ τῷ χάσματι Ἥρης ἅγιον ἐστήσατο. Ἐγὼ δὲ καὶ τὸ χάσμα εἶδον, καὶ ἔστι ὑπὸ τῷ νηῷ κάρτα μικρόν. Εἰ μὲν ὦν πάλαι καὶ μέγα ἐὸν νῦν τοιόνδε ἐγένετο, οὐκ οἶδα· τὸ δὲ ἐγὼ εἶδον, μικρόν ἐστι. Σῆμα δὲ τῆς ἱστορίης τόδε πρήσσουσι· δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐκ θαλάσσης ὕδωρ ἐς τὸν νηὸν ἀπικνέεται. Φέρουσι δὲ οὐκ ἱρέες μοῦνον, ἀλλὰ πᾶσα Συρίη καὶ Ἀραβίη, καὶ πέρηθεν τοῦ Εὐφρήτεω πολλοὶ ἄνθρωποι ἐς θάλασσαν ἔρχονται καὶ πάντες ὕδωρ φέρουσι, τὸ πρῶτα μὲν ἐν τῷ νηῷ ἐκχέουσι, μετὰ δὲ ἐς τὸ χάσμα κατέρχεται, καὶ δέκεται τὸ χάσμα μικρὸν ἐὸν ὕδατος χρῆμα πολλόν. Τὰ δὲ ποιέοντες Δευκαλίωνα ἐν τῷ ἱρῷ τόνδε νόμον θέσθαι λέγουσι συμφορῆς τε καὶ εὐεργεσίης μνῆμα ἔμμεναι.

niunt ex Arabia, et a Phœnicibus, et Babyloniis, et aliæ e Cappadocia; quædam vero etiam Cilices afferunt, quædam Assyrii. Vidi ego ea quoque quæ in templo occultis locis reposita sunt, vestem multam, et alia quæ in argentum vel in aurum discreta sunt. Festorum quidem celebrationes dierum et conventus nullis aliis mortalium tot ac tanti instituti sunt.

11. Percontanti autem mihi de annis, quot essent illi sacro, et quam ipsi deam illam putarent, multæ narrationes dicebantur quarum sacræ aliæ, aliæ publicæ; quædam oppido fabulosæ; et aliæ barbaræ, aliæ Græcis consentientes, quas ego dicam quidem omnes, neutiquam vero recipio.

12. Vulgus igitur Deucalionem esse, Sisythen, aiunt, qui templum condiderit; eum, inquam, Deucalionem, sub quo multa illa aqua fuit. Jam de Deucalione narrationem inter Græcos audivi, quam Græci de eo referunt. Fabula autem ita habet. Hoc sæculum, qui nunc sunt homines, non illi primi fuere; sed illud sæculum periere omnes. At hi alterius sunt generis, quod rursus a Deucalione inde in multitudinem auctum est. De istis vero prioribus hominibus hæc narrant : contumeliosi valde quum essent, nefaria facinora patrabant : neque enim jurisjurandi religionem servabant, neque recipiebant hospites, neque supplicibus parcebant : pro quibus rebus magna illa venit ipsis calamitas. Statim multum aquæ terra effundere, et pluviæ fieri magnæ, et amnes descendere majores, mare autem multum ascendere : quare aqua fiebant omnia, peribantque universi; Deucalion solus alteri sæculo reservatus est prudentiæ et pietatis causa. Servatio autem ipsius hoc modo contigit. Arcam quam habebat magnam, in hanc liberos suos et uxores imposuit, et ipse quoque ingressus est. Quum autem ingrederetur, venerunt ad eum apri, et equi, et leonum genera, et serpentes, et reliqua quæ in terra pascuntur, bina omnia. Recipit ille omnia : neque illi nocent; sed magna inter ipsos amicitia, a Jove immissa, intercedit. Atque in una omnes arca navigarunt, quam diu aqua obtinebat. Hæc de Deucalione narrant Græci.

13. Hinc vero narratio ab iis, qui Hierapoli sunt, fertur admiratione maxime digna : in ipsorum regione hiatum factum esse magnum, qui aquam omnem receperit. Deucalionem vero, aiunt, quum hæc facta essent, altariaque constituit, et sacram Junoni ædem super hiatum collocavit. Ego etiam hiatum vidi; et est sub templo valde parvus. An vero magnus fuerit olim, et nunc tantillus factus, non novi : quem vero ego vidi, ille parvus est. Signum hujus narrationis esse statuunt hoc quod fit : bis unoquoque anno de mari aqua in templum venit. Ferunt eam non sacerdotes solum, sed Syria omnis et Arabia, et Transeuphratani multi homines ad mare accedunt, et aquam ferunt omnes, quam primum quidem in templo effundunt; deinde vero in hiatum ea descendit, capitque ille hiatus, parvus licet, aquæ vim maximam. Hæc faciunt, et a Deucalione hanc in eo templo legem latam esse dicunt, ut illud

ῥόσπαστα. Ἔστι δὲ καὶ τόδε ἐν τῷ ἱρῷ, ἐν δεξιῇ τοῦ νηοῦ κάθηται σμικρὸς ἀνὴρ χάλκεος ἔχων αἰδοῖον μέγα.

17. Τοσάδε μὲν ἀμφὶ τῶν οἰκιστέων τοῦ ἱροῦ μυθολογέουσι. Ἤδη δὲ ἐρέω καὶ τοῦ νηοῦ πέρι θέσιός τε ὅκως ἐγένετο καὶ ὅστις μιν ἐποιήσατο. Λέγουσι τὸν νηὸν τὸν νῦν ἐόντα μὴ ἔμμεναι τὸν τὴν ἀρχὴν γεγενημένον, ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν κατενεχθῆναι χρόνῳ ὕστερον, τὸν δὲ νῦν ἐόντα Στρατονίκης ἔμμεναι ποίημα, γυναικὸς τοῦ Ἀσσυρίων βασιλῆος. Δοκέει δέ μοι ἡ Στρατονίκη ἐκείνη ἔμμεναι, τῆς ὁ πρόγονος ἠρήσατο, τὸν ἤλεγξε τοῦ ἰητροῦ ἐπινοίη· ὡς γάρ μιν ἡ συμφορὴ κατέλαβεν, ἀμηχανέων τῷ κακῷ αἰσχρῷ δοκέοντι κατ' ἡσυχίην ἐνόσεε. Ἔκειτο δὲ ἀλγέων οὐδὲν, καί οἱ ἥ τε χροιὴ πάμπαν ἐτρέπετο καὶ τὸ σῶμα δι' ἡμέρης ἐμαραίνετο. Ὁ δὲ ἰητρὸς ὡς εἶδέ μιν ἐς οὐδὲν ἐμφανὲς ἀρρωστέοντα, ἔγνω τὴν νοῦσον ἔρωτα ἔμμεναι. Ἔρωτος δὲ ἀφανέος πολλὰ σημήια, ὀφθαλμοί τε ἀσθενέες καὶ φωνὴ καὶ χροιὴ καὶ δάκρυα. Μαθὼν δὲ ταῦτα ἐποίεε· χειρὶ μὲν τῇ δεξιῇ ἔχε τοῦ νεηνίσκου τὴν καρδίην, ἐκάλεε δὲ τοὺς ἀνὰ τὴν οἰκίην πάντας· ὁ δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἐσιόντων πάντων ἐν ἠρεμίῃ μεγάλῃ ἦν, ὡς δὲ ἡ μητρυιὴ ἀπίκετο, τήν τε χροιὴν ἠλλάξατο καὶ ἱδρώειν ἄρξατο καὶ τρόμῳ ἔχετο καὶ ἡ καρδίη ἀνεπάλλετο· τὰ δὲ γιγνόμενα ἐμφανέα τῷ ἰητρῷ τὸν ἔρωτα ἐποίεε.

18. Καί μιν ὧδε ἰήσατο· καλέσας τοῦ νεηνίσκου τὸν πατέρα κάρτα ὀρρωδέοντα, Ἥδε ἡ νοῦσος, ἔφη, τὴν ὁ παῖς ὅδε ἀρρωστέει, οὐ νοῦσός ἐστι, ἀλλὰ ἀδικίη· ὅδε γάρ τοι ἀλγέει μὲν οὐδὲν, ἔρως δέ μιν καὶ φρενοβλαβείη ἔχει. Ἐπιθυμέει δὲ τῶν οὐδαμὰ τεύξεται, φιλέων γυναῖκα ἐμὴν, τὴν ἐγὼ οὔτι μετήσομαι. Ὁ μὲν ὦν τοιάδε σοφίῃ ἐψεύδετο. Ὁ δὲ αὐτίκα ἐλίσσετο, Πρός τε σοφίης καὶ ἰητρικῆς μή μοι παῖδα ὀλέσῃς· οὐ γὰρ ἐθέλων ταύτῃ συμφορῇ ἔσχετο, ἀλλά οἱ ἡ νοῦσος ἀεκουσίη. Τῷ σὺ μηδαμὰ ζηλοτυπέων πένθος ἐγεῖραι πάσῃ βασιληίῃ μηδὲ ἰητρὸς ἐὼν φθόνον προξενέειν ἰητρικῇ. Ὁ μὲν ὧδε ἀγνὼς ἐὼν ἐδέετο. Ὁ δέ μιν αὖτις ἀμείβετο, Ἀνόσια σπεύδεις γάμον ἐμὸν ἀπαιρεόμενος ἠδὲ ἰητρὸν ἄνδρα βιώμενος. Σὺ δὲ κῶς ἂν αὐτὸς ἔπρηξας, εἴ τοι σὴν γυναῖκα ἐπόθεε, ἐμεῦ τάδε δεόμενος; Ὁ δὲ πρὸς τάδε ἔλεγε ὡς οὐδ' αὐτὸς ἄν κοτε γυναικὸς ἐφείσατο οὐδὲ παιδὶ σωτηρίης ἐφθόνεε, εἰ καί οἱ μητρυιῆς ἐπεθύμεε· οὐ γὰρ ὁμοίην συμφορὴν ἔμμεναι γαμετὴν ἢ παῖδα ὀλέσαι. Ὡς δὲ τάδε ὁ ἰητρὸς ἤκουσε, Τί τοι, ἔφη, ἐμὲ λίσσεαι; καὶ γάρ τοι σὴν γυναῖκα ποθέει· τὰ δὲ ἔλεγον ἐγὼ, πάντα ἔην ψεύδεα. Πείθεται μὲν τουτέοισι, καὶ τῷ μὲν παιδὶ λείπει καὶ γυναῖκα καὶ βασιληίην, αὐτὸς δὲ ἐς τὴν Βαβυλωνίην χώρην ἀπίκετο καὶ πόλιν ἐπὶ τῷ Εὐφρήτῃ ἐπώνυμον ἑωυτοῦ ἐποιήσατο, ἔνθα οἱ καὶ ἡ τελευτὴ ἐγένετο. Ὧδε μὲν ὁ ἰητρὸς ἔρωτα ἔγνω τε καὶ ἰήσατο.

19. Ἥδε δὴ ὦν ἡ Στρατονίκη ἔτι τῷ προτέρῳ ἀνδρὶ συνοικέουσα ὄναρ τοιόνδε ἐθεήσατο, ὥς μιν ἡ Ἥρη ἐκέλευε ἐγεῖραί οἱ τὸν ἐν τῇ ἱρῇ πόλι νηὸν, εἰ δὲ ἀπειθέοι, πολλά οἱ καὶ κακὰ ἀπείλεε. Ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα

rospasta [*nervis tracta*]. Est autem hoc etiam in delubro: in dextra templi sedet vir parvus æneus cum magno pudendo.

17. Tantum de conditoribus sacri narrant. Jam vero de ipsa æde dicam, et illius positione, quomodo sit facta, et quis eam condiderit. Aiunt ædem quæ nunc est, non esse illam ab initio statim structam, sed istam ipso tempore collapsam denique; quæ vero nunc est, eam Stratonices esse opus, quæ uxor Assyriorum regis fuerit. Videtur autem mihi illa fuisse Stratonice, quam privignus suus amavit, quem medici deprehendit sollertia : quum enim ille ipsum morbus invasisset, consilii expers in malo quod turpe videretur, ægrotabat silentio. Jacebat autem parte dolente nulla : atque ipsi et color plane mutabatur, et corpus in dies marcescebat. At medicus, quum videret illum manifesto nullo morbo laborare, amorem esse ipsius morbum cognovit. Amoris autem occultati signa multa, oculi languidi, et vox, et color, et lacrimæ. Quo cognito, hæc faciebat : dextra manu cordi adolescentis admota, domesticos vocabat omnes. Ille ceteris omnibus intrantibus tranquillus admodum erat : at noverca ubi advenit, et colorem mutavit, et incepit sudare, et tremore corripiebatur, et cor ei palpitabat. Ista quum fierent, manifestum medico amorem prodidere.

18. Atque ita illum sanavit : vocato patre adolescentis vehementer anxio, Iste morbus, inquit, quo juvenis hic ægrotat, non morbus est, sed injuria : nihil enim ipsi dolet; sed amor illum tenet atque amentia. Concupiscit enim quæ nunquam consequetur : meam quippe uxorem amat, quam ego neutiquam dimittam. Hæc ille astute commentus est. At pater statim supplicare, Per, inquit, tuam sapientiam et medicinæ peritiam, ne patiaris perire mihi filium : neque enim volens hoc correptus est malo, sed involuntarius ei morbus. Noli ergo tua zelotypia luctum excitare regno universo; neu, medicus quum sis, invidiam conciliare medicinæ. Sic ille imprudens orabat. At respondit ei medicus : Nefarium est quod studiose adeo petis, matrimonium mihi meum auferens et vim adhibere parans viro medico. Tu vero quid ipse faceres, si tuæ uxoris desiderio teneretur, qui me ista deprecceris? Ad hæc ille, neque se uxori unquam parsurum, neque invisurum filio salutem, etiamsi suam is novercam amaret; non enim æqualem esse calamitatem, conjugem amittere, et filium. Hæc ubi audierat medicus, Quid ergo, inquit, mihi supplicas? tuam nempe uxorem amat : quæ vero modo dicebam, conficta erant omnia. His ille obsecutus, et uxorem et regnum concedit filio, ipse autem in Babyloniæ regionem abiit, et urbem sibi cognominem ad Euphraten condidit : ubi etiam mortuus est. Sic ille medicus et deprehendit amorem et sanavit.

19. Hæc ergo Stratonice, quum in prioris adhuc viri matrimonio esset, somnium vidit ejusmodi, quasi imperaret sibi Juno, uti templum Hierapoli sibi excitaret; quod si non pareret, multa illi et mala interminabatur. Illa initio

οὐδεμίην ὤρην ἐποιέετο, μετὰ δὲ ὥς μιν μεγάλη νοῦσος ἔλαβε, τῷ τε ἀνδρὶ τὴν ὄψιν ἀπηγήσατο καὶ τὴν Ἥρην ἱλάσκετο καὶ στήσειν τὸν νηὸν ὑπεδέξατο. Καὶ αὐτίκα ὑγιέα γενομένην ὁ ἀνὴρ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἔπεμπε, σὺν δέ οἱ καὶ χρήματα καὶ στρατιὴν πολλήν, τοὺς μὲν οἰκοδομέειν, τοὺς δὲ καὶ τοῦ ἀσφαλέος εἵνεκα· καλέσας δέ τινα τῶν ἑωυτοῦ φίλων, νεηνίην κάρτα καλὸν, τῷ οὔνομα ἦν Κομβάβος, Ἐγώ τοι, ἔφη, ὦ Κομβάβε, ἐσθλὸν ἐόντα φιλέω τε μάλιστα φίλων ἐμῶν καὶ πάμπαν ἐπαινέω σοφίης τε καὶ εὐνοίης τῆς ἐς ἡμέας, τὴν δὴ ἐπεδέξαο· νῦν δέ μοι χρειὼ μεγάλης πίστιος, τῷ σε θέλω γυναικὶ ἐμῇ ἑσπόμενον ἔργον τέ μοι ἐπιτελέσαι καὶ ἱρὰ τελέσαι καὶ στρατιῆς ἐπικρατέειν· σοὶ δὲ ἀπικομένῳ ἐξ ἡμέων τιμὴ μεγάλη ἔσσεται. Πρὸς δὲ τάδε ὁ Κομβάβος αὐτίκα λίσσετο πολλὰ λιπαρέων μή μιν ἐκπέμπειν μηδὲ πιστεύειν οἱ τὰ πολλὸν ἑωυτοῦ μέζονα χρήματα καὶ γυναῖκα καὶ ἔργον ἱρόν· τὰ δὲ ὀρρώδεε μή κοτέ οἱ ζηλοτυπίη χρόνῳ ὑστέρῳ ἐς τὴν Στρατονίκην γένοιτο, τὴν μοῦνος ἀπάξειν ἔμελλε.

20. Ὡς δὲ οὐδαμὰ ἐπείθετο, ὁ δὲ ἱκεσίης δευτέρης ἅπτεται δοῦναί οἱ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων, μετὰ δὲ ἀποστεῖλαί μιν τελέσαντά τι τῶν μάλιστα ἐδέετο. Τυχὼν δὲ ῥηιδίως ἐς τὸν ἑωυτοῦ οἶκον ἀπικνέεται καὶ πεσὼν χαμᾶζε τοιάδε ὠδύρετο· ὦ δείλαιος, τί μοι ταύτης τῆς πίστιος; τί δέ μοι ὁδοῦ, τῆς τέλος ἤδη δέρκομαι; Νέος μὲν ἐγὼ καὶ γυναικὶ καλῇ ἕψομαι. Τὸ δέ μοι μεγάλη συμφορὴ ἔσσεται, εἰ μὴ ἔγωγε πᾶσαν αἰτίην κακοῦ ἀποθήσομαι. Τῷ με χρῆν μέγα ἔργον ἀποτελέσαι, τό μοι πάντα φόβον ἰήσεται. Τάδε εἰπὼν ἀτελέα ἑωυτὸν ἐποίεε, καὶ ταμὼν τὰ αἰδοῖα ἐς ἀγγήιον μικρὸν κατέθετο σμύρνῃ τε ἅμα καὶ μέλιτι καὶ ἄλλοισι θυώμασι καὶ ἔπειτα σφρηγῖδι τὴν ἐφόρεε σημηνάμενος τὸ τρῶμα ἰῆτο. Μετὰ δὲ ὥς μιν ὁδοιπορέειν ἐδόκεε, ἀπικόμενος ἐς τὸν βασιλῆα πολλῶν παρεόντων διδοῖ τε ἅμα τὸ ἀγγήιον καὶ λέγει ὧδε· Ὦ δέσποτα, τόδε μοι μέγα κειμήλιον ἐν τοῖσι οἰκηίοισι ἀπεκέετο, τὸ ἐγὼ κάρτα ἐπόθεον· νῦν δὲ ἐπεὶ μεγάλην ὁδὸν ἔρχομαι, παρὰ σοὶ τόδε θήσομαι. Σὺ δέ μοι ἀσφαλέως ἔχειν· τόδε γάρ μοι χρυσοῦ βέλτερον, τόδε μοι ψυχῆς ἐμῆς ἀντάξιον. Εὖτ' ἂν δὲ ἀπίκωμαι, σῶον αὖτις ἀποίσομαι. Ὁ δὲ δεξάμενος ἑτέρῃ σφρηγῖδι ἐσημαίνετο καὶ τοῖσι ταμίῃσι φρουρέειν ἐνετείλατο.

21. Κομβάβος μέν νυν τὸ ἀπὸ τοῦδε ἀσφαλέα ὁδὸν ἤνυε· ἀπικόμενοι δὲ ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν σπουδῇ τὸν νηὸν οἰκοδόμεον καί σφίσι τρία ἔτεα ἐν τῷ ἔργῳ ἐξεγένετο, ἐν τοῖσι ἀπέβαινε τάπερ ὁ Κομβάβος ὀρρώδεε· ἡ Στρατονίκη γὰρ χρόνον ἐπὶ πολλὸν συνόντα μιν ποθέειν ἄρχετο, μετὰ δέ οἱ καὶ κάρτα ἐπεμήνατο. Καὶ λέγουσι οἱ ἐν τῇ ἱρῇ πόλι τὴν Ἥρην τουτέων αἰτίην ἐθέλουσαν γενέσθαι, Κομβάβον ἐσθλὸν μὲν ἐόντα λαθέειν μηδαμὰ, Στρατονίκην δὲ τίσασθαι, ὅτι οὐ ῥηιδίως τὸν νηὸν ὑπέσχετο.

22. Ἡ δὲ τὰ μὲν πρῶτα ἐσωφρόνεε καὶ τὴν νοῦσον ἔκρυπτε· ὡς δέ οἱ τὸ κακὸν μέζον ἡσυχίης ἐγένετο, ἐς

quidem nullam ejus rationem habebat : at postea, quum magnus illam morbus invaderet, et viro enarravit visum, et Junonem placavit, et statuere ædem recepit. Et statim inde quum convaluisset, misit eam vir suus Hierapolin, et cum illa pecuniam multam, et magnum exercitum, partim qui ædificarent, partim etiam securitatis causa. Atque vocato quodam amicorum suorum, juvene pulcherrimo, cui Combabo nomen erat, Ego, inquit, Combabe, te utpote bonum virum, et amicorum meorum amo maxime, et vehementer te laudo sapientiæ pariter et benevolentiæ in nos causa, quam ostendisti : jam vero magna mihi fide opus est : ideoque volo te, uxorem comitatum meam, et opus mihi perficere, et sacra facere, et exercitui cum imperio præesse. Ceterum tibi reduci magnus a nobis honor habebitur. Ad hæc Combabus statim supplicare et multum rogare ne se mitteret, neu commendaret sibi res multum se majores, pecunias, uxorem, opus sacrum : præterea vero metuebat ne quando illi postea zelotypia de Stratonice oreretur, quam solus abducturus erat.

20. Quum vero persuaderi sibi rex non pateretur, ad alteram ille supplicationem conversus, septem sibi dierum tempus dari petit : post ea se mitteret, ubi perfecisset quo maxime facto esset opus. Hoc facile quum impetrasset, domum suam abiit, et humi procumbens, ita suam sortem deplorabat : Miserum me, quorsum ista mihi fides? quo mihi iter, cujus jam finem prospicio? Juvenis ego, et pulchram comitabor mulierem. Hoc vero magnæ mihi erit calamitati, nisi omnem ego mali causam atque obtentum removero. Itaque magnum mihi perficiendum opus est, quod omnem mihi metum sanabit. Hæc ubi dixit, ipse se mutilabat, et resecta pudenda in vasculo parvo recondidit una cum myrrha et melle et aromatis aliis, ac deinde eo quem gestabat anulo obsignavit : postremo curavit vulnus. Deinde quum iter facere posse sibi videretur, accedens ad regem, multis præsentibus quum vasculum porrigit, hunc ita loquitur : Hic mihi, domine, pretiosissimus thesaurus domi fuerat repositus, quem ego valde carum habebam : jam vero quum magnam viam ingredior, apud te illum deponam. Tu vero tutum mihi præsta : est enim illud auro mihi carius, et non minus quam vita pretiosum. Quum rediero, salvum rursus recipiam. Ille acceptum alio obsignavit anulo, et quæstoribus suis asservandum tradidit.

21. Combabus igitur ab eo inde tempore securum iter peragebat. Delati Hierapolin diligenter ædem ædificant, tresque ipsis anni in hoc negotio effluxere. Interea acciderunt quæ Combabus metuerat. Stratonice enim illum, qui longo tempore secum versaretur, amare cœpit; qui amor ipsi postea in furorem, et magnum quidem exiit. Dicunt autem Hierapolitani, Junonem harum rerum causam volentem fuisse; non fugisse illam, virum bonum esse Combabum; Stratonicen autem ulcisci voluisse, quod non facile templum ædificandum suscepisset.

22. Ac primo quidem illa modesta erat et occultabat morbum. Quum autem quietem non amplius illi malum

ρύχετο κλαίεσκέ τε δι' ἡμέρης καὶ Κομβάβον
καί οἱ πάντα Κομβάβος ἦν. Τέλος δὲ
σα τῇ συμφορῇ εὐπρεπέα ἱκεσίην ἐδίζητο.
ὦν τὸν ἔρωτα ὁμολογέειν ἐφυλάσσετο, αὐτὴ
έειν αἰδέετο. Ἐπινοέει ὦν τοιάδε, οἴνῳ
θύσασα ἐς λόγους οἱ ἐλθεῖν· ἅμα δὲ οἴνῳ
ρρησίη τε ἐσέρχεται καὶ ἡ ἀποτυχίη οὐ κάρ-
, ἀλλὰ τῶν πρησσομένων ἕκαστα ἐς ἀγνοίην
. Ὡς δέ οἱ ἐδόκεε, καὶ ἐποίεε ταῦτα. Καὶ
ίπνου ἐγένοντο, ἀπικομένη ἐς τὰ οἰκήια, ἐν
άβος αὐλίζετο, λίσσετό τε καὶ γούνων ἅπτετο
ωτα ὡμολόγεε· ὁ δὲ τόν τε λόγον ἀπηνέως
καὶ τὸ ἔργον ἀναίνετο καί οἱ τὴν μέθην
Ἀπειλούσης δὲ μέγα τι κακὸν ἑωυτὴν
ι, δείσας πάντα οἱ λόγον ἔφηνε καὶ πᾶ-
ωυτοῦ πάθην ἀπηγήσατο καὶ τὸ ἔργον ἐς
νειξε. Ἰδοῦσα δὲ ἡ Στρατονίκη τὰ οὔκοτε
ανίης μὲν ἐκείνης ἔσχετο, ἔρωτος δὲ οὐδαμὰ
λλὰ πάντα οἱ συνεοῦσα ταύτην παραμυθίην
ρωτος ἀπρήκτοιο. Ἔστιν ὁ ἔρως οὗτος ἐν
λι καὶ ἔτι νῦν γίγνεται· γυναῖκες Γάλλων
σι καὶ γυναιξὶ Γάλλοι ἐπιμαίνονται, ζηλοτυ-
δεὶς, ἀλλὰ σφίσι τὸ χρῆμα κάρτα ἱρὸν νομί-

α δ' ὦν ἐν τῇ ἱρῇ πόλι ἀμφὶ τὴν Στρατονίκην
ν βασιλέα λέληθε, ἀλλὰ πολλοὶ ἀπικνεόμε-
όρεον καὶ τὰ γιγνόμενα ἀπηγέοντο. Ἐπὶ
αλγέων ἐξ ἀτελέος τοῦ ἔργου Κομβάβον με-
Ἄλλοι δὲ λέγουσι λόγον οὔτι ἀληθέα, τὴν Στρα-
πειδὴ ἀπέτυχε τῶν ἐδέετο, αὐτὴν γράψασαν ἐς
τοῦ Κομβάβου κατηγορέειν πείρην οἱ ἐπικα-
αὶ τὸ Ἕλληνες Σθενεβοίης πέρι λέγουσι καὶ
τῆς Κνωσσίης, ταυτὶ καὶ Ἀσσύριοι ἐς Στρα-
υθολογέουσι. Ἐγὼ μέν νυν οὔτε Σθενεβοίην
οὔτε Φαίδρην τοιάδε ἐπιτελέσαι, εἰ τὸν Ἱπ-
ἀτρεκέως ἐπόθεε Φαίδρη. Ἀλλὰ τὰ μὲν
ως καὶ ἐγένετο.

Ως δὲ ἡ ἀγγελίη ἐς τὴν ἱρὴν πόλιν ἀπίκετο
Κομβάβος τὴν αἰτίην, θαρσέων τε ἤιεν, ὅτι
λογίη οἴκοι ἐλείπετο, καί μιν ἐλθόντα ὁ βασι-
κα μὲν ἔδησέ τε καὶ ἐν φρουρῇ ἔχε. Μετὰ
των οἱ τῶν φίλων, οἳ καὶ τότε πεμπομένῳ τῷ
παρεγένοντο, παραγαγὼν ἐς μέσον κατηγο-
ετο καί οἱ μοιχηίην τε καὶ ἀκολασίην προὔφερε·
δεινοπαθέων πίστιν τε καὶ φιλίην ἀνεκαλέετο
ισσὰ Κομβάβον ἀδικέειν μοιχόν τε ἐόντα καὶ
ὑβρίσαντα καὶ ἐς θεὸν ἀσεβέοντα, τῆς ἐν τῷ
ιάδε ἔπρηξε· πολλοὶ δὲ παρεστεῶτες ἤλεγχον,
ανδὸν σφέας ἀλλήλοισι συνεόντας εἶδον. Πᾶσι
ἐδόκεε αὐτίκα θνήσκειν Κομβάβον θανάτου
ασμένον.

Ὁ δὲ τέως μὲν ἕστηκε λέγων οὐδέν· ἐπεὶ δὲ ἤδη
νον ἤγετο, φθέγξατό τε καὶ τὸ κειμήλιον αἴτεε
ς ἀναιρέει μιν οὐχ ὕβριος οὐδὲ γάμων εἵνεκα,

hoc concederet, manifeste afflictabat se et toto die plorabat, et Combabum identidem vocabat, denique omnia illi Combabus esse. Tandem impotens illius mali, decentem supplicandi occasionem quærit. Atque alii quidem fateri amorem cavebat, ipsa autem rem aggredi pudore prohibebatur. Excogitat ergo illud, ut vino se quum inebriasset, cum illo ageret: quippe una cum vino audacia etiam ingreditur, neque admodum turpis repulsa; sed quicquid egeris, in ignorantiam confertur. Ut vero visum ipsi erat, sic illa etiam agebat. Ac post cœnam veniens in cubiculum, in quo commorabatur Combabus, supplicabat illi, genua contingebat, et fatebatur amorem. Ille averso animo hunc sermonem accepit et rem recusavit, ebrietatem illi objiciens. Quum vero minaretur illa magnum se sibi malum illaturam, pertimuit, et totam illi rationem suam indicavit, et quod in se consciverat enarravit, denique rem ipsam aperte demonstravit. Ubi conspexit quæ nunquam speraverat Stratonice, furor ille quidem constitit; amoris autem neutiquam obliviscebatur, sed semper cum illo versans hoc habebat irriti amoris solatium. Viget ejusmodi amor Hierapoli, et nunc adhuc ita fit: amant feminæ Gallos, et furunt Galli in feminas; at zelotypus nemo est, sed res ea valde sancta apud illos putatur.

23. Quæ igitur Hierapoli agebantur de Stratonice, ea neutiquam fugiebant regem, sed multi qui inde venere, deferebant, et quid fieret narrabant. His vehementer commotus rex, imperfecto adhuc opere, Combabum arcessivit. Alii hic narrant rem minime veram; Stratonicen, quum repulsæ essent illius preces, ipsam scripsisse marito et Combabum tentatæ ab illo pudicitiæ suæ reum fecisse: et quod de Sthenobœa sua Græci dicunt, et de Phædra Cnossia, idem de Stratonice fabulantur Assyrii. Equidem neque Sthenobœam credo, neque Phædram fecisse talia, si vere amavit Phædra Hippolytum. Verum ea ita se, uti facta sunt, habeant.

24. Ubi vero Hierapolin nuncius venit, causam cognovit Combabus, et cum fiducia abiit, quod domi relicta sibi esset defensio. Ac venientem rex statim in vincula conjectum tradit custodibus. Deinde præsentibus amicis, qui etiam tum, quum dimitteretur Combabus, adfuerant, productum in medium accusare cœpit, et adulterium illi atque malam libidinem objiciebat: gravissimeque commotus fidem et amicitiam memorabat, triplici se scelere obstringere Combabum dicens, qui et adulter esset, et in fidem sibi habitam contumeliosus, et in deam impius, cujus in opere commisisset talia. Multi autem astantes eum convincebant, quod aperte amplexantes se mutuo vidissent. Tandem placebat omnibus mori statim Combabum, qui morte digna perpetrasset.

25. At ille hucusque steterat nihil dicens: quum vero ad supplicium jam duceretur, locutus est et pignus suum reposcit, interfici se dicens non contumeliæ regi illatæ aut

ἀλλ' ἐκείνων ἐπιθυμέων, τά οἱ ἀπιὼν παρεθήκατο. Πρὸς τάδε ὁ βασιλεὺς καλέσας τὸν ταμίην ἐκέλευε ἐνεῖκαι τά οἱ φρουρέειν ἔδωκε· ὡς δὲ ἤνεικε, λύσας τὴν σφρηγῖδα ὁ Κομβάβος τά τε ἐνεόντα ἐπέδειξε καὶ ἑωυτὸν ὁποῖα ἐπεπόνθεε, ἔλεξέ τε, Ὦ βασιλεῦ, τάδε τοι ἐγὼ ὀρρωδέων, εὖτέ με ταύτην ὁδὸν ἔπεμπες, ἀέκων ἤιον, καὶ ἐπεί με ἀναγκαίη μεγάλη ἐκ σέο κατέλαβε, τοιάδε ἐπετέλεσα, ἐσθλὰ μὲν ἐς δεσπότεα, ἐμοὶ δὲ οὐκ εὐτυχέα· τοιόσδε μέντοι ἐὼν ἀνδρὸς ἐπ' ἀδικίην ἐγκαλέομαι. Ὁ δὲ πρὸς τάδε ἀμβώσας περιέβαλέ τέ μιν καὶ δακρύων, ἅμα ἔλεγε, Ὦ Κομβάβε, τί μέγα κακὸν εἰργάσαο; τί δὲ σεωυτὸν οὕτω ἀεικέλιον ἔργον μοῦνος ἀνδρῶν ἔπρηξας; τὰ οὐ πάμπαν ἐπαινέω, ὦ σχέτλιε, ὃς τοιάδε ἔτλης, οἷα μήτε σὲ παθέειν μήτε ἐμὲ ἰδέσθαι ὤφελε· οὐ γάρ μοι ταύτης ἀπολογίης ἔδεε. Ἀλλ' ἐπεὶ δαίμων τοιάδε ἤθελε, πρῶτα μέν σοι τίσις ἐξ ἡμέων ἔσσεται, αὐτέων συκοφαντέων ὁ θάνατος, μετὰ δὲ μεγάλη δωρεὴ ἀπίξεται χρυσός τε πολλὸς καὶ ἄργυρος ἄπλετος καὶ ἐσθῆτες Ἀσσύριαι καὶ ἵπποι βασιλήιοι. Ἀπίξεαι δὲ παρ' ἡμέας ἄνευ ἐσαγγελέος οὐδέ τις ἀπέρξει σε ἡμετέρης ὄψιος, οὐδ' ἢν γυναικὶ ἅμα εὐνάζωμαι. Τάδε εἶπέ τε ἅμα καὶ ἐποίεε· καί οἱ μὲν αὐτίκα ἐς φόνον ἤγοντο, τῷ δὲ τὰ δῶρα ἐδίδοτο καὶ ἡ φιλίη μέζων ἐγεγόνεε. Ἐδόκεε δὲ οὐδεὶς ἔτι Ἀσσυρίων Κομβάβῳ σοφίην καὶ εὐδαιμονίην ἴκελος.

26. Μετὰ δὲ αἰτησάμενος ἐκτελέσαι τὰ λείποντα τῷ νηῷ — ἀτελέα γάρ μιν ἀπολελοίπεε — αὖτις ἐπέμπετο, καὶ τόν τε νηὸν ἐξετέλεσε καὶ τὸ λοιπὸν αὐτοῦ ἔμενε. Ἔδωκε δέ οἱ βασιλεὺς ἀρετῆς τε καὶ εὐεργεσίης εἵνεκα ἐν τῷ ἱρῷ ἑστάναι χάλκεον· καὶ ἔτι ἐς τιμὴν ἐν τῷ ἱρῷ Κομβάβος χάλκεος Ἑρμοκλέους τοῦ Ῥοδίου ποίημα μορφὴν μὲν ὁκοίη γυνή, ἐσθῆτα δὲ ἀνδρηίην ἔχει. Λέγεται δὲ τῶν φίλων τοὺς μάλιστά οἱ εὐνοέοντας ἐς παραμυθίην τοῦ πάθεος κοινωνίην ἑλέσθαι τῆς συμφορῆς· ἔτεμον γὰρ ἑωυτοὺς καὶ δίαιταν τὴν αὐτὴν ἐκείνῳ διαιτέοντο. Ἄλλοι δὲ ἱρολογέουσι ἐπὶ τῷ πρήγματι λέγοντες ὡς ἡ Ἥρη φιλέουσα Κομβάβον πολλοῖσι τὴν τομὴν ἐπὶ νόον ἔβαλε, ὅκως μὴ μοῦνος ἐπὶ τῇ ἀνανδρηίῃ λυπέοιτο.

27. Τὸ δὲ ἔθος τοῦτο ἐπειδὴ ἅπαξ ἐγένετο, ἔτι νῦν μένει καὶ πολλοὶ ἑκάστου ἔτεος ἐν τῷ ἱρῷ τάμνονται καὶ θηλύνονται εἴτε Κομβάβον παραμυθεόμενοι εἴτε καὶ Ἥρῃ χαριζόμενοι· τάμνονται δ' ὦν, ἐσθῆτα δὲ οἵδε οὐκέτι ἀνδρηίην ἔχουσι, ἀλλὰ εἵματά τε γυναικήια φορέουσι καὶ ἔργα γυναικῶν ἐπιτελέουσι. Ὡς δὲ ἐγὼ ἤκουον, ἀνακέεται καὶ τουτέων ἐς Κομβάβον ἡ αἰτίη· συνενείχθη γάρ οἱ καὶ τάδε. Ξείνη γυνὴ ἐς πανήγυριν ἀπικομένη ἰδοῦσα καλόν τε ὄντα καὶ ἐσθῆτα ἔτι ἀνδρηίην ἔχοντα ἔρωτι μεγάλῳ ἔσχετο, μετὰ δὲ μαθοῦσα ἀτελέα ἐόντα ἑωυτὴν διειργάσατο. Ἐπὶ τοῖσι Κομβάβος ἀθυμέων, ὅτι οἱ ἀτυχέως τὰ ἐς Ἀφροδίτην ἔχει, ἐσθῆτα γυναικηίην ἐνεδύσατο, ὅκως μηκέτι ἑτέρη γυνὴ ἴσα ἐξαπατέοιτο. Ἥδε αἰτίη Γάλλοισι στολῆς θηλέης. Κομβάβου μέν μοι πέρι τοσάδε εἰρήσθω· Γάλλων δὲ αὖτις ἐγὼ λόγῳ ὑστέρῳ μεμνήσομαι τομῆς

matrimonii illius violati causa, sed quod illorum cupiditate rex teneretur, quæ discedens ipsi commendasset. Ad hæc vocato rex quæstore afferri jubet quæ custodienda illi tradiderat. Quum attulisset, detracto Combabus signo quæ inerant demonstravit, seque ipsum adeo quomodo affectus esset, dixitque, Hæc ipsa, rex, ego metuens, quum hoc mihi iter mandares, et ivi invitus, et quum magna ab te mihi necessitas imposita esset, hoc feci, probum illud quidem erga dominum, mihi vero minime secundum. Talis tamen quum sim, facinoris, quod non nisi vir committere potest, reus sum. At ille exclamans ad hæc, complexusque illum est et cum lacrimis dixit, Quid magnum adeo, Combabe, malum perpetrasti? quid in te tam immane facinus solus virorum designasti? Minime laudo ista, o male audax, qui ea sustinueris, quæ utinam neque tu passus esses, neque ego vidissem! hac enim defensione mihi opus non erat. Sed quandoquidem talia voluit fortuna, primo quidem hoc tibi a me ultionis causa dabitur, mors delatorum: postêa donum veniet magnum, aurumque multum et argentum immensum, et vestimenta Assyria, et equi regii. Intrabis autem ad nos nemine intro nunciante; neque quisquam a nostro te conspectu arcebit, neque si cum uxore jaceam. Hæc dixit simul et fecit: atque illi statim ducebantur ad supplicium; huic munera tribuebantur, et in majus aucta est amicitia. Nemo autem Assyriorum quisquam videbatur sapientia par Combabo et felicitate.

26. Postea quum petiisset ut liceret sibi quæ deerant templo perficere (imperfectum enim reliquerat), denuo dimittebatur, et perfecit templum, et reliquo tempore ibi mansit. Tribuit vero ipsi hoc etiam rex virtutis et benefactorum causa, uti æneus in templo staret. Et etiamnum honoris causa in templo est Combabus æneus, Hermoclis Rhodii opus, forma qualis mulier, vestitum autem habet virilem. Dicitur porro amicorum benevolentissimos, consolandi illius casus gratia, in communionem jacturæ illius venisse: exsecuerunt enim se ipsi, et eandem quam ille vivendi rationem elegerunt. Alii deos admiscent negotio, ac dicunt adamatum a Junone Combabum; atque hanc multis illam castrandi se mentem injecisse, ut ne solus ille ademtam sibi virilitatem graviter ferret.

27. Interim ille mos, postquam semel susceptus est, etiam nunc manet, multique singulis annis in templo exsecant se et effeminant, sive Combabi consolandi causa, sive gratum Junoni ut faciant: exsecant certe; vestitumque hi non amplius virilem habent, sed et vestimenta gestant muliebria, et opera mulierum faciunt. Quantum vero audivi, etiam horum origo ad Combabum refertur: nam usu illi venerunt et ista. Peregrina mulier in conventum sacrum quæ venisset, conspecto homine ita pulchro et vestito viriliter, magno illius amore exarsit: postquam comperisset mutilum esse, ipsa se interemit. Ob hæc graviter ferens Combabus, sibi infeliciter adeo succedere Venerem, muliebrem vestem sumsit, ne alia amplius mulier ea ratione deciperetur. Hæc causa Gallis vestitus feminei. Ac de Combabo ista mihi dicta sunto: Gallorum autem deinde procedente sermone mentionem faciam, et

τε αὐτέων, ὅκως τάμνονται, καὶ ταφῆς ὁκοίην θάπτονται, καὶ ὅτευ εἵνεκα ἐς τὸ ἱρὸν οὐκ ἐσέρχονται· πρότερον δέ μοι θυμὸς εἰπεῖν θέσιός τε πέρι τοῦ νηοῦ καὶ μεγάθεος, καὶ δῆτα ἐρέω.

28. Ὁ μὲν χῶρος αὐτὸς, ἐν τῷ τὸ ἱρὸν ἵδρυται, λόφος ἐστὶ, κέαται δὲ κατὰ μέσον τῆς πόλιος μάλιστα, καί οἱ τείχεα δοιὰ περικέαται. Τῶν δὲ τειχέων τὸ μὲν ἀρχαῖον, τὸ δὲ οὐ πολλὸν ἡμέων πρεσβύτερον. Τὰ δὲ προπύλαια τοῦ ἱροῦ ἐς ἄνεμον βορέην ἀποκέκλιται μέγαθος ὅσον τε ἑκατὸν ὀργυιέων· ἐν τούτοισι τοῖσι προπυλαίοισι καὶ οἱ φαλλοὶ ἑστᾶσι, τοὺς Διόνυσος ἐστήσατο, ἡλικίην καὶ οἵδε τριήκοντα ὀργυιέων. Ἐς τουτέων τὸν ἕνα φαλλὸν ἀνὴρ ἑκάστου ἔτεος δὶς ἀνέρχεται οἰκέει τε ἐν ἄκρῳ τῷ φαλλῷ χρόνον ἑπτὰ ἡμερέων. Αἰτίη δέ οἱ τῆς ἀνόδου ἥδε λέγεται· οἱ μὲν πολλοὶ νομίζουσι ὅτι ὑψοῦ τοῖσι θεοῖσι ὁμιλέει καὶ ἀγαθὰ πάσῃ Συρίῃ αἰτέει, οἱ δὲ τῶν εὐχωλέων ἀγχόθεν ἐπαΐουσι. Ἄλλοισι δὲ δοκέει καὶ τάδε Δευκαλίωνος εἵνεκα ποιέεσθαι ἐκείνης ξυμφορῆς μνήματα, ὁκότε οἱ ἄνθρωποι ἐς τὰ οὔρεα καὶ ἐς τὰ περιμήκεα τῶν δενδρέων ἤεισαν τὸ πολλὸν ὕδωρ ὀρρωδέοντες. Ἐμοὶ μέν νυν καὶ τάδε ἀπίθανα. Δοκέω γε μὲν Διονύσῳ σφέας καὶ τάδε ποιέειν, συμβάλλομαι δὲ τουτέοισι· φαλλοὺς ὅσοι Διονύσῳ ἐγείρουσι, ἐν τοῖσι φαλλοῖσι καὶ ἄνδρας ξυλίνους κατίζουσιν, ὅτευ μὲν εἵνεκα ἐγὼ οὐκ ἐρέω· δοκέει δ' ὦν μοι, καὶ ὅδε ἐς ἐκείνου μίμησιν τοῦ ξυλίνου ἀνδρὸς ἀνέρχεται.

29. Ἡ δέ οἱ ἄνοδος τοιήδε· σειρῇ μικρῇ ἑωυτόν τε ἅμα καὶ τὸν φαλλὸν περιβάλλει, μετὰ δὲ ἐπιβαίνει ξύλων προσφυῶν τῷ φαλλῷ ὁκόσον ἐς χώρην ἄκρου ποδός· ἀνιὼν δὲ ἅμα ἀναβάλλει τὴν σειρὴν ἀμφοτέρωθεν ὅκωσπερ ἡνιοχέων. Εἰ δέ τις τόδε μὲν οὐχ ὄπωπεν, ὄπωπε δὲ φοινικοβατέοντας ἢ ἐν Ἀραβίῃ ἢ ἐν Αἰγύπτῳ ἢ ἄλλοθί κου, οἶδε τὸ λέγω. Ἐπεὰν δὲ ἐς τέλος ἵκηται τῆς ὁδοῦ, σειρὴν ἑτέρην ἀφεὶς τὴν αὐτὸς ἔχει μακρὴν ταύτην, ἀνέλκει τῶν οἱ θυμὸς, ξύλα καὶ εἵματα καὶ σκεύεα, ἀπὸ τῶν ἕδρην συνδέων ὁκοίην καλιὴν ἱζάνει, μίμνει τε χρόνον τῶν εἶπον ἡμερέων. Πολλοὶ δὲ ἀπικνεόμενοι χρυσόν τε καὶ ἄργυρον, οἱ δὲ χαλκὸν κομίζουσι, εἶτ' ἀφέντες ἐκείνου πρόσθε κείμενα ἀπίασι λέγοντες τὰ οὐνόματα ἕκαστος. Παρεστεὼς δὲ ἄλλος ἄνω ἀγγέλλει, ὁ δὲ δεξάμενος τοὔνομα εὐχωλὴν ἐς ἕκαστον ποιέεται, ἅμα δὲ εὐχόμενος κροτέει ποίημα χάλκεον, τὸ ἀείδει μέγα καὶ τρηχὺ κινεόμενον· εὕδει δὲ οὐδαμά· ἢν γάρ μιν ὕπνος ἕλῃ ποτὲ, σκορπίος ἀνιὼν ἀνεγείρει τε καὶ ἀεικέα ἐργάζεται, καί οἱ ἥδε ἡ ζημίη τοῦ ὕπνου ἐπικέαται. Τὰ μὲν ὦν ἐς τὸν σκορπίον μυθέονται, ἱρά τε καὶ θεοπρεπέα, εἰ δὲ ἀτρεκέα ἐστὶν, οὐκ ἔχω ἐρέειν. Δοκέει δέ μοι, μέγα ἐς ἀγρυπνίην συμβάλλεται καὶ τῆς πτώσιος ἡ ὀρρωδίη. Φαλλοβατέων μὲν δὴ πέρι τοσάδε ἀρκέει. Ὁ δὲ νηὸς ὁρέει μὲν ἐς ἠέλιον ἀνιόντα.

30. Εἶδος δὲ καὶ ἐργασίην ἐστὶν ὁκοίους νηοὺς ἐν Ἰωνίῃ ποιέουσι. Ἕδρη μεγάλη ἀνέχει ἐκ γῆς μέγαθος

castrationis illorum, quomodo castrentur, et sepulturæ qua sepeliantur, et cujus rei causa non ingrediantur in templum: prius vero mihi animus est de positione templi et magnitudine dicere; et jam dico.

28. Locus ipse, in quo sacrum constitutum, collis est: situs est autem in media fere urbe, et duplici muro est circumdatus. Murorum alter antiquus est, alter non multum ætate nostra superior. Vestibulum templi in Boream ventum porrectum est, magnitudine ad quadringentos cubitos. In hoc vestibulo etiam phalli stant, quos Bacchus statuit, iique altitudine centum et viginti cubitorum. In horum unum phallum vir singulis annis bis ascendit, moraturque in summo phallo tempus septem dierum. Causa autem illi esse ejus ascensionis hæc memoratur: vulgus putat in alto illum versari cum diis, et bona petere toti Syriæ, eosque sic e propinquo audire preces. Alii hæc etiam Deucalionis causa fieri autumant, in memoriam illius calamitatis, quum homines in montes et arborum altissimas aquarum multarum metu ascenderunt. Mihi quidem ista quoque parum probabilia; ac puto illos hæc etiam Baccho facere: conjicio autem inde: phallos quotquot Baccho erigunt, iidem ligneos in phallis viros collocant; cujus rei causa, non dixerim equidem: videtur ergo mihi illius lignei viri imitatione etiam hic ascendere.

29. Porro ascensus est ejusmodi: parva catena se pariter ac phallum circumdat; postea inscendit per ligna phallo affixa, ea mensura quæ extremum pedem recipiat. Quantum vero ascendit, tantum simul, aurigantis gestu, catenam utrimque in altum rejicit. Si quis vero hoc non vidit, vidit autem illos qui palmas conscendunt in Arabia, aut in Ægypto, aut alio quocumque loco, idem quod dico intelligit. Quum autem ad finem viæ pervenit, catena demissa alia quam secum habet, longa illa quidem, sursum trahit quæ vult, ligna et vestes et vasa; e quibus sede colligata, quasi nido quodam, ibi desidet, manetque tempore dierum quos dixi. Advenientes autem multi aurum et argentum, quidam vero æs afferunt; deinde in conspectu illius posita relinquunt, indicato suo quisque nomine. Astans vero alius sursum nunciat; atque ille accepto nomine preces pro unoquoque nuncupat: inter precandum sonum edit instrumento æneo, quod, ubi movetur, magnum quiddam canit et asperum. Dormit neutiquam: si enim somnus illi aliquando obrepat, scorpius ascendens et excitat illum, et magno malo afficit: hæc ei pœna somni proposita est. Quæ igitur de scorpio narrant, ea sacra sunt et religiosa; an sint vera, dicere non habeo. Ut mihi autem videtur, multum etiam ad vigilandum confert illi metus cadendi. De illis phallorum conscensoribus hæc sufficiant. Templum quidem spectat in solem orientem.

30. Specie est atque opere illo, qualia in Ionia templa ædificant. Eminet e solo crepido magna, octo cubitorum

ημήιον. Ἀποδημέει δὲ δὶς ἑκάστου ἔτεος ἐς θά- ἐς κομιδὴν τοῦ εἶπον ὕδατος.

Ἐν αὐτῷ δὲ τῷ νηῷ ἐσιόντων ἐν ἀριστερῇ κέε- ωται μὲν θρόνος Ἠελίου, αὐτοῦ δὲ ἕδος οὐκ ἔνι· δὲ Ἠελίου καὶ Σεληναίης ξόανα οὐ δεικνύουσι. δὲ εἵνεκα ὧδε νομίζουσι, ἐγὼ καὶ τόδε ἔμαθον. ι τοῖσι μὲν ἄλλοισι θεοῖσι ὅσιον ἔμμεναι ξόανα θαι, οὐ γὰρ σφέων ἐμφανέα πάντεσι τὰ εἴδεα· δὲ καὶ Σεληναίη πάμπαν ἐναργέες καὶ σφέας δρέουσι. Κοίη ὦν αἰτίη ξοανουργίης τοῖσι ἐν ι φαινομένοισι;

Μετὰ δὲ τὸν θρόνον τοῦτον κέεται ξόανον Ἀπόλ- οὐχ οἷον ἐώθεε ποιέεσθαι· οἱ μὲν γὰρ ἄλλοι πάν- όλλωνα νέον τε ἥγηνται καὶ πρωθήβην ποιέουσι, δὲ οὗτοι Ἀπόλλωνος γενειήτεω ξόανον δεικνύουσι, δε ποιέοντες ἑωυτοὺς μὲν ἐπαινέουσι, Ἑλλήνων ηγορέουσι καὶ ἄλλων, ὁκόσοι Ἀπόλλωνα παῖδα ἱλάσκονται. Αἰτίη δὲ ἥδε· δοκέει αὐτέοισι μεγάλη ἔμμεναι ἀτελέα ποιέεσθαι τοῖσι θεοῖσι α· τὸ δὲ νέον ἀτελὲς ἔτι νομίζουσι. Ἐν δὲ καὶ τῷ σφετέρῳ Ἀπόλλωνι καινουργέουσι· μοῦνοι ωνα εἵμασι κοσμέουσι.

Ἔργων δὲ αὐτοῦ πέρι πολλὰ μὲν ἔχω εἰπεῖν, δὲ τὸ μάλιστα θωυμάζειν ἄξιον. Πρῶτα δὲ τοῦ ου ἐπιμνήσομαι. Μαντήια πολλὰ μὲν παρ' Ἕλ- πολλὰ δὲ καὶ παρ' Αἰγυπτίοισι, τὰ δὲ καὶ ἐν τῇ , καὶ ἐν τῇ δὲ Ἀσίῃ πολλά ἐστιν. Ἀλλὰ τὰ μὲν έων ἄνευ οὔτε προφητέων φθέγγονται, ὅδε δὲ αὐτός εται καὶ τὴν μαντηίην ἐς τέλος αὐτουργέει. Τρόπος ῆς τοιόσδε· εὖτ' ἂν ἐθέλῃ χρησμηγορέειν, ἐν τῇ πρῶτα κινέεται· οἱ δέ μιν ἱρέες αὐτίκα ἀείρουσι. μὴ ἀείρωσι, ὁ δὲ ἱδρώει καὶ ἐς μέζον ἔτι κινέεται. ν δὲ ὑποδύντες φέρωσι, ἄγει σφέας πάντῃ περιδι- αὶ ἐς ἄλλον ἐξ ἑτέρου μεταπηδέων. Τέλος ὁ ἀρχι- ντιάσας ἐπερέεταί μιν περὶ ἁπάντων πρηγμάτων· ν τι μὴ ἐθέλῃ ποιέεσθαι, ὀπίσω ἀναχωρέει, ἢν δέ τι ῃ, ἄγει ἐς τὸ πρόσω τοὺς προφέροντας ὅκωσπερ ων. Οὕτω μὲν συναγείρουσι τὰ θέσφατα καὶ ὸν πρῆγμα οὐδὲν οὔτε ἴδιον τούτου ἄνευ ποιέουσι. δὲ καὶ τοῦ ἔτεος πέρι καὶ τῶν ὡρέων αὐτοῦ πα- καὶ ὁκότε οὐκ ἔρονται. Λέγει δὲ καὶ τοῦ ση- πέρι, κότε χρή μιν ἀποδημέειν τὴν εἶπον ἀποδη-

. Ἐρέω δὲ καὶ ἄλλο, τὸ ἐμεῦ παρεόντος ἔπρηξεν. ν μιν ἱρέες ἀείροντες ἔφερον, ὁ δὲ τοὺς μὲν ἐν γῇ ἔλιπεν, αὐτὸς δὲ ἐν τῷ ἠέρι μοῦνος ἐφορέετο.

. Μετὰ δὲ τὸν Ἀπόλλωνα ξόανόν ἐστιν Ἄτλαντος, δὲ Ἑρμέω καὶ Εἰλειθυίης.

. Τὰ μὲν ὦν ἐντὸς τοῦ νηοῦ ὧδε κεκοσμέαται· ἔξω ωμός τις κέεται μέγας χάλκεος. Ἐν δὲ καὶ ἄλλα α μυρία χάλκεα βασιλέων τε καὶ ἱρέων· καταλέξω ῶν μάλιστα ἄξιον μνήσασθαι. Ἐν ἀριστερῇ τοῦ Σεμιράμιος ξόανον ἕστηκε ἐν δεξιῇ τὸν νηὸν ἐπιδει- υσα. Ἀνέστη δὲ δι' αἰτίην τοιήνδε· ἀνθρώποισι,

ramidis esse simulacrum illud fabulantur. Defertur vero bis quotannis mare versus ad afferendam quam dixi aquam.

34. In ipsa porro æde ad sinistram intrantium Solis primum thronus positus est, ipsius vero simulacrum non inest: solius enim Solis ac Lunæ simulacra non ostendunt. Cujus autem rei causa hoc instituerint, id ipsum quoque didici. Aiunt reliquis diis simulacra facere fas esse; illorum enim species non esse notas omnibus: at Sol et Luna plane conspicui, et vident illos universi. Quae igitur causa simulacrorum illis faciendorum, qui in æthere se conspiciendos præbeant?

35. Post illum thronum Apollinis signum positum est, non quale fieri consuevit: nam reliqui omnes juvenem putant Apollinem, et prima florentem pubertate faciunt; hi soli vero barbati Apollinis signum ostendunt. Atque hæc dum faciunt, sibi placent, reprehendunt Græcos aliosque, quicumque Apollinem puerum ponunt et placant. Causa hæc est: videtur illis magna esse insipientia, imperfectas diis formas tribuere; adolescentiam vero adhuc imperfectam existimant. Verum aliud etiam in illo suo Apolline novant: soli vestibus ornant Apollinem.

36. De operibus autem ipsius multa habeo dicere, ac dicam quod maxime admiratione dignum est. Primo quidem oraculi mentionem faciam. Oracula apud Græcos multa, multa apud Ægyptios, etiam in Libya et in Asia multa sunt. Sed hæc non sine sacerdotibus et prophetis respondent: at ille tum movetur ipse, tum divinationem ad finem usque solus perducit. Cujus modus hic est: quum vult reddere oraculum, in sede primum sua movetur: sacerdotes vero ipsum continuo tollunt. Si vero non tollant, ille sudat, et multo etiam magis movetur. Quum vero subeuntes ipsum ferunt, agit illos usquequaque in orbem, et in alium ex alio transilit. Tandem obsistens sacerdotum princeps interrogat illum de rebus omnibus. Isque, si quid nolit fieri retrocedit; si vero probet, antrorsum agit suos bajulos, tanquam qui aurigetur. Ita colligunt oracula, et neque sacram rem ullam neque privatam sine hoc faciunt. Prædicit autem de anno quoque et omnibus illius tempestatibus, etiam quando non interrogant. Item prædicit de Signo, quando eam, quam dicebam modo, profectionem debeat suscipere.

37. Narrabo etiam aliud, quod me præsente egit. Sacerdotes sublatum ferebant: at ipse illos humi reliquit, et sublimis ipse solus ferebatur.

38. Post Apollinem Atlantis signum est; post, Mercurii et Ilithyiæ.

39. Interiora igitur ædis sic ornata sunt: extra vero altare positum est magnum ex ære. Insunt autem et alia signa sexcenta ænea regumque et sacerdotum: recensebo autem quæ memoratu præ ceteris digna sunt. Ad sinistram ædis signum stat Semiramidis, dextra ædem ostendentis. Erectum est per causam ejusmodi: hominibus qui

47. Γίγνονται δὲ αὐτόθι καὶ πανηγύριές τε μέγισται, καλέονται δὲ ἐς τὴν λίμνην καταβάσιες, ὅτι ἐν αὐτῇσι ἐς τὴν λίμνην τὰ ἱρὰ πάντα κατέρχεται, ἐν τοῖσι ἡ Ἥρη πρώτη ἀπικνέεται τῶν ἰχθύων εἵνεκα, μὴ σφέας ὁ Ζεὺς πρῶτος ἴδηται· ἢν γὰρ τόδε γένηται, λέγουσι ὅτι πάντες ἀπόλλυνται. Καὶ δῆτα ὁ μὲν ἔρχεται ὀψόμενος, ἡ δὲ πρόσω ἱσταμένη ἀπέργει τέ μιν καὶ πολλὰ λιπαρέουσα ἀποπέμπει.

48. Μέγισται δὲ αὐτέοισι πανηγύριες, αἳ ἐς θάλασσαν νομίζονται. Ἀλλ' ἐγὼ τουτέων πέρι σαφὲς οὐδὲν ἔχω εἰπεῖν· οὐ γὰρ ἦλθον αὐτὸς οὐδὲ ἐπειρήθην ταύτης τῆς ὁδοιπορίης. Τὰ δὲ ἐλθόντες ποιέουσι, εἶδον καὶ ἀπηγήσομαι. Ἀγγήιον ἕκαστος ὕδατι σεσαγμένον φέρουσι, κηρῷ δὲ τάδε σεσήμανται· καί μιν οὐκ αὐτοὶ λυσάμενοι χέονται, ἀλλ' ἔστι ἀλεκτρυὼν ἱρὸς, οἰκέει δ' ἐπὶ τῇ λίμνῃ, ὃς ἐπεὰν σφέων δέξηται τὰ ἀγγήια τήν τε σφρηγῖδα ὁρῇ, μισθὸν ἀρνύμενος ἀνά τε λύει τὸν δεσμὸν καὶ τὸν κηρὸν ἀπαιρέεται, καὶ πολλαὶ μνέαι ἐκ τουτέου τοῦ ἔργου τῷ ἀλεκτρυόνι ἀγείρονται. Ἔνθεν δὲ ἐς τὸν νηὸν αὐτοὶ ἐνείκαντες σπένδουσί τε καὶ θύσαντες ὀπίσω ἀπονοστέουσι.

49. Ὁρτέων δὲ πασέων τῶν οἶδα μεγίστην τοῦ εἴαρος ἀρχομένου ἐπιτελέουσι, καί μιν οἱ μὲν πυρὴν, οἱ δὲ λαμπάδα καλέουσι. Θυσίην δὲ ἐν αὐτῇ τοιήνδε ποιέουσι· δένδρεα μεγάλα ἐκκόψαντες ἐν τῇ αὐλῇ ἑστᾶσι, μετὰ δὲ ἀγινέοντες αἶγάς τε καὶ ὄϊας καὶ ἄλλα κτήνεα ζωὰ ἐκ τῶν δενδρέων ἀπαρτέουσι· ἐν δὲ καὶ ὄρνιθες καὶ εἵματα καὶ χρύσεα καὶ ἀργύρεα ποιήματα. Ἐπεὰν δὲ ἐντελέα πάντα ποιήσωνται, περιενείκαντες τὰ ἱρὰ περὶ τὰ δένδρεα πυρὴν ἐνιᾶσι, τὰ δὲ αὐτίκα πάντα καίονται. Ἐς ταύτην τὴν ὁρτὴν πολλοὶ ἄνθρωποι ἀπικνέονται ἔκ τε Συρίης καὶ τῶν πέριξ χωρέων πασέων, φέρουσί τε τὰ ἑωυτῶν ἱρὰ ἕκαστοι καὶ τὰ σημήια ἕκαστοι ἔχουσι ἐς τάδε μεμιμημένα.

50. Ἐν ῥητῇσι δὲ ἡμέρῃσι τὸ μὲν πλῆθος ἐς τὸ ἱρὸν ἀγείρονται, Γάλλοι δὲ πολλοὶ καὶ τοὺς ἔλεξα ἱροὶ ἄνθρωποι τελέουσι τὰ ὄργια, τάμνονταί τε τοὺς πήχεας καὶ τοῖσι νώτοισι πρὸς ἀλλήλους τύπτονται. Πολλοὶ δὲ σφίσι παρεστεῶτες ἐπαυλέουσι, πολλοὶ δὲ τύμπανα παταγέουσι, ἄλλοι δὲ ἀείδουσι ἔνθεα καὶ ἱρὰ ᾄσματα. Τὸ δὲ ἔργον ἐκτὸς τοῦ νηοῦ τόδε γίγνεται, οὐδὲ ἐσέρχονται ἐς τὸν νηὸν ὁκόσοι τόδε ποιέουσι.

51. Ἐν ταύτῃσι τῇσι ἡμέρῃσι καὶ Γάλλοι γίγνονται· ἐπεὰν γὰρ οἱ Γάλλοι αὐλέωσί τε καὶ ὄργια ποιέωνται, ἐς πολλοὺς ἤδη ἡ μανίη ἀπικνέεται, καὶ πολλοὶ οἱ ἐς θέην ἀπικόμενοι, μετὰ δὲ τοιάδε ἔπρηξαν. Καταλέξω δὲ καὶ τὰ ποιέουσι· ὁ νεηνίης, ὅτῳ τάδε ἀποκέαται, ῥίψας τὰ εἵματα μεγάλῃ βοῇ ἐς μέσον ἔρχεται καὶ ξίφος ἀναιρέεται· τὰ δὲ πολλὰ ἔτεα, ἐμοὶ δοκέει, διὰ τοῦτο ἕστηκε. Λαβὼν δὲ αὐτίκα τάμνει ἑωυτὸν θέει τε διὰ τῆς πόλιος καὶ τῇσι χερσὶ φέρει τὰ ἔταμεν. Ἐς ὁκοίην δὲ οἰκίην τάδε ἀπορρίψῃ, ἐκ ταύτης ἐσθῆτά τε θηλέην καὶ κόσμον τὸν γυναικήιον λαμβάνει. Τάδε μὲν ἐν τῇσι τομῇσι ποιέουσι.

47. Fiunt ibi conventus maximi, vocanturque descensiones in lacum, quoniam illis numina omnia ad lacum descendunt, inter quæ Juno prima advenit piscium causa, ne primus illos Jupiter conspiciat : hoc enim si fiat, perire aiunt universos. Ac venit ille quidem visurus; at illa adversum consistens arcetque illum et multum supplicans remittit.

48. Sed maximæ illis celebritates habentur, quæ instituuntur ad mare. Verum de his nihil certi quod dicam habeo : neque enim ipse accessi, neque illam profectionem expertus sum. Quæ autem in reditu faciunt, ea vidi, et jam enarrabo. Vas aqua plenum pro se quisque afferunt; illa obsignata sunt cera : nec vero ipsi eam solvunt, e aquam deinde effundunt; sed est sacer quidam gallus, qu ad lacum habitat : hic ubi vasa ab illis recepit, sigillumque inspicit, et recepta ejus rei mercede solvit vinculum et ceram aufert, ac minæ multæ hoc ex opere ad gallum redeunt. Hinc in templum ipsi illatam aquam fundunt, et sacrificio facto retro abeunt.

49. Festorum vero dierum quos novi omnium maximum ineunte vere celebrant : eumque pyram vocant alii; alii lampadem. Sacrificium eo peragunt ejusmodi : arbores excisas ingentes in aula statuunt; tum adductas capras, et oves, et pecora alia, viventia ex arboribus suspendunt; addunt aves, vestes, aurea et argentea opera. Perfectis jam omnibus, circumlatis circa arbores diis, ignem subjiciunt : illa vero subito ardent omnia. Ad hoc solemne multi homines conveniunt e Syria et regionibus circa omnibus, feruntque suos quique deos, et quæ signa habent singuli ab illis expressa.

50. Statis diebus in templum confluit multitudo : ac Galli multi et sacri, quos dixi, homines cærimonias obeunt, et vulnerant sibi brachia, et terga invicem cædenda præbent. Multi astantes tibiis accinunt, multi perstrepunt tympanis, canunt alii divina et sacra cantica. Hoc vero opus extra ædem peragitur, neque illam intrant quicumque faciunt talia.

51. Per hosce dies fiunt etiam Galli. Nam dum tibiis concinunt Galli et celebrant orgia, ad plures jam pervadit furor, multique qui spectatum modo venerant, postea perpetrarunt talia. Sed enarrabo etiam quid agant. Qui ista de se statuit juvenis, vestibus abjectis, magno clamore in medium prodit, tollit gladium, quales a multis inde annis ob id ipsum, puto, præsto sunt. Hoc igitur accepto statim se castrat, ac per urbem currit, manibus ferens quæ abscidit. In quamcumque vero domum ista abjecerit, ex ea vestem muliebrem et mundum accipit. Hæc in castrationibus agunt.

αὐχένας, καὶ ἀπὸ τοῦδε ἅπαντες Ἀσσύριοι στιγματηφορέουσι.

60. Ποιέουσι δὲ καὶ ἄλλο μούνοισι Ἑλλήνων Τροιζηνίοισι ὁμολογέοντες. Λέξω δὲ καὶ τὰ κεῖνοι ποιέουσι. Τροιζήνιοι τῇσι παρθένοισι καὶ τοῖσι ἠιθέοισι νόμον ἐποιήσαντο μή σφιν ἄλλως γάμον εἶναι, πρὶν Ἱππολύτῳ κόμας κείρασθαι· καὶ ὧδε ποιέουσι. Τοῦτο καὶ ἐν τῇ ἱρῇ πόλι γίνεται. Οἱ μὲν νεηνίαι τῶν γενείων ἀπάρχονται, τῇσι δὲ παρθένοισι πλοκάμους ἱροὺς ἐκ γενετῆς ἀπιᾶσι, τοὺς ἐπεὰν ἐν τῷ ἱρῷ γένωνται, τάμνουσί τε καὶ ἐς ἄγγεα καταθέντες οἱ μὲν ἀργύρεα, πολλοὶ δὲ χρύσεα ἐν τῷ νηῷ προσηλώσαντες ἀπίασι ἐπιγράψαντες ἕκαστοι τὰ οὐνόματα. Τοῦτο καὶ ἐγὼ νέος ἔτι ὢν ἐπετέλεσα, καὶ ἔτι μευ ἐν τῷ ἱρῷ καὶ ὁ πλόκαμος καὶ τὸ οὔνομα.

LXXIII.

ΔΗΜΟΣΘΕΝΟΥΣ ΕΓΚΩΜΙΟΝ.

1. Βαδίζοντί μοι κατὰ τὴν στοὰν τὴν ἐντεῦθεν ἐξιόντων ἐν ἀριστερᾷ, τῆς ἕκτης ἐπὶ δέκα σμικρὸν πρὸ μεσημβρίας, Θερσαγόρας περιτυγχάνει. Τάχα τινὲς ὑμῶν αὐτὸν ἐπίστανται. Σμικρός τίς ἐστι γρυπὸς ὑπόλευκος ἀνδρικὸς τὴν φύσιν. Ἰδὼν οὖν αὐτὸν ἔτι προσιόντα, Θερσαγόρας, ἔφην, ὁ ποιητὴς ποῖ δὴ καὶ πόθεν; Οἴκοθεν, ἦ δ' ὅς, ἐνταῦθα. Πότερον, ἦν δ' ἐγὼ, διαβαδιῶν; Ἀμέλει μὲν οὖν, ἔφη, καὶ τούτου δεόμενος· ἀωρὶ γάρ τοι τῶν νυκτῶν ἐξαναστὰς ἔδοξέ μοι χρῆναι τοῖς Ὁμήρου γενεθλίοις τῆς ποιητικῆς ἀπάρξασθαι. Καλῶς γε σὺ ποιῶν, ἔφην, καὶ τὰ τροφεῖα τῆς παιδεύσεως ἐκείνῳ τίνων. Ἐκεῖθεν οὖν ἀρξάμενος, ἦ δ' ὅς, ἔλαθον ἐμαυτὸν εἰς τοῦτο τῆς μεσημβρίας ἐκπεσών. Ὅπερ οὖν ἔφην, δεῖ μέν μοι καὶ τοῦ περιπάτου.

2. Πολὺ μέντοι πρότερον, ἔφη, προσειπεῖν τουτονὶ δεόμενος ἥκω — τῇ χειρὶ τὸν Ὅμηρον ἐπιδείξας· ἴστε δή που τὸν ἐν δεξιᾷ τοῦ τῶν Πτολεμαίων νεὼ, τὸν καθειμένον τὰς κόμας — προσερῶν τε οὖν αὐτὸν ἀφικόμην, ἔφη, καὶ προσευξόμενος ἀφθόνων διδόναι τῶν ἐπῶν. Εἰ γάρ, ἔφην, ἐν εὐχαῖς τὰ πράγματα εἴη· πάλαι γάρ τοι καὶ αὐτὸς ἐνοχλεῖν μοι δοκῶ τὸν Δημοσθένην ἐπικουρῆσαί τι πρὸς τὴν αὐτοῦ γενέθλιον. Εἰ οὖν ἡμῖν ἐπαρκέσειε τὸ εὔχεσθαι, συμβουλοίμην ἄν σοι· κοινὸν γὰρ ἡμῖν τὸ ἕρμαιον. Ἐγὼ μὲν, ἔφη, καὶ τῶν νύκτωρ τε καὶ τήμερον πεποιημένων δοκῶ μοι τῆς εὐροίας τὸν Ὅμηρον ἐπιγράψασθαι· θείως γάρ πως καὶ μαντικῶς τὴν ποίησιν ἐξεβακχεύθην. Κρινεῖς δ' αὐτός· ἐπίτηδες γάρ τοι τουτὶ τὸ γραμματεῖον περιηγόμην, εἰ ἄρα σχολὴν ἄγοντι τῶν ἑταίρων περιτύχοιμι. Δοκεῖς ἐν καλῷ μοι σὺ τῆς σχολῆς εἶναι.

3. Μακάριος γὰρ εἶ, ἦν δ' ἐγὼ, καὶ πέπονθας τὸ τοῦ τὸν δόλιχον νενικηκότος, ὃς ἤδη λελουμένος τὴν κόνιν καὶ τὸ λοιπὸν τῆς θέας ψυχαγωγούμενος μυθολογεῖν

vicibus alii; atque hinc est quod Assyrii omnes ferunt stigmata.

60. Faciunt etiam aliud quiddam, solis inter Græcos consentientes hac parte Trœzeniis. Explicabo etiam quid illi faciant. Trœzenii virginibus et adolescentibus legem statuere, ne aliter contrahant nuptias, quam ubi comas Hippolyto posuerint : idque ita faciunt. Hoc etiam fit Hierapoli. Juvenes enim mentorum ibi primitias ponunt; virginibus vero sacros a nativitate inde cincinnos submittunt : quos in templo ipso desectos in vasculis deponunt, alii quidem argenteis, multi vero aureis, iisque in templo fixis, inscripto suo quisque nomine, discedunt. Hoc ego etiam adolescens feci, estque adhuc in templo cincinnus pariter meus atque nomen.

LXXIII.

DEMOSTHENIS ENCOMIUM.

1. Inambulanti mihi in porticu, in sinistro exeuntium inde latere, sexto decimo mensis, paullo ante meridiem, obviam fit Thersagoras. Fortasse quidam vestrûm hominem noverint. Parvus est, vulturino naso, subalbidus, habitu virili. Igitur accedentem adhuc conspicatus, Heus, inquam, Thersagora poeta, quorsum tu, et unde? Domo, inquit, huc. Utrum, inquam, ambulaturus? Scilicet, inquit, et illo opus habeo : quum enim intempesta nocte surrexissem, visum est natalem Homeri poetices quibusdam primitiis honorare. Præclare tu quidem, inquam, qui ista nutritionis educationisque illi præmia solvas. Inde igitur, inquit, quum incepissem, imprudens ad hoc meridiei usque delapsus sum. Quod ergo dixi, opus mihi est ambulatione.

2. Verum multo prius, ait, salutaturus istum venio (manu autem monstrabat Homerum : nempe nostis illum ad dextram ædis Ptolemæorum, illum demissis comis). Hunc ergo adoraturus veni, inquit, et rogaturus ut copiosa mihi carmina ministret. Si quidem, inquam, in precibus ipsæ res inessent! olim sane et ipse Demostheni negotium facessiturus mihi videor, ut ad suum mihi natalem obeundum opis aliquid conferat. Quare nobis si precari satis esset, socium me tibi adjungerem : nam commune nobis munus obtingeret. Equidem, inquit ille, eorum quæ nocteque et interdiu feci, affluentem facile ubertatem ad Homerum auctorem jure referre mihi videor : divinitus enim quodammodo et ut vates velut bacchico instinctu ad carmen incitatus sum. Judicabis autem ipse : consulto enim hunc libellum mecum detuli, si forte in sodalium aliquem otiosum inciderem. Videris ergo mihi in pulchro otio constitutus esse.

3. Nempe tu beatus es, inquam, idemque tibi usu venit, quod ei qui curriculo vicerat, qui jam pulvere abluto, et reliquo spectaculi tempore se oblectans, fabellas habere

πρὸς τὸν παλαιστὴν διενοεῖτο, ἐπιδόξου κληθήσεσθαι τῆς πάλης οὔσης· ὁ δ', Ἀλλ' ἐπὶ τῆς βαλϐῖδος οὐκ ἂν ἐμυθολόγεις, ἔφη. Καὶ σὺ δή μοι δοκεῖς νενικηκὼς τὸν δόλιχον τῶν ἐπῶν ἐντρυφᾶν ἀνδρὶ μάλα δὴ κατορρωδοῦντι τὴν τοῦ σταδίου τύχην. Καὶ ὃς γελάσας, Ὡς δή σοι τί τῶν ἀπόρων, εἶπεν, ἐργασόμενος;

4. Ἴσως γάρ, ἔφην, ὁ Δημοσθένης ἐλάττονος ἢ καθ' Ὅμηρον εἶναί σοι λόγου καταφαίνεται. Καὶ σὺ μὲν μέγα φρονεῖς Ὅμηρον ἐπαινέσας, ἐμοὶ δὲ ὁ Δημοσθένης σμικρὸν καὶ τὸ μηδέν; Συκοφαντεῖς, ἔφη. Διαστασιάσαιμι δ' οὐκ ἂν τοὺς ἥρως, εἰ καὶ πλείων εἰμὶ τὴν γνώμην πρὸς Ὁμήρου τετάχθαι. Εὖ γε, εἶπον· ἐμὲ δ' οὐκ ἂν νομίζοις πρὸς τοῦ Δημοσθένους;

5. Ἀλλ' ἐπεί γε μὴ ταύτῃ τὸν λόγον ἀτιμάζεις κατὰ τὴν ὑπόθεσιν, δῆλον ὡς τὴν ποιητικὴν ἔργον ἡγῇ μόνον, τοὺς δὲ ῥητορικοὺς λόγους καταφρονεῖς ἀτεχνῶς οἷον ἱππεὺς παρὰ πεζοὺς ἐλαύνων. Μὴ μανείην, ἔφη, ταῦτά γε, κἂν εἰ πολλῆς δεῖ τῆς μανίας ἐπὶ τὰς ποιητικὰς ἰοῦσι θύρας. Δεῖ γάρ τοι καὶ τοῖς καταλογάδην, ἔφην, ἐνθέου τινὸς ἐπιπνοίας, εἰ μέλλουσι μὴ ταπεινοὶ φανεῖσθαι καὶ φαύλης φροντίδος. Οἶδά τοι, ἔφη, ὦ ἑταῖρε, καὶ χαίρω πολλάκις ἄλλων τε δὴ λογοποιῶν καὶ τὰ Δημοσθένους ἐγγὺς τῶν Ὁμήρου τιθείς, οἷον λέγω τὴν σφοδρότητα καὶ πικρίαν καὶ τὸν ἐνθουσιασμόν, καὶ τὸ μὲν « οἰνοβαρὲς » πρὸς τὰς Φιλίππου μέθας καὶ χορδακισμοὺς καὶ τὴν ἀσέλγειαν, τὸ δ' « εἷς οἰωνὸς ἄριστος » πρὸς τὸ « δεῖ γὰρ τοὺς ἀγαθοὺς ἄνδρας τὰς ἀγαθὰς ὑποθεμένους ἐλπίδας, » καὶ τό,

Ἦ κε μέγ' οἰμώξειε γέρων ἱππηλάτα Πηλεύς,

πρὸς τὸ « πηλίκον ποτὲ ἂν στενάξειαν οἱ ἄνδρες ἐκεῖνοι οἱ ὑπὲρ δόξης καὶ ἐλευθερίας τελευτήσαντες. » Παραϐάλλω δὲ καὶ τὸν « ῥέοντα Πύθωνα » πρὸς τὰς Ὀδυσσέως « νιφάδας » τῶν λόγων, καὶ τό,

Εἰ μὲν μέλλοιμεν ἀγήρω τ' ἀθανάτω τε
ἔσσεσθαι

πρὸς τὸ « πέρας μὲν γὰρ ἅπασιν ἀνθρώποις τοῦ βίου θάνατος, κἂν ἐν οἰκίσκῳ τις αὐτὸν καθείρξας τηρῇ. » Καὶ μυρίαι γεγόνασιν αὐτοῖς ἐπὶ ταὐτὸν τῆς διανοίας ἐπιδρομαί.

6. Ἥδομαι δὲ καὶ πάθη καὶ διαθέσεις καὶ τροπὰς λέξεως καταμανθάνων καὶ τὰς ἀφαιρούσας τὸν κόρον μεταϐολὰς καὶ τὰς ἐκ τῶν παρατροπῶν ἐπανόδους καὶ τὰς τῶν παραϐολῶν σὺν τῷ καιρῷ γλαφυρότητας καὶ τὸ τοῦ τρόπου μισοϐάρϐαρον πανταχοῦ.

7. Καί μοι πολλάκις ἔδοξεν — οὐ γὰρ ἂν τἀληθὲς ἀποκρυψαίμην — εὐπρεπέστερον μὲν ῥαθυμίας Ἀττικῆς καθάπτεσθαι Δημοσθένης, ὁ τὴν παρρησίαν, ὥς φασιν, ἀνειμένος, τοῦ τοὺς Ἀχαιοὺς Ἀχαιίδας προσειπόντος, διαρκεστέρῳ δὲ τόνῳ πνεύματος τὰς Ἑλληνικὰς ἀποπληροῦν τραγῳδίας τοῦ μεταξὺ τῆς ἀκμαιοτάτης μάχης διαλόγους ἀναπλάττοντος καὶ μύθοις τὴν φορὰν σκεδαννύντος.

8. Πολλάκις δὲ μετὰ τοῦ Δημοσθένους καὶ μέτρα κώλων καὶ ῥυθμοὶ καὶ βάσεις οὐκ ἔξω τῆς ποιητικῆς

cum palæstrita cogitabat, quum jamjam vocandi ad certamen luctatores videbantur : at ille, Verum, inquit, in carceribus non haberes fabulas. Sic tu mihi videris, poetici curriculi victor, illudere homini fortunam arenæ vehementer extimescenti. Atque iste ridens, In quamnam vero, inquit, te consilii inopiam conjecturus?

4. Forte enim, inquam, minoris tibi Demosthenes, quam ut comparari cum Homero possit, esse orationis argumentum videtur. Itaque multum tibi places Homero laudato; mihi vero Demosthenes parvum quiddam est et nihil? Calumniaris, inquit. Nolim ego in contentionem vocare heroas, etsi magis fert animus ab Homero stare. Ergo, inquam : me vero non putas stare malle a Demosthene?

5. Sed quando non hac parte orationem nostram spernis, ob argumentum; apparet nimirum solam te poeticen opus putare, oratorias vero scriptiones contemnere simpliciter, equitis instar pedites prætervehentis. Absit ut eo usque, inquit, insaniam, licet multo sane furore opus est ad poeticas fores accedentibus. Quippe solutæ etiam orationis scriptoribus, inquam, divino quodam afflatu opus est, si velint non humiles videri, et cura exili. Novi sane, inquit, amice, et sæpe juvat quum scriptorum solutæ orationis aliorum, tum Demosthenis, vehementiam verbi causa, amaritudinem et divinum illum instinctum, cum Homero contendere; et illud « Victe mero » conferre cum ebrietatibus Philippi et saltationibus impudicis et lascivia : istud vero « Auspicium felix unum, » cum illo, « Oportet enim bonos viros spe bona subnixos, » et illud,

Plorabit multum Peleus, agitator equorum,

cum isto, « Quantos tandem gemitus edent illi viri, qui pro gloria et libertate mortem oppetivere! » Confero autem etiam « profluentem Pythonem illum, » cum Ulyssis verborum « nivibus; » atque illud,

Si liceat, senio procul, immortalibus esse,

ad illud, « Extremum enim omnibus hominibus vitæ mors est, etiamsi in cavea quis conclusum se servet; » et sexcenties illis contigit, ut in eadem cogitata incurrerent.

6. Delector vero etiam quum affectus, et picturas, et immutationes dictionis observo, et illas satietati medentes variationes, et illos e diverticulis reditus, et suavitates illas comparationum opportunarum, et illud in moribus ubique elucens barbariei odium.

7. Et mihi sæpe visus est (neque enim verum dissimulaverim) decentius reprehendere socordiam Atticam Demosthenes ille, qui frena, ut aiunt, dicendi libertati laxaverat, quam is qui Achaidum nomine Achæos compellavit; ac pleniore intentioreque spiritu Græcas explere tragœdias eo qui in summo discrimine pugnæ colloquia fingit, fabulisque dispergit pugnantium impetum.

8. Sæpe vero cum Demosthene etiam dimensiones membrorum et numeri ac pedes non extra poeticam suavitatem

ῆς ἐκβιβάζουσιν, ὥσπερ οὐδ' Ὅμηρος ἐλλιπὴς ἀν-
τεων ἢ παρισώσεων ἢ σχημάτων τραχύτητος ἢ κα-
τητος. Ἀλλ' ἔοικε φύσει πως ὑπάρχειν, ταῖς δυ-
σι τὰς ἀρετὰς ἐπιπεπλέχθαι. Πόθεν γὰρ δὴ
φρονοίην ἂν τὴν σὴν Καλλιόπην, τοιαύτην γε γι-
τκων;

Ἀλλ' οὐδὲν ἧττον τοὐμὸν ἀγώνισμα τῶν εἰς Ὁμη-
ἐγκωμίων διπλάσιον ἔργον ἢ τοὺς σοὺς εἰς Δημο-
ην ἐπαίνους τίθημι, οὐ τοῖς μέτροις, ἀλλὰ τῇ
έσει φημὶ, τῷ τοὐμὸν μὲν οὐκ ἔχειν ἑδραίαν
κρηπῖδα τῶν ἐπαίνων ὑποβάλλεσθαι πλήν γε τῆς
τικῆς αὐτῆς· τὰ δ' ἄλλα τῷ μὲν ἀσαφῆ, πατρὶς
γένος καὶ χρόνος· εἰ γοῦν τι σαφὲς αὐτῶν ἦν,

οὐκ ἦν ἂν ἀμφίλεκτος ἀνθρώποις ἔρις,

ρίδα μὲν αὐτῷ διδόντων Ἴον ἢ Κολοφῶνα ἢ Κύμην
ίον ἢ Σμύρναν ἢ Θήβας τὰς Αἰγυπτίας ἢ μυρίας
ις, πατέρα δὲ Μαίονα τὸν Λυδὸν ἢ ποταμὸν καὶ
έρα Μελανώπην φασὶν ἢ νύμφην τῶν Δρυάδων
ωπίνου γένους ἀπορίᾳ, χρόνον δὲ τὸν ἡρωϊκὸν ἢ τὸν
ικόν. Καὶ μηδ' ὅπως πρὸς τὸν Ἡσίοδον εἶχεν
ίας σαφῶς εἰδέναι, ὅπου γε καὶ τοὔνομα πρὸ τοῦ
ρίμου τὸ Μελησιγενῆ προκρίνουσι· τύχην δὲ πενίαν
άθος ὀμμάτων. Ἀλλὰ μὴν βέλτιον ἂν εἴη καὶ
α ἐᾶν ἐν ἀσαφεῖ κείμενα. Περὶ στενὸν δή μοι
δῆ τὸ ἐγκώμιον, ποίησιν ἄπρακτον ἐπαινέσαι καὶ
αν ἐκ τῶν ἐπῶν εἰκαζομένην συλλέγειν.

). Τὸ δὲ σὸν, ἔφη, κατὰ χειρὸς ἐπίδρομόν τε καὶ
ἐφ' ὡρισμένοις τε καὶ γνωρίμοις μόνον ὀνομάτων,
όψον ἕτοιμον ἡδυσμάτων παρὰ σοῦ δεόμενον. Τί
οὐ μέγα τῷ Δημοσθένει καὶ λαμπρὸν ἡ τύχη προσ-
τί δ' οὐ γνώριμον; οὐκ Ἀθῆναι μὲν αὐτῷ πατρὶς
παραὶ καὶ ἀοίδιμοι καὶ τῆς Ἑλλάδος ἔρεισμα;
ιοι λαβόμενος ἂν ἐγὼ τῶν Ἀθηνῶν ἐπὶ τῆς ποιητι-
ἐξουσίας ἐπεισῆγον ἂν ἔρωτας θεῶν καὶ κρίσεις καὶ
ικήσεις καὶ δωρεὰς καὶ τὴν Ἐλευσῖνα. Νόμων
κὶ δικαστηρίων καὶ πανηγύρεων καὶ Πειραιῶς καὶ
κιῶν καὶ τροπαίων θαλαττίων τε καὶ χερσαίων
τηγμένων οὐδ' ἂν εἷς ἐπ' ἴσης ἀξίως ἐφικέσθαι δύ-
τῷ λόγῳ, φησὶν ὁ Δημοσθένης. Ἀφθονία μὲν οὖν ἦν
οι περιττὴ πάντως, τὸ δ' ἐγκώμιον οὐκ ἂν ἀπαρ-
ἐνομιζόμην, ἐν νόμῳ τοῖς ἐπαίνοις ὂν ἐκ τῶν πα-
ων ἐπικοσμεῖν τοὺς ἐπαινουμένους. Ἰσοκράτης δὲ
μπόρευμα τῆς Ἑλένης φέρων ἐνέθηκε τὸν Θησέα.
ιὲν δὴ ποιητικὸν φῦλον ἐλεύθερον· σοὶ δ' ἴσως εὐ-
ια τὸ τῆς παροιμίας σκῶμμα ἐπὶ τῇ ἀσυμμετρίᾳ
αγέσθαι, μή σοι μεῖζον προσκέοιτο τοὐπίγραμμα
)υλάκου.

ι. Παρέντι δὴ τὰς Ἀθήνας ἐκδέχεται τὸν λόγον
ρ τριήραρχος, χρυσέα κρηπὶς κατὰ Πίνδαρον· οὐ
ἦν Ἀθήνησι λαμπρότερον τιμήματος τριηραρχικοῦ.
ἐ τοῦ Δημοσθένους ἔτι κομιδῇ παιδὸς ὄντος ἐτε-
κ, τὴν ὀρφανίαν οὐ συμφορὰν ὑποληπτέον, ἀλλὰ
; ὑπόθεσιν τὸ τῆς φύσεως γενναῖον ἀποκαλυπτούσης.

abripiunt, quemadmodum neque Homero sua desunt antitheta, aut exæquationes, aut asperitas figurarum, aut munditics. Sed videtur natura quodammodo ita comparatum, ut magnis ingeniis virtutes omnes implexæ sint. Unde igitur tuam ego Calliopen contemnam, talem qui norim?

9. Sed nihilo secius illud opus, in quo mihi decertandum est, laudum Homeri, altero tanto majus tuis in Demosthenem præconiis pono, non quod carmina sunt, sed ob argumentum, aio: quoniam meum opus non habet firmam, quæ subjici laudibus possit, crepidinem, extra ipsam poeticen; reliqua universa in Homero obscura, ut patria, genus, tempus. Quodsi enim certum quicquam horum esset,

certamen anceps haud foret mortalibus,

patriam assignantibus illi Ium aut Colophonem, aut Cumas, aut Chium, aut Smyrnam, aut Ægyptias Thebas, aut sexcentas alias; patrem vero Mæonem Lydum, aut fluvium adeo, et matrem Melanopen aiunt, aut nympham ex Dryadum genere, humanæ generationis defectu scilicet: tempus porro vel heroicum ei assignant, vel Ionicum. Ac tantum abest uti clare sciant qua, si comparetur ad Hesiodum, ætate fuerit, ut etiam nomen aliud noto illi præferant, Melesigenem. Fortunam denique ei tribuunt paupertatis aut cæcitatis. Quin melius etiam fuerit hæc pati in obscuro jacere. Ergo in angusto sane mihi versatur prædicatio, in laudanda poesi sine actu rerum ullo, et in sapientia, quam e versibus colligas, cogenda.

10. Tuum autem opus, inquit, ad manum, percursu facile, et læve, intra definita modo et cognita nomina, tanquam paratum quoddam pulmentarium, condimentis modo a te adjiciendis indigens. Quid enim non magnum et clarum adjunxit fortuna Demostheni? quid non celebre? non Athenæ illi patria, nitidæ illæ et celebratæ omnibus, columen illud Græciæ? Ego sane Athenas aggressus laudandas pro poetica illa licentia inducerem amores deorum et judicia et inhabitationes et munera, et Eleusinem. Si vero insuper leges, judicia, conventus solemnes, Piræeus, coloniæ, et victoriarum terra marique tropæa inducantur; ne unus quidem pro dignitate assequi oratione possit, ut ait Demosthenes. Maxima igitur omnino mihi esset dicendorum copia: neque ab ea seponere laudationem mihi viderer, quum legitimum illud insit encomiis, a patriis ut ornentur quos prædicandos sumimus. Isocrates autem corollarium laudum Helenæ non dubitavit inserere Theseum. Verum enim poetarum quidem natio libera: sed tu fortasse metuis ne illum e proverbio jocum contra proportionem violatam tibi arcessas, majoremque ipso sacco tabellam atque inscriptionem dicaris apposuisse.

11. Dimissis igitur Athenis orationem excipit trierarchus pater, aurea, ut Pindari verbo utar, crepido: neque enim ordo ac census major tum Athenis trierarchico. Si vero is Demosthene adhuc puero admodum fatis functus est, non calamitas putanda est orbitas illa, sed gloriæ argumentum, quum generosam illam naturam aperiret.

12. Ὁμήρου μὲν οὖν οὔτε παίδευσιν οὔτ' ἄσκησιν μνήμῃ καθ' ἱστορίαν παρειλήφαμεν, ἀλλ' εὐθὺς ἀνάγκη τῶν ἐπαίνων ἅπτεσθαι τῶν ὑπ' αὐτοῦ δεδημιουργημένων, ὕλην ἐκ τροφῆς καὶ μελέτης καὶ διδασκαλίας οὐκ ἔχοντα, μηδ' οὖν ἐπὶ τὴν Ἡσιόδου δάφνην καταφυγόντα τὴν ῥαθύμως καὶ τοῖς ποιμέσι τῶν ἐπῶν ἐπιπνέουσαν. Σοὶ δὲ ἐνταῦθα δή που πολὺς μὲν ὁ Καλλίστρατος, λαμπρὸς δ' ὁ κατάλογος, Ἀλκιδάμας, Ἰσοκράτης, Ἰσαῖος, Εὐβουλίδης. Μυρίων μὲν ἐφελκομένων Ἀθήνησι τῶν ἡδονῶν καὶ τοὺς πατρονομίας ἀνάγκαις ὑποκειμένους, ταχείας δ' οὔσης τοῖς μειρακίοις τῆς ἡλικίας εἰς τὰς θρύψεις ὑπολισθάνειν, παρὸν δ' αὐτῷ κατ' ἐξουσίαν κομᾶν ἐκ τῆς τῶν ἐπιτρόπων ὀλιγωρίας, ὁ τῆς φιλοσοφίας καὶ τῆς πολιτικῆς ἀρετῆς κατεῖχε πόθος, ὃς αὐτὸν ἦγεν οὐκ ἐπὶ τὰς Φρύνης, ἀλλ' ἐπὶ τὰς Ἀριστοτέλους καὶ Θεοφράστου καὶ Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος θύρας.

13. Κἀνταῦθα, ὦ βέλτιστε, φιλοσοφεῖς τῷ λόγῳ διττὰς ἐπ' ἀνθρώποις ἐρώτων ἀγωγὰς, τὴν μὲν θαλαττίου τινὸς ἔρωτος παράφορόν τε καὶ ἀγρίαν καὶ κυμαίνουσαν ἐν ψυχῇ, Ἀφροδίτης πανδήμου κλύδωνα φλεγμαινούσαις νέων ὁρμαῖς αὐτόχρημα θαλάττιον, τὴν δὲ οὐρανίου χρυσῆς τινος σειρᾶς ἕλξιν, οὐ πυρὶ καὶ τόξοις ἐντιθεῖσαν δυσαλθεῖς νόσους τραυμάτων, ἀλλ' ἐπὶ τὴν αὐτοῦ τοῦ κάλλους ἄχραντόν τε καὶ καθαρὰν ἰδέαν ἐξορμῶσαν μανίᾳ σώφρονι τῶν ψυχῶν, « ὅσαι Ζηνὸς ἐγγὺς καὶ θεῶν ἀγχίσποροι, » φησὶν ὁ τραγικός.

14. Ἔρωτι δὴ πάντα πόριμα, κουρὰ σπήλαιον κάτοπτρον ξίφος, γλῶτταν διαρθρῶσαι, μετελθεῖν ὀψὲ τῆς ἡλικίας ὑπόκρισιν, μνήμην ἀκριβῶσαι, θορύβου καταφρονῆσαι, συνάψαι νύκτας ἐπιπόνοις ἡμέραις. Ἐξ ὧν τίς οὐκ οἶδεν ὁποῖος ὁ Δημοσθένης, ἔφη, σοὶ τὴν ῥητορικὴν ἐγένετο ταῖς μὲν ἐννοίαις καὶ τοῖς ὀνόμασι καταπυκνῶν τὸν λόγον, ταῖς δὲ διαθέσεσιν ἐξακριβῶν τὰς πιθανότητας, λαμπρὸς μὲν τῷ μεγέθει, σφοδρὸς δὲ τῷ πνεύματι, σωφρονέστατος δὲ τῶν ὀνομάτων καὶ τῶν νοημάτων τὴν ἐγκράτειαν, ποικιλώτατος δ' ἐναλλαγαῖς σχημάτων· μόνος γέ τοι τῶν ῥητόρων, ὡς ὁ Λεωσθένης ἐτόλμησεν εἰπεῖν, ἔμψυχον καὶ σφυρήλατον παρεῖχε τὸν λόγον.

15. Οὐ γὰρ ὡς τὸν Αἰσχύλον ὁ Καλλισθένης ἔφη που λέγων τὰς τραγῳδίας ἐν οἴνῳ γράφειν ἐξορμῶντα καὶ ἀναθερμαίνοντα τὴν ψυχὴν, οὐχ οὕτως ὁ Δημοσθένης συνετίθει πρὸς μέθην τοὺς λόγους, ἀλλ' ὕδωρ πίνων· ᾗ καὶ τὸν Δημάδην παῖξαί φασιν εἰς ταύτην αὐτοῦ τὴν ὑδροποσίαν, ὡς οἱ μὲν ἄλλοι πρὸς ὕδωρ λέγοιεν, τὸν Δημοσθένην δὲ πρὸς ὕδωρ γράφειν. Πυθέᾳ δὲ ὁ κρότος τῶν Δημοσθενικῶν λόγων ἀπόζειν ἐφαίνετο τοῦ νυκτερινοῦ λύχνου. Καὶ τουτὶ μὲν, ἔφη, σοὶ τὸ χωρίον τοῦ λόγου κοινὸν πρὸς τὴν ἐμὴν ὑπόθεσιν· οὐ γάρ τοι μείων ὁ περὶ τὴν Ὁμήρου ποίησιν ὑπῆρχε κἀμοὶ λόγος.

16. Ἀλλ' εἰ μετίοις ἐπὶ τὰς φιλανθρωπίας καὶ τὴν ἐν τοῖς χρήμασι φιλοτιμίαν καὶ τῆς πολιτείας τὴν ὅλην λαμπρότητα..... Καὶ ὁ μὲν ᾔει συνείρων ὡς τὰ λοιπὰ προσθήσων, ἐγὼ δὲ γελάσας, Ἦ πού γε, ἔφην, διανοῇ

12. At Homeri neque institutionem neque exercitationem historiarum monumentis accepimus : sed statim necesse est illas aggredi laudes, quas ipse sibi architectatus est, quum ex educatione et exercitatione atque disciplina materiæ nihil habeas, neque ad illam Hesiodi laurum liceat confugere, quæ nulla opera pastoribus etiam carmina aspiret. Tibi vero, quando ad hunc locum ventum est, multus est Callistratus, et splendidorum nominum catalogus, Alcidamas, Isocrates, Isæus, Eubulides. Quum vero sexcentæ in Athenarum urbe voluptates illos etiam alliciant, qui patriæ potestatis necessitati subjecti sunt, facilisque sit illi adolescentulorum ætati ad delicias prolapsio; liceret autem illi per tutorum negligentiam suo arbitrio luxuriari : philosophiæ tamen civilisque virtutis amor prævaluit, qui illum non ad Phrynæ, sed ad Aristotelis et Theophrasti et Xenocratis et Platonis fores agebat.

13. In hac orationis parte philosophari quoque, vir optime, possis, duplices esse amorum in hominibus agendi rationes, alteram marini cujusdam amoris, vagam, feram et fluctus in mente excitantem, popularis Veneris procellam, æstuante adolescentium impetu revera marinam; alteram autem cœlestis, aureæ cujusdam catenæ tractionem, quæ non igne aut sagittis insanabiles vulnerum morbos infligat, sed ad non marcescentem ipsius pulchritudinis puramque formam contendat, sano quodam illarum mentium furore, quæ « Jovis propinquæ, et proximæ soboles deûm » Tragici verbo dicuntur.

14. Amori nempe pervia sunt omnia, tonsura, specus, speculum, gladius, articulare linguam, jam provecta ætate actioni dare operam, memoriam acuere, contemnere tumultum, noctes continuare diebus laboriosis. Ex quibus omnibus quis ignorat, inquit, qualis tibi Demosthenes in dicendi facultate exstiterit, sententiis et verbis quum densaret orationem, tum moribus atque affectionibus animorum recte exprimendis probabilitatem pararet, magnitudine splendidus, contentione ac spiritu vehemens, idemque verborum pariter ac sententiarum moderatione sapientissimus, et maxime varius in permutatione figurarum. Solus ille quidem oratorum, ut dicere ausus est Leosthenes, spirantem et velut malleo ductam orationem protulit.

15. Non enim, ut de Æschylo Callisthenes narrat, alicubi memorans tragœdias ab illo in vino scriptas, quo instigaret incenderetque animum; non eodem modo per ebrietatem composuit orationes Demosthenes, sed aquam interim potans : unde etiam lusisse dicitur in hanc ipsius aquæ bibendæ consuetudinem Demades, alios dicere ad aquam, Demosthenem vero ad aquam scribere. Pytheæ autem lucernam nocturnam olere videbatur illa Demosthenicarum orationum concinnitas. Et iste quidem locus, inquit, cum meo tibi argumento communis est : neque enim minor de Homeri poesi mihi quoque oratio suppeditat.

16. Sed si ad humanissima illius opera venias, et honestissimum pecuniarum usum, et universum illum in republica administranda splendorem... Atque ille sic continuans orationem procedebat tanquam additurus reliqua : ego vero ridens,

ζεῖν μου τῶν ὤτων ὥσπερ βαλανεὺς καταντλήσας οιπὸν λόγον; Νὴ Δία γε, εἶπε, ... δημοθοινίας τε ορηγίας ἐθελουσίους καὶ τριηραρχίας καὶ τεῖχος άφρον καὶ λύσεις αἰχμαλώτων καὶ παρθένων ἐκ-;, ἀρίστην πολιτείαν, καὶ πρέσβεις καὶ νομοθεσίας ιέγεθος πολιτευμάτων ἐμπεσὸν, γελᾶν ἔπεισί μοι ἀς ὀφρῦς συνάγοντος καὶ δεδιότος μὴ λόγοι τῶν σθένους αὐτὸν ἔργων ἐπιλίποιεν.

. Ἴσως γὰρ, ἔφην, ὠγαθὲ, νομίζεις ἐμὲ δὴ μόνον ἐν ῥητορικῇ βεβιωκότων μὴ διατεθρυλῆσθαι τὰ ταῖς Δημοσθένους πράξεσιν; Εἴ γε, ἔφη, περὶ τὸν ἐπικουρίας τινὸς, ὡς σὺ φῇς, δεόμεθα· πλὴν εἰ ε τοὐναντίον κατέχει πάθος, οἷον αὐγῆς περιλαμ-ης οὐκ ἔχοις πρὸς λαμπρὰν τὴν Δημοσθένους δόξαν ὄψιν ἀπερεῖσαι· καὶ γὰρ αὐτός τι τοιοῦτον ἐφ' ήρῳ κατὰ τὰς ἀρχὰς πέπονθα. Κατέβαλον γοῦν οῦ δεῖν, ὡς οὐκ ἀντιβλεπτέον ὄν μοι πρὸς τὴν ὑπό-. Εἶτ' ἐγὼ μὲν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ἀνήνεγκα, καὶ δοκῶ κατὰ σμικρὸν προσεθιζόμενος ἀντίον ὁρᾶν, μηδ' τρέπων ὥσπερ ἡλίου τὰς ὄψεις νόθος τοῦ τῶν Ὁμη-ν γένους ἐλέγχεσθαι.

8. Σὸν δέ μοι φαίνεται καὶ τοῦτο, ἔφη, πολὺ ῥᾷον κατ' ἐμὲ εἶναι· τῆς μὲν γὰρ Ὁμήρου δόξης οἷον μιᾶς ὁρμούσης τῆς ποιητικῆς δυνάμεως ἀθρόως ἐξ γκης ἦν ἁπάσης λαβέσθαι· σὺ δ' εἰ μὲν ἐπὶ τὸν Δη-θένην ὅλον ἐφάπαξ τῇ γνώμῃ τράποιο, καὶ μάλα ἂν οῖς περὶ τὸν λόγον ἄττων οὐδ' ἔχων ὅτου πρώτου γνώμῃ λάβοιο, καθάπερ οἱ λίχνοι πάσχουσι περὶ Συρακοσίας τραπέζας ἢ οἱ φιλήκοοι καὶ φιλοθεά-ς εἰς μυρίας ἀκουσμάτων καὶ θεαμάτων ἐμπεσόντες ιάς· οὐκ ἔχουσιν ἐφ' ἣν ἔλθωσιν ἀεὶ τὴν ἐπιθυμίαν ατιθέντες. Οἶμαι δὲ καὶ σὲ μεταπηδᾶν οὐκ ἔχοντα ὅ τι σταίης, ἐν κύκλῳ σε περιελκόντων φύσεως με-οπρεποῦς, ὁρμῆς διαπύρου, βίου σώφρονος, λόγου ότητος, τῆς ἐν ταῖς πράξεσιν ἀνδρείας, λημμάτων λῶν καὶ μεγάλων ὑπεροψίας, δικαιοσύνης φιλαν-πίας πίστεως φρονήματος συνέσεως, ἑκάστου τῶν λῶν καὶ μεγάλων πολιτευμάτων. Ἴσως οὖν ὁρῶν ν μὲν ψηφίσματα πρέσβεις δημηγορίας νόμους, θεν ἀποστόλους Εὔβοιαν Μέγαρα τὴν Βοιωτίαν ν Ῥόδον τὸν Ἑλλήσποντον Βυζάντιον, οὐκ ἔχεις τὴν γνώμην ἀποκλίνης συμπεριφερόμενος τοῖς ονεκτήμασιν.

19. Ὥσπερ οὖν ὁ Πίνδαρος ἐπὶ πολλὰ τῷ νῷ τρα-μενος οὕτω πως ἠπόρηκεν,

> Ἰσμηνὸν ἢ χρυσαλάκατον Μελίαν,
> ἢ Κάδμον ἢ σπαρτῶν ἱερὸν γένος ἀνδρῶν,
> ἢ τὰν κυανάμπυκα Θήβαν,
> ἢ τὸ πάντολμον σθένος Ἡρακλέους,
> ἢ τὰν Διωνύσου πολυγαθέα τιμὰν,
> ἢ γάμον λευκωλένου Ἁρμονίας ὑμνήσομεν;

ωσὶ δὲ καὶ σὺ ταὐτὸν ἔοικας ἀπορεῖν, λόγον ἢ βίον ητορικὴν ἢ φιλοσοφίαν ἢ δημαγωγίαν ἢ τὸν θάνατον δρὸς ὑμνητέον.

Numquid, inquam, perfundere aures meas cogitas, ut balneator aliquis, exhauriens orationem reliquam? Sic est per Jovem, inquit... Epulas illas publicas, et voluntarias in ludos erogationes, et trierarchias, et murum, et fossam, et captivorum liberationes, et elocationes virginum, quæ optima gerendæ reipublicæ ratio est; et obitas legationes, et leges perlatas: ac quoties illa rerum publice gestarum magnitudo in mentem venit, ridere subit hominem contrahentem supercilia et metuentem ne oratio se de factis Demosthenis deficiat.

17. Namque tu forte putas, inquam, solum me eorum qui in oratoria arte ætatem contriverunt, non habere aures frequentatas Demosthenis actionibus? Si quidem, inquit, auxilio quodam ad illam orationem, ut tu ais, opus habeamus: nisi forte contra ea illud tibi accidit, ut veluti splendore quodam circumfulgente, defigere obtutum in claro adeo Demosthenis fulgore nequeas. Etenim ipsi mihi simile quiddam in Homero ab initio usu venit. Parum enim abfuit quin abjicerem, quod rectis oculis inspicere illud argumentum mihi non posse viderer. Deinde nescio quomodo me recepi, ac videor mihi paullatim ad contra intuendum assuefieri, neque amplius avertendis velut a sole oculis, nothus et insititius Homeridarum generis deprehendi.

18. Tuum vero etiam eo multo esse facilius mihi videtur, quam meum mihi negotium: etenim Homeri gloria, in una quippe poetica facultate reposita, confertim necessario tota arripienda fuit: tu vero si ad totum simul Demosthenem advertas animum, omnino dubites trepidans circa orationem, neque habens quid primum cogitatione arripias; quale quid gulosis accidit ad Syracusanas mensas, aut cupidis audiendi videndique hominibus, si in sexcentas auditionum spectaculorumque voluptates incidant, tum quo se vertant non habent, transferentes perpetuo cupiditatem. Puto autem te quoque huc illuc salire, qua insistas non habentem, orbe quodam te huc illuc trahentibus ingenio magnifico, inflammato impetu, vita temperanti, vi dicendi, fortitudine in rebus gerendis, multorum magnorumque quæstuum contemtu, justitia, humanitate, fide, sensu, prudentia, unoquoque de multis illis et magnis facinoribus reipublicæ causa susceptis. Fortasse igitur videns hinc decreta, legationes, conciones, leges, illinc classes, Eubœam, Megara, Bœotiam, Chium, Rhodum, Hellespontum, Byzantium, non habes quo mentem deflectas, quem tot præclaræ possessiones secum differant.

19. Quemadmodum ergo Pindarus, ad multa animum circumferens, ita fere dubitavit,

> Ismenon, an fuso aureolo Melian,
> an Tyrium Cadmum, an sata sacra virorum,
> an cærula flammea Thebes,
> vimne conantem omnia Herculeam,
> Bacchine patris lætos celebremus honores,
> candidæ aut dicam Harmonies ego connubia?

ita tu quoque simili ratione videris ambigere, orationemne an vitam, oratoriam an philosophiam, populi regendi artem an mortem viri celebrare oporteat.

20. Ἔστι δ' οὐδὲν ἔργον ἐκφυγεῖν, ἔφη, τὴν πλάνην, ἀλλ' ἑνὸς ὅτου δὴ λαβόμενος ἢ τῆς ῥητορείας καθ' αὑτὴν εἰς ταύτην κατάθου τοῦτον τὸν λόγον. Ἱκανή γ' ἄν σοι οὐδ' ἡ Περικλέους· ἐκείνου μέν γε τὰς ἀστραπὰς καὶ βροντὰς καὶ πειθοῦς τι κέντρον δόξῃ παραλαβόντες, ἀλλ' αὐτήν γε οὐχ ὁρῶμεν, δῆλον ὡς ὑπὲρ τὴν φαντασίαν οὐδὲν ἔμμονον ἔχουσαν οὐδ' οἷον ἐξαρκέσαι πρὸς τὴν τοῦ χρόνου βάσανον καὶ κρίσιν· τὰ δὲ τοῦ Δημοσθένους .... ἀλλὰ σοὶ καταλελείφθω λέγειν, εἰ ταύτῃ τράποιο.

21. Πρός γε μὴν τὰς τῆς ψυχῆς ἀρετὰς ἢ τὰς πολιτείας αὐτοῦ τραπομένῳ καλὸν μίαν ἡντινοῦν ἀποτεμέσθαι τὴν διατριβὴν, εἰ δὲ βούλοιο δαψιλὲς, δύο καὶ σύντρεις ἑλόμενον ἔχειν ἀποχρῶσαν λόγων ὑποβολήν· πολλὴ γὰρ ἐν ἅπασιν ἡ λαμπρότης. Εἰ δ' οὐκ ἐκ τοῦ παντὸς, ἀλλ' ἐκ μέρους ἐπαινεσόμεθα, νόμος μὲν Ὁμηρικὸς, ἡρώων ἐπαίνους ἐκ μερῶν διατίθεσθαι, ποδῶν ἢ κεφαλῆς ἢ κόμης, ἤδη δὲ κἀκ τῶν φορημάτων ἢ ἀσπίδων, μεμπτὸν δ' οὐδὲ τοῖς θεοῖς ἐγένετο ὑμνεῖσθαι πρὸς τῶν ποιητῶν ἐξ ἠλακάτης ἢ τῆς αἰγίδος, μήτι γε δὴ μέρους σώματος ἢ τῆς ψυχῆς, τῶν εὐεργεσιῶν δὲ οὐδὲ δυνατὸν ἐφ' ἁπάσας ἐλθεῖν. Οὐκοῦν οὐδ' ὁ Δημοσθένης αἰτιάσεται καθ' ἓν τῶν αὑτοῦ καλῶν ἐπαινούμενος, ἐπεί τό γε σύμπαν οὐδ' αὐτὸς ἂν αὑτὸν ἐξαρκέσειεν ἐπαινέσαι.

22. Ταῦτα τοῦ Θερσαγόρα διεξελθόντος, Οἶμαί σε, ἔφην, ἓν ἐπιδεδεῖχθαί μοι βουλόμενον, τὸ μὴ μόνον ποιητὴν ἀγαθὸν εἶναι, τῶν λόγων παρεμπόρευμα πεποιῆσθαι τὸν Δημοσθένην τὰ πεζὰ τοῖς ἐμμέτροις προστιθέντα. Σοὶ μὲν οὖν, ἔφη, τὴν ῥᾳστώνην ὑποτιθεὶς προήχθην ἐπιδραμεῖν τὸν λόγον, εἴ τι τῆς φροντίδος ἀνεὶς ἀκροατὴς ἡμῖν γένοιο. Προὔργου τοίνυν, ἔφην, σοὶ γέγονεν οὐδὲν, εὖ ἴσθι. Σκόπει δὲ καὶ μὴ πλέον ᾖ γεγονὸς θάτερον. Καλὸν ἂν λέγοις, ἔφη, τὸ ἴαμα. Σὺ γὰρ, ἔφην, ἀγνοεῖς, οἶμαι, τὸ παρὸν ἄπορον, εἶτα ἰατροῦ δίκην τὸ τοῦ νοσοῦντος σαθρὸν ἀγνοήσαντος ἄλλο θεραπεύεις. Ὅτι τί δή; Σὺ μὲν ἃ ταράξειεν ἂν τὸν πρῶτον ἰόντα πρὸς τὸν λόγον, ἐπεχείρησας ἰάσασθαι, τὰ δ' ἤδη κατανάλωται πολλαῖς ἐτῶν περιόδοις· ὥστε ταύτης τῆς ἀπορίας ἕωλά σοι τὰ ἰάματα. Τοῦτ' οὖν, ἔφη, σοὶ τό γε ἴαμα· χρὴ μέντοι καθάπερ ὁδοῦ θαρραλεωτάτην εἶναι τὴν συνηθεστάτην.

23. Τὴν ἐναντίαν γὰρ, εἶπον, προὐθέμην ᾗ φασιν Ἀννίκεριν τὸν Κυρηναῖον φιλοτιμηθῆναι πρὸς Πλάτωνά τε καὶ τοὺς ἑταίρους· τὸν μέν γε Κυρηναῖον ἁρματηλασίαν ἐπιδεικνύντα πολλοὺς περὶ τὴν Ἀκαδήμειαν ἐξελαύνειν δρόμους ἐπὶ τῆς αὐτῆς ἁρματοτροχίας ἅπαντας μηδὲν παραβάντας, ὥσθ' ἑνὸς δρόμου σημεῖα κατὰ τῆς γῆς ὑπολείπεσθαι· τοὐμὸν δέ γε τὴν ἐναντίαν σπεύδει, τὰς ἁρματοτροχίας ἀλεείνειν. Οὐ μάλα ῥᾴδιον δ', οἶμαι, καινουργεῖν ὁδοὺς τῶν τετριμμένων ἐκτρεπόμενον. Ἀλλά τοι τὸ Παύσωνος, ἔφη, σοφόν. Ποῖον; ἔφην· οὐ γὰρ ἀκήκοα.

24. Παύσωνι τῷ ζωγράφῳ φασὶν ἐκδοθῆναι γράψαι ἵππον ἀλινδούμενον· τὸν δέ γε γράψαι τρέχοντα καὶ

20. Nullo vero labore, inquit, oberrationem effugeris; sed quacumque tandem parte arrepta, vel eloquentia per se sola, in eam hanc orationem conferto. Tibi autem nec Periclis eloquentia sufficiat; illius enim nos fulgura quidem ac tonitrua ac Suadæ illum aculeum fama accepimus, sed ipsam non videmus; scilicet præter formam qualemcumque animo conceptam stabile et solidum nihil habentem, neque quod temporis illud examen judiciumque possit sustinere : at vero Demosthenis .... sed hac si te verteris, tibi relinquantur dicenda ista.

21. Ad animi autem virtutes aut præclare in republica facta converso decens fuerit, unum quodcumque inde decerpere dicendi argumentum, aut si largiter facere volueris, duobus, summum tribus simul delectis, habere satis materiæ ad dicendum subjectæ : nam plurimum est claritatis in singulis omnibus. Si vero non in universum, sed ex parte laudare velimus, præsto quidem Homerica lex est, heroum laudes instituere e partibus, pedibus, aut capite, aut coma; jam vero etiam ex gestaminibus, aut scutis, quum vel diis non fuerit indignum cantari a poetis ob colum, aut sagittas, aut ægidem, nedum ob corporis partem aut mentis adeo; per beneficia autem ire singula omnia nemini sit datum. Ergo nec Demosthenes ægre feret se ab uno eorum quæ pulchra in ipso sunt laudari; quandoquidem universitati suarum laudum ne ipse quidem par esse videatur.

22. Hæc ita percurrente Thersagora, Puto ego, inquam, te, quum illud unum demonstratum mihi cuperes, non solum poetam te bonum esse, illud quasi corollarium fecisse Demosthenem, soluta oratione adjuncta carminibus. Imo tibi facilitatem, inquit, negotii tui ob oculos positurus eo provectus sum, orationem ut percurrerem, si quid forte de cura tua remittens operam dare mihi recitanti velles. Noris, inquam, nihil te quicquam profecisse. Ac vide ne illud alterum, difficultas, etiam auctum sit. Præclaram, inquit, mihi medicinam narras. Nempe tu, inquam, difficultatem præsentem ignoras, deinde medici instar laborantem partem ignorantis, curas aliam. Quid ita? inquit. Tu quidem, inquam, iis quæ turbare forte eum queant, qui primum ad ejusmodi orationem aggrediatur, conatus es mederi : at illa dudum consumta sunt antiquis annorum anfractibus. Quare difficultatis hujus obsoletæ sunt tuæ medicinæ. Hæc ipsa ergo, inquit, medicina tibi suppeditat : nempe velut viam, tutissimam oportet esse eam quæ est tritissima.

23. Imo vero contrariam, inquam, ego mihi proposui illi, in qua gloriam appetiisse dicitur Cyrenæus Anniceris apud Platonem ejusque sodales. Cyrenæum enim aiunt, quum aurigandi peritiam ostentaret, multa circum Academiam egisse curricula per eandem omnia orbitam, quam nusquam egrederentur, ita ut curriculi nonnisi unius in solo relinquerentur vestigia : mea vero contraria scilicet est ratio, qui evitare orbitam studeam. Non nimis autem facile est, arbitror, novas comminisci vias, declinatis his quæ tritæ sunt. Verum enim vero sapiens, inquit, Pansonis commentum est. Quodnam? inquam : non enim audivi.

24. Pausoni pictori pingendum locatum aiunt equum volutantem se : at illum pinxisse currentem, multumque

πολὺν κονιορτὸν περὶ τὸν ἵππον· ὡς δ' ἔτι γράφοντος ἐπιστῆναι τὸν ἐκδόντα, μέμφεσθαι, μὴ γὰρ τοῦτο προστάξαι. Τὸν οὖν Παύσωνα τοῦ πίνακος τὰ μετέωρα κάτω περιαγαγόντα τῷ παιδὶ τὴν γραφὴν ἐπιδεῖξαι κελεῦσαι, καὶ τὸν ἵππον ἔμπαλιν κείμενον ὀφθῆναι ἀλινδούμενον. Ἡδὺς εἶ, ἔφην, Θερσαγόρα, ἂν μίαν οἴῃ με στροφὴν μεμηχανῆσθαι τοσούτων ἐτῶν, ἀλλ' οὐχὶ πάσας στροφὰς καὶ περιαγωγὰς ἐναλλάττοντα καὶ μετατιθέντα δεδιέναι μή τι τελευτῶν πάθοιμι τὸ τοῦ Πρωτέως. Ποῖον, ἔφη, πάθος; Τὸ γενόμενον, ὅ φασιν αὐτὸν γενέσθαι δρασμὸν ἐξευρίσκοντα τῆς ἀνθρωπίνης ὄψεως, ἐπεὶ καταναλώκει πάσας ἰδέας θηρίων καὶ φυτῶν καὶ στοιχείων, αὖθις αὖ πενίᾳ μορφῆς ἐπεισάκτου Πρωτέα γενέσθαι.

25. Σὺ μὲν, εἶπεν, ὑπὲρ τὸν Πρωτέα μηχανᾷ τὴν ἐμὴν ἀκρόασιν ἀποδιδράσκειν. Οὐκ, ὦγαθὲ, ἔφην, τοῦτο· παρέξω γοῦν ἐμαυτὸν ἀκροᾶσθαι παρεὶς τὴν ἐπηρτημένην φροντίδα. Τάχ' ἄν τι περὶ τοῦ σοῦ κυήματος ἄφροντις γενόμενος καὶ τῆς ἐμῆς ὠδῖνος συμφροντίσαις.

Ὡς οὖν ἐδόκει ταῦτα αὐτῷ, καθίσαντες ἐπὶ τῆς πλησίον κρηπῖδος ἐγὼ μὲν ἠκροώμην, ὁ δ' ἀνελέγετο μάλα γενναῖα ποιήματα. Μεταξὺ δ' ὥσπερ ἔνθους γενόμενος ἐπιπτύξας τὸ γραμματεῖον, Κομίζου τὸν ἀκροατικὸν, ἔφη, μισθὸν καθάπερ Ἀθήνησιν ἐκκλησιαστικὸν ἢ δικαστικόν. Ἀλλ' ὅπως εἴσῃ μοι χάριν. Χάριν μὲν, ἔφην, εἴσομαι καὶ πρὶν ὅ τι καὶ λέγεις εἰδέναι.

26. Τί δέ ἐστιν ὅ τι καὶ λέγεις; Μακεδονικοῖς, εἶπεν, ἐντυχὼν τῆς βασιλικῆς οἰκίας ὑπομνήμασι καὶ τότε ὑπερησθεὶς τὸ βιβλίον οὐ κατὰ πάρεργον ἐκτησάμην· καὶ νῦν ὑπεμνήσθην ἔχων οἴκαδε. Γέγραπται δ' ἄλλα τε τῶν Ἀντιπάτρῳ πραχθέντων ἐπὶ τῆς οἰκίας καὶ περὶ Δημοσθένους, ἅ μοι δοκεῖς οὐκ ἂν παρέργως ἀκοῦσαι. Καὶ μὴν, εἶπον, ἤδη γέ σοι τῶν εὐαγγελίων χάρις, καὶ λέγε τὰ λοιπὰ τῶν ἐπῶν. Ἐγὼ μὲν οὖν οὐκ ἀπολείψομαί σου πρὶν ἢ τὴν ὑπόσχεσιν ἔργον σοι γενέσθαι. Σὺ δ' εἱστίακάς με λαμπρῶς τὴν Ὁμήρου γενέθλιον, ἔοικας δ' ἑστιάσειν αὐτὸς καὶ τὴν Δημοσθένους.

27. Ὡς οὖν ἀνέγνω τὰ λοιπὰ τοῦ γραμματείου, διατρίψαντες ὀλίγον ὅσον ἀποδοῦναι τῷ ποιήματι τοὺς δικαίους ἐπαίνους ᾔειμεν εἰς τὰ Θερσαγόρου· καὶ μόλις μὲν, ἐπιτυγχάνει δὲ τῷ βιβλίῳ. Κἀγὼ λαβὼν τότε μὲν ἀπηλλαττόμην. Ἐντυχὼν δὲ οὕτω τὴν γνώμην διετέθην, ὡς οὐδέν τι περιτρέψας, ἀλλ' ἐπ' αὐτῶν ὀνομάτων τε καὶ ῥημάτων ὑμῖν ἀναλέξομαι. Οὐδὲ γὰρ τἀσκληπιῷ μεῖόν τι γίγνεται τῆς τιμῆς, εἰ, μὴ τῶν προσιόντων αὐτῶν ποιησάντων ᾄσματα, ὁ παιὰν Ἀλισοδήμου τοῦ Τροιζηνίου ᾄδεται, καὶ τῷ Διονύσῳ τὸ μὲν ποιῆσαι κωμῳδίας ἢ τραγῳδίας, *** καὶ Σοφοκλέους, ἐκλέλειπται, τὰ δ' ἑτέροις συντεθέντα τοῖς νῦν εἰς μέσον ἐν καιρῷ κομίζουσι χάριν οὐκ ἐλάττω φέρει τῷ τὸν θεὸν δοκεῖν τετιμηκέναι.

28. Τὸ μὲν οὖν βιβλίον τοῦτο — ἔστι δὲ τῶν ὑπομνημάτων τὸ προσῆκον ἡμῖν μέρος τόδε δρᾶμα — τὸ

circa equum sublatum pulverem. Pingenti supervenisse qui locaverat, questumque : neque enim hoc se jussisse. Pausonem itaque imperasse puero, ut summis tabulæ in ima conversis picturam ostenderet, sicque equum inversum volutari visum esse. Suavis homo es, inquam, Thersagora, si putas unam me tot annorum spatio conversionem esse machinatum, nec potius conversiones omnes et circumductiones subinde mutare ac transponere, ac sic quoque metuere, ne idem mihi denique quod Proteo usu veniat. Quid illud est, inquit? Ne fiam, inquam, quod ille factus est, quum humanam speciem invenisset quomodo effugeret; quando consumtis formis omnibus animantium, plantarum, elementorum, rursus denique ascititiæ formæ inopia Proteus factus est.

25. Tu quidem supra illum Proteum, inquit, meæ recitationis effugiendæ rationes comminisceris. Non hoc, inquam, vir optime : dabo enim tibi hanc audiendi operam omissa quæ incumbit mihi cura. Forte enim curarum de tuo fœtu parte liberatus, etiam meæ parturitionis curam una suscipies.

Quum igitur ita illi quoque videretur, in proximo aggere assidentes, audiebam ego, ipse recitabat generosa sane carmina. Inter recitandum vero fanatico velut impetu correptus, complicatis tabellis suis, Cape tibi, inquit, auditionis tuæ mercedem, ut Athenis concionis obitæ aut judicii. Sed ut gratiam mihi, inquit, habeas. Habebo equidem, inquam, prius etiam, quam, quid sit quod dicis, norim.

26. Sed quid est, de quo dicis? In Macedonicos, inquit, regiæ domus commentarios incidi, ac tum mirifice delectatus, non obiter id egi ut libellum emerem. Et modo domi me habere recordatus sum. Scripta ibi sunt quum alia de rebus ab Antipatro domi gestis, tum de Demosthene, quæ mihi non obiter esse auditurus videris. Quin jam nunc, inquam, pro istoc nuncio eam tibi gratiam persolvo, ut reliquos etiam versus tuos jubeam te recitare : neque te relinquam ante, quam fides promissis tuis constiterit. Magnificis vero tu me epulis Homeri natalitiis accepisti, ac Demosthenis quoque similibus videris accepturus.

27. Quum igitur reliqua ex tabellis recitasset, commorati paullum, dum dignæ poemati laudes tribuerentur, Thersagoræ domum ivimus; et vix quidem, sed invenit tamen libellum. Quo ego accepto tum discedebam. Lecto autem in eam veni sententiam, ut nihil immutatum, sed ipsis totidem nominibus et verbis illum vobis prælegam. Neque enim minus honoris habetur Æsculapio, si, quum nemo salutantium cantica fecit ipse, Alisodemi Trœzenii pæan canitur; neque Baccho comœdias tragœdiasve doceri, [mortuo Æschylo] et Sophocle, desitum est; sed quæ ab aliis composita sunt, ea nostros qui in medium opportune proferunt, non minus commendant, quia sic quoque honorem habuisse deo illi videntur.

28. Liber itaque hic (est autem commentariorum illorum pars ea, quæ ad nostram rem pertinet, colloquium) : liber

βιβλίον φησὶν, Ἀντιπάτρῳ μεμηνῦσθαι παρόντα τὸν Ἀρχίαν. Ὁ δ' Ἀρχίας, εἴ τις ἄρα τῶν νεωτέρων ἀγνοεῖ, τοὺς φυγάδας ἐτέτακτο συλλαμβάνειν. Ἐπέσταλτο δ' αὐτῷ καὶ Δημοσθένην ἀπὸ τῆς Καλαυρίας πεῖσαι μᾶλλον ἢ βιάσασθαι πρὸς τὸν Ἀντίπατρον ἥκειν. Καὶ δὴ καὶ μετέωρος ἐπὶ ταύτης ὁ Ἀντίπατρος ἦν τῆς ἐλπίδος τὸν Δημοσθένην ἀεὶ προσδοκῶν. Ὡς οὖν ἤκουσεν ἀπὸ τῆς Καλαυρίας ἥκοντα τὸν Ἀρχίαν, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐκέλευσεν εἴσω καλεῖν.

29. Ἐπεὶ δ' εἰσῆλθεν. . . . αὐτὸ φράσει τὰ λοιπὰ τὸ βιβλίον.

ΑΡΧ. Χαῖρε, ὦ Ἀντίπατρε.

ΑΝΤ. Τί δ' οὐ μέλλω χαίρειν, εἰ Δημοσθένην ἤγαγες;

ΑΡΧ. Ἤγαγον, ὡς ἐδυνάμην· ὑδρίαν γὰρ κομίζω τῶν Δημοσθένους λειψάνων.

ΑΝΤ. Ἀπ' ἐλπίδος γε μὴν ἔσφηλας, ὦ Ἀρχία. Τί γὰρ τῶν ὀστῶν καὶ τῆς ὑδρίας Δημοσθένην οὐκ ἔχοντι;

ΑΡΧ. Τὴν γὰρ ψυχὴν, ὦ βασιλεῦ, πρὸς βίαν αὐτοῦ κατέχειν ἀδύνατον.

ΑΝΤ. Τί δ' οὐ ζῶντα κατειλήφατε;

ΑΡΧ. Κατειλήφαμεν.

ΑΝΤ. Κατὰ τὴν ὁδὸν οὖν τέθνηκεν;

ΑΡΧ. Οὐκ, ἀλλ' οὗπερ ἦν, ἐν Καλαυρίᾳ.

ΑΝΤ. Τάχα τῆς ὑμετέρας γέγονεν ἔργον ὀλιγωρίας οὐδὲ θεραπευόντων τὸν ἄνθρωπον.

ΑΡΧ. Ἀλλ' οὐδ' ὑφ' ἡμῖν ἐγένετο.

ΑΝΤ. Τί φής; αἰνίγματα λέγεις, ὦ Ἀρχία, ζῶντα λαβόντες οὐκ ἔχετε.

30. ΑΡΧ. Οὐ γὰρ ἐκέλευες τήν γε πρώτην μὴ βιάζεσθαι; καίτοι πλέον ἂν οὐδὲ βιασαμένοις οὐδὲν ἦν· καὶ γὰρ οὖν ἐμελλήσαμεν.

ΑΝΤ. Οὐκ εὖ γε ὑμεῖς οὐδὲ μελλήσαντες. Ἴσως οὖν ἐκ τῆς ὑμετέρας τέθνηκε βίας.

ΑΡΧ. Ἡμεῖς μὲν αὐτὸν οὐκ ἀπεκτείναμεν, βιάζεσθαι δὲ μὴ πείθουσιν ἀναγκαῖον ἦν. Σοὶ δ', ὦ βασιλεῦ, τί τὸ πλέον, εἰ ζῶν ἀφίκετο; πάντως οὐδὲν ἂν αὐτὸν ἢ ἀπέκτεινας.

31. ΑΝΤ. Εὐφήμει, ὦ Ἀρχία· δοκεῖς μοι μὴ συνενοηκέναι μήθ' ὅστις ὁ Δημοσθένης μήτε τὴν ἐμὴν γνώμην, ἀλλὰ νομίζειν ὅμοιον εἶναι Δημοσθένην εὑρεῖν καὶ τούτους ζητεῖν τοὺς κακῶς ἀπολωλότας, Ἱμεραῖον τὸν Φαληρέα καὶ τὸν Μαραθώνιον Ἀριστόνικον καὶ τὸν ἐκ Πειραιῶς Εὐκράτην, τῶν ῥαγδαίων ῥευμάτων οὐδὲν διαφέροντας, ἀνθρώπους ταπεινοὺς, ἀφορμῇ προσκαίρων θορύβων ἐπιπολάσαντας καὶ πρὸς μικρὰν ταραχῆς ἐλπίδα θρασέως ἐξαναστάντας, εἶτα πτήξαντας οὐκ εἰς μακρὰν δίκην τῶν δειλινῶν πνευμάτων, καὶ τὸν ἄπιστον Ὑπερίδην, τὸν ἄφιλον δημοκόλακα, τὸν οὐδὲν αἰσχρὸν νομίσαντα κολακείᾳ τοῦ πλήθους συκοφαντῆσαι Δημοσθένην οὐδ' αὐτὸν εἰς ταῦτα παρασχεῖν διάκονον ἐφ' οἷς αὐτοὶ μετενόησαν οἷς ἐχαρίζετο· μετ' οὐ πολὺ γοῦν τῆς συκοφαντίας λαμπροτέραν ἢ κατ' Ἀλκιβιάδην αὐτῷ τὴν κάθοδον ἀκηκόαμεν γενέσθαι. Τῷ δ' οὐκ ἔμελεν οὐδ'

ergo refert, Antipatro indicatum esse, adesse Archiam. Porro hic Archias, si quis forte juniorum ignorat, comprehendendis exsulibus fuerat præfectus. Mandatum autem acceperat Demosthenem quoque persuasionibus potius quam vi eo adducendi, ut a Calauria veniret ad Antipatrum. Atque erat spe ista suspensus Antipater, in dies exspectans Demosthenem. Quum igitur audisset e Calauria venisse Archiam, statim, ut erat, intro eum jussit vocari.

29. Ingressus ille, ... sed ipse libellus dicet reliqua.

ARCH. Salve, Antipater.

ANT. Quidni salvus sim, si adduxisti Demosthenem?

ARCH. Adduxi, ut potui : urnam enim affero Demosthenis reliquiarum.

ANT. A spe dejecisti me, Archia. Quo enim mihi ossa et urna, Demosthenem ipsum non habenti?

ARCH. Nempe per vim, o rex, retineri anima viri non poterat.

ANT. Cur vero vivum non comprehendistis?

ARCH. Comprehendimus.

ANT. Ergo in via periit?

ARCH. Non, sed ubi erat, Calauriæ.

ANT. Forte vestræ negligentiæ culpa fuit, qui non satis hominem curaveritis.

ARCH. Sed neque in potestate nostra hoc fuit.

ANT. Quid ais? ænigmata loqueris, Archia : vivum cepistis, et non habetis.

30. ARCH. Nonne enim jusseras, primo vim illi non adhiberi? quanquam neque profecturi quicquam eramus vi admota; etenim jam parabamus.

ANT. Neque illud vos bene, quod parabatis : forte enim a vestra injuria mortuus est.

ARCH. Nos quidem non interfecimus illum, sed vim admovere, quum persuadere non possemus, necesse erat. Tibi vero, rex, quid lucri accessisset, si advenisset vivus? neque enim sane aliud quam interfecturus illum eras.

31. ANT. Bona verba, Archia! Videris mihi non cogitare, neque quis fuerit Demosthenes, neque meum consilium, sed putare simile et ejusdem felicitatis esse, invenisse Demosthenem, et illos conquirere homines male perditos, Himeræum Phalereum, et Marathonium Aristonicum, et illum ex Piræeo Eucraten, torrentibus rivis nihil dissimiles, homines humiles, tumultuum temporariorum occasionibus velut innatantes, et ad parvam spem turbarum ferociter exsurgentes, deinde paullo post ventorum vespertinorum more residentes; et infidelem illum Hyperidem, alienum ab amicitia adulatorem populi, qui turpe non duxerit per adulationem plebis calumniari Demosthenem, seque ad ea præbere ministrum, quorum mox illos ipsos, quibus gratificatus fuerat, pœnituit : quandoquidem non multo post illam calumniam splendidiorem viro, quam olim Alcibiadi, reditum ab exilio contigisse accepimus. Verum iste pensi nihil

ἐπησχύνετο κατὰ τῶν ποτε φιλτάτων τῇ γλώσσῃ χρώμενος, ἣν ἐχρῆν δήπου τῆς ἀγνωμοσήνης ἐκτεμεῖν.

32. ΑΡΧ. Τί δ'; οὐκ ἐχθρῶν ἡμῖν ἔχθιστος ὁ Δημοσθένης;

ΑΝΤ. Οὐχ ὅτῳ μέλει τρόπου πίστεως, φίλον πᾶν ἄδολον καὶ βέβαιον ἦθος ἡγουμένῳ· τὰ γάρ τοι καλὰ καὶ παρ' ἐχθροῖς καλὰ καὶ τὸ τῆς ἀρετῆς πανταχοῦ τίμιον. Οὐδὲ κακίων ἐγὼ Ξέρξου τοῦ Βοῦλιν καὶ Σπέρχιν τοὺς Λακεδαιμονίους θαυμάσαντος καί, κτεῖναι παρὸν, ἀφέντος. Ἀλλ' εἰ δή τινα πάντων καὶ Δημοσθένην αὐτός τε δὶς Ἀθήνησιν, εἰ καὶ μὴ κατὰ πολλὴν σχολὴν, συγγενόμενος καὶ παρὰ τῶν ἄλλων ἀναπυνθανόμενος ἔκ τε τῶν πολιτευμάτων αὐτῶν εἶχον θαυμάσας, οὐχ ὡς ἂν νομίσειέ τις, τῆς τῶν λόγων δεινότητος, εἰ καὶ μηδὲν μὲν ὁ Πύθων πρὸς αὐτὸν, οἱ δ' Ἀττικοὶ ῥήτορες παιδιὰ παραβάλλειν τῷ τούτου κρότῳ καὶ τόνῳ καὶ λέξεων εὐρυθμίᾳ καὶ ταῖς τῶν διανοιῶν περιγραφαῖς καὶ συνεχείαις ἀποδείξεων καὶ τῷ συνερτικῷ τε καὶ κρουστικῷ· μετενοοῦμεν γοῦν ὅτε τοὺς Ἕλληνας Ἀθήναζε συνηγάγομεν ὡς ἐλέγξοντες Ἀθηναίους, Πύθωνι καὶ τοῖς Πύθωνος ἐπαγγέλμασι πεπιστευκότες, εἶτα Δημοσθένει καὶ τοῖς Δημοσθένους ἐλέγχοις περιπεσόντες. Ἀλλ' ἡμῖν ἀπρόσιτος ἡ δύναμις αὐτῷ τοῦ λόγου.

33. Ἐγὼ δὲ ταύτην μὲν δευτέραν ἔταττον ἐν χώρᾳ τιθεὶς ὀργάνου, Δημοσθένην δὲ αὐτὸν ὑπερηγάμην τοῦ τε φρονήματος καὶ τῆς συνέσεως, ἀκλινῆ τὴν ψυχὴν ἐπ' ὀρθῆς ἐν ἁπάσαις φυλάττοντα τρικυμίαις τῆς τύχης καὶ πρὸς μηδὲν τῶν δεινῶν ἐνδιδόντα. Καὶ Φίλιππον δὲ τὴν ἐμὴν γνώμην ἔχοντα περὶ τἀνδρὸς ἠπιστάμην· τούτῳ μέν γε δημηγορίας ἐξαγγελθείσης Ἀθήνηθέν ποτε καθαπτομένης τοῦ Φιλίππου καὶ Παρμενίωνος ἠγανακτηκότος καί τι καὶ σκωπτικὸν εἰς τὸν Δημοσθένην ἐπειπόντος, Ὦ Παρμενίων, ἔφη, δίκαιος ὁ Δημοσθένης παρρησίας τυγχάνειν· μόνος γέ τοι τῶν ἐπὶ τῆς Ἑλλάδος δημαγωγῶν οὐδαμοῦ τοῖς ἀπολογισμοῖς ἐγγέγραπται τῶν ἐμῶν ἀναλωμάτων, καίτοι μᾶλλον ἠβουλόμην ἢ γραμματεῦσι καὶ τριηρίταις ἐμαυτὸν πεπιστευκέναι. Νῦν δ' ἐκείνων μὲν ἕκαστος ἀπογέγραπται χρυσίον ξύλα πόρους θρέμματα γῆν οὐ Βοιωτίας οὐδ' ἔνθα τι μὴ παρ' ἐμοῦ λαβόντες. Ἡμεῖς δὲ θᾶττον ἂν τῶν Βυζαντίων τὸ τεῖχος ἕλοιμεν μηχαναῖς ἢ Δημοσθένην χρυσίῳ.

34. Ἐγὼ δὲ, ὦ Παρμενίων, ἔφη, εἰ μέν τις Ἀθηναῖος ὢν ἐν Ἀθήναις λέγων ἐμὲ τῆς πατρίδος προτιμᾷ, τούτοις ἀργύριον μὲν προέμην ἂν, φιλίαν δ' οὐκ ἄν· εἰ δέ τις ὑπὲρ τῆς πατρίδος ἐμὲ μισεῖ, τούτῳ προσπολεμῶ μὲν ὡς ἀκροπόλει καὶ τείχει καὶ νεωρίοις καὶ τάφρῳ, θαυμάζω δὲ τῆς ἀρετῆς καὶ μακαρίζω γε τοῦ κτήματος τὴν πόλιν. Καὶ τοὺς μὲν ἔξω τῆς χρείας γενόμενος ἥδιστ' ἂν προσαπολέσαιμι, τὸν δὲ βουλοίμην ἂν ἐνταυθοῖ παρ' ἡμῖν τυχεῖν γενόμενον μᾶλλον ἢ τὴν Ἰλλυριῶν ἵππον καὶ Τριβαλλῶν καὶ πᾶν τὸ μισθοφορικὸν, τῆς ὅπλων βίας τὴν τοῦ λόγου πειθὼ καὶ τὸ τῆς γνώμης ἐμβριθὲς οὐδαμῇ τιθεὶς δεύτερον.

habuit, neque puduit ipsum contra eos, qui olim fuerant amicissimi, lingua uti, quam oportebat nempe improbitatis illius causa exscindi.

32. ARCH. Quid vero? nonne inter inimicos nostros inimicissimus Demosthenes?

ANT. Non sane, si quis fidelitatis in vita rationem habeat, amicumque sibi quicquid est in moribus incorruptum ac stabile judicet : honesta namque apud hostes etiam honesta sunt, et virtus, ubicumque fuerit, pretiosa est. Neque Xerxe deterior ego, qui Bulin Sperchinque Lacedæmonios admiratus, quum interficiendorum potestas esset, dimisit. Verum si quem unquam omnium, etiam Demosthenem, quem bis Athenis, quanquam non satis otiose, convenerim, et ab aliis requirendo pariter atque ex ipsis in republica factis cognoverim, in admiratione habui, non, ut existimare aliquis posset, ob dicendi vires; etsi nihil ad illum Python, Attici autem oratores ludus sunt, comparati ad hujus clamores, et contentionem, et verborum aptam compositionem, et circumscriptam sententiarum concinnitatem, et continuitatem demonstrationum, dicendorum implicationem et nexum, denique vehementiam. Itaque pœnituit nos convocasse Græcos Athenas, quum refutare Athenienses vellemus, a Pythone et promissis Pythonis inducti, ac deinde in Demosthenem et argumenta Demosthenis incurreremus. Sed quæ in illo erat vis dicendi, nullum nobis aditum præbebat.

33. Verum hanc ipsam secundam numerabam, quam in instrumenti loco ponerem : at Demosthenem ipsum admirabar super omnia sensus illius causa et prudentiæ, qua animam recto velut clavo in decumanis quibusque fortunæ fluctibus nusquam declinantem servaret, et malo nulli concederet. Ac Philippo eandem quam mihi de viro sententiam fuisse noram. Ille quidem nunciata aliquando Athenis concione qua iste in Philippum invectus fuerat, et indignante Parmenione, atque joci etiam aliquid in Demosthenem adjiciente, « Jure suo, inquit, o Parmenio, libertatem dicendi sibi sumit Demosthenes : solus enim ille oratorum Græciæ nusquam expensarum mearum rationibus inscriptus est, quum tamen mallem ipsi, quam scribis et classiariis, me committere. Nunc illorum unusquisque scriptus est aurum, ligna, reditus annuos, armenta, prædia accepisse, non in Bœotia neque usquam habentes quin a me acceperint. At celerius machinis capiamus Byzantiorum mœnia quam auro Demosthenem.

34. Atque ego, inquit, Parmenio, si quis Atheniensis Athenis dicens patriæ me suæ præfert, huic argentum quidem objecerim, non autem amicitiam : si quis vero patriæ causa odio me habeat, hunc ego oppugno non secus atque arcem et mœnia et navalia et fossam; sed virtutem ejus admiror et beatam civitatem tali possessione prædico. Atque istos quidem extra usum eorum constitutus lubens una cum ipsis hostibus perdiderim; hunc vero malim hic apud nos esse multo quam Illyriorum equitatum et Triballorum, et quicquid est militis mercenarii; qui armorum viribus vim oratione persuadendi et consilii gravitatem postponam minime. »

35. Πρὸς Παρμενίωνα μὲν ταῦτα. Τοιούτους δέ τινας καὶ πρὸς ἐμὲ λόγους ἐποιήσατο· τῶν γὰρ μετὰ Διοπείθους Ἀθήνηθεν ἀπεσταλμένων, ἐγὼ μὲν εἶχον διὰ φροντίδος, ὁ δ' εὖ μάλα γελάσας ἔφη, Σὺ δ' ἀστικὸν στρατηγὸν ἢ στρατιώτην δέδοικας ἡμῖν; Αἱ μὲν τριήρεις καὶ ὁ Πειραιεὺς καὶ τὰ νεώρια λῆρος ἔμοιγε καὶ φλήναφος· τί δ' ἂν ἄνθρωποι πράξαιεν διονυσιάζοντες, ἐν κρεανομίαις καταζῶντες καὶ χοροῖς; εἰ δὲ μὴ Δημοσθένης εἷς ἐν Ἀθηναίοις ἐγένετο, ῥᾷον ἂν εἴχομεν τὴν πόλιν ἢ Θηβαίους καὶ Θετταλοὺς ἀπατῶντες, βιαζόμενοι, φθάνοντες, ὠνούμενοι· νῦν δὲ εἷς ἐκεῖνος ἐγρήγορε καὶ πᾶσι τοῖς καιροῖς ἐφέστηκε καὶ ταῖς ἡμετέραις ὁρμαῖς ἐπακολουθεῖ καὶ τοῖς στρατηγήμασιν ἀντιπαρατάττεται. Λανθάνομεν δὲ αὐτὸν οὐ τεχνάζοντες, οὐκ ἐπιχειροῦντες, οὐ βουλευόμενοι, καθάπαξ κώλυμά τι καὶ πρόβολος ἡμῖν ἄνθρωπός ἐστι, μὴ πάντ' ἔχειν ἐξ ἐπιδρομῆς. Τό γέ τοι κατ' αὐτὸν οὐκ Ἀμφίπολιν εἵλομεν, οὐκ Ὄλυνθον, οὐ Φωκέας καὶ Πύλας ἔσχομεν, οὐ Χερρονήσου καὶ τῶν περὶ τὸν Ἑλλήσποντον κεκρατήκαμεν.

36. Ἀλλ' ἀνίστησι μὲν ἄκοντας οἷον ἐκ μανδραγόρου καθεύδοντας τοὺς αὐτοῦ πολίτας, ὥσπερ τομῇ τινι καὶ καύσει τῆς ῥαθυμίας τῇ παρρησίᾳ χρώμενος, ὀλίγον τοῦ πρὸς ἡδονὴν φροντίσας. Μετατίθησι δὲ τῶν χρημάτων τοὺς πόρους ἀπὸ τῶν θεάτρων ἐπὶ τὰ στρατόπεδα, συντίθησι δὲ τὸ ναυτικὸν νόμοις τριηραρχικοῖς ὑπὸ τῆς ἀταξίας μόνον οὐ τελέως διεφθαρμένον, ἐγείρει δ' ἐρριμμένον ἤδη διὰ χρόνου πρὸς τὴν δραχμὴν καὶ τὸ τριώβολον τὸ τῆς πόλεως ἀξίωμα, πάλαι τούτους καταχεκλιμένους εἰς τοὺς προγόνους ἐπανάγων καὶ τὸν ζῆλον τῶν Μαραθῶνι καὶ Σαλαμῖνι κατειργασμένων, συνίστησι δ' ἐπὶ συμμαχίας καὶ συντάξεις Ἑλληνικάς. Τοῦτον οὐ λαθεῖν ἔστιν, οὐ φενακίσαι, οὐ πρίασθαι οὐ μᾶλλον ἢ τὸν Ἀριστείδην ἐκεῖνον ὁ Περσῶν βασιλεὺς ἐπρίατο.

37. Τοῦτον οὖν, ὦ Ἀντίπατρε, χρὴ δεδιέναι μᾶλλον ἢ πάσας τριήρεις καὶ πάντας ἀποστόλους· ὃ γὰρ Ἀθηναίοις τοῖς πάλαι Θεμιστοκλῆς καὶ Περικλῆς ἐγένετο, τοῦτο τοῖς νῦν ὁ Δημοσθένης, ἐφάμιλλος Θεμιστοκλεῖ μὲν τὴν σύνεσιν, Περικλεῖ δὲ τὸ φρόνημα. Ἐκτήσατο γοῦν αὐτοῖς ἀκούειν Εὔβοιαν, Μέγαρα, τὰ περὶ τὸν Ἑλλήσποντον, τὴν Βοιωτίαν. Καὶ καλῶς γε, ἔφη, ποιοῦσιν Ἀθηναῖοι Χάρητα μὲν καὶ Διοπείθην καὶ Πρόξενον καὶ τοιούτους τινὰς ἀποδεικνύντες στρατηγεῖν, Δημοσθένην δὲ εἴσω κατέχοντες ἐπὶ τοῦ βήματος. Ὡς εἰ τοῦτον τὸν ἄνθρωπον ὅπλων ἀπέφηναν καὶ νεῶν καὶ στρατοπέδων καὶ καιρῶν καὶ χρημάτων κύριον, ὀκνῶ μὴ περὶ τῆς Μακεδονίας ἂν κατέστησέ μοι τὸν λόγον, ὃς καὶ νῦν ἀπὸ ψηφισμάτων ἀνταγωνιζόμενος ἡμῖν πανταχοῦ συμπεριτρέχει, καταλαμβάνει, πόρους εὑρίσκει, δύναμιν συλλέγει, ἐπιμήκεις στόλους ἀποπέμπει, συντάττει δυνάμεις, ἀντιμεθίσταται.

38. Τοιαῦτα καὶ τότε καὶ πολλάκις πρός με Φίλιππος περὶ τἀνδρὸς ἔλεγεν, ἐν τῶν παρὰ τῆς τύχης χρη-

35. Hæc ad Parmenionem. Tales vero etiam apud me sermones habuit. Misso enim Athenis Diopithe cum suis, sollicitudinem ea mihi res afferebat : ille vero in risum solutus dicebat, « Tun' ducem ex urbe aut militem nobis metuis? Triremes et Piræeus, et navalia, nugæ mihi et ludibria : quid enim homines faciant bacchanalia celebrantes, in viscerationibus vitam terentes et choris? at si unus Demosthenes Athenis non esset, facilius urbem haberemus quam Thebanos et Thessalos fraude, vi, occupando, emendo: nunc vero unus ille vigilat, temporibus omnibus imminet, et nostros impetus subsequitur, ad nostra se imperatoria consilia velut in acie opponit. Illum non fugimus quum machinamur aliquid, quum conamur, quum deliberamus : uno verbo, ille nobis homo impedimentum est et propugnaculum quominus una omnia impressione habeamus. Certe per illum si stetisset, non Amphipolin cepissemus, non Olynthum, non Phocenses haberemus et Pylas, nec Chersoneso et Hellesponti regione potiti essemus.

36. Sed ille invitos etiam cives suos, et velut a mandragora dormientes excitat, libertate dicendi velut urens et secans illorum socordiam, parum quid jucundum illis sit sollicitus. Transfert idem pecuniæ reditus a theatris ad exercitus; trierarchicis legibus constituit rem nauticam perturbatione rerum tantum non plane perditam; abjectam satis longo jam tempore ad drachmam et triobolum civitatis dignitatem excitat, hosce dudum inclinatos ad majores suos revocando atque ad æmulationem eorum quæ Marathone ac Salamine gesta sunt; mutuique auxilii fœdera, et conventiones inter Græcos constituit. Hunc latere non est, non decipere, non emere, non magis quam Aristidem illum Persarum rex emere potuit.

37. Hunc ergo, Antipater, magis est quod timeamus, quam triremes omnes et classes immissas. Quod enim antiquis illis Atheniensibus Themistocles fuerunt et Pericles, his nunc Demosthenes est, prudentiæ nomine comparandus cum Themistocle, cum Pericle autem ob sensum in republica. Nam dicto audientes illis præstitit Eubœam, Megara, quæ circa Hellespontum sunt, Bœotiam. Et præclare sane, inquit, faciunt Athenienses, quum Chareta et Diopithen et Proxenum et horum similes quosdam imperatores constituunt, Demosthenem vero domi in suggestu retinent. Quodsi hunc hominem armorum faciant et navium et exercituum et opportunitatum et pecuniarum dominum, vereor ne de ipsa me Macedonia in disceptationem vocet; qui vel sic suis me decretis oppugnet, circumquaque concurrat, deprehendat, reditus inveniat, copias contrahat, classes latas dimittat, copias in aciem cogat, hac illac transiens obsistat. »

38. Talia et tum et sæpe alias ad me Philippus de viro illo dicebat, inter fortunæ munera illud referens, quod

στῶν τιθέμενος τὸ μὴ στρατηγεῖν τὸν Δημοσθένην, οὗ γε καὶ τοὺς λόγους ὥσπερ κριοὺς ἢ καταπέλτας Ἀθήνηθεν ὁρμωμένους διασείειν αὐτοῦ καὶ ταράττειν τὰ βουλεύματα· περὶ μὲν γὰρ Χαιρωνείας οὐδὲ μετὰ τὴν νίκην ἐπαύετο πρὸς ἡμᾶς λέγων εἰς ὅσον ἄνθρωπος ἡμᾶς κινδύνου κατέστησε. Καὶ γὰρ εἰ παρ' ἐλπίδα καὶ κακίᾳ στρατηγῶν καὶ στρατιωτῶν ἀταξίᾳ καὶ τῇ παραδόξῳ ῥοπῇ τῆς τύχης τῇ πολλὰ πολλάκις ἡμῖν συνειργασμένῃ κεκρατήκαμεν, ἀλλ' ἐπὶ μιᾶς γε ταύτης ἡμέρας τὸν περὶ τῆς ἀρχῆς καὶ τῆς ψυχῆς κίνδυνον ἐπέστησέ μοι, τὰς ἀρίστας πόλεις εἰς ἓν συναγαγὼν καὶ πᾶσαν τὴν Ἑλληνικὴν δύναμιν ἀθροίσας, Ἀθηναίους ἅμα καὶ Θηβαίους Βοιωτούς τε τοὺς ἄλλους καὶ Κορινθίους Εὐβοέας τε καὶ Μεγαρέας καὶ τὰ κράτιστα τῆς Ἑλλάδος διακινδυνεύειν συναναγκάσας καὶ μηδ' εἴσω με τῆς Ἀττικῆς ἐπιτρέψας παρελθεῖν.

39. Τοιοῦτοί τινες ἦσαν αὐτῷ συνεχεῖς περὶ Δημοσθένους οἱ λόγοι· καὶ πρός γε τοὺς λέγοντας ὡς μέγαν ἔχοι τὸν Ἀθηναίων δῆμον ἀνταγωνιστήν, Ἐμοὶ Δημοσθένης μόνος, εἶπεν, ἀνταγωνιστής, Ἀθηναῖοι δὲ Δημοσθένην οὐκ ἔχοντες Αἰνιᾶνές εἰσι καὶ Θετταλοί. Καὶ πρέσβεις ὁπότε πρὸς τὰς πόλεις πέμποι, τῶν μὲν ἄλλων ῥητόρων εἴ τινας ἡ τῶν Ἀθηναίων πόλις ἀνταποστέλλοι, τῇ πρεσβείᾳ ῥᾷστα ἦν κεκρατηκώς, τοῦ Δημοσθένους δ' ἐπιστάντος, Μάτην, εἶπεν, ἂν ἐπρεσβεύσαμεν· οὐ γάρ ἐστι κατὰ τῶν Δημοσθένους λόγων ἐγεῖραι τρόπαιον.

40. Ταῦτα ὁ Φίλιππος. Καὶ μέντοι καὶ πάντως ἔλαττον ἂν ἔχοντες εἰ λάβοιμεν τοιοῦτον ἄνδρα, πρὸς Διός, Ἀρχία, τί ποτε νομίζεις; βοῦν ἂν ἐπὶ σφαγὴν ἤγομεν ἢ πολὺ μᾶλλον ἂν σύμβουλον περὶ τῶν Ἑλληνικῶν πραγμάτων καὶ τῆς ἀρχῆς πάσης ἐποιούμεθα; Φύσει μὲν γὰρ αὐτῷ καὶ κατ' ἀρχὰς προσεπεπόνθειν ἐξ αὐτῶν τῶν πολιτευμάτων, ἔτι δὲ μᾶλλον Ἀριστοτέλει μάρτυρι· πρὸς γοῦν τὸν Ἀλέξανδρον καὶ πρὸς ἡμᾶς γε λέγων οὐδὲν ἐπαύετο, τοσούτων ὄντων τῶν αὐτῷ προσπεφοιτηκότων, μηδένα οὕτω πώποτε θαυμάσαι μεγέθους τε φύσεως καὶ τῆς περὶ τὴν ἄσκησιν ἐγκρατείας καὶ βάρους καὶ τάχους καὶ παρρησίας καὶ καρτερίας.

41. Ὑμεῖς δέ, ἔφη, διανοεῖσθε ὡς ὑπὲρ Εὐβούλου καὶ Φρύνωνος καὶ Φιλοκράτους, καὶ πειρᾶσθε δώροις καὶ τοῦτον ἀναπείθειν, ἄνθρωπον καὶ τὴν πατρῴαν οὐσίαν εἰς Ἀθηναίους ἰδίᾳ τε τοῖς δεηθεῖσι καὶ δημοσίᾳ τῇ πόλει καταναλωκότα, διαμαρτάνοντες δὲ φοβήσειν οἴεσθε πάλαι βεβουλευμένον τὴν ψυχὴν ὑποθεῖναι ταῖς τῆς πατρίδος ἀδήλοις τύχαις, καὶ καθαπτομένου τῶν πραττομένων ὑμῖν ἀγανακτεῖτε; ὁ δ' οὐδὲ τὸν Ἀθηναίων δῆμον ὑποστέλλεται. Λέληθεν ὑμᾶς, ἔφη, τῇ μὲν τῆς πατρίδος εὐνοίᾳ πολιτευόμενος, αὑτῷ δὲ τὴν πολιτείαν γυμνάσιον φιλοσοφίας προθέμενος.

42. Ταῦτά τοι, ὦ Ἀρχία, ὑπερεπεθύμουν αὐτῷ συγγενόμενος τήν τε γνώμην, ἣν ἔχοι περὶ τῶν παρόντων, ἀκοῦσαι λέγοντος καὶ τῶν ἀεὶ παραπεπτωκότων ἡμῖν κολάκων, εἰ ἐδεόμην, ἀποστὰς ἁπλοῦ τινος ἐξ ἐλευ-

exercitum non duceret Demosthenes; cujus quidem etiam conciones, tanquam arietes quidam et catapultæ ab Athenis inde ruentes, sua convellerent disturbarentque consilia. Nam de Chæronea neque post victoriam commemorare apud nos desiit, in quantum nos periculum vir ille adduxisset. « Etsi enim præter spem et vitio ducum, et militum immodestia, et inclinatione necopinata fortunæ, quæ in multis sæpe perficiendis nos adjuvit, vicimus; tamen uno illo die et imperii et vitæ adeo in periculo me constituit, conductis in unum præstantissimis civitatibus, Græcis copiis omnibus collectis, Atheniensibus simul et Thebanis Bœotiisque reliquis, et Corinthiis Euboensibusque et Megarensibus, denique potentissimis Græciæ in periculi societatem coactis, meque in interiora Atticæ penetrare prohibito. »

39. Tales habebat ille perpetuo de Demosthene sermones; et his qui dicerent, gravem ipsi esse adversarium populum Atheniensem, respondebat, Mihi adversarius solus Demosthenes; Athenienses vero, Demosthene destituti, Ænianes sunt et Thessali. Et si quando legatos ad civitates mitteret, atque aliorum oratorum quosdam contra ipsum civitas Atheniensium ablegaret, legatione ipse vicerat facillime: quoties vero instaret Demosthenes, Sine dubio frustra, inquit, legationem misimus: neque enim contra Demosthenis orationes tropæum licet erigere.

40. Hæc Philippus. Et profecto omnibus modis inferiores nos Philippo, talem virum si cepissemus, per Jovem, Archia, quid tandem putas? bovemne ad macellum acturi eramus, an consiliarium potius de rebus Græcis totoque imperio nostro adhibituri? Natura enim illi me etiam ab initio conciliari sentiebam ex ipsis in republica gestis, magis vero testimonio Aristotelis: is enim quum apud Alexandrum et nos etiam ageret, ac tot haberet qui suam domum audiendi causa frequentaverant, profiteri nunquam desiit, præter omnes se hunc admirari ob magnitudinem ingenii, et illam in exercitationibus exhibitam continentiam, et gravitatem, et celeritatem, et libertatem dicendi, et animi constantiam.

41. Vos autem, inquit, de illo cogitatis ut de Eubulo quodam, et Phrynone, et Philocrate, et ipsum quoque donis conamini in partes traducere, hominem qui patrimonium adeo in Athenienses, privatim in egentes, publice in civitatem impenderit; et ubi hac spe excidistis, terrere illum vos posse arbitramini, cui olim deliberatum sit animam subjicere incertis patriæ fortunis? et in facta illo vestra invehente, indignamini? qui nec populo Atheniensium se submittat. Fugit vos, inquit, patriæ illum amore tractare rem publicam, sibi autem eam philosophiæ gymnasium constituisse.

42. Talia, Archia, supra modum cupiebam consuetudine illius utens ex illo audire, et quæ ipsius de rebus præsentibus esset sententia: atque, quoties opus esset, relictis qui semper in nos irruunt adulatoribus, simplicem e libera

προγόνων ἀρεταὶ καὶ τρόπαια καὶ πολιτῶν εὔνοια τῶν ἐμὲ πολλάκις ἐστεφανωκότων καὶ δύναμις Ἑλλήνων τῶν ὑπ' ἐμοῦ μέχρι νῦν τετηρημένων· εἰ δὲ καὶ βιωτὸν ἐλεηθέντι, ταπεινὸν μὲν, ἀνεκτὸς δ' οὖν ὁ ἔλεος παρὰ τοῖς οἰκείοις, ὧν ἐλυσάμην αἰχμαλώτους, ἢ τοῖς πατράσιν ὧν συνεξέδωκα τὰς θυγατέρας ἢ οἷς τοὺς ἐράνους συνδιελυσάμην.

46. Εἰ δέ με μὴ σώζει νήσων ἀρχὴ καὶ θάλαττα, παρά γε τουτουὶ Ποσειδῶνος αἰτῶ τὸ σώζεσθαι καὶ τοῦδε τοῦ βωμοῦ καὶ τῶν ἱερῶν νόμων. Εἰ δὲ Ποσειδῶν, ἔφη, μὴ δύναται φυλάττειν τὴν ἀσυλίαν τοῦ νεὼ μηδ' ἐπαισχύνεται προδοῦναι Δημοσθένην Ἀρχίᾳ, τεθναίην, οὐδὲν Ἀντίπατρος ἡμῖν ἀντὶ τοῦ θεοῦ κολακευτέος. Ἐξῆν μοι φιλτέρους ἔχειν Ἀθηναίων Μακεδόνας καὶ νῦν μετέχειν τῆς ὑμετέρας τύχης, εἰ μετὰ Καλλιμέδοντος καὶ Πυθέου καὶ Δημάδου συνεταττόμην· ἐξῆν κἂν ὀψὲ τῆς τύχης μεθαρμόσασθαι, εἰ μὴ τὰς Ἐρεχθέως θυγατέρας καὶ τὸν Κόδρον ἐπῃσχυνόμην. Οὔκουν ᾑρούμην αὐτομολοῦντι τῷ δαίμονι συμμεταβάλλεσθαι· καλὸν γὰρ κρησφύγετον θάνατος ἐν ἀκινδύνῳ παντὸς αἰσχροῦ γενέσθαι. Καὶ νῦν, Ἀρχία, τὸ κατ' ἐμαυτὸν οὐ καταισχυνῶ τὰς Ἀθήνας δουλείαν ἑκὼν ἑλόμενος, ἐντάφιον δὲ τὸ κάλλιστον τὴν ἐλευθερίαν προέμενος.

47. Ἀλλὰ δίκαιον γὰρ, ἔφη, σοὶ τῶν τραγῳδιῶν μνημονεύειν, οὗ σεμνὸν τὸ λεχθὲν

Ἡ δὲ καὶ θνήσκουσ' ὅμως
πολλὴν πρόνοιαν εἶχεν εὐσχήμως πεσεῖν·

κόρη καὶ ταῦτα· Δημοσθένης δὲ εὐσχήμονος θανάτου βίον προκρινεῖ ἀσχήμονα τῶν Ξενοκράτους καὶ Πλάτωνος ὑπὲρ ἀθανασίας λόγων ἐκλαθόμενος; Καί τινα καὶ πικρότερον ἔλεγε προαχθεὶς εἰς τοὺς ταῖς τύχαις ἐξυβρίζοντας. Ἀλλὰ τί δεῖ νῦν λέγειν ἐμέ; τέλος δ' ἐμοῦ τὰ μὲν δεομένου, τὰ δ' ἀπειλοῦντος, ἁπαλὴν μοῦσαν στερεᾷ κεραννύντος, Ἐπείσθην ἂν, ἔφη, τούτοις Ἀρχίας ὤν, ἐπεὶ δὲ Δημοσθένης εἰμὶ, συγγίγνωσκέ μοι, ὦ δαιμόνιε, μὴ πεφυκότι κακῷ γενέσθαι.

48. Τότε δὴ τότε πρὸς βίαν αὐτὸν ἀποσπᾶν διενοούμην· ὁ δ' ὡς ᾔσθετο, δῆλος ἦν καταγελῶν καὶ τὸν θεὸν προσβλέψας, Ἔοικεν Ἀρχίας, εἶπεν, ὅπλα μόνα καὶ τριήρεις καὶ τείχη καὶ στρατόπεδα δυνάμεις εἶναι καὶ κρησφύγετα ταῖς ἀνθρωπίναις ψυχαῖς ὑπολαμβάνειν, τῆς δ' ἐμῆς παρασκευῆς καταφρονεῖν, ἣν οὐκ ἂν ἐλέγξειαν Ἰλλυριοὶ καὶ Τριβαλλοὶ καὶ Μακεδόνες ἐχυρωτέραν ἢ ξύλινόν ποτε τεῖχος ἡμῖν, ὃ θεὸς ἀνεῖλεν ἀπόρθητον εἶναι· μεθ' ἧς ἂν τῆς προνοίας ἀδεῶς μὲν ἐπολιτευσάμην, ἀδεὲς δέ μοι τὸ κατὰ Μακεδόνων θάρσος, ἐμέλησε δ' οὐδὲν οὐκ Εὐκτήμονος, οὐκ Ἀριστογείτονος, οὐ Πυθέου καὶ Καλλιμέδοντος, οὐ Φιλίππου τότε, οὐ τὰ νῦν Ἀρχίου.

49. Ταῦτα εἰπὼν, Μὴ πρόσαγέ μοι τὴν χεῖρα, ἔφη· τὸ κατ' ἐμὲ γὰρ οὐδὲν παράνομον ὁ νεὼς πείσεται, τὸν δὲ θεὸν προσειπὼν ἑκὼν ἕψομαι. Κἀγὼ μὲν ἦν ἐπὶ

tropæa, et benevolentia civium, qui sæpe me coronarunt, et potentia Græcorum, qui huc usque a me sunt servati. Si vero etiam misericordia aliena licet vivi, humile id quidem est, sed tolerabilis tamen misericordia a necessariis, quorum redemi captivos, aut patribus, quorum una elocavi filias, aut quos in dissolvendis eranis adjuvi.

46. Si vero servare me non potest insularum imperium et mare, at certe ab hoc Neptuno salutem peto, et ab hoc altari, et a sanctis legibus. Si vero nec Neptunus, inquit, præstare potest templo suo sanctitatem, neque pudet illum Archiæ prodere Demosthenem, moriar potius, : minime Antipatro nobis pro deo adulandum est. Licebat mihi amiciores Atheniensibus habere Macedonas, et nunc in fortunæ vestræ partem venire, si cum Callimedonte, et Pythea, et Demade conjungere me voluissem : licebat vel sero instaurare fortunam, nisi Erechthei filias verecundarer et Codrum. Non igitur optarim cum Fortuna transfuga et ipse mutare castra : honestum enim perfugium mors est, ut ab omnis turpitudinis periculo simus liberi. Et nunc, Archia, quantum in me est, non afficiam turpitudine Athenas, servitute ultro eligenda, abjiciendaque libertate, pulcherrimo ferali amiculo.

47. Verum enim fas est, inquit, tragœdiarum apud te meminisse, in quibus præclarum illud dictum,

At illa dum moritur tamen
providit, ut decenter caderet, sedulo.

Hæc puella : et Demosthenes honesta morte vitam turpem potiorem habebit, Xenocratis et Platonis de immortalitate librorum oblitus? » Et provectus ultra amarius quædam dixit in eos qui a fortuna insolescunt. Sed quid ea nunc dicere opus est! Tandem vero me preces partim, partim minas adhibente, et mollem musam cum rigida miscente, Moverer, inquit, hisce, Archias si essem : quandoquidem vero sum Demosthenes, ignosce mihi, o noster, quem natura non finxit ad ignaviam.

48. Tum sane tum vi illum detrahere ab altari cogitabam. At ille quum sentiret, aperte irridebat, et deum aspiciens, Videtur, inquit, putare Archias, arma sola et triremes, et mœnia, et exercitus, copias esse, et refugia humanis animis; meum autem apparatum contemnere, quem tamen non redarguerint Illyrii, et Triballi, et Macedones, nobis ipso illo muro ligneo firmiorem, quem respondit quondam deus vastari non posse; qua quidem providentia sine metu versatus sum in republica, metusque omnis expers mihi fuit contra Macedonas audacia; neque movit me Euctemon, neque Aristogiton, nec Pytheas et Callimedon, nec Philippus tum, neque nunc Archias.

49. Hæc ubi dixerat, Noli, inquit, manum mihi injicere; quantum enim in me est, nulla fiet huic sacro injuria, sed deo adorato sponte sequar. Atque ego in spe hac eram, illo-

τῆς ἐλπίδος ταύτης, καὶ τὴν χεῖρα τῷ στόματι προσαγαγόντος, οὐδὲν ἀλλ' ἢ προσκυνεῖν ὑπελάμβανον.

ΑΝΤ. Τὸ δὲ τί δή ποτε ἦν;

ΑΡΧ. Ὕστερον βασάνοις θεραπαίνης ἐφωράσαμεν πάλαι φάρμακον αὐτὸν τεταμιεῦσθαι λύσει ψυχῆς ἀπὸ σώματος ἐλευθερίαν κτώμενον. Οὐ γὰρ οὖν ἔφθασεν ὑπερβὰς τὸν ὀδὸν τοῦ νεὼ, καὶ πρὸς ἐμὲ βλέψας, Ἄγε δὴ τοῦτον, ἔφη, πρὸς Ἀντίπατρον, Δημοσθένην δὲ οὐκ ἄξεις, οὐ μὰ τοὺς .... Κἀμοὶ μὲν ἐφαίνετο προσθήσειν τοὺς ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότας.

50. Ὁ δὲ χαίρειν εἰπὼν ἀπέπτη. Τοῦτό σοι τὸ τέλος, ὦ βασιλεῦ, τῆς Δημοσθένους πολιορκίας κομίζειν ἔχω.

ΑΝΤ. Δημοσθένους γε καὶ ταῦτα, ὦ Ἀρχία. Βαβαὶ τῆς ἀηττήτου ψυχῆς καὶ μακαρίας, ὡς ἀνδρεῖον μὲν αὐτῷ τὸ λῆμα, πολιτικὴ δὲ πρόνοια μετὰ χεῖρα τὸ πιστὸν τῆς ἐλευθερίας ἔχειν. Ἀλλ' ὁ μὲν οἴχεται βίον ἕξων τὸν ἐν μακάρων νήσοις ἡρώων λεγόμενον ἢ τὰς εἰς οὐρανὸν ψυχαῖς νομιζομένας ὁδοὺς, ὀπαδός τις δαίμων ἐσόμενος ἐλευθερίου Διὸς, τὸ σῶμα δ' ἡμεῖς εἰς Ἀθήνας ἀποπέμψομεν, κάλλιον ἀνάθημα τῇ γῇ τῶν ἐν Μαραθῶνι πεπτωκότων.

que manum ori admovente, nihil aliud quam adorare virum putabam.

ANT. Quid ergo illud erat?

ARCH. Postea tormentis ab ancilla expressimus, olim repositum illi fuisse venenum, quod absolvenda a corpore anima libertatem ipsi pararet. Vix enim limen templi egressus fuerat, quum, Duc sane hoc, inquit, ad Antipatrum; Demosthenem vero non duces, non, per ego illos... Et videbatur mihi adjecturus, Qui Marathone ceciderunt.

50. At, vale! quum dixisset, evolavit. Hunc tibi, rex, exitum obsessi expugnatique Demosthenis possum referre.

ANT. Demosthenis et ista, Archia. Hem invictam animam et beatam! quam forte viri propositum, quam civilis providentia, in manu semper pignus certissimum libertatis habere! At ille quidem discessit, vitam habiturus in Beatorum insulis, quæ heroum dicitur, vel vias quæ putantur animarum in cœlum, sectator dæmon futurus Liberatoris Jovis; corpus vero nos Athenas mittemus, donarium regioni illi iis ipsis qui ad Marathonem cecidere præstantius.

LXXIV.

ΘΕΩΝ ΕΚΚΛΗΣΙΑ.

1. ΖΕΥΣ. Μηκέτι τονθορύζετε, ὦ θεοὶ, μηδὲ κατὰ γωνίας συστρεφόμενοι πρὸς τὸ οὖς ἀλλήλοις κοινολογεῖσθε, ἀγανακτοῦντες εἰ πολλοὶ ἀνάξιοι μετέχουσιν ἡμῖν τοῦ συμποσίου, ἀλλ' ἐπείπερ ἀποδέδοται περὶ τούτων ἐκκλησία, λεγέτω ἕκαστος ἐς τὸ φανερὸν τὰ δοκοῦντά οἱ καὶ κατηγορείτω. Σὺ δὲ κήρυττε, ὦ Ἑρμῆ, τὸ κήρυγμα τὸ ἐκ τοῦ νόμου.

ΕΡΜΗΣ. Ἄκουε, σίγα. Τίς ἀγορεύειν βούλεται τῶν τελείων θεῶν οἷς ἔξεστιν; ἡ δὲ σκέψις περὶ τῶν μετοίκων καὶ ξένων.

ΜΩΜΟΣ. Ἐγὼ ὁ Μῶμος, ὦ Ζεῦ, εἴ μοι ἐπιτρέψειας εἰπεῖν.

ΖΕΥΣ. Τὸ κήρυγμα ἤδη ἐφίησιν· ὥστε οὐδὲν ἐμοῦ δεήσει.

2. ΜΩΜ. Φημὶ τοίνυν δεινὰ ποιεῖν ἐνίους ἡμῶν, οἷς οὐκ ἀπόχρη θεοὺς ἐξ ἀνθρώπων αὐτοῖς γεγενῆσθαι, ἀλλ', εἰ μὴ καὶ τοὺς ἀκολούθους καὶ θεράποντας αὐτῶν ἰσοτίμους ἡμῖν ἀποφανοῦσιν, οὐδὲν μέγα οὐδὲ νεανικὸν οἴονται εἰργάσθαι. Ἀξιῶ δὲ, ὦ Ζεῦ, μετὰ παρρησίας μοι δοῦναι εἰπεῖν· οὐδὲ γὰρ ἂν ἄλλως δυναίμην, ἀλλὰ πάντες με ἴσασιν ὡς ἐλεύθερός εἰμι τὴν γλῶτταν καὶ οὐδὲν ἂν κατασιωπήσαιμι τῶν οὐ καλῶς γιγνομένων· διελέγχω γὰρ ἅπαντα καὶ λέγω τὰ δοκοῦντά μοι ἐς τὸ φανερὸν οὔτε δεδιώς τινα οὔτε ὑπ' αἰδοῦς ἐπικαλύπτων τὴν γνώμην· ὥστε καὶ ἐπαχθὴς δοκῶ τοῖς πολλοῖς καὶ συκοφαντικὸς τὴν φύσιν, δημόσιός τις κατήγορος ὑπ'

LXXIV.

DEORUM CONCILIUM.

1. JUPITER. Nolite amplius mussare, dii, neque collecti in angulos ad aurem alter alterius miscere sermones, et ægre ferre si indigni multi convivio nostro intersunt; sed quandoquidem concio de his data est, aperte dicat unusquisque quid sibi videatur, et accuset. Tu vero, Mercuri, legitimum præconium peragito.

MERCURIUS. Audi: tace. Quis vult concionari classicorum deorum, quibus jus est? Quæstio de inquilinis et peregrinis.

MOMUS. Ego, Momus, si mihi permiseris, Jupiter, ut dicam.

JUP. Præconium tibi hoc jam permittit; itaque me permittente nihil opus habebis.

2. MOM. Aio igitur intolerabiliter se gerere quosdam nostrûm, quibus non satis est deos ex hominibus ipsos esse factos; sed, nisi suos etiam pedissequos atque famulos in æquo nobiscum fastigio constituerint, nihil sibi magnifice, nihil fortiter fecisse videntur. Peto autem abs te, Jupiter, ut libere mihi dicere per te liceat: neque enim alia lege possim, quum sciant omnes quam liber sim lingua, quam nihil eorum, quæ contra quam decet fiunt, reticere soleam. Redarguo enim omnia, et quæ mihi videntur aperte profero, neque metuens quenquam, neque meam præ pudore sententiam occultans, adeo quidem, ut etiam molestus plerisque videar et calumniatorio ingenio, publicus quidam accu-

αὐτῶν ἐπονομαζόμενος. Πλὴν ἀλλ' ἐπείπερ ἔξεστι καὶ κεκήρυκται καὶ σὺ, ὦ Ζεῦ, δίδως μετ' ἐξουσίας εἰπεῖν, οὐδὲν ὑποστειλάμενος ἐρῶ.

3. Πολλοὶ γὰρ, φημὶ, οὐκ ἀγαπῶντες ὅτι αὐτοὶ μετέχουσι τῶν αὐτῶν ἡμῖν ξυνεδρίων καὶ εὐωχοῦνται ἐπ' ἴσης, καὶ ταῦτα θνητοὶ ἐξ ἡμισείας ὄντες, ἔτι καὶ τοὺς ὑπηρέτας καὶ θιασώτας τοὺς αὐτῶν ἀνήγαγον ἐς τὸν οὐρανὸν καὶ παρενέγραψαν, καὶ νῦν ἐπ' ἴσης διανομάς τε νέμονται καὶ θυσιῶν μετέχουσιν, οὐδὲ καταβαλόντες ἡμῖν τὸ μετοίκιον.

ΖΕΥΣ. Μηδὲν αἰνιγματωδῶς, ὦ Μῶμε, ἀλλὰ σαφῶς καὶ διαρρήδην λέγε προστιθεὶς καὶ τοὔνομα· νῦν γὰρ ἐς τὸ μέσον ἀπέρριπταί σοι ὁ λόγος, ὡς πολλοὺς εἰκάζειν καὶ ἐφαρμόζειν ἄλλοτε ἄλλον τοῖς λεγομένοις. Χρὴ δὲ παρρησιαστὴν ὄντα μηδὲν ὀκνεῖν λέγειν.

4. ΜΩΜ. Εὖ γε, ὦ Ζεῦ, ὅτι καὶ παροτρύνεις με πρὸς τὴν παρρησίαν· ποιεῖς γὰρ τοῦτο βασιλικὸν ὡς ἀληθῶς καὶ μεγαλόφρον, ὥστε ἐρῶ καὶ τοὔνομα. Ὁ γάρ τοι γενναιότατος οὗτος Διόνυσος ἡμιάνθρωπος ὢν, οὐδὲ Ἕλλην μητρόθεν, ἀλλὰ Συροφοίνικός τινος ἐμπόρου τοῦ Κάδμου θυγατριδοῦς, ἐπείπερ ἠξιώθη τῆς ἀθανασίας, οἷος μὲν αὐτός ἐστιν οὐ λέγω, οὔτε τὴν μίτραν οὔτε τὴν μέθην οὔτε τὸ βάδισμα, πάντες γὰρ, οἶμαι, ὁρᾶτε ὡς θῆλυς καὶ γυναικεῖος τὴν φύσιν, ἡμιμανὴς, ἀκράτου ἕωθεν ἀποπνέων· ὁ δὲ καὶ ὅλην φρατρίαν ἐσεποίησεν ἡμῖν καὶ τὸν χορὸν ἐπαγόμενος πάρεστι καὶ θεοὺς ἀπέφηνε τὸν Πᾶνα καὶ τὸν Σειληνὸν καὶ σατύρους, ἀγροίκους τινὰς καὶ αἰπόλους τοὺς πολλοὺς, σκιρτητικοὺς ἀνθρώπους καὶ τὰς μορφὰς ἀλλοκότους, ὧν ὁ μὲν κέρατα ἔχων καὶ ὅσον ἐξ ἡμισείας ἐς τὸ κάτω αἰγὶ ἐοικὼς καὶ γένειον βαθὺ καθειμένος ὀλίγον τράγου διαφέρων ἐστὶν, ὁ δὲ φαλακρὸς γέρων, σιμὸς τὴν ῥῖνα, ἐπὶ ὄνου τὰ πολλὰ ὀχούμενος, Λυδὸς οὗτος, οἱ δὲ σάτυροι ὀξεῖς τὰ ὦτα, καὶ αὐτοὶ φαλακροὶ, κεράσται, οἷα τοῖς ἄρτι γεννηθεῖσιν ἐρίφοις τὰ κέρατα ὑποφύεται, Φρύγες τινὲς ὄντες· ἔχουσι δὲ καὶ οὐρὰς ἅπαντες. Ὁρᾶτε οἵους ἡμῖν θεοὺς ποιεῖ ὁ γεννάδας;

5. Εἶτα θαυμάζομεν εἰ καταφρονοῦσιν ἡμῶν οἱ ἄνθρωποι ὁρῶντες οὕτω γελοίους θεοὺς καὶ τεραστίους; ἐῶ γὰρ λέγειν ὅτι καὶ δύο γυναῖκας ἀνήγαγε, τὴν μὲν ἐρωμένην οὖσαν αὐτοῦ τὴν Ἀριάδνην, ἧς καὶ τὸν στέφανον ἐγκατέλεξε τῷ τῶν ἄστρων χορῷ, τὴν δὲ Ἰκαρίου τοῦ γεωργοῦ θυγατέρα. Καὶ ὃ πάντων γελοιότατον, ὦ θεοὶ, καὶ τὸν κύνα τῆς Ἠριγόνης, καὶ τοῦτον ἀνήγαγεν, ὡς μὴ ἀνιῷτο ἡ παῖς, εἰ μὴ ἕξει ἐν τῷ οὐρανῷ τὸ ξύνηθες ἐκεῖνο καὶ ὅπερ ἠγάπα κυνίδιον. Ταῦτα οὐχ ὕβρις ὑμῖν δοκεῖ καὶ παροινία καὶ γέλως; Ἀκούσατε δ' οὖν καὶ ἄλλους.

6. ΖΕΥΣ. Μηδὲν, ὦ Μῶμε, εἴπῃς μήτε περὶ Ἀσκληπιοῦ μήτε περὶ Ἡρακλέους· ὁρῶ γὰρ οἷ φέρῃ τῷ λόγῳ. Οὗτοι γὰρ ὁ μὲν αὐτῶν ἰᾶται καὶ ἀνίστησιν ἐκ τῶν νόσων καὶ ἔστι « πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, » ὁ δὲ Ἡρακλῆς υἱὸς ὢν ἐμὸς οὐκ ὀλίγων πόνων ἐπρίατο τὴν ἀθανασίαν· ὥστε μὴ κατηγόρει αὐτῶν.

sator ab iis propterea dictus. Verumtamen, quandoquidem licet et præconio edictum est, et tu das, Jupiter, orandi cum auctoritate facultatem, sine metu dicam.

3. Multi nimirum, inquam, non contenti, nostri se consessus factos esse participes et æquo nobiscum jure epulari, idque quum ex altera parte mortales sint, suos insuper ministros et sui chori sodales eduxere in cœlum, et furtim in album retulerunt, qui nunc æqualiter et de viscerationibus partem et de sacrificiis accipiunt, ne tributum quidem incolatus nobis solventes.

JUP. Noli quicquam obscura significatione, Mome, dicere; sed diserte, et verbis propriis eloquere, adjecto etiam nomine. Nunc enim in medium tibi projecta oratio est, ut multos quis conjiciat, et alias alium tuis dictis accommodet. Oportet autem te, qui libertatem in dicendo profitearis, nihil dubitare dicere.

4. MOM. Præclare sane, Jupiter, quod ad dicendi me libertatem incitas etiam: regie istuc profecto facis et magno animo. Itaque nomen etiam dicam. Nempe præclarus ille Bacchus, semihomo, ne Græcus quidem materno genere, sed vectoris cujusdam Syrophœnicis, Cadmi, ex filia nepos, postquam immortalitate dignus habitus est, qualis ipse quidem sit, non dico, neque mitra, neque ebrietate, neque incessu: omnes enim, puto, videtis quam muliebris sit et effeminatus natura, semifuriosus, merum a summo inde mane redolens. At ille tota nos tribu auxit, et suo secum choro adducto adest, deosque fecit Pana, et Silenum, et Satyros, rusticos et caprarios plerosque, lascivos et aliena figura homines: quorum unus corniger, ex dimidia inferiori parte capræ similis, barbam demittens longam, parum a capro differt; alter calvus senex, simis naribus, asino plerumque invehens; Lydus hic est: Satyri autem acutis auribus, calvi ipsi quoque, cornibus præditi, qualia hædis recens natis subnascuntur; et sunt Phryges. Caudas vero habent universi. Videte quales nobis præclarus iste deos faciat?

5. Deinde admiramur si contemnunt nos homines, quum videant ridiculos adeo deos ac portentosos? mitto enim dicere quod duas etiam mulieres huc eduxit, amasiam alteram suam Ariadnen, cujus etiam coronam siderum choro inseruit, alteram Icarii rustici filiam: et quod omnium maxime, dii, ridiculum est, etiam canem hujus Erigones ipsum huc eduxit, ne desiderio maceretur puella, si non habeat in cœlo familiarem sibi illam dilectamque caniculam. Hæc nonne contumelia vobis videtur, et ebriosa insania, et risus? Audite vero etiam alios.

6. JUP. Ne quid dixeris, Mome, neque de Æsculapio, neque de Hercule; video enim quorsum ferat te orationis impetus. Hi etenim, alter ipsorum sanat et ex morbis excitat, compluresque unus dignitate exæquat: hic vero meus filius Hercules laboribus non paucis immortalitatem sibi paravit. Hos igitur accusare noli.

ΜΩΜ. Σιωπήσομαι, ὦ Ζεῦ, διὰ σὲ πολλὰ εἰπεῖν ἔχων. Καίτοι εἰ μηδὲν ἄλλο, ἔτι τὰ σημεῖα ἔχουσι τοῦ πυρός. Εἰ δὲ ἐξῆν καὶ πρὸς αὐτὸν σὲ τῇ παρρησίᾳ χρῆσθαι, πολλὰ ἂν εἶχον εἰπεῖν.

ΖΕΥΣ. Καὶ μὴν πρὸς ἐμὲ ἔξεστι μάλιστα. Μῶν δ' οὖν κἀμὲ ξενίας διώκεις;

ΜΩΜ. Ἐν Κρήτῃ μὲν οὐ μόνον τοῦτο ἀκοῦσαι ἔστιν, ἀλλὰ καὶ ἄλλο τι περὶ σοῦ λέγουσι καὶ τάφον ἐπιδεικνύουσιν· ἐγὼ δὲ οὔτε ἐκείνοις πείθομαι οὔτε Ἀχαιῶν Αἰγιεῦσιν ὑποβολιμαῖόν σε εἶναι φάσκουσιν.

7. Ἃ δὲ μάλιστα ἐλεγχθῆναι δεῖν ἡγοῦμαι, ταῦτα ἐρῶ· τὴν γάρ τοι ἀρχὴν τῶν τοιούτων παρανομημάτων καὶ τὴν αἰτίαν τοῦ νοθευθῆναι ἡμῶν τὸ ξυνέδριον σύ, ὦ Ζεῦ; παρέσχες θνηταῖς ἐπιμιγνύμενος καὶ κατιὼν παρ' αὐτὰς ἐν ἄλλοτε ἄλλῳ σχήματι, ὥστε ἡμᾶς δεδιέναι μή σε καταθύσῃ τις ξυλλαβών, ὁπόταν ταῦρος ᾖς, ἢ τῶν χρυσοχόων τις κατεργάσηται χρυσὸν ὄντα, καὶ ἀντὶ Διὸς ἢ ὅρμος ἢ ψέλιον ἢ ἐλλόβιον ἡμῖν γένῃ. Πλὴν ἀλλὰ ἐμπέπληκάς γε τὸν οὐρανὸν τῶν ἡμιθέων τούτων· οὐ γὰρ ἂν ἄλλως εἴποιμι. Καὶ τὸ πρᾶγμα γελοιότατόν ἐστιν, ὁπόταν τις ἄφνω ἀκούσῃ ὅτι ὁ Ἡρακλῆς μὲν θεὸς ἀπεδείχθη, ὁ δὲ Εὐρυσθεύς, ὃς ἐπέταττεν αὐτῷ, τέθνηκε καὶ πλησίον Ἡρακλέους νεὼς οἰκέτου ὄντος καὶ Εὐρυσθέως τάφος τοῦ δεσπότου αὐτοῦ, καὶ πάλιν ἐν Θήβαις Διόνυσος μὲν θεός, οἱ δ' ἀνεψιοὶ αὐτοῦ ὁ Πενθεὺς καὶ ὁ Ἀκταίων καὶ ὁ Λέαρχος ἀνθρώπων ἁπάντων κακοδαιμονέστατοι.

8. Ἀφ' οὗ δὲ ἅπαξ σύ, ὦ Ζεῦ, ἀνέῳξας τοῖς τοιούτοις τὰς θύρας καὶ ἐπὶ τὰς θνητὰς ἐτράπου, ἅπαντες μεμίμηνταί σε, καὶ οὐχ οἱ ἄρρενες μόνον, ἀλλ', ὅπερ αἴσχιστον, καὶ αἱ θεαί. Τίς γὰρ οὐκ οἶδε τὸν Ἀγχίσην καὶ τὸν Τιθωνὸν καὶ τὸν Ἐνδυμίωνα καὶ τὸν Ἰασίωνα καὶ τοὺς ἄλλους; ὥστε ταῦτα μὲν ἐάσειν μοι δοκῶ· μακρὸν γὰρ ἂν τὸ διελέγχειν γένοιτο.

ΖΕΥΣ. Μηδὲν περὶ τοῦ Γανυμήδους, ὦ Μῶμε, εἴπῃς· χαλεπανῶ γάρ, εἰ λυπήσεις τὸ μειράκιον ὀνειδίσας ἐς τὸ γένος.

ΜΩΜ. Οὐκοῦν μηδὲ περὶ τοῦ ἀετοῦ εἴπω, ὅτι καὶ οὗτος ἐν τῷ οὐρανῷ ἐστιν, ἐπὶ τοῦ βασιλείου σκήπτρου καθεζόμενος καὶ μονονουχὶ ἐπὶ κεφαλήν σοι νεοττεύων θεὸς εἶναι δοκῶν; ἢ καὶ τοῦτον τοῦ Γανυμήδους ἕνεκα ἐάσομεν;

9. Ἀλλ' ὁ Ἄττις γε, ὦ Ζεῦ, καὶ ὁ Κορύβας καὶ ὁ Σαβάζιος πόθεν ἡμῖν ἐπεισεκυκλήθησαν οὗτοι ἢ ὁ Μίθρης ἐκεῖνος ὁ Μῆδος ὁ τὸν κάνδυν καὶ τὴν τιάραν, οὐδὲ ἑλληνίζων τῇ φωνῇ, ὥστε οὐδ', ἢν προπίῃ τις, ξυνίησι; Τοιγαροῦν οἱ Σκύθαι καὶ οἱ Γέται ταῦτα ὁρῶντες αὐτῶν μακρὰ ἡμῖν χαίρειν εἰπόντες αὐτοὶ ἀπαθανατίζουσι καὶ θεοὺς χειροτονοῦσιν οὓς ἂν ἐθελήσωσι, τὸν αὐτὸν τρόπον ὅνπερ καὶ Ζάμολξις δοῦλος ὢν παρενεγράφη οὐκ οἶδ' ὅπως διαλαθών.

10. Καίτοι πάντα ταῦτα, ὦ θεοί, μέτρια. Σὺ δέ, ὦ κυνοπρόσωπε καὶ σινδόσιν ἐσταλμένε Αἰγύπτιε, τίς εἶ, ὦ βέλτιστε, ἢ πῶς ἀξιοῖς θεὸς εἶναι ὑλακτῶν; τί δὲ

MOM. Tua, Jupiter, causa tacebo, multa dicere quam habeam. Certe si nihil aliud, ignis adhuc habent vestigia. Si vero liceat adversus ipsum te libere loqui, multa sunt quæ habeo dicere.

JUP. Quin adversus me vel maxime licet. Num igitur me quoque peregrinitatis postulas?

MOM. In Creta quidem non hoc solum audire est, sed aliud etiam quiddam de te dicunt, et sepulcrum ostendunt, ego vero neque illis fidem habeo, neque Achivis Ægiensibus, suppositium qui te dicunt.

7. Ceterum quæ maxime arguenda arbitror, ea dicam. Etenim principium violatarum hoc modo legum, et causam, quod tot spurios hic noster consessus habet, tute, Jupiter, præbuisti, mortalibus te feminis miscens, atque ad illas nunc hac nunc alia forma descendens, adeo ut metueremus ne quis te comprehensum, taurus quum esses, mactaret, aut auri flatorum aliquis, quum esses aurum, elaboraret, et pro Jove aut monile nobis, aut armilla aut inauris fieres. Interim cœlum nobis semideis istis tu opplevisti: neque enim aliter possum dicere. Et ridicula res est, si quis subito audiat, Herculem deum esse factum; Eurystheum vero, qui sub imperio illum habuit, esse mortuum; et propinqua sibi esse ædem Herculis, qui servus fuerat, et Eurysthei sepulcrum, qui fuerat illius dominus. Et rursus Thebis Bacchus deus est; at consobrini illius Pentheus, et Actæon, et Learchus, hominum omnium infelicissimi.

8. Ex quo vero tempore semel tu, Jupiter, fores aperuisti talibus, conversus ad mortales feminas, imitati te sunt universi, idque non mares solum, sed, quod turpissimum est, etiam deæ feminæ. Quis enim ignorat Anchisen, et Tithonum, et Endymionem, et Iasionem, et reliquos? Itaque hæc missurus mihi videor; longum enim fuerit ista omnia reprehendere.

JUP. Ne quid de Ganymede dicas, Mome; irate enim feram, si dolore adolescentulum affeceris in genus illius illudens.

MOM. Ergo neque de aquila dicam, quod et ipsa in cœlo est, in regio sceptro sedens et tantum non tuo in capite nidum sibi faciens, et deus esse videtur? an hunc etiam Ganymedis gratia missum faciemus.

9. Verum Attis sane, Jupiter, et Corybas, et Sabazius unde hi nobis immissi sunt, aut Medus ille Mithres cum candye et tiara, qui nec loqui Græce sciat, neque si vel propinet illi aliquis, intelligat? Proinde Scythæ ac Getæ hæc illorum videntes, longum nobis valere jussis, immortalitate ipsi donant, et deos quoscumque voluerint suis suffragiis constituunt, eodem modo quo Zamolxis etiam, servus quum esset, in album nescio quomodo delitescens irrepsit.

10. Quanquam, dii, modica sunt ista omnia. Tu vero iste cum canino rostro, involute sindonibus Ægyptie, quis es, vir bone, aut quomodo, latrator, deus esse postulas?

βουλόμενος καὶ ὁ ποικίλος οὗτος ταῦρος ὁ Μεμφίτης προσκυνεῖται καὶ χρᾷ καὶ προφήτας ἔχει; αἰσχύνομαι δὲ ἴβιδας καὶ πιθήκους εἰπεῖν καὶ τράγους καὶ ἄλλα πολλῷ γελοιότερα οὐκ οἶδ' ὅπως ἐξ Αἰγύπτου παραβυσθέντα ἐς τὸν οὐρανὸν, ἃ ὑμεῖς, ὦ θεοὶ, πῶς ἀνέχεσθε ὁρῶντες ἐπ' ἴσης ἢ καὶ μᾶλλον ὑμῶν προσκυνούμενα; ἢ σὺ, ὦ Ζεῦ, πῶς φέρεις, ἐπειδὰν κριοῦ κέρατα φύσωσί σοι;

11. ΖΕΥΣ. Αἰσχρὰ ὡς ἀληθῶς ταῦτα φὴς τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ὅμως δ' οὖν, ὦ Μῶμε, τὰ πολλὰ αὐτῶν αἰνίγματά ἐστι καὶ οὐ πάνυ χρὴ καταγελᾶν ἀμύητον ὄντα.

ΜΩΜ. Πάνυ γοῦν μυστηρίων, ὦ Ζεῦ, δεῖ ἡμῖν, ὡς εἰδέναι θεοὺς μὲν τοὺς θεοὺς, κυνοκεφάλους δὲ τοὺς κυνοκεφάλους.

ΖΕΥΣ. Ἔα, φημὶ, τὰ περὶ τῶν Αἰγυπτίων· ἄλλοτε γὰρ περὶ τούτων ἐπισκεψόμεθα ἐπὶ σχολῆς. Σὺ δὲ τοὺς ἄλλους λέγε.

12. ΜΩΜ. Τὸν Τροφώνιον, ὦ Ζεῦ, καὶ ὃ μάλιστά με ἀποπνίγει, τὸν Ἀμφίλοχον, ὃς ἐναγοῦς ἀνθρώπου καὶ μητραλοίου υἱὸς ὢν θεσπιῳδεῖ ὁ γενναῖος ἐν Κιλικίᾳ, ψευδόμενος τὰ πολλὰ καὶ γοητεύων τοῖν δυοῖν ὀβολοῖν ἕνεκα. Τοιγαροῦν οὐκέτι σὺ, ὦ Ἄπολλον, εὐδοκιμεῖς, ἀλλὰ ἤδη πᾶς λίθος καὶ πᾶς βωμὸς χρησμῳδεῖ, ὃς ἂν ἐλαίῳ περιχυθῇ καὶ στεφάνους ἔχῃ καὶ γόητος ἀνδρὸς εὐπορήσῃ, οἷοι πολλοί εἰσιν. Ἤδη καὶ ὁ Πολυδάμαντος τοῦ ἀθλητοῦ ἀνδριὰς ἰᾶται τοὺς πυρέττοντας ἐν Ὀλυμπίᾳ καὶ ὁ Θεαγένους ἐν Θάσῳ, καὶ Ἕκτορι θύουσιν ἐν Ἰλίῳ καὶ Πρωτεσιλάῳ καταντικρὺ ἐν Χερρονήσῳ. Ἀφ' οὗ δ' οὖν τοσοῦτοι γεγόναμεν, ἐπιδέδωκε μᾶλλον ἡ ἐπιορκία καὶ ἱεροσυλία, καὶ ὅλως καταπεφρονήκασιν ἡμῶν εὖ ποιοῦντες.

13. Καὶ ταῦτα μὲν περὶ τῶν νόθων καὶ παρεγγράπτων. Ἐγὼ δὲ καὶ ξένα ὀνόματα πολλὰ ἤδη ἀκούων οὔτε ὄντων τινῶν παρ' ἡμῖν οὔτε συστῆναι ὅλως δυναμένων, πάνυ, ὦ Ζεῦ, καὶ ἐπὶ τούτοις γελῶ. Ἢ ποῦ γάρ ἐστιν ἡ πολυθρύλητος ἀρετὴ καὶ φύσις καὶ εἱμαρμένη καὶ τύχη, ἀνυπόστατα καὶ κενὰ πραγμάτων ὀνόματα ὑπὸ βλακῶν ἀνθρώπων τῶν φιλοσόφων ἐπινοηθέντα; καὶ ὅμως αὐτοσχέδια ὄντα οὕτω τοὺς ἀνοήτους πέπεικεν, ὥστε οὐδεὶς ἡμῖν οὐδὲ θύειν βούλεται, εἰδὼς, οἶμαι, κἂν μυρίας ἑκατόμβας παραστήσῃ, ὅμως τὴν τύχην πράξουσαν τὰ μεμοιραμένα καὶ ἃ ἐξ ἀρχῆς ἑκάστῳ ἐπεκλώσθη. Ἡδέως ἂν οὖν ἐροίμην σε, ὦ Ζεῦ, εἴ που εἶδες ἢ ἀρετὴν ἢ φύσιν ἢ εἱμαρμένην; ὅτι μὲν γὰρ ἀεὶ καὶ σὺ ἀκούεις ἐν ταῖς τῶν φιλοσόφων διατριβαῖς, οἶδα, εἰ μὴ καὶ κωφός τις εἶ, ὡς βοώντων αὐτῶν μὴ ἐπαΐειν. Πολλὰ ἔτι ἔχων εἰπεῖν καταπαύσω τὸν λόγον· ὁρῶ γοῦν πολλοὺς ἀχθομένους μοι λέγοντι καὶ συρίττοντας, ἐκείνους μάλιστα, ὧν καθήψατο ἡ παρρησία τῶν λόγων.

14. Πέρας γοῦν εἰ ἐθέλεις, ὦ Ζεῦ, ψήφισμά τι περὶ τούτων ἀναγνώσομαι ἤδη ξυγγεγραμμένον.

ΖΕΥΣ. Ἀνάγνωθι· οὐ πάντα γὰρ ἀλόγως ᾐτιάσω·

quid vero sibi vult Memphiticus iste taurus, ille maculosus, quod adoratur, et oracula fundit, et habet prophetas? Pudet vero ibides et simias dicere, et capros, et alia multo etiam magis ridicula, in cœlum nescio quomodo intrusa ex Ægypto, quæ quomodo, dii, sustinetis, quum æqualiter, vel magis etiam quam vos coli videatis? aut tu, Jupiter, quemadmodum fers, quum arietis tibi cornua producunt?

11. JUP. Turpia sane ista nobis narras de Ægyptiis: attamen pleraque illorum, Mome, sunt ænigmata, neque omnino deridenda ab non initiato.

MOM. Omnino ergo mysteriis nobis, Jupiter, opus est, ut sciamus deos esse qui dii sunt, qui autem canicipites sunt, illos esse canicipites.

JUP. Mitte, inquam, ista de Ægyptiis; alias enim de his considerabimus otiose. Tu vero dic reliquos.

12. MOM. Trophonium, Jupiter, et quod maxime angit me, Amphilochum, qui, sacerrimi hominis et matricidæ filius, oracula fundit beatus ille in Cilicia, mentiens plerumque et præstigiis duorum obolorum causa fallens. Itaque non amplius tu celebraris, Apollo, sed lapis omnis et altare quodque oracula edit, quæcumque oleo perfusa fuerint, et coronas habeant, et præstigiatorem hominem, quod genus multi sunt, nacta fuerint. Jam etiam Polydamantis athletæ statua febricitantes sanat Olympiæ, et Theagenis in Thaso; et Hectori sacrificant in Ilio, et Protesilao e regione in Chersoneso. Ex quo igitur tot numero facti sumus, magis perjuria invaluere et sacrilegia, et plane nos contemnunt: nec injuria.

13. Atque hæc de spuriis et fraude relatis in tabulas deorum. Ego vero etiam nova nomina jam multa audiens rerum quæ neque sunt inter nos, neque omnino possunt consistere, hæc etiam, Jupiter, vehementer rideo. Aut ubinam est illa omnium ore trita Virtus, et Natura, et Fatum, et Fortuna, pugnantia sibi et cassa rerum nomina, a stupidis hominibus philosophis excogitata? Et tamen, licet temere ficta, sic imprudentes ceperunt, ut nemo nobis sacrificare jam velit, opinor, quum norit, si vel decies mille hecatombas offerat, perfecturam tamen esse Fortunam quæ in fatis sunt et quæ ab initio inde unicuique Parcarum filis sunt destinata. Lubens ergo ex te quæram, Jupiter, viderisne unquam Virtutem, aut Naturam, aut Fatum? nam te quoque semper audire ista nomina in philosophorum disputationibus, novi, nisi adeo surdus es, ut neque clamantes illos exaudias. Quum habeam multa adhuc quæ dicam, desinam orationem: video enim gravari plerosque dictis meis, et exsibilare illa, eos præsertim, quos tetigit mea in dicendo libertas.

14. Finem ergo horum si vis, Jupiter, decretum aliquod de his, recitabo, quod scriptum jam habeo.

JUP. Recita; non omnia enim absurde reprehendisti.

καὶ δεῖ τὰ πολλὰ αὐτῶν ἐπισχεῖν, ὡς μὴ ἐπὶ πλεῖον ἂν γίγνηται.

ΨΗΦΙΣΜΑ.

Ἀγαθῇ τύχῃ. Ἐκκλησίας ἐννόμου ἀγομένης ἑβδόμῃ ἱσταμένου ὁ Ζεὺς ἐπρυτάνευε καὶ προήδρευε Ποσειδῶν, ἐπεστάτει Ἀπόλλων, ἐγραμμάτευε Μῶμος Νυκτὸς καὶ ὁ Ὕπνος τὴν γνώμην εἶπεν. Ἐπειδὴ πολλοὶ τῶν ξένων, οὐ μόνον Ἕλληνες, ἀλλὰ καὶ βάρβαροι, οὐδαμῶς ἄξιοι ὄντες κοινωνεῖν ἡμῖν τῆς πολιτείας, παρεγγραφέντες οὐκ οἶδα ὅπως καὶ θεοὶ δόξαντες ἐμπεπλήκασι μὲν τὸν οὐρανὸν, ὡς μεστὸν εἶναι τὸ συμπόσιον ὄχλου ταραχώδους, πολυγλώττων τινῶν καὶ ξυγκλύδων ἀνθρώπων, ἐπιλέλοιπε δὲ ἡ ἀμβροσία καὶ τὸ νέκταρ, ὥστε μνᾶς ἤδη τὴν κοτύλην εἶναι διὰ τὸ πλῆθος τῶν πινόντων, οἱ δὲ ὑπὸ αὐθαδείας παρωσάμενοι τούς παλαιούς τε καὶ ἀληθεῖς θεοὺς προεδρίας ἠξιώκασιν αὐτοὺς παρὰ πάντα τὰ πάτρια καὶ ἐν τῇ γῇ προτιμᾶσθαι θέλουσι·

15. δεδόχθω τῇ βουλῇ καὶ τῷ δήμῳ ξυλλεγῆναι μὲν ἐκκλησίαν ἐν τῷ Ὀλύμπῳ περὶ τροπὰς χειμερινὰς, ἑλέσθαι δὲ ἐπιγνώμονας τελείους θεοὺς ἑπτὰ, τρεῖς μὲν ἐκ τῆς παλαιᾶς βουλῆς τῆς ἐπὶ Κρόνου, τέτταρας δὲ ἐκ τῶν δώδεκα, καὶ ἐν αὐτοῖς τὸν Δία· τούτους δὲ τοὺς ἐπιγνώμονας αὐτοὺς μὲν καθέζεσθαι ὀμόσαντας τὸν νόμιμον ὅρκον τὴν Στύγα, τὸν Ἑρμῆν δὲ κηρύξαντα ξυναγαγεῖν ἅπαντας, ὅσοι ἀξιοῦσι συντελεῖν ἐς τὸ συνέδριον, τοὺς δὲ ἥκειν μάρτυρας ἐπαγομένους ἐνωμότους καὶ ἀποδείξεις τοῦ γένους. Τοὐντεῦθεν δὲ οἱ μὲν παρίτωσαν καθ' ἕνα, οἱ δὲ ἐπιγνώμονες ἐξετάζοντες ἢ θεοὺς εἶναι ἀποφανοῦνται ἢ καταπέμψουσιν ἐπὶ τὰ σφέτερα ἠρία καὶ τὰς θήκας τὰς προγονικάς. Ἢν δέ τις ἁλῷ τῶν ἀδοκίμων καὶ ἅπαξ ὑπὸ τῶν ἐπιγνωμόνων ἐκκριθέντων ἐπιβαίνων τοῦ οὐρανοῦ, ἐς τὸν Τάρταρον ἐμπεσεῖν τοῦτον.

16. Ἐργάζεσθαι δὲ τὰ αὐτοῦ ἕκαστον, καὶ μήτε τὴν Ἀθηνᾶν ἰᾶσθαι μήτε τὸν Ἀσκληπιὸν χρησμῳδεῖν μήτε τὸν Ἀπόλλω τοσαῦτα μόνον ποιεῖν, ἀλλ' ἕν τι ἐπιλεξάμενον ἢ μάντιν ἢ κιθαρῳδὸν ἢ ἰατρὸν εἶναι.

17. Τοῖς δὲ φιλοσόφοις προειπεῖν μὴ ἀναπλάττειν κενὰ ὀνόματα μηδὲ ληρεῖν περὶ ὧν οὐκ ἴσασιν.

18. Ὁπόσοι δὲ ἤδη ναῶν ἢ θυσιῶν ἠξιώθησαν, ἐκείνων μὲν καθαιρεθῆναι τὰ ἀγάλματα, ἐντεθῆναι δὲ ἢ Διὸς ἢ Ἥρας ἢ Ἀπόλλωνος ἢ τῶν ἄλλων τινὸς, ἐκείνοις δὲ τάφον χῶσαι τὴν πόλιν καὶ στήλην ἐπιστῆσαι ἀντὶ βωμοῦ. Ἢν δέ τις παρακούσῃ τοῦ κηρύγματος καὶ μὴ ἐθελήσῃ ἐπὶ τοὺς ἐπιγνώμονας ἐλθεῖν, ἐρήμην αὐτοῦ καταδιαιτησάτωσαν. Τοῦτο μὲν ἡμῖν τὸ ψήφισμα.

19. ΖΕΥΣ. Δικαιότατον, ὦ Μῶμε, καὶ ὅτῳ δοκεῖ, ἀνατεινάτω τὴν χεῖρα· μᾶλλον δὲ οὕτω γιγνέσθω. Πλείους γὰρ οἶδ' ὅτι ἔσονται οἱ μὴ χειροτονήσοντες. Ἀλλὰ νῦν μὲν ἄπιτε· ὁπόταν δὲ κηρύξῃ ὁ Ἑρμῆς, ἥκετε κομίζοντες ἕκαστος ἐναργῆ τὰ γνωρίσματα καὶ σαφεῖς τὰς ἀποδείξεις, πατρὸς ὄνομα καὶ μητρὸς, καὶ

Atque oportet multa illorum inhiberi, ne nimium quantum excrescant.

DECRETUM.

Quod felix faustumque sit! Comitiis legitime habitis, septimo die ineuntis mensis, faciebat Jupiter, præsidebat Neptunus, in suffragia mittebat Apollo, scribæ munere fungebatur Momus Noctis filius, sententiam Somnus dixit. Quandoquidem peregrinorum multi, non Græci modo, sed etiam barbari, nequaquam digni qui civitate nostra nobiscum fruantur, in censuales tabulas nescio quomodo clam relati, et deorum opinionem adepti, cœlum impleverunt, adeo ut plenum turbulenta multitudine sit convivium, diversarum linguarum et colluviei cujusdam hominum, deficiatque ambrosia et nectar, ita ut mina jam illius hemina constet propter bibentium multitudinem; ipsique contumaci quadam superbia depulsis veteribus et veris diis, priorem sibi accubitum præter patrium morem arrogant, et in terra quoque honore præferri illis velint:

15. earum rerum causa placeat senatui et populo, haberi comitia in Olympo circa brumam, et eligi quæsitores de classicorum deorum numero septem, tres de majorum gentium senatu sub Saturno, quattuor vero de duodecim, et in his Jovem: quæsitores autem illos sedere, juratos prius legitimum jusjurandum, Stygem; Mercurium vero cogere præconio omnes, qui concilio deorum interesse postulant: hos porro venire adductis juratis testibus, et generis sui argumentis. Deinceps hi singulatim prodeant in medium; quæsitores vero re explorata, vel deos esse pronunciabunt, vel ad sua sepulcra et monumenta majorum illos demittent. Si quis vero reprobatorum et semel ejectorum a quæsitoribus deprehendatur cœlum ingressus, hic præcipitetur in Tartarum.

16. Porro placeat suum quemque deorum opus facere, et neque morbos curare Minervam, neque Æsculapium oracula edere, neque tot res unum agere Apollinem, sed delecto uno, aut vatem, aut citharœdum esse, aut medicum.

17. Philosophis porro edicendum, ne nova fingere nomina velint, neque nugas agere de his quæ ignorant.

18. Quotquot autem reprobatorum jam templis aut altaribus sunt culti, illorum sublatis simulacris, imponi placeat aut Jovis signum, aut Junonis, aut Apollinis, aut ceterorum alicujus; istis vero tumulum strui a civitate, et cippum poni pro altari. Si quis vero præconio non obediat, et ad quæsitores adire recuset, eum deserta lite damnanto. Hoc nobis decretum est.

19. JUP. Æquissimum, o Mome, et cui ita videtur, manum protendat: vel potius, sic fiat! Plures enim, novi, erunt qui manum non protendant. Sed nunc discedite: quando autem præconium faciet Mercurius, venite, manifesta quisque argumenta afferentes et claras probationes, patris nomen, et matris, et unde sit, et quomodo deus sit

ὅθεν καὶ ὅπως θεὸς ἐγένετο, καὶ φυλὴν καὶ φράτορας. Ὡς ὅστις ἂν μὴ ταῦτα παράσχηται, οὐδὲν μελήσει τοῖς ἐπιγνώμοσιν, εἰ νεών τις μέγαν ἐν τῇ γῇ ἔχει καὶ εἰ οἱ ἄνθρωποι θεὸν αὐτὸν εἶναι νομίζουσιν.

LXXV.

ΚΥΝΙΚΟΣ.

1. **ΛΥΚΙΝΟΣ.** Τί ποτε σὺ, οὗτος, πώγωνα μὲν ἔχεις καὶ κόμην, χιτῶνα δὲ οὐκ ἔχεις καὶ γυμνοδερκῆ καὶ ἀνυποδητεῖς τὸν ἀλήτην καὶ ἀπάνθρωπον βίον καὶ θηριώδη ἐπιλεξάμενος καὶ ἀεὶ τοῖς ἐναντίοις τὸ ἴδιον δέμας οὐχ ὡς οἱ πολλοὶ διαχρησάμενος περινοστεῖς ἄλλοτε ἀλλαχοῦ καὶ εὐνάζῃ μόνος ἐπὶ ξηροῦ δαπέδου, ὡς ἄσην πάμπολλον τουτὶ τὸ τριβώνιον φέρειν, οὐ μέντοι καὶ τοῦτο λεπτὸν οὐδὲ μαλακὸν οὐδὲ ἀνθηρόν;

ΚΥΝΙΚΟΣ. Οὐδὲ γὰρ δέομαι· τοιοῦτον δὲ ὁποῖον ἂν πορισθείη ῥᾷστα καὶ τῷ κτησαμένῳ πράγματα ὡς ἐλάχιστα παρέχον· τοιοῦτον γὰρ ἀρκεῖ μοι.

2. Σὺ δὲ πρὸς θεῶν εἰπέ μοι, τῇ πολυτελείᾳ οὐ νομίζεις κακίαν προσεῖναι;

ΛΥΚ. Καὶ μάλα.

ΚΥΝ. Τῇ δ' εὐτελείᾳ ἀρετήν;

ΛΥΚ. Καὶ μάλα.

ΚΥΝ. Τί ποτ' οὖν ὁρῶν ἐμὲ τῶν πολλῶν εὐτελέστερον διαιτώμενον, τοὺς δὲ πολυτελέστερον, ἐμὲ αἰτιᾷ καὶ οὐκ ἐκείνους;

ΛΥΚ. Ὅτι οὐκ εὐτελέστερόν μοι, μὰ Δία, τῶν πολλῶν διαιτᾶσθαι δοκεῖς, ἀλλ' ἐνδεέστερον, μᾶλλον δὲ τελέως ἐνδεῶς καὶ ἀπόρως· διαφέρεις γὰρ οὐδὲν σὺ τῶν πτωχῶν, οἳ τὴν ἐφήμερον τροφὴν μεταιτοῦσιν.

3. **ΚΥΝ.** Βούλει οὖν ἴδωμεν, ἐπεὶ προελήλυθεν ἐνταῦθα ὁ λόγος, τί τὸ ἐνδεὲς καὶ τί τὸ ἱκανόν ἐστιν;

ΛΥΚ. Εἴ σοι δοκεῖ.

ΚΥΝ. Ἆρ' οὖν ἱκανὸν μὲν ἑκάστῳ ὅπερ ἂν ἐξικνῆται πρὸς τὴν ἐκείνου χρείαν, ἢ ἄλλο τι λέγεις;

ΛΥΚ. Ἔστω τοῦτο.

ΚΥΝ. Ἐνδεὲς δὲ ὅπερ ἂν ἐνδεέστερον ᾖ τῆς χρείας καὶ μὴ ἐξικνῆται πρὸς τὸ δέον;

ΛΥΚ. Ναί.

ΚΥΝ. Οὐδὲν ἄρα τῶν ἐμῶν ἐνδεές ἐστιν· οὐδὲν γὰρ αὐτῶν ὅ τι οὐ τὴν χρείαν ἐκτελεῖ τὴν ἐμήν.

4. **ΛΥΚ.** Πῶς τοῦτο λέγεις;

ΚΥΝ. Ἐὰν σκοπῇς πρὸς ὅ τι γέγονεν ἕκαστον ὧν δεόμεθα, οἷον οἰκία ἆρ' οὐχὶ σκέπης;

ΛΥΚ. Ναί.

ΚΥΝ. Τί δὲ ἐσθὴς τοῦ χάριν; ἆρα οὐχὶ καὶ αὐτὴ τῆς σκέπης;

ΛΥΚ. Ναί.

ΚΥΝ. Τῆς δὲ σκέπης αὐτῆς πρὸς θεῶν τίνος ἐδεήθημεν ἕνεκα; οὐχ ὥστε ἄμεινον ἔχειν τὸν σκεπόμενον;

ΛΥΚ. Δοκεῖ μοι.

factus, et tribum, et curiales. Quisquis enim hæc non exhibebit, non curabunt quæsitores si magnum quis in terra templum habeat et homines deum illum esse arbitrentur.

LXXV.

CYNICUS.

1. **LYCINUS.** Heus tu, quid tandem barbam alis et comam, tunicam vero non habes, et nudus ** et sine soleis incedis, vagam et immanem vitam atque belluinam secutus, et contrariis semper rebus tuum corpus, non ut plerique, conficiens, huc illuc oberras et in dura humo cubas solus, ut multum inde sordium habeat istud palliolum, nec ipsum tenue, neque molle, neque floridum?

CYNICUS. Neque enim opus habeo : tale autem gesto, quod et facillime paretur, et possessori quam minimum facessat molestiæ, tale enim mihi satis est.

2. Tu vero, per deos, mihi dic, sumtuosæ vitæ nonne vitium inesse arbitraris?

LYC. Omnino.

CYN. Parsimoniæ autem virtutem?

LYC. Ita sane est.

CYN. Quare ergo quum vides me viliori quam plerosque victu et cultu utentem, illos vero sumtuoso magis; me accusas, non illos?

LYC. Quod non viliori, per Jovem, cultu victuque quam plerique videris uti, sed indigentiori, aut potius in summa vivere indigentia atque inopia. Neque enim quicquid differs a mendicis cibum in diem rogantibus.

3. **CYN.** Visne ergo dispiciamus, quando huc sermo nobis progressus est, quid sit quod deficiat, quid sit satis?

LYC. Si ita tibi videtur.

CYN. Numquid igitur satis unicuique id esse dicis, quod sufficiat usui illius; an aliud quid dicis?

LYC. Sit istud.

CYN. Deficere autem illud, quod in usu deficiat, neque sufficiat necessitati

LYC. Nempe.

CYN. Nihil ergo meorum deficit : nihil enim est mearum rerum quod non usum meum expleat.

4. **LYC.** Quomodo hoc intelligis?

CYN. Si consideres ad quid factum sit unumquodque illorum quibus opus habemus, verbi causa, domus, nonne ut tecti simus?

LYC. Sane.

CYN. Quid vero vestis? cujus rei gratia? nonne etiam hæc ut tecti simus?

LYC. Nempe.

CYN. Ipsum vero illud, ut tecti essemus, per deos, cujus rei causa opus fuit? nonne ut melius habeat is qui tegitur?

LYC. Mihi ita videtur.

ΚΥΝ. Πότερ' οὖν τὼ πόδε κάκιον ἔχειν δοκῶ σοι;

ΛΥΚ. Οὐκ οἶδα.

ΚΥΝ. Ἀλλ' οὕτως ἂν μάθοις· τί ποδῶν ἔστ' ἔργον;

ΛΥΚ. Πορεύεσθαι.

ΚΥΝ. Κάκιον οὖν πορεύεσθαί σοι δοκοῦσιν οἱ ἐμοὶ πόδες ἢ οἱ τῶν πολλῶν;

ΛΥΚ. Τοῦτο μὲν οὐκ ἴσως.

ΚΥΝ. Οὐ τοίνυν οὐδὲ χεῖρον ἔχουσιν, εἰ μὴ χεῖρον τὸ ἑαυτῶν ἔργον ἀποδιδόασιν.

ΛΥΚ. Ἴσως.

ΚΥΝ. Τοὺς μὲν δὴ πόδας οὐδὲν φαίνομαι χεῖρον διακείμενος τῶν πολλῶν ἔχειν.

ΛΥΚ. Οὐκ ἔοικας.

ΚΥΝ. Τί δέ; τοὐμὸν σῶμα τὸ λοιπὸν ἆρα κάκιον; εἰ γὰρ κάκιον, καὶ ἀσθενέστερον, ἀρετὴ γὰρ σώματος ἰσχύς. Ἆρ' οὖν τὸ ἐμὸν ἀσθενέστερον;

ΛΥΚ. Οὐ φαίνεται.

ΚΥΝ. Οὐ τοίνυν οὐθ' οἱ πόδες φαίνονταί μοι σκέπης ἐνδεῶς ἔχειν οὔτε τὸ λοιπὸν σῶμα· εἰ γὰρ ἐνδεῶς εἶχον, κακῶς ἂν εἶχον. Ἡ γὰρ ἔνδεια πανταχοῦ κακὸν καὶ χεῖρον ἔχειν ποιεῖ ταῦτα οἷς ἂν προσῇ. Ἀλλὰ μὴν οὐδὲ τρέφεσθαί γε φαίνεται χεῖρον τὸ σῶμα τοὐμόν, ὅτι ἀπὸ τῶν τυχόντων τρέφεται.

ΛΥΚ. Δῆλον γάρ.

ΚΥΝ. Οὐδὲ εὔρωστον, εἰ κακῶς ἐτρέφετο· λυμαίνονται γὰρ αἱ πονηραὶ τροφαὶ τὰ σώματα.

ΛΥΚ. Ἔστι ταῦτα.

5. ΚΥΝ. Πῶς οὖν, εἰπέ μοι, τούτων οὕτως ἐχόντων αἰτιᾷ μου καὶ φαυλίζεις τὸν βίον καὶ φῂς ἄθλιον;

ΛΥΚ. Ὅτι, νὴ Δία, τῆς φύσεως, ἣν σὺ τιμᾷς, καὶ τῶν θεῶν γῆν ἐν μέσῳ κατατεθεικότων, ἐκ δὲ αὐτῆς ἀναδεδωκότων πολλὰ κἀγαθά, ὥστ' ἔχειν ἡμᾶς πάντα ἄφθονα μὴ πρὸς τὴν χρείαν μόνον, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἡδονήν, σὺ πάντων τούτων ἢ τῶν γε πλείστων ἄμοιρος εἶ καὶ οὐδενὸς μετέχεις αὐτῶν οὐδὲν μᾶλλον ἢ τὰ θηρία· πίνεις μὲν γὰρ ὕδωρ ὅπερ καὶ τὰ θηρία, σιτῇ δὲ ὅπερ ἂν εὑρίσκῃς, ὥσπερ οἱ κύνες, εὐνὴν δὲ οὐδὲν κρείττω τῶν κυνῶν ἔχεις· χόρτος γὰρ ἀρκεῖ σοι καθάπερ ἐκείνοις. Ἔτι δὲ ἱμάτιον φορεῖς οὐδὲν ἐπιεικέστερον ἀκλήρου. Καίτοι εἰ σὺ τούτοις ἀρκούμενος ὀρθῶς φρονήσεις, ὁ θεὸς οὐκ ὀρθῶς ἐποίησε τοῦτο μὲν πρόβατα ποιήσας ἔμμαλλα, τοῦτο δ' ἀμπέλους ἡδυοίνους, τοῦτο δὲ τὴν ἄλλην παρασκευὴν θαυμαστῶς ποικίλην καὶ ἔλαιον καὶ μέλι καὶ τὰ ἄλλα, ὡς ἔχειν μὲν ἡμᾶς σιτία παντοδαπά, ἔχειν δὲ ποτὸν ἡδύ, ἔχειν δὲ χρήματα, ἔχειν δὲ εὐνὴν μαλακήν, ἔχειν δὲ οἰκίας καλὰς καὶ τὰ ἄλλα πάντα θαυμαστῶς κατεσκευασμένα· καὶ γὰρ αὖ τὰ τῶν τεχνῶν ἔργα δῶρα τῶν θεῶν ἐστί. Τὸ δὲ πάντων τούτων ζῆν ἀπεστερημένον ἄθλιον μέν, εἰ καὶ ὑπὸ ἄλλου τινὸς ἀπεστέρητο καθάπερ οἱ ἐν τοῖς δεσμωτηρίοις· πολὺ δὲ ἀθλιώτερον, εἴ τις αὐτὸς ἑαυτὸν ἀποστεροίη πάντων τῶν καλῶν, μανία τε ἤδη τοῦτό γε σαφής.

6. ΚΥΝ. Ἀλλ' ἴσως ὀρθῶς λέγεις. Ἐκεῖνο δέ μοι εἰπέ, εἴ τις ἀνδρὸς πλουσίου προθύμως καὶ φιλαν-

CYN. Utrum igitur hi mei pedes pejus habere tibi videntur calceatis?

LYC. Non novi.

CYN. Sed ita discas. Quod opus est pedum?

LYC. Incedere.

CYN. Pejus ergo tibi incedere mei pedes videntur, quam ceterorum?

LYC. Hoc fortasse non ita est.

CYN. Neque ergo pejus habent, si non deterius opus suum peragunt.

LYC. Fortasse.

CYN. Ergo pedes quidem quod attinet, non videor deteriore quam plerique conditione esse.

LYC. Non videris.

CYN. Quid vero? meum corpus reliquum an aliis deterius est? si enim deterius, etiam infirmius: virtus enim corporis robur est. Numquid ergo meum infirmius?

LYC. Non apparet.

CYN. Ergo neque pedes meos, neque reliquum corpus defici tegumento apparet: si enim deficerentur, male haberent. Defectus enim et indigentia semper malum, et facit ut deteriore conditione sint ea quibus adest. Sed neque deterius ali corpus meum apparet, quia vulgaribus cibis alitur.

LYC. Nempe manifestum est.

CYN. Neque validum esset, si male aleretur: vitiantur enim malis alimoniis corpora.

LYC. Sunt ista.

5. CYN. Quomodo igitur, dic mihi, hæc quum ita se habeant, reprehendis me, et vitæ meæ rationem nimis contemnis, et miseram esse confirmas?

LYC. Ideo hercle, quod, quum natura, quam tu magni facis, et dii tellurem hanc in medio posuerint, et ex illa bona exsistere jusserint multa, quo nos omnium rerum habeamus beatam copiam, non ad necessitatem modo, sed etiam ad voluptatem; tu horum omnium aut plerorumque certe expers es, neque ullo illorum frueris, non magis quam bestiæ: aquam enim bibis, quam etiam bestiæ; edis quicquid inveneris, uti canes; neque cubile canibus habes melius, fœnum quum tibi sicut illis sufficiat. Porro pallium gestas nihilo tolerabilius quam plane inops. Atqui si tu his rebus contentus recte sapis, non recte deus fecit, qui hinc oves illis velleribus instruxerit, hinc suavi vino vites; reliquumque apparatum admirabiliter varium produxerit, et oleum, et mel, et reliqua; quo cibum nos habeamus omnigenum, et potum suavem habeamus, habeamusque pecunias, et cubile habeamus molle, et habeamus domos pulchras, et instructa admirabiliter reliqua omnia. Etenim opera artium quoque deorum munera sunt. Hisce autem omnibus privatum vivere miserum est, etiam ab alio si quis privetur, ut ii qui tenentur in vinculis; multo autem miserius, si quis ipse bonis se omnibus abjudicet; hic professus jam furor est.

6. CYN. At tu fortasse recte dicis istoc. Verum illud mihi dic, si quis, viro divite prolixe et humaniter et beni-

θρώπως ἔτι τε φιλοφρόνως ἑστιῶντος καὶ ξενίζοντος πολλοὺς ἅμα καὶ παντοδαποὺς, τοὺς μὲν ἀσθενεῖς, τοὺς δὲ ἐρρωμένους, κἄπειτα παραθέντος πολλὰ, καὶ παντοδαπὰ, πάντα ἁρπάζοι καὶ πάντα ἐσθίοι, μὴ τὰ πλησίον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ πόρρω τὰ τοῖς ἀσθενοῦσι παρεσκευασμένα ὑγιαίνων αὐτὸς, καὶ ταῦτα μίαν μὲν κοιλίαν ἔχων, ὀλίγων δὲ ὥστε τραφῆναι δεόμενος, ὑπὸ τῶν πολλῶν ἐπιτριβήσεσθαι μέλλων, οὗτος ὁ ἀνὴρ ποῖός τις δοκεῖ σοι εἶναι; ἆρά γε φρόνιμος;

ΛΥΚ. Οὐκ ἔμοιγε.

ΚΥΝ. Τί δέ; σώφρων;

ΛΥΚ. Οὐδὲ τοῦτο.

7. ΚΥΝ. Τί δὲ, εἴ τις μετέχων τῆς αὐτῆς ταύτης τραπέζης τῶν μὲν πολλῶν καὶ ποικίλων ἀμελεῖ, ἓν δὲ τῶν ἔγγιστα κειμένων ἐπιλεξάμενος, ἱκανῶς ἔχον πρὸς τὴν ἑαυτοῦ χρείαν, τοῦτο ἐσθίοι κοσμίως καὶ τούτῳ μόνῳ χρῷτο, τοῖς δὲ ἄλλοις οὐδὲ προσβλέποι, τοῦτον οὐχ ἡγῇ σωφρονέστερον καὶ ἀμείνω ἄνδρα ἐκείνου;

ΛΥΚ. Ἔγωγε.

ΚΥΝ. Πότερον οὖν συνίης, ἢ ἐμὲ δεῖ λέγειν;

ΛΥΚ. Τὸ ποῖον;

ΚΥΝ. Ὅτι ὁ μὲν θεὸς τῷ ξενίζοντι καλῶς ἐκείνῳ ἔοικε παρατιθεὶς πολλὰ καὶ ποικίλα καὶ παντοδαπὰ, ὅπως ἔχωσιν ἁρμόζοντα, τὰ μὲν ὑγιαίνουσι, τὰ δὲ νοσοῦσι, καὶ τὰ μὲν ἰσχυροῖς, τὰ δὲ ἀσθενοῦσιν, οὐχ ἵνα χρώμεθα ἅπασι πάντες, ἀλλ' ἵνα τοῖς καθ' ἑαυτὸν ἕκαστος καὶ τῶν καθ' ἑαυτὸν ὅτουπερ ἂν τύχῃ μάλιστα δεόμενος.

8. Ὑμεῖς δὲ τῷ δι' ἀπληστίαν τε καὶ ἀκρασίαν ἁρπάζοντι πάντα τούτῳ μάλιστα ἐοίκατε πᾶσι χρῆσθαι ἀξιοῦντες καὶ τοῖς ἁπανταχοῦ, μὴ τοῖς παρ' ὑμῖν μόνον, οὐ γῆν οὐ θάλατταν τὴν καθ' αὑτοὺς αὐτάρκη νομίζοντες, ἀλλ' ἀπὸ περάτων γῆς ἐμπορευόμενοι τὰς ἡδονὰς καὶ τὰ ξενικὰ τῶν ἐπιχωρίων ἀεὶ προτιμῶντες καὶ τὰ πολυτελῆ τῶν εὐτελῶν καὶ τὰ δυσπόριστα τῶν εὐπορίστων, καθόλου δὲ πράγματα καὶ κακὰ ἔχειν μᾶλλον ἐθέλοντες ἢ ἄνευ πραγμάτων ζῆν· τὰ γὰρ δὴ πολλὰ καὶ τίμια καὶ εὐδαιμονικὰ παρασκευάσματα, ἐφ' οἷς ἀγάλλεσθε, διὰ πολλῆς ὑμῖν ταῦτα κακοδαιμονίας καὶ ταλαιπωρίας παραγίγνεται. Σκόπει γὰρ, εἰ βούλει, τὸν πολύευκτον χρυσὸν, σκόπει τὸν ἄργυρον, σκόπει τὰς οἰκίας τὰς πολυτελεῖς, σκόπει τὰς ἐσθῆτας τὰς ἐσπουδασμένας, σκόπει τὰ τούτοις ἀκόλουθα πάντα, πόσων πραγμάτων ἐστὶν ὤνια, πόσων πόνων, πόσων κινδύνων, μᾶλλον δὲ αἵματος καὶ θανάτου καὶ διαφθορᾶς ἀνθρώπων πόσης, οὐ μόνον ὅτι πλέοντες ἀπόλλυνται διὰ ταῦτα πολλοὶ καὶ ζητοῦντες καὶ δημιουργοῦντες δεινὰ πάσχουσιν, ἀλλ' ὅτι καὶ πολυμάχητά ἐστι καὶ ἐπιβουλεύετε ἀλλήλοις διὰ ταῦτα καὶ φίλοις φίλοι καὶ πατράσι παῖδες καὶ γυναῖκες ἀνδράσιν. [Οὕτως οἶμαι καὶ τὴν Ἐριφύλην διὰ τὸν χρυσὸν προδοῦναι τὸν ἄνδρα.]

9. Καὶ ταῦτα μέντοι πάντα γίγνεται, τῶν τε ποικίλων ἱματίων οὐδέν τι μᾶλλον θάλπειν δυναμένων, τῶν δὲ χρυσορόφων οἰκιῶν οὐδέν τι μᾶλλον σκεπουσῶν,

gne adeo accipiente epulis et hospitio multos simul et omni ex genere homines, infirmos partim, partim robustos, ac multa deinde omnigenaque apponente; omnia ipse rapiat, voret omnia, non quæ prope sint solum, sed etiam remota, parata infirmis ipse robustus, idque unam ipse alvum qui habeat, paucisque quibus alatur indigeat, atque adeo a multis illis pereundi periculum incurrens : ille vir qualis tibi videatur? numquid prudens?

LYC. Non ille mihi.

CYN. Quid vero? numquid sanus?

LYC. Neque hoc.

7. CYN. Quid vero, si quis eidem huic mensæ adhibitus, multa illa atque varia negligat, unum vero eorum, quæ proxime apposita sunt, sibi delectum, idque suæ necessitati sufficiens, hoc decenter edat, et eo utatur solo, reliqua ne aspiciat quidem; hunc nonne judicas saniorem et meliorem isto virum?

LYC. Equidem.

CYN. Utrum ergo intelligis, an me oportet dicere?

LYC. Quidnam?

CYN. Deus illi præclaro hospitio excipienti similis est, apponens multa et varia et omnigena, ut quod cuique conveniat habeant, quædam valentibus, alia ægrotantibus, et quædam robustis, imbecillis alia, non ut omnes utamur omnibus, sed ut iis quisque, quæ sibi proxima sunt, et inter hæc, quo ipse tum maxime indigeat.

8. Vos vero illi per inexplebilem intemperantiam rapienti omnia maxime similes estis, uti postulantes omnibus, et quæ usquam sunt, non iis modo quæ prope vos sunt; non terram, non mare vestrum sufficere vobis arbitrati, sed ab extremis inde terrarum oris mercati voluptates, et peregrina semper præferentes domesticis, et pretiosa vilibus, et quæ difficillime parantur iis quorum facilis copia est; qui in universum molestias et mala habere, quam sine iis ætatem agere malitis. Multi enim illi et pretiosi et ad beatitatem spectantes apparatus, quibus gaudetis, per multam demum vobis miseriam ærumnamque contingunt. Considera enim, si placet, optatissimum illud aurum, argentum, domus sumtuosas considera, vestes considera summa industria factas, considera quæ istæc consequuntur omnia, quot sint venalia negotiis, quot laboribus, quot periculis, quin sanguine potius, et morte, et quanta strage mortalium! non modo quod navigantes propter ista multi pereunt, et dum quærunt, dum ædificant, mala multa patiuntur; sed etiam quod toties de illis pugnatur, quod insidias vobis mutuo propter ista struitis, amicis amici, et liberi parentibus, et maritis suis conjuges. [Ita puto auri causa proditum ab Eriphyle virum.]

9. Atque ista fiunt omnia, quum tamen pictæ vestes nihilo magis fovere possint, et fastigii aurei domus nihilo tegant magis, et potum nihil juvent nec argentea pocula

τῶν δὲ ἐκπωμάτων τῶν ἀργυρῶν οὐκ ὠφελούντων τὸν πότον οὐδὲ τῶν χρυσῶν, οὐδ' αὖ τῶν ἐλεφαντίνων κλινῶν τὸν ὕπνον ἡδίω παρεχομένων, ἀλλ' ὄψει πολλάκις ἐπὶ τῆς ἐλεφαντίνης κλίνης καὶ τῶν πολυτελῶν στρωμάτων τοὺς εὐδαίμονας ὕπνου λαχεῖν οὐ δυναμένους. Ὅτι μὲν γὰρ αἱ παντοδαπαὶ περὶ τὰ βρώματα πραγματεῖαι τρέφουσι μὲν οὐδὲν μᾶλλον, λυμαίνονται δὲ τὰ σώματα καὶ τοῖς σώμασι νόσους ἐμποιοῦσι, τί δεῖ λέγειν;

10. Τί δὲ καὶ λέγειν, ὅσα τῶν ἀφροδισίων ἕνεκα ποιοῦσί τε καὶ πάσχουσιν οἱ ἄνθρωποι; καίτοι ῥᾴδιον θεραπεύειν ταύτην τὴν ἐπιθυμίαν, εἰ μή τις ἐθέλοι τρυφᾶν. Καὶ οὐδ' εἰς ταύτην ἡ μανία καὶ διαφθορὰ φαίνεται τοῖς ἀνθρώποις ἀρκεῖν, ἀλλ' ἤδη καὶ τῶν ὄντων τὴν χρῆσιν ἀναστρέφουσιν ἑκάστῳ χρώμενοι πρὸς ὃ μὴ πέφυκεν, ὥσπερ εἴ τις ἀνθ' ἁμάξης ἐθέλοι τῇ κλίνῃ καθάπερ ἁμάξῃ χρήσασθαι.

ΛΥΚ. Καὶ τίς οὗτος;

ΚΥΝ. Ὑμεῖς, οἳ τοῖς ἀνθρώποις ἅτε ὑποζυγίοις χρῆσθε, κελεύετε δὲ αὐτοὺς ὥσπερ ἁμάξας τὰς κλίνας τοῖς τραχήλοις ἄγειν, αὐτοὶ δ' ἄνω κατάκεισθε τρυφῶντες καὶ ἐκεῖθεν ὥσπερ ὄνους ἡνιοχεῖτε τοὺς ἀνθρώπους ταύτην, ἀλλὰ μὴ ταύτην τρέπεσθαι κελεύοντες· καὶ οἱ ταῦτα μάλιστα ποιοῦντες μάλιστα μακαρίζεσθε.

11. Οἱ δὲ τοῖς κρέασι μὴ τροφῇ χρώμενοι μόνον, ἀλλὰ καὶ βαφὰς μηχανώμενοι δι' αὐτῶν, οἷοί γέ εἰσιν οἱ τὴν πορφύραν βάπτοντες, οὐχὶ καὶ αὐτοὶ παρὰ φύσιν χρῶνται τοῖς τοῦ θεοῦ κατασκευάσμασι;

ΛΥΚ. Μὰ Δία, δύναται γὰρ βάπτειν, οὐκ ἐσθίεσθαι μόνον τὸ τῆς πορφύρας κρέας.

ΚΥΝ. Ἀλλ' οὐ πρὸς τοῦτο γέγονεν· ἐπεὶ καὶ τῷ κρατῆρι δύναιτ' ἄν τις βιαζόμενος ὥσπερ χύτρᾳ χρήσασθαι, πλὴν οὐ πρὸς τοῦτο γέγονεν. Ἀλλὰ γὰρ πῶς ἅπασαν τὴν τούτων τις κακοδαιμονίαν διελθεῖν δύναιτ' ἄν; τοσαύτη τίς ἐστι. Σὺ δέ μοι, διότι μὴ βούλομαι ταύτης μετέχειν, ἐγκαλεῖς· ζῶ δὲ καθάπερ ὁ κόσμιος ἐκεῖνος, εὐωχούμενος τοῖς κατ' ἐμαυτὸν καὶ τοῖς εὐτελεστάτοις χρώμενος, τῶν δὲ ποικίλων καὶ παντοδαπῶν οὐκ ἐφιέμενος.

12. Κἄπειτα εἰ θηρίου βίον βραχέων δεόμενος καὶ ὀλίγοις χρώμενος δοκῶ σοι ζῆν, κινδυνεύουσιν οἱ θεοὶ καὶ τῶν θηρίων εἶναι χείρονες κατά γε τὸν σὸν λόγον· οὐδενὸς γὰρ δέονται. Ἵνα δὲ καταμάθῃς ἀκριβέστερον τό τε ὀλίγων καὶ τὸ πολλῶν δεῖσθαι ποῖόν τι ἑκάτερόν ἐστιν, ἐννόησον ὅτι δέονται πλειόνων οἱ μὲν παῖδες τῶν τελείων, αἱ δὲ γυναῖκες τῶν ἀνδρῶν, οἱ δὲ νοσοῦντες τῶν ὑγιαινόντων, καθόλου δὲ πανταχοῦ τὸ χεῖρον τοῦ κρείττονος πλειόνων δεῖται. Διὰ τοῦτο θεοὶ μὲν οὐδενός, οἱ δὲ ἔγγιστα θεοῖς ἐλαχίστων δέονται.

13. Ἦ νομίζεις τὸν Ἡρακλέα τὸν πάντων ἀνθρώπων ἄριστον, θεῖον δὲ ἄνδρα καὶ θεὸν ὀρθῶς νομισθέντα, διὰ κακοδαιμονίαν περινοστεῖν γυμνὸν δέρμα μόνον ἔχοντα καὶ μηδενὸς τῶν αὐτῶν ὑμῖν δεόμενον; ἀλλ' οὐ κακοδαίμων ἦν ἐκεῖνος, ὃς καὶ τῶν ἄλλων ἀπήμυνε τὰ

neque aurea, neque somnum suaviorem eburnei lecti præbeant : sed sæpe videas eburneo super lecto et pretiosis in stragulis beatos illos somnum capere non posse. Porro omnigenos illos circa cibum labores nihilo magis illos quidem alere, sed corrumpere corpora, et morbos illis inferre, quid opus est dictu?

10. Quid porro opus, quanta veneris causa homines et committant et sustineant? quum ita facile sit illam curare cupiditatem, nisi quis delicatus nimis esse velit. Neque in illam ipsam furor suus et corruptela sufficere hominibus videtur; sed jam etiam usum rerum pervertunt, utentes unaquaque ad quod natura sua apta non est, ut si quis plaustri loco uti tanquam plaustro velit lectulo.

LYC. Et quis est ille?

CYN. Vos, qui hominibus utimini pro jumentis, jubetisque illos velut plaustra sic lecticas agere cervicibus : ipsi vero supra jacetis delicati, et inde velut asinos habenis regitis homines, hac, non illac ut se vertant imperantes : quique hæc maxime facitis, ii maxime felices prædicamini.

11. Tum illi, qui carnibus non tantum in cibo utuntur, sed tincturas machinantur per illas, quales sunt qui purpuram inficiunt; nonne hi quoque præter naturam his, quæ paravit deus, utuntur?

LYC. Minime vero : potest enim inficere, non edi modo caro purpuræ.

CYN. Sed non ad hoc nata est : alioqui etiam cratere possit aliquis per vim pro olla uti; sed ad hoc factus non est. Verum enim vero quomodo possit aliquis omnem horum enarrare miseriam? tanta est. Tu vero me, quod in partem illius venire nolim, eo nomine accusas : ceterum vivo ut ille meus modestus, epulor illa quæ ante me posita sunt, et, quæ minimo parari possunt, illis utor, varia illa et omnigena non desiderans.

12. Deinde bestiarum vitam, qui minutis rebus indigeam et paucis utar, si vivere tibi videor, fuerint bestiis etiam deteriores dii ipsi, secundum tuam quidem rationem : nulla enim re indigent. Ut vero accuratius comprehendas quale utrumque sit, tum paucis indigere, tum multis, cogita pluribus indigere pueros quam adultos, mulieres quam viros, ægrotos quam sanos : in universum vero quod ubique deterius est, illud pluribus indigere eo quod est præstantius. Propterea dii quidem re nulla, qui autem proxime ad deos accedunt, indigent paucissimis.

13. Aut putasne Herculem, illum hominum omnium fortissimum, divinum virum et pro deo recte habitum, propter infelicitatem oberrasse nudum, pelle sola instructum, nullaque earum rerum, quibus vos, indigentem? Verum infelix ille non fuit, qui et aliorum defenderet mala; neque

κακὰ, οὐδ' αὖ πένης, ὃς γῆς καὶ θαλάττης ἦρχεν· ἐφ' ὅ τι γὰρ ὁρμήσειεν, ἁπανταχοῦ πάντων ἐκράτει καὶ οὐδενὶ τῶν τότε ἐνέτυχεν ὁμοίῳ οὐδὲ κρείττονι ἑαυτοῦ, μέχριπερ ἐξ ἀνθρώπων ἀπῆλθεν. Ἦ σὺ δοκεῖς στρωμάτων καὶ ὑποδημάτων ἀπόρως ἔχειν καὶ διὰ τοῦτο περιιέναι τοιοῦτον; οὐκ ἔστιν εἰπεῖν, ἀλλ' ἐγκρατὴς καὶ καρτερικὸς ἦν καὶ κρατεῖν ἤθελε καὶ τρυφᾶν οὐκ ἐβούλετο. Ὁ δὲ Θησεὺς ὁ τούτου μαθητὴς οὐ βασιλεὺς μὲν ἦν πάντων Ἀθηναίων, υἱὸς δὲ Ποσειδῶνος, ὥς φασιν, ἄριστος δὲ τῶν καθ' αὐτόν;

14. Ἀλλ' ὅμως κἀκεῖνος ἤθελεν ἀνυπόδητος εἶναι καὶ γυμνὸς βαδίζειν καὶ πώγωνα καὶ κόμην ἔχειν ἤρεσκεν αὐτῷ, καὶ οὐκ ἐκείνῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ πᾶσι τοῖς παλαιοῖς ἤρεσκεν· ἀμείνους γὰρ ἦσαν ὑμῶν, καὶ οὐκ ἂν ὑπέμειναν οὐδὲ εἷς αὐτῶν οὐδὲν μᾶλλον ἢ τῶν λεόντων τις ξυρώμενος· ὑγρότητα γὰρ καὶ λειότητα σαρκὸς γυναιξὶ πρέπειν ἡγοῦντο, αὐτοὶ δ' ὥσπερ ἦσαν, καὶ φαίνεσθαι ἄνδρες ἤθελον καὶ τὸν πώγωνα κόσμον ἀνδρὸς ἐνόμιζον ὥσπερ καὶ ἵππων χαίτην καὶ λεόντων γένεια, οἷς ὁ θεὸς ἀγλαΐας καὶ κόσμου χάριν προσέθηκέ τινα· οὑτωσὶ δὲ καὶ τοῖς ἀνδράσι τὸν πώγωνα προσέθηκεν. Ἐκείνους οὖν ἐγὼ ζηλῶ τοὺς παλαιοὺς καὶ ἐκείνους μιμεῖσθαι βούλομαι, τοὺς δὲ νῦν οὐ ζηλῶ τῆς θαυμαστῆς ταύτης εὐδαιμονίας ἧς ἔχουσι περὶ τραπέζας καὶ ἐσθῆτας καὶ λεαίνοντες καὶ ψιλούμενοι πᾶν τοῦ σώματος μέρος καὶ μηδὲ τῶν ἀπορρήτων μηδὲν, ᾗ πέφυκεν, ἔχειν ἐῶντες.

15. Εὔχομαι δέ μοι τοὺς μὲν πόδας ὁπλῶν ἱππείων οὐδὲν διαφέρειν, ὥσπερ φασὶ τοὺς Χείρωνος, αὐτὸς δὲ μὴ δεῖσθαι στρωμάτων ὥσπερ οἱ λέοντες, οὐδὲ τροφῆς δεῖσθαι πολυτελοῦς μᾶλλον ἢ οἱ κύνες· εἴη δέ μοι γῆν μὲν ἅπασαν εὐνὴν αὐτάρκη ἔχειν, οἶκον δὲ τὸν κόσμον νομίζειν, τροφὴν δὲ αἱρεῖσθαι τὴν ῥάστην πορισθῆναι. Χρυσοῦ δὲ καὶ ἀργύρου μὴ δεηθείην μήτ' οὖν ἐγὼ μήτε τῶν ἐμῶν φίλων μηδείς· πάντα γὰρ τὰ κακὰ τοῖς ἀνθρώποις ἐκ τῆς τούτων ἐπιθυμίας φύονται, καὶ στάσεις καὶ πόλεμοι καὶ ἐπιβουλαὶ καὶ σφαγαί. Ταυτὶ πάντα πηγὴν ἔχει τὴν ἐπιθυμίαν τοῦ πλείονος· ἀλλ' ἡμῶν αὕτη ἀπείη, καὶ πλεονεξίας μήποτε ὀρεχθείην, μειονεκτῶν δ' ἀνέχεσθαι δυναίμην.

16. Τοιαῦτά σοι τά γε ἡμέτερα, πολὺ δήπου διάφωνα τοῖς τῶν πολλῶν βουλήμασι· καὶ θαυμαστὸν οὐδὲν, εἰ τῷ σχήματι διαφέρομεν αὐτῶν, ὁπότε καὶ τῇ προαιρέσει τοσοῦτον διαφέρομεν. Θαυμάζω δέ σου πῶς ποτε κιθαρῳδοῦ μέν τινα νομίζεις στολὴν καὶ σχῆμα καὶ αὐλητοῦ νὴ Δία γε σχῆμα καὶ στολὴν τραγῳδοῦ, ἀνδρὸς δ' ἀγαθοῦ σχῆμα καὶ στολὴν οὐκέτι νομίζεις, ἀλλὰ τὴν αὐτὴν αὐτὸν οἴει δεῖν ἔχειν τοῖς πολλοῖς, καὶ ταῦτα τῶν πολλῶν κακῶν ὄντων. Εἰ μὲν δεῖ ἑνὸς ἰδίου σχήματος τοῖς ἀγαθοῖς, τί πρέποι ἂν μᾶλλον ἢ τοῦθ' ὅπερ ἀναιδέστατον τοῖς ἀκολάστοις ἐστὶ καὶ ὅπερ ἀπεύξαιντ' ἂν οὗτοι μάλιστα ἔχειν;

17. Οὐκοῦν τό γε ἐμὸν σχῆμα τοιοῦτόν ἐστιν, αὐχμηρὸν εἶναι, λάσιον εἶναι, τρίβωνα ἔχειν, κομᾶν,

rursum pauper, qui terræ et maris haberet imperium: quocumque enim illum raperet impetus, ubique vincebat omnes, et in neminem illius ætatis vel similem sibi vel se meliorem incidit, donec ab hominibus discessit. Aut putas tu stragula illum veste et calceis indiguisse, et propterea sic oberrasse? Non est quod illud dicamus: sed continens erat et tolerans; et volebat vincere, et deliciis frangi nolebat. Illius vero Theseus discipulus nonne rex erat Atheniensium omnium, filius vero Neptuni, ut aiunt, vir suæ ætatis omnium fortissimus?

14. Sed tamen is quoque voluit sine calceis esse, et incedere nudus, et barbam et comam alere ipsi placuit; et non illi solum, sed omnibus placuit antiquis. Nempe vobis meliores erant: nec magis illorum quisquam tonderi se passus esset, quam leonum. Mollitiem enim et lævitatem carnis feminis putabant decoram: at ipsi, ut erant viri, ita etiam volebant videri; et decus viri barbam putabant, ut equorum jubam, et barbam leonum, quibus animantibus pulchritudinis et ornatus causa deus quædam addidit: ita vero etiam barbam apposuit viris. Illos ego antiquos æmulor, illos imitari cupio: qui vero nunc sunt, illis non equidem invideo admirabilem hanc felicitatem, qua fruuntur circa mensas et vestimenta, lævigantes, depilantes unamquamque partem corporis, neque occultorum quodquam membrorum ita uti natum est relinquentes.

15. At ego opto pedes mihi equinis ungulis nihil differre, ut Chironis aiunt; ipsum autem stragulis non indigere, velut leones; nec cibo magis pretioso opus habere, quam canes. Contingat vero mihi terram quidem pro cubili habere sufficiente, domum autem putare hoc universum, et cibum capere qui facillime suppeditari mihi possit. Auro autem atque argento opus habeam neque ego, neque amicorum meorum quisquam: quandoquidem mala omnia hominibus ex horum cupiditate nascuntur, et seditiones, et bella, et insidiæ, et cædes. Hæc omnia fontem habent plus habendi cupidinem. At a nobis illa absit, et plus habere nunquam ego concupiscam, minus contra me habere possim tolerare!

16. Habes rationem nostram, multum sane diversam a vulgi voluntatibus: nec mirum si habitu ab illis differimus, qui tam diverso utamur instituto. Te porro miror, quomodo tandem citharœdi quendam vestitum putes et habitum esse, et hercle tibicinis etiam habitum, et longam vestem tragœdi; viri autem boni habitum et vestem propriam non jam putes, sed eundem illum habere arbitreris oportere, quem vulgus, idque quum vulgus malum sit. Si quidem unus et suus habitus bonis convenit, quis magis deceat, quam ille, qui impudentissimus esse videatur hominibus luxuriosis, quemque habere hi maxime detestentur?

17. Jam vero is est meus habitus, quod squalidus sum, quod hirsutus, quod detritam gesto penulam, quod coma-

ἀνυποδητεῖν, τὸ δ' ὑμέτερον ὅμοιον τῷ τῶν κιναίδων, καὶ διακρίνειν οὐδὲ εἷς ἂν ἔχοι, οὐ τῇ χροιᾷ τῶν ἱματίων, οὐ τῇ μαλακότητι, οὐ τῷ πλήθει τῶν χιτωνίσκων, οὐ τοῖς ἀμφιάσμασιν, οὐχ ὑποδήμασιν, οὐ κατασκευῇ τριχῶν, οὐκ ὀδμῇ· καὶ γὰρ ἀπόζετε ἤδη παραπλήσιον ἐκείνοις οἱ εὐδαιμονέστατοι οὗτοι μάλιστα. Καίτοι τί ἂν δοίη τις ἀνδρὸς τὴν αὐτὴν τοῖς κιναίδοις ὀδμὴν ἔχοντος; Τοιγαροῦν τοὺς μὲν πόνους οὐδὲν ἐκείνων μᾶλλον ἀνέχεσθε, τὰς δὲ ἡδονὰς οὐδὲν ἐκείνων ἧττον· καὶ τρέφεσθε τοῖς αὐτοῖς καὶ κοιμᾶσθε ὁμοίως καὶ βαδίζετε, μᾶλλον δὲ βαδίζειν οὐκ ἐθέλετε, φέρεσθαι δὲ ὥσπερ τὰ φορτία οἱ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων, οἱ δὲ ὑπὸ κτηνῶν· ἐμὲ δὲ οἱ πόδες φέρουσιν ὅποιπερ ἂν δέωμαι. Κἀγὼ μὲν ἱκανὸς καὶ ῥίγους ἀνέχεσθαι καὶ θάλπος φέρειν καὶ τοῖς τῶν θεῶν ἔργοις μὴ δυσχεραίνειν, διότι ἄθλιός εἰμι, ὑμεῖς δὲ διὰ τὴν εὐδαιμονίαν οὐδενὶ τῶν γιγνομένων ἀρέσκεσθε καὶ πάντα μέμφεσθε καὶ τὰ μὲν παρόντα φέρειν οὐκ ἐθέλετε, τῶν δὲ ἀπόντων ἐφίεσθε, χειμῶνος μὲν εὐχόμενοι θέρος, θέρους δὲ χειμῶνα, καὶ καύματος μὲν ῥῖγος, ῥίγους δὲ καῦμα καθάπερ οἱ νοσοῦντες δυσάρεστοι καὶ μεμψίμοιροι ὄντες· αἰτία δὲ ἐκείνοις μὲν ἡ νόσος, ὑμῖν δὲ ὁ τρόπος.

18. Κἄπειτα δὲ ἡμᾶς μετατίθεσθαι καὶ ἐπανορθοῦν τὰ ἡμέτερα ἀξιοῦτε, κακῶς βουλευομένων πολλάκις περὶ ὧν πράττομεν, αὐτοὶ ἄσκεπτοι ὄντες περὶ τῶν ἰδίων καὶ μηδὲν αὐτῶν κρίσει καὶ λογισμῷ ποιοῦντες, ἀλλ' ἔθει καὶ ἐπιθυμίᾳ. Τοιγαροῦν οὐδὲν ὑμεῖς διαφέρετε τῶν ὑπὸ χειμάρρου φερομένων· ἐκεῖνοί τε γάρ, ὅπου ἂν ἴῃ τὸ ῥεῦμα, ἐκεῖ φέρονται, καὶ ὑμεῖς ὅπου ἂν αἱ ἐπιθυμίαι. Πάσχετε δὲ παραπλήσιόν τι ὅ φασί τινα παθεῖν ἐφ' ἵππον ἀναβάντα μαινόμενον· ἁρπάσας γὰρ αὐτὸν ἔφερεν ἄρα ὁ ἵππος· ὁ δὲ οὐκέτι καταβῆναι τοῦ ἵππου θέοντος ἐδύνατο. Καί τις ἀπαντήσας ἠρώτησεν αὐτὸν ποίαν ἄπεισιν· ὁ δὲ εἶπεν, Ὅπου ἂν τούτῳ δοκῇ, δεικνὺς τὸν ἵππον. Καὶ ὑμᾶς ἄν τις ἐρωτᾷ, ποῖ φέρεσθε; τἀληθὲς ἐθέλοντες λέγειν ἐρεῖτε ἁπλῶς μὲν ὅποιπερ ἂν ταῖς ἐπιθυμίαις δοκῇ, κατὰ μέρος δέ, ὅποιπερ ἂν τῇ ἡδονῇ δοκῇ, ποτὲ δέ, ὅπου τῇ δόξῃ, ποτὲ δὲ αὖ, τῇ φιλοκερδίᾳ· ποτὲ δὲ ὁ θυμός, ποτὲ δὲ ὁ φόβος, ποτὲ δὲ ἄλλο τι τοιοῦτον ὑμᾶς ἐκφέρειν δύναται· οὐ γὰρ ἐφ' ἑνός, ἀλλ' ἐπὶ πολλῶν ὑμεῖς γε ἵππων βεβηκότες ἄλλοτε ἄλλων, καὶ μαινομένων πάντων, φέρεσθε. Τοιγαροῦν ἐκφέρουσιν ὑμᾶς εἰς βάραθρα καὶ κρημνούς. Ἴστε δ' οὐδαμῶς πρὶν πεσεῖν ὅτι πεσεῖσθαι μέλλετε.

19. Ὁ δὲ τρίβων οὗτος, οὗ καταγελᾶτε, καὶ ἡ κόμη καὶ τὸ σχῆμα τοὐμὸν τηλικαύτην ἔχει δύναμιν, ὥστε παρέχειν μοι ζῆν ἐφ' ἡσυχίας καὶ πράττοντι ὅ τι βούλομαι καὶ συνόντι οἷς βούλομαι· τῶν γὰρ ἀμαθῶν ἀνθρώπων καὶ ἀπαιδεύτων οὐδεὶς ἂν ἐθέλοι μοι προσιέναι διὰ τὸ σχῆμα, οἱ δὲ μαλακοὶ καὶ πάνυ πόρρωθεν ἐκτρέπονται· προσίασι δὲ οἱ κομψότατοι καὶ ἐπιεικέστατοι καὶ ἀρετῆς ἐπιθυμοῦντες. Οὗτοι μάλιστά μοι προσίασι· τοῖς γὰρ τοιούτοις ἐγὼ χαίρω ξυνών. Θύρας δὲ τῶν εὐδαιμόνων καλουμένων ἀνθρώπων οὐ θε-

tus, quod sine calceis : vester autem ille cinædico similis est, quem discernere nemo possit, nec colore vestimentorum, neque mollitie, neque tunicarum multitudine, neque amiculis, neque calceis, neque capillorum paratu, neque odore : etenim idem quoque jam oletis quod isti, vos, qui beatissimi estis, maxime. Quanti vero quis emat virum idem quod cinædi olentem? Itaque labores non magis quam isti sustinetis, voluptatibus vero servitis istis non minus: et iisdem rebus alimini, et somnum similiter capitis, et inceditis; potius vero incedere non vultis, sed onerum instar gestari ab hominibus partim, partim a jumentis : at me pedes ferunt, quocumque mihi opus est. Idem ego et frigus ferre possum et sustinere æstum, et deorum his operibus non offendi, quia ærumnosus sum : vos vero vestram propter felicitatem nulla re earum quæ fiunt contenti estis, et reprehenditis omnia, et præsentia ferre recusatis, absentia autem concupiscitis, hieme optantes æstatem, æstate hiemem, in æstu frigus, in frigore æstum, ægrorum instar nauseabundi et vestra de sorte queruli : causa vero istis morbus est, vobis vestri mores.

TRIEPH. Per magnum, æternum, per cœlicolam altipotentem,
filium patris, spiritum ex patre procedentem, [ternum,
unum ex tribus et ex uno tria,
Hæc tu Jovem putato, hunc censeto deum.

CRIT. Computare tu quidem me doces, et jusjurandum tibi est arithmetica: computas enim ut Nicomachus Gerasenus. Nescio enim quid tibi velis, unum tria, tria unum. Numquid de quaternario dicis Pythagoræ, aut octonario aut tricenario?

TRIEPH. Quin tu terrena, digna silentio, taces?

Non hic agitur de dimetiendis pulicum vestigiis. Ego enim te docebo quid sit hoc universum, et quis sit ante omnia, et quæ universi sit combinatio atque constructio. Antea enim etiam mihi quæ jam tibi usu venerunt: sed postquam in Galilæum incidi, recalvastrum, nasonem, qui per aera incedens in tertium usque cœlum se penetraverat, neque omnium pulcherrimas ibi didicerat; is per aquam nos renovavit, impiorumque ereptos regionibus in beatarum animarum vestigiis collocavit. Etiam ex te faciam, si auscultare mihi velis, vere hominem.

13. CRIT. Dic, peritissime Triephon: horror enim me incessit.

TRIEPH. Legistine unquam Aristophanis comici poemata quæ ille Aves inscripsit?

CRIT. Legi utique.

TRIEPH. In illis ita ab eo scriptum est:

Chaos olim et Nox Erebusque fuit nigrum, tum Tartarus ingens:
non terra, aer, nec Olympus erat.

CRIT. Præclare ista. Sed quid tum?

TRIEPH. Lux erat incorrupta, invisa, incomprehensa, quæ solvit tenebras et indigestam tum molem dispulit; verbo tantum a se prolato, ut tardilinguis ille scriptum reliquit, terram super aquis condensavit, cœlum expandit, stellas formavit fixas, cursumque illis constituit, quas tu pro diis venerare: terram autem floribus exornavit, hominem ex illis quæ plane non erant, ut esset produxit. Jamque observat de cœlo justos pariter atque injustos, in librisque singulorum actiones describit; omnibus autem, quam præfinivit die, justa retribuet.

14. CRIT. Quæ vero Parcæ glomerarunt omnibus, nam ea quoque illi describunt?

TRIEPH. Quænam.

CRIT. Fati decreta.

TRIEPH. Tu dicito, o pulcher Critia, de Parcis; ego vero discendi abs te cupidus auscultabo.

CRIT. Nonne Homerus, celeberrimus poeta, dixit,

Fatum equidem nullum dico effugisse virorum:

de magno autem Hercule ita:

Nec potuit fugisse Atropon vis Herculis atram,
qui regi divûm Jovi erat carissimus unus,
sed Sors dira virum Junonisque ira subegit.

Quin vitam omnem, omnesque in illa mutationes fato esse constitutas atque ordinatas, idem docet,

Hinc ordine cuncta

πείσεται ἅσσα οἱ Αἶσα Κατακλῶθές τε βαρεῖαι
γιγνομένῳ νήσαντο λίνῳ, ὅτε μιν τέκε μήτηρ.

Καὶ τὰς ἐν ξένῃ ἐποχὰς ἀπ' ἐκείνης γίγνεσθαι·

Ἤδ' ὡς Αἴολον ἱκόμεθ', ὅς με πρόφρων ὑπέδεκτο,
καὶ πέμπ'· οὐδέπω αἶσα φίλην ἐς πατρίδ' ἱκέσθαι.

Ὥστε πάντα ὑπὸ τῶν Μοιρῶν γίγνεσθαι ὁ ποιητὴς μεμαρτύρηκε. Τὸν δὲ Δία μὴ θελῆσαι τὸν υἱὸν

θανάτοιο δυσηχέος ἐξαναλῦσαι,

ἀλλὰ μᾶλλον

αἱματοέσσας δὲ ψιάδας κατέχευεν ἔραζε
παῖδα φίλον τιμῶν, τόν οἱ Πάτροκλος ἔμελλε
φθίσειν ἐν Τροίῃ.

Ὥστε, ὦ Τριεφῶν, διὰ τοῦτο μηδὲν προσθεῖναι περὶ τῶν Μοιρῶν ἐθελήσῃς, εἰ καὶ τάχα πεδάρσιος ἐγεγόνεις μετὰ τοῦ διδασκάλου καὶ τὰ ἀπόρρητα ἐμυήθης.

15. ΤΡΙΕΦ. Καὶ πῶς ὁ αὐτὸς ποιητής, ὦ καλὲ Κριτία, διττὴν ἐπιλέγει τὴν εἱμαρμένην καὶ ἀμφίβολον, ὡς τόδε μέν τι πράξαντι, τοιῷδε τέλει συγκῦρσαι, τοῖον δὲ ποιήσαντι, ἑτέρῳ τέλει ἐντυχεῖν; ὡς ἐπ' Ἀχιλλέως,

Διχθαδίας Κῆρας φερέμεν θανάτοιο τέλοσδε·
εἰ μέν κ' αὖθι μένων Τρώων πόλιν ἀμφιμάχωμαι,
ὤλετο μέν μοι νόστος, ἀτὰρ κλέος ἄφθιτον ἔσται.
Εἰ δέ κεν οἴκαδ' ἵκωμαι,
ὤλετό μοι κλέος ἐσθλόν, ἐπὶ δηρὸν δέ μοι αἰὼν
ἔσσεται.

Ἀλλὰ καὶ ἐπὶ Εὐχήνορος,

Ὅς ῥ' εὖ εἰδὼς κῆρ' ὀλοὴν ἐπὶ νηὸς ἔβαινε·
πολλάκι γάρ οἱ ἔειπε γέρων ἀγαθὸς Πολύϊδος,
νούσῳ ὑπ' ἀργαλέῃ φθῖσθαι οἷς ἐν μεγάροισιν
ἢ μετ' Ἀχαιῶν νηυσὶν ὑπὸ Τρώεσσι δαμῆναι.

16. Οὐχὶ παρ' Ὁμήρῳ ταῦτα γέγραπται; ἢ ἀμφίβολος αὕτη καὶ ἀμφίκρημνος ἀπάτη; εἰ δὲ βούλει, καὶ τοῦ Διὸς ἐπιθήσω σοι τὸν λόγον. Οὐχὶ τῷ Αἰγίσθῳ εἴρηκεν ὡς ἀποσχομένῳ μὲν τῆς μοιχείας καὶ τῆς Ἀγαμέμνονος ἐπιβουλῆς ζῆν καθείμαρται πολὺν χρόνον, ἐπιβαλλομένῳ δὲ ταῦτα πράττειν οὐ καθυστερεῖν θανάτου; τοῦτο κἀγὼ πολλάκις προὐμαντευσάμην, ἐὰν κτάνῃς τὸν πλησίον, θανατωθήσῃ παρὰ τῆς δίκης, εἰ δέ γε μὴ τοῦτο πράξῃς, βιώσῃ καλῶς,

Οὐδέ κέ σ' ὦκα τέλος θανάτοιο κιχείη.

Οὐχ ὁρᾷς ὡς ἀδιόρθωτα τὰ τῶν ποιητῶν καὶ ἀμφίλοξα καὶ μηδέπω ἡδραιωμένα; ὥστε ἔασον ἅπαντα, ὡς καὶ σὲ ἐν ταῖς ἐπουρανίοις βίβλοις τῶν ἀγαθῶν ἀπογράψωνται.

17. ΚΡΙΤ. Εὖ πάντα ἀνακυκλεῖς, ὦ Τριεφῶν· ἀλλά μοι τόδε εἰπὲ, εἰ καὶ τὰ τῶν Σκυθῶν ἐν τῷ οὐρανῷ ἐγχαράττουσι;

ΤΡΙΕΦ. Πάντα, εἰ τύχῃ γε χρηστὸς καὶ ἐν ἔθνεσι.

ΚΡΙΤ. Πολλούς γε γραφέας φῂς ἐν τῷ οὐρανῷ, ὡς ἅπαντα ἀπογράφεσθαι.

ΤΡΙΕΦ. Εὐστόμει καὶ μηδὲν εἴπῃς φλαῦρον θεοῦ δεξιοῦ, ἀλλὰ κατηχούμενος πείθου παρ' ἐμοῦ, εἴπερ

suscipiet, quæ vis Fati Parcæque verendæ
nascenti nevere, utero quum prodiit infans

Moras etiam quæ in peregrino solo sunt sufferendæ, a Fato constitui;

Æolus et placide venientem excepit, euntemque
in patriam juvit: sed nondum Fata sinebant.

Ut adeo omnia a Parcis fieri poetæ testimonio constet. Jovem ipsum non velle a gnato

diram defendere mortem,

quin potius

sanguinis in terram guttas demisit Olympo
deplorans gnatum, qui mox mucrone Patrocli
ad Trojam periturus erat.

Quæ quum ita sint, Triephon, verbum de Parcis addere unum non voles, quamvis forte eum illo magistro tuo sublimis in cœlum raptus arcanisque initiatus esses.

15. TRIEPH. Sed quid illud sibi vult, quod idem poeta duplex nobis comminiscitur ancepsque fatum? ita ut istud quidem facientem certus rerum exitus maneat; sed si aliud agat, alium etiam finem res nanciscatur; ut de Achille, qui de se dicit:

Bina Thetis mihi fata tulit, mortemque biformem:
si maneam Teucrûmque adversus mœnia pugnem,
interiit reditus, sed erit mihi fama superstes.
Sin patriam viso rursus,
fama perit, sed longa mihi sine laude senectus
futura.

Sed et de Euchenore ita:

Qui fati gnarus, naves classemque petebat:
sæpe etenim, Polyide senex, hæc fata canebas,
aut morbo in patria periturum, aut inter Achivûm
nigras Trojano casurum vulnere naves.

16. Negabisne hæc apud Homerum scripta? aut ambiguam potius et utrimque præruptam fraudem agnosces? Sed Jovis etiam, si vis, orationem adjiciam. Nonne Ægistho dixit, si vellet se abstinere ab adulterio insidiisque Agamemnoni struendis, ut diu viveret, esse in fatis; sin ista facere aggrederetur, acceleratam mortem non effugiturum? Ad eum modum et ego vaticinatus sæpe sum: si occideris alium, ab judicibus mortem exspecta; si hoc non feceris, bene vives,

Nec tibi fas subito fatum finemque venire.

Non vides quam sint minime castigata quæ poetæ fingunt quam ambigua nullisque subnixa fundamentis? Omnia igitur, si sapis, omitte, ut te etiam in cœlestibus bonorum libris inscribant.

17. CRIT. Bene revolveris ad id unde discesseramus, Triephon. Sed illud mihi dic, Scytharumne etiam res illi in cœlo describunt?

TRIEPH. Et omnes quidem, si modo bonum aliquem esse vel inter gentes contingat.

CRIT. Multos in cœlo scribas esse dicis qui quidem describant omnia.

TRIEPH. Bona verba, ne quid in sapientem deum dicas petulantius: sed tanquam unus catechumenus mihi au-

ζῆν χρῄζεις εἰς τὸν αἰῶνα. Εἰ οὐρανὸν ὡς δέρριν ἐξήπλωσε, γῆν δὲ ἐφ' ὕδατος ἔπηξεν, ἀστέρας ἐμόρφωσεν, ἄνθρωπον ἐκ μὴ ὄντος παρήγαγε, τί παράδοξον καὶ τὰς πράξεις πάντων ἐναπογράφεσθαι; καὶ γάρ σοὶ οἰκίδιον κατασκευάσαντι, οἰκέτιδας δὲ καὶ οἰκέτας ἐν αὐτῷ συναγαγόντι, οὐδέποτέ σε διέλαθε τούτων πρᾶξις ἀπόβλητος· πόσῳ μᾶλλον τὸν πάντα πεποιηκότα θεὸν οὐχ ἅπαντα ἐν εὐκολίᾳ διαδραμεῖν ἑκάστου πρᾶξιν καὶ ἔννοιαν; οἱ γάρ σου θεοὶ κότταβος τοῖς εὖ φρονοῦσιν ἐγένοντο.

18. ΚΡΙΤ. Πάνυ εὖ λέγεις, καί με ἀντιστρόφως τῆς Νιόβης παθεῖν· ἐκ στήλης γὰρ ἄνθρωπος ἀναπέφηνα. Ὥστε τοῦτον τὸν θεὸν προστιθῶ σοι, μὴ κακόν τι παθεῖν παρ' ἐμοῦ.

ΤΡΙΕΦ. Εἴπερ ἐκ καρδίας μ' ὄντως φιλεῖς, μὴ ἑτεροῖόν τι ποιήσῃς ἐν ἐμοὶ « καὶ ἕτερον μὲν κεύσῃς ἐνὶ « φρεσὶν, ἄλλο δὲ εἴπῃς. » Ἀλλ' ἄγε δὴ τὸ θαυμάσιον ἐκεῖνο ἀκουσμάτιον ἄεισον, ὅπως κἀγὼ κατωχριάσω καὶ ὅλως ἀλλοιωθῶ, καὶ οὐχ ὡς ἡ Νιόβη ἀπαυδήσω, ἀλλ' ὡς ἀηδὼν ὄρνεον γενήσομαι καὶ τὴν θαυμασίαν σου ἔκπληξιν κατ' ἀνθηρὸν λειμῶνα ἐκτραγῳδήσω.

ΚΡΙΤ. Νὴ τὸν υἱὸν τὸν ἐκ πατρὸς οὐ τοῦτο γενήσεται.

ΤΡΙΕΦ. Λέγε παρὰ τοῦ πνεύματος δύναμιν τοῦ λόγου λαβὼν, ἐγὼ δὲ καθεδοῦμαι

δέγμενος Αἰακίδην ὁπότε λήξειεν ἀείδων.

19. ΚΡΙΤ. Ἀπῄειν ἐπὶ τὴν λεωφόρον ὠνησόμενός γε τὰ χρειωδέστατα, καὶ δὴ ὁρῶ πλῆθος πάμπολυ ἐς τὸ οὖς ψιθυρίζοντας, ἐπὶ δὲ τῇ ἀκοῇ ἐφῦντο τοῖς χείλεσιν· ἐγὼ δὲ παπτήνας ἐς ἅπαντας καὶ τὴν χεῖρα τοῖς βλεφάροις περικάμψας ἐσκοπίαζον ὀξυδερκέστατα, εἴ πού γε τινὰ τῶν φίλων θεάσωμαι. Ὁρῶ δὲ Κράτωνα τὸν πολιτικὸν, παιδόθεν φίλον ὄντα καὶ συμποτικόν.

ΤΡΙΕΦ. Αἰσθάνομαι· τοῦτον τὸν ἐξισωτὴν γὰρ εἴρηκας. Εἶτα τί;

ΚΡ. Καὶ δὴ πολλοὺς παραγκωνισάμενος ἧκον ἐς τὰ πρόσω καὶ τὸ ἑωθινὸν χαῖρε εἰπὼν ἐχώρουν ὡς αὐτόν.

20. Ἀνθρωπίσκος δέ τις τοὔνομα Χαρίκενος, σεσημμένον γερόντιον ῥέγχον τῇ ῥινὶ, ὑπέβηττε μύχιον, ἐχρέμπτετο ἐπισεσυρμένον, ὁ δὲ πτύελος κυανώτερος θανάτου· εἶτα ἤρξατο ἐπιφθέγγεσθαι κατισχνημένον· Οὗτος, ὡς προεῖπον, τοὺς τῶν ἐξισωτῶν καταλείπει λοιπασμοὺς καὶ τὰ χρέα τοῖς δανεισταῖς ἀποδώσει καὶ τά τε ἐνοίκια πάντα καὶ τὰ δημόσια, καὶ τὰς εἱραμάγγας δέξεται μὴ ἐξετάζων τῆς τέχνης. Καὶ κατεφλυάρει ἔτι πικρότερα. Οἱ περὶ αὐτὸν δὲ ἥδοντο τοῖς λόγοις καὶ τῷ καινῷ τῶν ἀκουσμάτων προσέκειντο.

21. Ἕτερος δὲ τοὔνομα Χλευόχαρμος τριβώνιον ἔχων πολύσαθρον ἀνυπόδετός τε καὶ ἄσκεπος μετέειπε τοῖς ὀδοῦσιν ἐπικροτῶν, ὡς ἐπεδείξατό μοί τις κακοείμων, ἐξ ὀρέων παραγενόμενος, κεχαρμένος τὴν κόμην, ἐν τῷ θεάτρῳ ἀναγεγραμμένον ὄνομα ἱερογλυφικοῖς γράμμασιν, ὡς οὗτος τῷ χρυσῷ ἐπικλύσει τὴν λεωφόρον. Ἦν

sculta, si modo vivere æternum desideras. Si enim ut pellem explicavit cœlum, terramque super aquis constabilivit, et stellas formavit, tum hominem, quum nihil ejus ante esset, produxit; quid adeo mirum est, omnium etiam describi actiones? Te vero, quum domuncula exstructa, servulos ancillasque eo tibi conduxisses, non unquam latuit actio illorum vel vilissima: deum vero, qui cuncta fecit, non multo magis omnia cum facilitate percurrere, uniuscujusque et actiones et cogitationes? tui enim dii cottabus iis qui rectum sapiunt, olim facti sunt.

18. CRIT. Rectissime dicis, facisque ut quemadmodum ex homine lapis Niobe, ita conversa ratione ego ex saxo homo jam factus sim. Hunc igitur deum jurijurando adjicio, te nihil a me mali accepturum.

TRIEPH. Si quidem ex animo atque vere me diligis, cave committas in me fraudem aliquam, « atque aliud dicas, aliudque in pectore celes. » Sed agedum mirabilem illam auditiunculam mihi occine, ut et ego pallescam, immuterque penitus: nolim tamen ut quondam Niobe prorsus obmutescere; sed luscinia fiam avicula et per viridantia prata tuam illam obstupescendam consternationem tristi voce referam.

CRIT. Ita me filius qui ex patre est amet, ut istuc non fiet.

TRIEPH. Dic igitur, accepta a spiritu sermonis virtute: ego vero hic considebo,

cantare exspectans donec cessarit Achilles.

19. CRIT. In publicam viam quæ necessaria maxime sunt emturus prodieram: tum video ibi ingentem multitudinem, qui in aures alter alteri insusurrabant, adeo quidem ut labia hærerent auribus. Ibi ego omnes circumspiciens, manuque incurva superciliis circumposita, quam possum acutissime cernens exploro, sicubi amicorum aliquem videre possim. Video autem Cratonem magistratum gerentem, a pueris amicum atque compotorem.

TRIEPH. Sentio: nempe peræquatorem illum dicis. Sed quid inde?

CRIT. Multis igitur cubito dimotis ad anteriora perveni, et Ave matutino illo dicto, ad hominem accessi.

20. Homuncio autem aliquis Charicenus nomine, putridus seniculus, inter ronchos narium tussimque imis ductam pulmonibus, longum screabat: erat vero sputum ipsa morte lividius. Tum exili voce ita infit: Hic, quemadmodum ante dicebam, peræquatorum indulget omissa, debitaque reddet creditoribus, privatasque impensas æque ac publicas solvet: recipiet etiam vanos futuri conjectores, non æstimans illos ex arte. Quin amariora etiam homo nugabatur. Qui autem circa erant, delectabantur sermonibus, et auditionum illi novitati attendebant.

21. Alius vero, Chleuocharmo nomen erat, lacinia, quam caries consumserat, indutus, excalceatus præterea et aperto capite, dentibus simul concrepans ita interlocutus est: Ostendit mihi male vestitus aliquis, e montibus huc adveniens, comam detonsus, insculptum in theatro hieroglyphicis literis nomen; hunc auro viam inundaturum.

δ' ἐγὼ κατὰ μὲν τὰ Ἀριστάνδρου καὶ Ἀρτεμιδώρου, Οὐ καλῶς ἀποϐήσονται ταῦτά γε τὰ ἐνύπνια ἐν ὑμῖν, ἀλλὰ σοὶ μὲν τὰ χρέα πληθυνθήσεται ἀναλόγως τῆς ἀποδόσεως· οὗτος δὲ ἐπὶ πολὺ τοῦ ὀϐολοῦ γε στερηθήσεται ὡς πολλοῦ χρυσίου εὐπορηκώς. Καὶ ἔμοιγε δοκεῖτε ἐπὶ λευκάδα πέτρην καὶ δῆμον ὀνείρων καταδαρθέντες τοσαῦτα ὀνειροπολεῖν ἐν ἀκαρεῖ τῆς νυκτὸς οὔσης.

22. Οἱ δὲ ἀνεκάγχασαν ἅπαντες ὡς ἀποπνιγέντες ὑπὸ τοῦ γέλωτος καὶ τῆς ἀμαθίας μου κατεγίγνωσκον. Ἦν δ' ἐγὼ πρὸς Κράτωνα, Μῶν κακῶς πάντα ἐξερρίνισα, ἵν' εἴπω τι κωμικευσάμενος, καὶ οὐ κατὰ Ἀρίστανδρον τὸν Τελμισέα καὶ Ἀρτεμίδωρον τὸν Ἐφέσιον ἐξίχνευσα τοῖς ὀνείρασιν; Ἦ δ' ὅς, Σίγα, ὦ Κριτία, εἰ ἐχεμυθεῖς, μυσταγωγήσω σε τὰ κάλλιστα καὶ τὰ νῦν γενησόμενα· οὐ γὰρ ὄνειροι τάδ' εἰσὶν, ἀλλ' ἀληθῆ, ἐκϐήσονται δὲ εἰς μῆνα Μεσορί. Ταῦτα ἀκηκοὼς παρὰ τοῦ Κράτωνος καὶ τὸ ὀλισθηρὸν τῆς διανοίας αὐτῶν κατεγνωκὼς ἠρυθρίασα καὶ σκυθρωπάζων ἐπορευόμην πολλὰ τὸν Κράτωνα ἐπιμεμφόμενος. Εἷς δὲ δριμὺ καὶ τιτανῶδες ἐνιδὼν δραξάμενός μου τοῦ λώπους ἐσπάρασσε ῥήτρην ποιήσασθαι πειθόμενός τε καὶ παρανυττόμενος παρὰ τοῦ πεπαλαιωμένου ἐκείνου δαιμονίου.

23. Εἰς λόγους δὲ ταῦτα παρεκτείναντες πείθει με τὸν κακοδαίμονα εἰς γόητας ἀνθρώπους παραγενέσθαι καὶ ἀποφράδι τὸ δὴ λεγόμενον ἡμέρᾳ συγκυρῆσαι· ἔφασκε γὰρ πάντα ἐξ αὐτῶν μυσταγωγηθῆναι. Καὶ δὴ διήλθομεν σιδηρέας τε πύλας καὶ χαλκέους οὐδούς. Ἀναϐάθρας δὲ πλείστας περικυκλωσάμενοι ἐς χρυσόροφον οἶκον ἀνήλθομεν, οἷον Ὅμηρος τὸν Μενελάου φησί. Καὶ δὴ ἅπαντα ἐσκοπίαζον ὅσα ὁ νησιώτης ἐκεῖνος νεανίσκος. Ὁρῶ δὲ οὐχ Ἑλένην, μὰ Δί', ἀλλ' ἄνδρας ἐπικεκυφότας καὶ κατωχριωμένους· οἱ δὲ ἰδόντες γήθησαν καὶ ἐξ ἐναντίας παρεγένοντο· ἔφασκον γὰρ ὡς εἴ τινα λυγρὰν ἀγγελίαν ἀγάγοιμεν, ἐφαίνοντο γὰρ οὗτοι ὡς τὰ κάκιστα εὐχόμενοι καὶ ἔχαιρον ἐπὶ τοῖς λυγροῖς ὥσπερ αἱ ποινοποιοὶ ἐπὶ θέατρα, τὰς κεφαλὰς δ' ἄγχι σχόντες ἐψιθύριζον. Μετὰ δὲ τὰ ἤροντό με,

> Τίς πόθεν εἶς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις ἠδὲ τοκῆες;

χρηστὸς γὰρ ἂν εἴης ἀπό γε τοῦ σχήματος. Ἦν δ' ἐγὼ, Ὀλίγοι γε χρηστοὶ, ὥσπερ βλέπω πανταχοῦ· Κριτίας δὲ τοὔνομα, πόλις δέ μοι ἔνθεν ὅθεν καὶ ὑμῖν.

24. Ὡς δ' ἀεροϐατοῦντες ἐπυνθάνοντο, πῶς τὰ τῆς πόλεως καὶ τὰ τοῦ κόσμου; ἦν δ' ἐγὼ, Χαίρουσί γε πάντες καὶ ἔτι γε χαρήσονται· οἱ δὲ ἀνένευον ταῖς ὀφρύσιν, Οὐχ οὕτω· δυστοκεῖ γὰρ ἡ πόλις. Ἦν δ' ἐγὼ κατὰ τὴν αὐτῶν γνώμην· Ὑμεῖς πεδάρσιοι ὄντες καὶ ὡς ἀπὸ ὑψηλοῦ ἅπαντα καθορῶντες ὀξυδερκέστατα καὶ τάδε νενοήκατε. Πῶς δὲ τὰ τοῦ αἰθέρος; μῶν ἐκλείψει ὁ ἥλιος, ἡ δὲ σελήνη κατὰ κάθετον γενήσεται; ὁ Ἄρης εἰ τετραγωνήσει τὸν Δία καὶ ὁ Κρόνος διαμετρήσει τὸν ἥλιον; ἡ Ἀφροδίτη εἰ μετὰ τοῦ Ἑρμοῦ συνοδεύσει καὶ Ἑρμαφροδίτους ἀποκυήσουσιν, ἐφ' οἷς ὑμεῖς ἥδεσθε; εἰ

Tum ego secundum Aristandri Artemidorique præceptiones, Non bene, inquam, hæc vestra vobis somnia evenient : sed tibi quidem augebuntur debita, pro portione qua solutionem somniasti ; hic vero vel obolo, quem habet, privabitur, prout multo abundavit auro. Videmini autem mihi super alba rupe et apud somniorum gentem obdormiisse, quum tantum contractissimis hisce noctibus somnietis.

22. Hi vero immanibus cachinnis, adeo ut præfocari illos præ nimio risu metus esset, imperitiam meam condemnabant. Tum ad Cratonem, Malene omnia olfeci, inquam, ut ex comœdia loquar, neque secundum Aristandrum Telmisseum Ephesiumque Artemidorum probe investigavi ista somnia? Ille vero, Tace, inquit, Critia; nam si potis es ut sileas, pulcherrima te mysteria edocebo atque jamjam eventura. Cave enim somnia illa putes; verissima sunt, et intra Mesori mensem habitura exitum. Hæc quum ex Cratone audissem, de damnata a me ipsorum animi levitate erubui, vultuque tristitiam præferens et multis Cratonem increpans abii. Sed me aliquis torve et Titanico modo intuens, lacinia prehensum retraxit, a vetusto illo dæmonio hominis, ut audientem sibi concionem præberet, inductus instigatusque.

23. Sermone autem longius producto, persuadet tandem misero mihi, ut ad præstigiatores homines accederem, et in infaustum, quod aiunt, diem inciderem : dixerat enim omnia se mysteria ab illis esse edoctum. Transivimus igitur portas ferratas, pavimentaque ænea. Tandem plurimis per orbem superatis scalis, in aurea tecta ascendimus, qualia Menelai quondam fuisse Homerus dicit. Ibi ego oculis lustrabam omnia, quæ ille ex insula juvenis; video autem non Helenam hercle equidem, sed homines vultibus in terram pronis pallidosque. Illi vero, quum nos viderent, gaudere, obviamque procedere : dicebant enim num quid forte tristis nuncii ferremus : quippe qui manifesto pessima quæque optarent, atque, ut in theatris solent Furiæ, luctuosis rebus gauderent. Tum capita invicem conferentes in aures quædam insusurrabant. Deinde me interrogarunt,

> Tu quis es, unde venis, quæque urbs tibi, quique parentes?

Videris enim, quantum quidem habitus tuus indicat, homo minime malus. At ego, Pauci quidem, inquam, ubique gentium, quantum video, boni sunt : nomen mihi est Critiæ : urbs eadem quæ vestra.

24. Ut vero inaniter elati homines interrogarunt, Quid rerum in urbe et in mundo agitur? egoque, Gaudent cuncti, gaudebuntque amplius, respondi : illi, superciliorum gestu abnuentes, Minime vero ita est, inquiunt; clades enim perniciemque civitas parturit. Tunc ego ex ipsorum sententia, Nimirum vos, inquam, quum supra humum sublati, tanquam de specula omnia prospiciatis, etiam ista quam acutissime olim perspexistis. Sed in æthere quid agitur? num eclipsin sol patietur, et luna ad perpendiculum sub ipso stabit? num Mars ex quadrante Jovem respiciet, et Saturnus ex diametro opponetur soli? Venusne cum Mercurio congredietur, novosque adeo edolabunt nobis Hermaphroditos, quibus vos delectamini? numquid impetuosos

ῥαγδαίους ὑετοὺς ἐκπέμψουσιν· εἰ νιφετὸν πολὺν ἐπιστρωννύουσι τῇ γῇ, χάλαζαν δὲ καὶ ἐρυσίβην εἰ κατάξουσι, λοιμὸν καὶ λιμὸν εἰ ἐπιπέμψουσιν, εἰ τὸ κεραυνοβόλον ἀγγεῖον ἀπεγεμίσθη καὶ τὸ βροντοποιὸν δοχεῖον ἀνεμεστώθη;

25. Οἱ δὲ ὡς ἅπαντα κατωρθωκότες κατεφλυάρουν τὰ αὑτῶν ἐράσμια, ὡς μεταλλαγῶσι τὰ πράγματα, ἀταξίαι δὲ καὶ ταραχαὶ τὴν πόλιν καταλήψονται, τὰ στρατόπεδα ἥττονα τῶν ἐναντίων γενήσονται. Τοῦτο ἐκταραχθεὶς καὶ ὥσπερ πρῖνος καόμενος οἰδηθεὶς διάτορον ἀνεβόησα, Ὦ δαιμόνιοι ἀνδρῶν, μὴ μεγάλα λίαν λέγετε « θήγοντες ὀδόντας κατ' ἀνδρῶν θυμολεόντων πνειόντων δόρυ καὶ λόγχας καὶ λευκολόφους τριφαλείας. » Ἀλλὰ ταῦθ' ὑμῖν ἐπὶ κεφαλὴν καταβήσεται, ὡς τὴν πατρίδα ὑμῶν κατατρύχετε· οὐ γὰρ αἰθεροβατοῦντες ταῦτα ἠχηκόητε, οὐ τὴν πολυάσχολον μαθηματικὴν κατωρθώκατε. Εἰ δέ γε μαντεῖαι καὶ γοητεῖαι ὑμᾶς παρέπεισαν, διπλοῦν τὸ τῆς ἀμαθίας· γυναικῶν γὰρ εὑρέματα ταῦτα γραϊδίων καὶ παίγνια· ἐπὶ πολὺ γὰρ τὰ τοιαῦτα αἱ τῶν γυναικῶν ἐπίνοιαι μετέρχονται.

26. ΤΡΙΕΦ. Τί δὲ πρὸς ταῦτα ἔφησαν, ὦ καλὲ Κριτία, οἱ κεχαρμένοι τὴν γνώμην καὶ τὴν διάνοιαν;

ΚΡΙΤ. Ἅπαντα ταῦτα παρέδραμον εἰς ἐπίνοιαν τετεχνασμένην καταπεφευγότες· ἔλεγον γάρ, Ἡλίους δέκα ἄσιτοι διαμενοῦμεν καὶ ἐπὶ παννύχους ὑμνῳδίας ἐπαγρυπνοῦντες ὀνειρώττομεν τὰ τοιαῦτα.

ΤΡΙΕΦ. Σὺ δὲ τί πρὸς αὐτοὺς εἴρηκας; μέγα γὰρ ἔφησαν καὶ διηπορημένον.

ΚΡΙΤ. Θάρσει, οὐκ ἀγεννές· ἀντεῖπον γὰρ τὰ κάλλιστα. Τὰ γὰρ παρὰ τῶν ἀστικῶν θρυλλούμενα, ἔφην, περὶ ὑμῶν, ὁπόταν ὀνειροπολῆτε, τὰ τοιαῦτά που παρεισάγονται. Οἱ δὲ σεσηρὸς ὑπομειδιῶντες, Ἔξω που παρέρχονται τοῦ κλινιδίου. Ἦν δ' ἐγώ, Εἰ ἀληθῆ εἰσι ταῦτα, ὦ αἰθέριοι, οὐκ ἄν ποτε ἀσφαλῶς τὰ μέλλοντα ἐξιχνεύσητε, ἀλλὰ καταπεισθέντες ὑπ' αὐτῶν ληρήσετε τὰ μὴ ὄντα μηδὲ γενησόμενα. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐκ οἶδ' ὅπως ληρεῖτε ὀνείροις πιστεύοντες, καὶ τὰ κάλλιστα βδελύττεσθε, τοῖς δὲ πονηροῖς ἥδεσθε, μηδὲν ὀνούμενοι τοῦ βδελύγματος. Ὥστε ἐάσετε τὰς ἀλλοκότους ταύτας φαντασίας καὶ τὰ πονηρὰ βουλεύματα καὶ μαντεύματα, μή που θεὸς ὑμᾶς ἐς κόρακας βάλοι διὰ τὸ τῇ πατρίδι ἐπαρᾶσθαι καὶ λόγους κιβδήλους ἐπιφημίζειν.

27. Οὗτοι δὲ ἅπαντες ἕνα θυμὸν ἔχοντες ἐμοὶ πολλὰ κατεμέμφοντο. Καὶ εἰ βούλει, καὶ τάδε προστιθῶ σοι, ἅτινά με καὶ ὡς στήλην ἄναυδον ἔθηκαν, μέχρις ἂν ἡ χρηστή σου λαλιὰ λιθούμενον ἀνέλυσε καὶ ἄνθρωπον ἀπεκατέστησε.

ΤΡΙΕΦ. Σίγα, ὦ Κριτία, καὶ μὴ ὑπερεκτείνῃς τοὺς ὕθλους· ὁρᾷς γὰρ ὡς ἐξώγκωταί μου ἡ νηδὺς καὶ ὥσπερ κυοφορῶ· ἐδήχθην γὰρ τοῖς παρὰ σοῦ λόγοις ὡς ὑπὸ κυνὸς λυττῶντος. Καὶ εἰ μὴ φάρμακον ληθεδανὸν ἐμπιὼν ἠρεμήσω, αὕτη ἡ μνήμη οἰκουροῦσα ἐν ἐμοὶ μέγα κακὸν ἐργάσεται. Ὥστε ἔασον τούτους τὴν εὐ-

imbres demittent super? an copiosa nive terram consternent, grandinemque aut rubiginem devolvent, pestemque ac famem immittent? an fulminatrix cistula plena est, tonitruumque conceptaculum oneratum?

25. Illi vero, quasi re præclare gesta, de suis illis nugabantur deliciis, fore scilicet ut rerum facies mutetur, atque turbæ colluviesque civitatem invadant, tum exercitus ab hostibus vincantur. Hic ego vehementer commotus, atque ardentis instar ilicis intumescens, contentissime exclamavi: Nolite, beati homines, nimis loqui magnifice, « qui dentes stringitis in heroas corde leones spicula spirantes, hastas, galeas alba triplicique nitentes crista. » Verum ista in vos ipsos vestraque capita expetent, quod patriæ vestræ male adeo ominamini. Neque enim æthere conscenso ista audivistis, nec male sedulam mathematicorum artem edidicistis. Si autem vaticinia et præstigiæ in hanc vos fraudem impulerunt, duplo major vestra est stupiditas: quandoquidem vetularum ista mulierum sunt commenta atque ludibria: nam muliebria fere ingenia ejusmodi consectari solent nenias.

26. TRIEPH. Quid vero dixere ad ista, o pulcher Critia, detonsis mentibus animisque homines?

CRIT. Nimirum his omnibus prætermissis, ad commentum elegans confugere; dixerunt enim, Per decem dies jejuni manebimus, et dum pervigiles cantibus noctes ducimus, talia somniamus.

TRIEPH. Sed tu quid illis respondisti? magnum enim quiddam dixerunt, multæque quæstionis.

CRIT. Bono es animo: nihil ignavum, sed pulcherrime equidem respondi. Etenim vera, dixi, sunt quæ urbani homines sæpe de vobis dicunt, Somniantibus vobis talia obrepunt. Illi vero canino rictu subridentes, Extra tamen lectulum, inquiunt, nobis obveniunt. Tum ego, Sint vera, inquam, ista, o sublimes animæ, nunquam tamen tuto quæ futura sunt investigaveritis, sed vestris ipsi somniis inducti, quæ neque sunt, neque futura unquam sunt, nugabimini. Nescio vero quomodo somniis fidem habentes ista deblateretis, et honestissima quæ sunt aversemini, malis contra ea delectemini, idque quum nullum ex tam detestabili facinore bonum consequamini. Quare omittite absurda illa emotæ mentis ludibria, malaque consilia ac prædictiones, ne quando deus, eo quod pessime patriæ precamini, fallacesque vestros sermones ad ipsum refertis auctorem, in malam rem vos projiciat.

27. Hic vero uno omnes animo multis me objurgare, et, si vis, jam ea adjiciam, quæ quasi columnam elinguem me fecere, donec salutaris illa tua allocutio jam saxea membra resolvit, hominique me restituit.

TRIEPH. Quin tace, Critia, neve nugas extende amplius: vides enim ut mihi venter intumuerit, et tanquam uterum gestem. Tuis quippe sermonibus ut a rabido cane morsus sum. Atque nisi sumta procurandæ oblivioni medicina conquiescam, harum rerum recordatio in me permanens metuo ne magnum mihi malum conciliet. Hos igitur

χὴν ἀπὸ πατρὸς ἀρξάμενος καὶ τὴν πολυώνυμον ᾠδὴν ἐς τέλος ἐπιθείς.

28. Ἀλλὰ τί τοῦτο; οὐχὶ Κλεόλαος οὗτός ἐστιν, ὁ τοῖς ποσὶ μακρὰ βιβὰς, σπουδῇ δὲ ἥκει καὶ κατέρχεται; μῶν ἐπιφωνήσομεν αὐτῷ;

ΚΡΙΤ. Καὶ μάλα.

ΤΡΙΕΦ. Κλεόλαε, μή τι παραδράμῃς γε ποσὶ μηδὲ παρέλθῃς, ἀλλ' ἐλθὲ χαίρων, εἴ γέ που μῦθον φέρεις.

ΚΛΕΟΛΑΟΣ. Χαίρετ' ἄμφω, ὦ καλὴ ξυνωρίς.

ΤΡΙΕΦ. Τίς ἡ σπουδή; ἀσθμαίνεις γὰρ ἐπὶ πολύ. Μῶν τι καινὸν πέπρακται;

ΚΛΕΟΛ. Πέπτωκεν ὀφρὺς ἡ πάλαι βοωμένη

Περσῶν,

καὶ Σοῦσα κλεινὸν ἄστυ.
Πεσεῖ δ' ἔτι γε πᾶσα χθὼν Ἀραβίας
χειρὶ κρατοῦντος εὐσθενωτάτῳ κράτει.

29. **ΚΡΙΤ.** Τοῦτ' ἐκεῖνο, ὡς ἀεὶ τὸ θεῖον οὐκ ἀμελεῖ τῶν ἀγαθῶν, ἀλλ' αὔξει ἄγον ἐπὶ τὰ κρείττονα. Ἡμεῖς δὲ, ὦ Τριεφῶν, τὰ κάλλιστα εὑρηκότες ἐσμέν. Ἐδυσχέραινον γὰρ ἐν τῇ ἀποβιώσει τί τοῖς τέκνοις καταλιπεῖν ἐπὶ ταῖς διαθήκαις· οἶδας γὰρ τὴν ἐμὴν πενίαν ὡς ἐγὼ τὰ σά. Τοῦτο ἀρκεῖ τοῖς παισὶν, αἱ ἡμέραι τοῦ αὐτοκράτορος· πλοῦτος γὰρ ἡμᾶς οὐκ ἐκλείψει καὶ ἔθνος ἡμᾶς οὐ καταπτοήσει.

ΤΡΙΕΦ. Κἀγὼ, ὦ Κριτία, ταῦτα καταλείπω τοῖς τέκνοις, ὡς ἴδωσι Βαβυλῶνα ὀλλυμένην, Αἴγυπτον δουλουμένην, τὰ τῶν Περσῶν τέκνα δούλειον ἦμαρ ἄγοντα, τὰς ἐκδρομὰς τῶν Σκυθῶν παυομένας, εἴθ' οὖν καὶ ἀνακοπτομένας. Ἡμεῖς δὲ τὸν ἐν Ἀθήναις Ἄγνωστον ἐφευρόντες καὶ προσκυνήσαντες χεῖρας εἰς οὐρανὸν ἐκτείναντες τούτῳ εὐχαριστήσομεν ὡς καταξιωθέντες τοιούτου κράτους ὑπήκοοι γενέσθαι, τοὺς δὲ λοιποὺς ληρεῖν ἐάσωμεν ἀρκεσθέντες ὑπὲρ αὐτῶν εἰπεῖν τὸ οὐ φροντὶς Ἱπποκλείδῃ κατὰ τὴν παροιμίαν.

LXXVIII.

* ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ Η ΠΕΡΙ ΚΑΛΛΟΥΣ.

1. **ΕΡΜΙΠΠΟΣ.** Περιπάτους ἔτυχον χθὲς, ὦ Χαρίδημε, ποιούμενος ἐν τῷ προαστείῳ ἅμα μὲν καὶ τῆς παρὰ τῶν ἀγρῶν χάριν ῥᾳστώνης, ἅμα δὲ — ἔτυχον γάρ τι μελετῶν — καὶ δεόμενος ἡσυχίας. Ἐντυγχάνω δὴ Προξένῳ τῷ Ἐπικράτους· προσειπὼν δὲ ὥσπερ εἰώθειν, ἠρώτων ὅθεν τε πορεύοιτο καὶ ὅποι βαδίζοι. Ὁ δὲ ἥκειν μὲν ἔφη καὶ αὐτὸς ἐκεῖ παραμυθίας χάριν, ἥπερ εἰώθει πρὸς τὴν ὄψιν γίγνεσθαι τῶν ἀγρῶν, ἀπολαύσων δὲ καὶ τῆς τούτους ἐπιπνεούσης εὐκράτου καὶ κούφης αὔρας, ἀπὸ συμποσίου μέντοι καλλίστου γεγονότος ἐν Πειραιεῖ ἐν Ἀνδροκλέους τοῦ Ἐπιχάρους τὰ ἐπινίκια τεθυκότος Ἑρμῇ, ὅτι δὴ βιβλίον ἀναγνοὺς ἐνίκησεν ἐν Διασίοις.

omitte, precationem a patre incipiens, multisque refertum nominibus carmen ad finem superaddens.

28. Sed quid istuc? non iste Cleolaus est, qui magnis adeo citatisque gressibus huc descendit? Inclamabimusne hominem?

CRIT. Omnino.

TRIEPH. Cleolae, « ne prætercurras pedibus nos, prætereasve : Accede, salve, si quid apportas novi. »

CLEOLAUS. Vos vero salvete ambo, nobile amicorum par.

TRIEPH. Quænam est ista tua festinatio? multum enim anhelas. Ecquid forte novi factum est?

CLEOL. Cecidit Persarum istud supercilium grave olim celebratum,

et Susa, urbs inclyta :
Arabum subinde tellus tota mox cadet
valida manu victoris atque robore.

29. CRIT. Hoc est illud, nunquam bonos piosque negligit numen sed auget, et in meliorem usque conditionem adducit. Nos vero, Triephon, in optima incidimus tempora. Angebar enim quid, quum moriendum esset, liberis meis testamento relinquerem; nosti enim mendicitatem meam, ut ego res tuas. Jam vero hoc satis est liberis, vita imperatoris : ita enim nec divitiæ nobis deerunt, neque gens ulla ad terrorem nobis incutiendum valebit.

TRIEPH. Et ego, Critia, hæc relinquo liberis, ut videant Babylona perditam, Ægyptum sub jugum redactam, Persarum gnatos servitutem servientes, Scytharum excursiones repressas, utinam omnino præcisas. Nos vero ignotum qui est Athenis deum a nobis conventum adorantes, manibus in cœlum sublatis eidem gratias agemus, quum tam excellenti potestati ut subjecti essemus, digni simus ab ipso habiti : reliquos autem nugari sinamus, satisque habeamus illud de iis dicere, quod est in proverbio, Non curat Hippoclides.

LXXVIII.

* CHARIDEMUS SIVE DE PULCHRITUDINE.

1. HERMIPPUS. Forte evenit heri, Charideme, ut inambularem in suburbano, partim animi in agro reficiendi causa, partim quod quietis (commentabar enim aliquid) indigerem. Incido autem in Proxenum Epicratis filium; eumque pro more salutatum interrogo unde veniat et quorsum eat. Ille venire se ait ipsum quoque voluptatis causa, quæ ad agrorum conspectum solet exsistere, fruique velle temperata illa levique, quæ illis aspiret, aura, venire autem e convivio pulcherrimo, quod celebratum dicebat in Piræeo, apud Androclem Epicharis filium, qui rem sacram fecerit Mercurio victoriæ causa, quam scriptione recitanda Jovialibus ludis retulerit.

2. Ἔφασκε δὴ ἄλλα τε πολλὰ γεγενῆσθαι ἀστεῖα καὶ χαρίεντα, καὶ δὴ καὶ κάλλους ἐγκώμια εἰρῆσθαι τοῖς ἀνδράσιν, ἃ ἐκεῖνον μὲν μὴ δύνασθαι εἰπεῖν ὑπό τε γήρως ἐπιλελησμένον ἄλλως τε δὲ καὶ οὐκ ἐπὶ πολὺ λόγων μετεσχηκότα, σὲ δ' ἂν ῥᾳδίως εἰπεῖν ἅτε καὶ αὐτὸν ἐγκεκωμιακότα καὶ τοῖς ἄλλοις παρ' ὅλον τὸ συμπόσιον προσεσχηκότα τὸν νοῦν.

ΧΑΡΙΔΗΜΟΣ. Γέγονε ταῦτα, ὦ Ἕρμιππε. Οὐ μέντοι γε οὐδ' ἐμοὶ ῥᾴδιον ἐπ' ἀκριβείας ἅπαντα διεξιέναι· οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν πάντων ἀκούειν θορύβου πολλοῦ γιγνομένου τῶν τε διακονουμένων τῶν τε ἑστιωμένων, ἄλλως τε καὶ τῶν δυσχερεστέρων ὂν μεμνῆσθαι λόγους ἐν συμποσίῳ γενομένους· οἶσθα γὰρ ὡς ἐπιλήσμονας ποιεῖ καὶ τοὺς λίαν μνημονικωτάτους. Πλὴν ἀλλὰ σὴν χάριν ὡς ἂν οἷός τε ὦ τὴν διήγησιν πειράσομαι ποιεῖσθαι, μηδὲν παραλείπων ὧν ἂν ἐνθυμηθῶ.

3. ΕΡΜ. Τούτων μὲν δὴ ἕνεκα οἶδά σοι χάριν. Ἀλλ' εἴ μοι τὸν πάντα λόγον ἐξ ἀρχῆς ἀποδοίης, ὅ τι τε ἦν ὅπερ ἀνέγνω βιβλίον Ἀνδροκλῆς τίνα τε νενίκηκε καὶ τίνας ὑμᾶς εἰς τὸ συμπόσιον κέκληκεν, οὕτως ἂν ἱκανὴν καταθεῖο τὴν χάριν.

ΧΑΡ. Τὸ μὲν δὴ βιβλίον ἦν ἐγκώμιον Ἡρακλέους ἔκ τινος ὀνείρατος, ὡς ἔλεγε, πεποιημένον αὐτῷ· νενίκηκε δὲ Διότιμον τὸν Μεγαρόθεν ἀνταγωνισάμενον αὐτῷ περὶ τῶν ἀσταχύων, μᾶλλον δὲ περὶ τῆς δόξης.

ΕΡΜ. Τί δ' ἦν ὃ ἐκεῖνος ἀνέγνω βιβλίον;

ΧΑΡ. Ἐγκώμιον τοῖν Διοσκούροιν. Ἔφασκε δὲ καὶ αὐτὸς ἐκ μεγάλων κινδύνων ὑπ' ἐκείνων σεσωσμένος ταύτην αὐτοῖς καταθεῖναι τὴν χάριν, ἄλλως τε καὶ ὑπ' ἐκείνων παρακεκλημένος ἐπ' ἄκροις ἱστίοις ἐν τοῖς ἐσχάτοις κινδύνοις φανέντων.

4. Παρῆσαν μέντοι τῷ συμποσίῳ καὶ ἄλλοι πολλοὶ οἱ μὲν συγγενεῖς αὐτῷ, οἱ δὲ καὶ ἄλλως συνήθεις, οἱ δὲ λόγου τε ἄξιοι τό τε συμπόσιον ὅλον κεκοσμηκότες καὶ κάλλους ἐγκώμια διελθόντες Φίλων τε ἦν ὁ Δεινίου καὶ Ἀρίστιππος ὁ Ἀγασθένους καὶ τρίτος αὐτός· συγκατέλεκτο δὲ ἡμῖν καὶ Κλεώνυμος ὁ καλὸς ὁ τοῦ Ἀνδροκλέους ἀδελφιδοῦς, μειράκιον ἁπαλόν τε καὶ τεθρυμμένον· νοῦν μέντοι γε ἐδόκει ἔχειν, πάνυ γὰρ προθύμως ἠκροᾶτο τῶν λόγων. Πρῶτος δὲ ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους ἤρξατο λέγειν προοιμιασάμενος οὕτω.

ΕΡΜ. Μηδαμῶς, ὦ ἑταῖρε, μὴ πρὶν τῶν ἐγκωμίων ἄρξῃ, πρὶν ἄν μοι καὶ τὴν αἰτίαν ἀποδῷς, ὑφ' ἧς εἰς τούτους προήχθητε τοὺς λόγους.

ΧΑΡ. Εἰκῆ διατρίβεις ἡμᾶς, ὦγαθέ, πάλαι δυναμένους τὸν ἅπαντα λόγον διελθόντας ἀπαλλαγῆναι. Πλὴν ἀλλὰ τί τις ἂν χρήσαιτο, ὁπότε φίλος τις ὢν βιάζοιτο; ἀνάγκη γὰρ ὑφίστασθαι πᾶν ὁτιοῦν.

5. Ἣν δὲ ζητεῖς αἰτίαν τῶν λόγων, αὐτὸς ἦν Κλεώνυμος ὁ καλός· καθημένου γὰρ αὐτοῦ μεταξὺ ἐμοῦ τε καὶ Ἀνδροκλέους τοῦ θείου, πολὺς ἐγίγνετο λόγος τοῖς ἰδιώταις περὶ αὐτοῦ ἀποβλέπουσί τε εἰς αὐτὸν καὶ ὑπερεκπεπληγμένοις τὸ κάλλος. Σχεδὸν οὖν πάντων ὀλιγωρήσαντες κάθηντο διεξιόντες ἐγκώμια τοῦ μειρακίου.

2. Hic dicebat tum alia multa urbane facta esse et venuste, tum illud quod pulchritudinis laudes a viris dictæ sint: eas se quidem non posse referre, quum senectutis vitio oblitus esset, qui præsertim non diu sermonibus illis interfuerit, te vero relaturum facile, qui laudes et ipse dixisses et toto convivio animum ceteris attendisses.

CHARIDEMUS. Facta sunt ista, Hermippe. Verum nec mihi facile est persequi accurate omnia : non enim licebat audire omnia, quod strepitus ingens erat a ministris pariter atque a convivis; quum alioquin inter res sit difficillimas meminisse sermonum in convivio habitorum : scis enim quam obliviosos ea res faciat illos etiam qui præstantissima memoria sunt præditi. Verumtamen tua causa, ut potero, narrare conabor, nihil omissurus eorum quæ in mentem mihi venerint.

3. HERM. Equidem jam horum causa gratiam tibi habeo: sed si omnium mihi ab initio inde rerum rationem reddas, quis liber fuerit quem recitavit Androcles, quem vicerit, qui fueritis quos ad cœnam vocavit; sic demum solidam a me gratiam inieris.

CHAR. Liber fuit laudatio Herculis, insomnii monitu, ut dicebat, ab illo scripta : vicit autem Diotimum Megarensem, qui cum illo de adorea vel de gloria potius contendit.

HERM. Quodnam vero ille opus recitavit?

CHAR. Castorum laudationem : dicebat autem se quoque beneficio ipsorum magnis periculis liberatum, hanc ipsis gratiam referre, invitatum præsertim ab ipsis, quum in fastigio malorum extremi periculi tempore apparuerint.

4. Verum aderant in cœna alii quoque multi, vel cognati ejus vel alioquin familiares : commemoratione vero digni, quique totum exornarent convivium, atque laudes dicerent pulchritudinis, hi erant, Philo Diniæ filius, et Aristippus Agasthenis, et tertius ego : accubuerat autem nobiscum Cleonymus ille pulcher Androclis fratris filius, adolescentulus tener ac delicatus, sed qui mentem habere videretur, quippe qui cupide admodum orationes audiret. Primus vero agere de pulchritudine cœpit Philo, hoc prooemio usus.

HERM. Noli, sodalis, noli laudes prius incipere, quam et causam mihi indícaveris, a qua ad hos sermones provecti estis.

CHAR. Frustra nos, vir bone, moraris, qui jam toto sermone enarrato poteramus discedere. Verum quid agas, si quis amicus vim tibi faciat? scilicet quicquid subeundum est.

5. Quam vero requiris sermonum occasionem, ipse fuit formosus Cleonymus. Qui quum inter me et Androclem patruum assideret, multus de illo sermo ortus inter indoctos homines aspicientes adolescentulum et forma ipsius supra modum perculsos. Igitur obliti fere reliquorum omnium assidebant laudes illius enarrantes : quorum nos

Ἀγασθέντες δὲ ἡμεῖς τῶν ἀνδρῶν τὴν φιλοκαλίαν καὶ ἅμα ἐπαινέσαντες αὐτοὺς ἀργίας τε πολλῆς εἶναι ὑπολαβόντες λόγοις ἀπολείπεσθαι τῶν ἰδιωτῶν περὶ τῶν καλλίστων, ᾧ μόνῳ τούτων οἰόμεθα προέχειν, καὶ δὴ ἡπτόμεθα τῶν περὶ κάλλους λόγων. Ἔδοξεν οὖν ἡμῖν οὐκ ὀνομαστὶ λέγειν τὸν ἔπαινον τοῦ παιδός — οὐ γὰρ ἂν ἔχειν καλῶς, ἐμβαλεῖν γὰρ ἂν αὐτὸν εἰς πλείω τρυφήν — ἀλλ' οὐδὲ μὴν ὥσπερ ἐκείνους οὕτως ἀτάκτως, ὅπερ ἕκαστος τύχοι, λέγειν, ἀλλ' ἕκαστον εἰπεῖν ἰδίᾳ ὅσ' ἂν ἀπομνημονεύοι περὶ τοῦ προκειμένου.

6. Καὶ δὴ ἀρξάμενος ὁ Φίλων πρῶτος οὑτωσὶ τὸν λόγον ἐποιεῖτο· Ὡς ἔστι δεινὸν, εἰ πάνθ' ὅσα πράττομεν ἑκάστης ἡμέρας, ὡς περὶ καλῶν ποιούμεθα τὴν σπουδὴν, αὐτοῦ δὲ τοῦ κάλλους οὐδένα ποιησόμεθα λόγον, ἀλλ' οὕτω καθεδούμεθα σιγῇ ὥσπερ δεδοικότες μὴ λάθωμεν ἡμᾶς αὐτοὺς ὑπὲρ οὗ σπουδάζομεν τὸν ἅπαντα χρόνον εἰπόντες. Καίτοι ποῦ τις ἂν χρήσαιτο πρεπόντως τοῖς λόγοις, εἰ περὶ τῶν μηδενὸς ἀξίων σπουδάζων περὶ τοῦ καλλίστου σιγῴη τῶν ὄντων; ἢ πῶς ἂν τὸ ἐν λόγοις καλὸν σώζοιτο κάλλιον μᾶλλον ἢ τῷ πάντα τἄλλα παρέντας περὶ αὐτοῦ λέγειν τοῦ τέλους ἡμᾶς τῶν ἑκάστοτε πραττομένων; Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξω λέγειν μὲν ὡς χρὴ περὶ τοῦτο διακεῖσθαι εἰδέναι, εἰπεῖν δὲ μηδὲν ἐπίστασθαι περὶ αὐτοῦ, ὡς οἷόν τε βραχέα περὶ τούτου πειράσομαι διελθεῖν. Κάλλους γὰρ δὴ πάντες μὲν ἐπεθύμησαν τυχεῖν, πάνυ δ' ἠξιώθησαν ὀλίγοι τινές· οἳ δὲ ταύτης ἔτυχον τῆς δωρεᾶς, εὐδαιμονέστατοι πάντων ἔδοξαν γεγενῆσθαι καὶ πρὸς θεῶν καὶ πρὸς ἀνθρώπων τὰ εἰκότα τετιμημένοι. Τεκμήριον δέ· τῶν γοῦν θεῶν ἐξ ἡρώων γενομένων Ἡρακλῆς τέ ἐστιν ὁ Διὸς καὶ Διόσκουροι καὶ Ἑλένη, ὧν ὁ μὲν ἀνδρείας ἕνεκα ταύτης λέγεται τυχεῖν τῆς τιμῆς, Ἑλένη δὲ τοῦ κάλλους χάριν αὐτήν τε μεταβαλεῖν εἰς θεὸν καὶ τοῖς Διοσκούροις αἰτία γενέσθαι πρὶν αὐτὴν εἰς οὐρανὸν ἀνελθεῖν τοῖς ὑπὸ γῆν συνεξητασμένοις.

7. Ἀλλὰ μὴν ὅστις ἀνθρώπων ἠξιώθη τοῖς θεοῖς ὁμιλεῖν, οὐκ ἔστιν εὑρεῖν, πλὴν ὅσοι μετεσχήκασι κάλλους· Πέλοψ τε γὰρ τούτου χάριν τοῖς θεοῖς ἀμβροσίας μετέσχε, καὶ Γανυμήδης ὁ τοῦ Δαρδάνου οὕτω κεκρατηκέναι λέγεται τοῦ πάντων ὑπάτου θεῶν, ὥστ' αὐτὸν οὐκ ἀνασχέσθαι συμμετασχεῖν αὐτῷ τινα τῶν ἄλλων θεῶν τῆς θήρας τῶν παιδικῶν, ἀλλ' αὐτῷ μόνῳ πρέπουσαν ἡγούμενον εἶναι εἰς Γάργαρον καταπτάντα τῆς Ἴδης ἀναγαγεῖν ἐκεῖσε τὰ παιδικὰ, ὅπου συνέσεσθαι τὸν ἅπαντα ἔμελλε χρόνον. Τοσαύτην δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηται τῶν καλῶν, ὥστ' οὐ μόνον αὐτοὺς ἠξίωσε τῶν οὐρανίων ἀναγαγὼν ἐκεῖσε, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐπὶ γῆς ὅ τι τύχοι γιγνόμενος συνῆν ἑκάστοτε τοῖς ἐρωμένοις, καὶ τοῦτο μὲν γενόμενος κύκνος συνεγένετο Λήδᾳ, τοῦτο δ' ἐν εἴδει ταύρου τὴν Εὐρώπην ἁρπάζει, εἰκασθεὶς δ' Ἀμφιτρύωνι γεννᾷ τὸν Ἡρακλέα. Καὶ πολλά τις ἂν ἔχοι λέγειν τεχνάσματα τοῦ Διὸς ὅπως ἂν οἷς ἐπεθύμει συγγένοιτο μηχανωμένου.

8. Τὸ δὲ δὴ μέγιστον καὶ οἷον ἄν τις θαυμάσαι,

amorem pulchri quum probaremus simul et laudaremus ipsos, ignaviæ multæ esse rati, si de pulcherrimis rebus indocti homines dicendo nos superarent, quo solo illis nos præstare putaremus, hinc nos dicere de pulchritudine aggressi sumus. Decrevimus ergo non nominatim laudes dicere pueri (quippe quod parum consultum sit, quum majores animo illius injiciat delicias); sed neque ita sine ordine, ut isti, quicquid in buccam cuique venerit proferre; verum singulatim dicere unumquemque, quæ de argumento proposito memoria subjiceret.

6. Atque primas sibi dicendi partes sumens Philo sic verba fecit : « Quam indignum est, si, quicquid agimus quotidie, in eo sic tanquam de rebus pulchris laboremus; pulchritudinis autem ipsius nullam habeamus rationem, sed ita silentio desideamus, quasi vereamur ne forte imprudentes dicamus illud, pro quo omni tempore laboramus. Atqui ubi tandem prout decet oratione utatur aliquis, si in tanto circa res nihili studio de eo, quod omnium rerum pulcherrimum est, taceat? aut quomodo, quod in oratione pulchrum est, pulchrius servetur, quam si relictis aliis omnibus, de ipso illo fine eorum quæ agimus omnium dicatur? Verum ne videar dicere quidem posse, quomodo affecti circa illam esse debeamus, de re ipsa autem dicere nescire; quam potest pauca ea de re conabor exponere. Pulchritudinis nimirum participes fieri omnes concupiscunt, digni autem illa habiti sunt omnino pauci. Quicumque autem munus hocce sunt consecuti; beatissimi omnium facti videntur, honore quo par est a diis pariter atque hominibus affecti. Argumentum ejus rei hoc esto : in numero eorum qui ex heroibus facti sunt deorum Hercules est Jovis filius, et Castores, et Helena; quorum iste virtutis ergo illum dicitur honorem esse consecutus; Helena autem pulchritudinis gratia, quum ipsa se in deam mutasse, tum fratribus suis ejus rei causa fuisse, qui ante illius in cœlum ascensum mortuis annumerati fuerant.

7. Verum qui homo dignus sit consuetudine deorum habitus, non est invenire, præterquam qui pulchri essent. nam Pelops hujus gratia ambrosiæ deorum particeps factus est; et Ganymedes Dardani filius sic vicisse summum deorum dicitur, ut is pati non posset reliquorum quenquam deorum secum ad venandum amasium venire, sed sibi soli decorum esse duceret, devolare in Gargarum Idæ verticem, et eo puerum amatum educere, ubi toto deinde tempore secum esset futurus. Tanti vero semper fecit pulchros, ut non modo cœlesti illos vita, eo deductos, dignatus sit, sed ipse quoque in terra, qualicumque assumta forma, suis semper cum amoribus sit versatus, et nunc in cycnum versus cum Leda luserit, nunc tauri specie rapuerit Europam; nunc Amphitryonis indutus forma Herculem genuerit. Ac multa commemorare aliquis possit Jovis commenta, ut quibuscum cuperet una esset machinantis.

8. Qua in re illud maximum est et quod merito miretur

ὁμιλῶν γὰρ τοῖς θεοῖς — οὐ γὰρ ἀνθρώπων γε οὐδέσι πλὴν εἰ μὴ τοῖς καλοῖς — ἐν δ' οὖν τούτοις δημηγορῶν οὕτω πεποίηται σοβαρὸς τῷ κοινῷ τῶν Ἑλλήνων ποιητῇ καὶ θρασὺς καὶ καταπληκτικὸς, ὥστ' ἐν μὲν τῇ προτέρᾳ δημηγορίᾳ τὴν Ἥραν, καίτοι πρότερον πάντ' εἰωθυῖαν ἐπιτιμᾶν αὐτῷ, ὅμως δ' αὐτὴν οὕτως ἐφόβησεν, ὥστ' ἤρκεσεν αὐτῇ τὸ μηδὲν παθεῖν, ἀλλὰ μέχρι λόγων στῆναι τὴν ὀργὴν τῷ Διί· τοὺς δ' ἅπαντας θεοὺς ἐν τῇ ὑστέρᾳ πάλιν οὐχ ἧττον κατέστησε φοβηθῆναι γῆν ἀνασπάσειν αὐτοῖς ἀνδράσι καὶ θάλατταν ἀπειλήσας. Μέλλων δὲ συνέσεσθαι καλοῖς οὕτω γίγνεται πρᾶος καὶ ἥμερος καὶ τοῖς πᾶσιν ἐπιεικὴς, ὥστε πρὸς ἅπασι τοῖς ἄλλοις καὶ αὐτὸ τὸ Ζεὺς εἶναι καταλιπὼν, ὅπως μὴ φαίνοιτο τοῖς παιδικοῖς ἀηδὴς, ἑτέρου τινὸς ὑποκρίνεται σχῆμα, καὶ τούτου καλλίστου καὶ οἵου τὸν ὁρῶντα προσαγαγέσθαι. Τοσοῦτον αἰδοῦς καὶ τιμῆς παρέχεται τῷ κάλλει.

aliquis, quod agens inter deos (neque enim ad alios se homines præterquam ad pulchros applicare solet), inter deos igitur dum concionatur, adeo turbidus a communi Græcorum poeta et audax terribilisque inducitur, ut in prima concione Junonem, quæ quidem olim exprobrare illi soleret omnia, ipsam tamen adeo perterruerit, ut satis haberet nihil aliud sibi evenire, sed intra verba Jovis iram consistere: in posteriori autem concione in non minore deos omnes terrore constituerit, terram se ipsis cum hominibus suspensurum et mare minatus. Quum vero ad pulchros accedit, ita fit mitis, et mansuetus, et æquus omnibus, ut super reliqua omnia, ipsa Jovis persona deposita, ne insuavis amoribus suis videatur, formam simulet alius cujusdam, quod quidem pulcherrimum sit et illicere aspicientem possit: tantum reverentiæ et honoris habet pulchritudini!

9. Καὶ οὐχ ὁ μὲν Ζεὺς οὕτω μόνος ἑάλω τοῦ κάλλους, τῶν δ' ἄλλων οὐδεὶς θεῶν, ἵνα μᾶλλον ἔχειν δοκῇ ταῦτα κατηγορίαν Διὸς, οὐχ ὑπὲρ τοῦ κάλλους εἰρῆσθαι· ἀλλ' εἴ τις ἀκριβῶς ἐθελήσει σκοπεῖν, πάντας ἂν εὕροι θεοὺς ταὐτὰ πεπονθότας Διί, οἷον τὸν μὲν Ποσειδῶ τοῦ Πέλοπος ἡττημένον, Ὑακίνθου δὲ τὸν Ἀπόλλω, τὸν Ἑρμῆν δὲ τοῦ Κάδμου.

9. Neque vero solus ita Jupiter pulchritudine captus est, reliquorum autem deorum nullus, ut potius ista criminose in Jovem, quam pro pulchritudine dicta videri possint: sed si quis curate rem velit considerare, deos omnes eodem quo Jupiter modo affectos invenerit, Neptunum verbi causa Pelopis forma victum, Hyacinthi Apollinem, Mercurium Cadmi.

10. Καὶ θεαὶ δ' ἐλάττους οὐκ αἰσχύνονται φαινόμεναι τούτου, ἀλλ' ὥσπερ φιλοτιμίαν αὐταῖς ἔχειν δοκεῖ τὸ τῷ δεῖνι συγγενομένην καλῷ διηγεῖσθαι παρεσχῆσθαι τοῖς ἀνθρώποις. Ἔτι δὲ τῶν μὲν ἄλλων ἁπάντων ἑκάστη προστάτις οὖσα οὐχ ἑτέρα ἀμφισβητεῖ ἑτέρᾳ περὶ ὧν ἄρχει, ἀλλ' Ἀθηνᾶ μὲν τοῖς ἀνθρώποις ἡγουμένη τὰ ἐς πολέμους πρὸς Ἄρτεμιν οὐ διαμάχεται περὶ θήρας, ὡς δ' αὔτως Ἀθηνᾷ κἀκείνη παραχωρεῖ τῶν πολεμικῶν, τῶν δὲ γάμων Ἥρα Ἀφροδίτῃ, οὐδ' αὐτὴ πρὸς αὐτῆς ἐνοχλουμένη περὶ ὧν ἐφορεύει. Ἑκάστη δ' ἐπὶ κάλλει τοσοῦτον φρονεῖ καὶ πάσας ὑπερβάλλεσθαι δοκεῖ, ὥστε καὶ ἡ Ἔρις αὐτὰς ἀλλήλαις ἐκπολεμῶσαι βουλομένη οὐδὲν ἄλλο προὔβαλεν αὐταῖς ἢ κάλλος, οὕτως οἰομένη ῥᾳδίως ὅπερ ἤθελε καταστήσειν, ὀρθῶς καὶ φρονίμως τοῦτο λογιζομένη. Σκέψαιτο δ' ἄν τις ἐντεῦθεν τὴν τοῦ κάλλους περιουσίαν· ὡς γὰρ ἐλάβοντο τοῦ μήλου καὶ τὴν ἐπιγραφὴν ἀνελέξαντο, ἑκάστης αὐτῆς ὑπολαβούσης εἶναι τὸ μῆλον, μηδεμιᾶς δὲ τολμώσης τὴν ψῆφον καθ' αὑτῆς ἐνεγκεῖν, ὡς ἄρ' αἰσχροτέρα τῆς ἑτέρας εἴη τὴν ὄψιν, ἀνέρχονται παρὰ τὸν τῶν μὲν πατέρα, τῆς δ' ἀδελφόν τε καὶ σύνοικον Δία ἐπιτρέψουσαι τὴν δίκην αὐτῷ. Ἔχων δὲ καὶ αὐτὸς ἥτις ἐστὶν ἀποφήνασθαι καλλίστη καὶ πολλῶν ἀνδρείων ὄντων καὶ σοφῶν καὶ φρονίμων ἔν τε Ἑλλάδι καὶ τῇ βαρβάρῳ, ὁ δ' ἐπιτρέπει τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου ψῆφον ἐναργῆ καὶ καθαρὰν ἐξενεγκὼν, ὅτι καὶ φρονήσεως καὶ σοφίας καὶ ῥώμης ὑπερέχει τὸ κάλλος.

10. Neque deas aperte illi succubuisse pudet, sed velut honoris æmulatione de se prædicare amant, cum hoc vel illo se fuisse formoso hominibusque præbuisse. Ad hæc quum aliarum rerum omnium unaquæque præsidium susceperit, non movet altera controversiam alteri de his quibus imperet; sed Minerva, quæ res bellicas in hominibus moderatur, non contendit cum Diana de venatu, similiterque Minervæ hæc concedit de bellicis, de nuptiis autem Juno Veneri, neque ipsa turbatur ab illa in his quorum curam gerit. De pulchritudine vero sua tam magnifice sentiunt et superare illa universas sibi videntur singulæ, ut Eris dea, quæ mutuis illas inimicitiis implicare vellet, nihil iis aliud quam pulchritudinem objiceret, sic nempe rata facillime se quod vellet effecturam: recte illa quidem et prudenter subductis rationibus. Ceterum excellentiam pulchritudinis inde mihi aliquis perspiciat: accepto enim pomo lectoque illius titulo, quum unaquæque suum illud esse putaret, sustineret autem nulla contra se ipsam ferre suffragium, quasi deteriori quam altera esset facie, accedunt ad patrem duarum, unius autem fratrem eundemque maritum Jovem, arbitrium illi permittentes. Qui quum potestatem ipse quidem haberet pronunciandi, quænam esset formosissima, essentque fortes multi et sapientes prudentesque viri in Græcia pariter et apud barbaros: arbitrium tamen ille Paridi permittit Priami filio, eaque re luculentum tulit liquidumque suffragium, et prudentia et sapientia et fortitudine majorem esse pulchritudinem.

11. Τοσαύτην δ' ἐπιμέλειαν ἀεὶ πεποίηνται καὶ σπουδὴν ἀκούειν εἶναι καλαὶ, ὥστε καὶ τὸν ἡρώων τε κοσμήτορα καὶ θεῶν ποιητὴν οὐκ ἄλλοθέν ποθεν ἢ παρὰ

11. Tantam porro curam, studium adhibuere tantum, ut pulchræ audirent, ut illi heroum laudatori deorumque poetæ persuaserint, ne aliunde se quam a pulchritudine nomina-

τοῦ κάλλους πεπείκασιν ὀνομάζειν. Ἥδιον ἂν οὖν ἀκούσαι λευκώλενος ἡ Ἥρα ἢ « πρέσβα θεὰ θυγάτηρ μεγάλου Κρόνου, » Ἀθηνᾶ δ' οὐκ ἂν βουληθείη Τριτογένεια πρὸ τοῦ Γλαυκῶπις καλεῖσθαι, Ἀφροδίτη τε τιμήσαιτ' ἂν τοῦ παντὸς καλεῖσθαι χρυσῆ. Ἅπερ ἅπαντ' εἰς κάλλος τείνει.

12. Καίτοι ταῦτ' οὐ μόνον ἀπόδειξιν ἔχει πῶς οἱ κρείττους ἔχουσι περὶ τοῦτο, ἀλλὰ καὶ μαρτύριόν ἐστιν ἀψευδὲς τοῦ κρεῖττον εἶναι πάντων τῶν ἄλλων. Οὐκοῦν Ἀθηνᾶ μὲν ἀνδρείας ἅμα καὶ φρονήσεως προέχειν ἐπιψηφίζει· ἀμφοτέρων γὰρ προΐστατο τούτων· Ἥρα δ' ἁπάσης ἀρχῆς καὶ δυναστείας αἱρετώτερον ἀποφαίνει συνηγοροῦντ' αὐτῇ καὶ τὸν Δία παραλαβοῦσα. Εἰ τοίνυν οὕτω μὲν θεῖον καὶ σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ περισπούδαστον τοῖς θεοῖς, πῶς ἂν ἡμῖν ἔχοι καλῶς μὴ καὶ αὐτοὺς μιμουμένους τοὺς θεοὺς ἔργῳ τε καὶ λόγῳ πᾶν ὅ τι ἔχομεν συναίρεσθαι τῷ κάλλει;

13. Ταῦτα μὲν ὁ Φίλων περὶ τοῦ κάλλους εἶπεν, ἐπιθεὶς τοῦτο τῇ τελευτῇ, ὡς καὶ πλείω ἂν τούτων εἰρήκει, εἰ μὴ τὸ μακρολογεῖν ἠπίστατο τῶν ἀδοκίμων ἐν συμποσίῳ. Μετ' ἐκεῖνον δ' εὐθὺς Ἀρίστιππος ἥπτετο τῶν λόγων πολλὰ πρότερον παρακληθεὶς ὑπ' Ἀνδροκλέους· οὐ γὰρ ἐβούλετο λέγειν τὸ μετὰ Φίλωνα εὐλαβούμενος λέγειν. Ἤρξατο δὲ ἐντεῦθεν·

14. Πολλοὶ πολλάκις ἄνθρωποι τὸ περὶ τῶν βελτίστων καὶ ἡμῖν συμφερόντων ἀφέντες λέγειν ἐφ' ἑτέρας τινὰς ὥρμησαν ὑποθέσεις, ἀφ' ὧν αὐτοῖς μὲν δοκοῦσι δόξαν προσάγειν, τοῖς δ' ἀκροαταῖς τοὺς λόγους οὐδὲν λυσιτελοῦντας ποιοῦνται, καὶ διεληλύθασιν οἱ μὲν περὶ τῶν αὐτῶν ἐρίζοντες ἀλλήλοις, οἱ δὲ διηγούμενοι τὰ οὐκ ὄντα, ἕτεροι δὲ περὶ τῶν οὐδαμῶς ἀναγκαίων λογοποιοῦντες, οὓς ἐχρῆν ταῦτα πάντα καταλιπόντας, ὅπως τι βέλτιον τύχωσιν εἰπόντες, σκοπεῖν· οὓς νῦν ἐγὼ περὶ τῶν ὄντων οὐδὲν ὑγιὲς ἐγνωκέναι νομίζων ἄλλως τε καὶ τὸ τινῶν ἀγνοίας τῶν βελτίστων κατηγοροῦντα τοῖς αὐτοῖς περιπίπτειν τῶν εὐηθεστέρων οἰόμενος εἶναι πάντη, τὴν αὐτὴν λυσιτελεστάτην καὶ καλλίστην τοῖς ἀκούουσιν ὑπόθεσιν ποιήσομαι τῶν λόγων καὶ ἣν πᾶς ὁστισοῦν ἂν φαίη κάλλιστ' ἂν ἔχειν ἀκούειν καλλίστην.

15. Εἰ μὲν οὖν περί τινος ἑτέρου τοὺς λόγους ἐποιούμεθα νῦν, ἀλλὰ μὴ περὶ κάλλους, ἤρκεσεν ἂν ἡμῖν ἀκούσασιν ἑνὸς εἰπόντος ἀπηλλάχθαι περὶ αὐτοῦ· τοῦτο δ' ἄρα τοσαύτην ἀφθονίαν παρέχεται τοῖς βουλομένοις ἅπτεσθαι τῶν περὶ τούτου λόγων, ὥστ' οὐκ, εἰ μὴ κατ' ἀξίαν τις ἐφίκοιτο τῷ λόγῳ, νομίζειν δυστυχεῖν, ἀλλ' ἢν πρὸς πολλοῖς ἄλλοις κἀκεῖνός τι δυνηθῇ συμβαλέσθαι πρὸς τοὺς ἐπαίνους, τῆς ἀμείνονος οἴεσθαι πεπρᾶσθαι τύχης. Τὸ γὰρ οὕτω μὲν περιφανῶς ὑπὸ τῶν κρειττόνων τετιμημένον, οὕτω δὲ τοῖς ἀνθρώποις θεῖον καὶ περισπούδαστον, πᾶσι δὲ τοῖς οὖσιν οἰκειότατον κόσμον, καὶ οἷς μὲν ἂν παρῇ παρὰ πάντων σπουδαζομένων, ὧν δ' ἀφίσταται μισουμένων καὶ οὐδὲ προσβλέπειν ἀξιουμένων, τίς ἂν εἴη τοσοῦτον λόγων μετεσχηκὼς

ret. Jucundius ergo audiat Juno candida brachia sua celebrari, quam dici « Veneranda dea, aut ingentis nata Saturni; » Minerva nolit Tritogenia potius quam Cæsia vocari, et Venus quantivis æstimet appellari aurea : quæ quidem ad pulchritudinem tendunt omnia.

12. Atque hæc non illud modo ostendunt, quid dii de illa sentiant, sed testimonium sunt minime fallax, reliquis illam rebus omnibus esse præstantiorem. Igitur Pallas fortitudine simul et prudentia potiorem esse decernit, cujus utriusque rei præses est : Juno autem imperio omni et potestati præferendam pronunciat, suffragatorem sibi nacta ipsum Jovem. Si vero ita divinum, ita augustum quiddam pulchritudo est, de quo tanto studio ipsi dii laborent, quomodo nos deceat non ipsos quoque deorum imitatione, opere pariter et verbis, quicquid habemus, pulchritudini patrocinari? »

13. Hæc Philo dixit de pulchritudine, in fine illud adjiciens, se plura hisce fuisse dicturum, nisi sciret convivio non convenire orationem longam. Post illum statim dicere cœpit Aristippus, multum incitatus ante ab Androcle : noluerat enim dicere, dicere post Philonem veritus. Ita vero exorsus est :

14. « Multi sæpe mortales, dimissa de rebus optimis nobisque utilibus dicendi materia, ad alia se contulere argumenta, quibus sibi quidem conciliare gloriam videntur, sed verba interim faciunt nihil profutura auditoribus, atque ita recitare solent ut partim eadem de iisdem rebus dicentes inter se contendant, partim quæ nusquam sunt, ea enarrent; partim de rebus minime necessariis verba faciant : quos oportebat his relictis omnibus, ut melius quicquam dicere possint, videre. Quos jam ego de rebus nihil sani statuisse ratus, et alioqui stupidiorum omnino esse putans, post accusatas quorundam optimarum rerum ignorantias in eadem vitia incidere; eandem utilissimam auditoribus et pulcherrimam dicendi materiem mihi sumam, quamque unusquisque optime se habere dicat vocari pulcherrimam.

15. Si quidem igitur de alia quacumque re verba nunc faceremus, non de pulchritudine, sufficeret nobis, uno qui diceret de illa audito, discedere : hæc vero tantam copiam subministrat attingere volentibus quæ de ea dicenda sunt, ut minime, si quis non pro dignitate oratione assequatur, putandus sit ausis excidisse, verum si post multa alia ipse quoque conferre quicquam ad laudes illius possit, optima fortuna uti sit existimandus. Quæ enim res manifeste adeo a diis honorata est, ita vero apud homines divina et studio omni digna; omnibus porro, quæ ubique sunt, familiarissimum decus est, adeo ut quibus ea adsit, illi colantur ab omnibus, a quibus vero absit, illi exosi et ne aspectu quidem digni censeantur : quis fuerit ita disertus, ut eam rem

ὥστ' ἐπαινέσαι πρὸς ἀξίαν ἀρκέσαι; Οὐ μὴν ἀλλ' ἐπειδήπερ οὕτω πολλῶν αὐτῷ δεῖ τῶν ἐπαινεσόντων, ὥστε μόλις ἂν τῆς ἀξίας τυχεῖν, οὐδὲν ἀπεικὸς καὶ ἡμᾶς ἐγχειρεῖν τι λέγειν περὶ αὐτοῦ, μέλλοντάς γε μετὰ Φίλωνα ποιεῖσθαι τοὺς λόγους. Οὕτω δὴ σεμνότατον καὶ θειότατον τῶν ὄντων ἐστὶν, ὥστε.... ἵν' ὅσα θεοὶ καλοὺς τετιμήκασι, παραλείπω.

16. Ἀλλ' οὖν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ἐκ Διὸς Ἑλένη γενομένη οὕτως ἐθαυμάσθη παρὰ πᾶσιν ἀνθρώποις ὥστ' ἔτι τῆς ἡλικίας οὖσαν ἐντὸς κατά τινα χρείαν ἐν Πελοποννήσῳ γενόμενος ὁ Θησεὺς οὕτω τῆς ὥρας ἰδὼν ἠγάσθη, ὥστ' οὔσης αὐτῷ καὶ βασιλείας ἀσφαλεστάτης καὶ δόξης οὐ τῆς τυχούσης ὅμως οὐχ ᾤετο βιωτὸν αὐτῷ ταύτης ἐστερημένῳ, παρελθεῖν δὲ πάντας εὐδαιμονίᾳ, εἰ ταύτην αὐτῷ γένοιτο συνοικεῖν. Οὕτω δὲ διανοηθεὶς τὸ μὲν παρὰ τοῦ πατρὸς λαβεῖν ἀπειπὼν, μὴ γὰρ ἂν αὐτὴν αὐτὸν ἐκδοῦναι μήπω ἡλικίας ἡμμένην, τὴν δ' ἀρχὴν ὑπερφρονήσας ἐκείνου καὶ παριδὼν, ὀλιγωρήσας δὲ καὶ τῶν ἐν Πελοποννήσῳ πάντων δεινῶν, κοινωνοῦντ' αὐτῷ τῆς ἁρπαγῆς καὶ Πειρίθουν παραλαβὼν, βίᾳ λαβὼν αὐτὴν τοῦ πατρὸς εἰς Ἄφιδναν ἐκόμισε τῆς Ἀττικῆς, καὶ τοσαύτην ἔσχε χάριν αὐτῷ τῆς συμμαχίας ταυτησὶ, ὥσθ' οὕτως ἐφίλησε τὸν ἅπαντα χρόνον, ὥστε καὶ τοῖς ἐπιγενομένοις παράδειγμα γενέσθαι τὴν Θησέως καὶ Πειρίθου φιλίαν. Ἐπειδὴ δὲ ἔδει κἀκεῖνον ἐν Ἅδου γενέσθαι τὴν Δήμητρος μνηστευσόμενον κόρην, ἐπειδὴ πολλὰ παραινῶν οὐχ ἠδυνήθη ταύτης αὐτὸν τῆς πείρας ἀποσχέσθαι καταπεῖσαι, συνηκολούθησεν αὐτῷ ταύτην πρέπουσαν οἰόμενος αὐτῷ καταθήσειν τὴν χάριν περὶ τῆς ψυχῆς ὑπὲρ αὐτοῦ κινδυνεῦσαι.

17. Ἐπανελθοῦσαν δ' εἰς Ἄργος, αὖθις ἀποδημοῦντος αὐτοῦ, ἐπειδὴ καθ' ὥραν ἦν γάμων, καίτοι γε ἔχοντες καλάς τε καὶ εὖ γεγονυίας ἐκ τῆς Ἑλλάδος σφίσιν αὐτοῖς ἄγεσθαι γυναῖκας οἱ τῆς Ἑλλάδος βασιλεῖς, οἱ δὲ συνελθόντες ἐμνηστεύοντο ταύτην τὰς ἄλλας ἁπάσας ὑπεριδόντες ὡς φαυλοτέρας. Γνόντες δ' ὅτι περιμάχητος ἔσται, καὶ δείσαντες μὴ πόλεμος γένηται τῇ Ἑλλάδι, μαχομένων πρὸς ἀλλήλους, ὁμωμόκασιν ὅρκον τουτονὶ ψήφῳ κοινῇ, ἦ μὴν ἐπικουρήσειν τῷ ταύτης ἀξιωθέντι μηδ' ἐπιτρέψειν ἤν τις ἀδικεῖν ἐγχειρῇ, ἕκαστος οἰόμενος ταύτην αὐτῷ τὴν συμμαχίαν παρασκευάζειν. Τῆς μὲν οὖν ἰδίας γνώμης ἀπέτυχον πάντες πλὴν Μενελάου, τῆς κοινῆς δ' ἐπειράθησαν αὐτίκα· οὐ πολλῷ γὰρ ὕστερον ἔριδος γενομένης ταῖς θεαῖς περὶ κάλλους, ἐπιτρέπουσι τὴν κρίσιν Πάριδι τῷ Πριάμου, ὁ δὲ τῶν μὲν σωμάτων τῶν θεῶν ἡττηθεὶς, τῶν δωρεῶν δ' ἀναγκασθεὶς γενέσθαι κριτὴς, καὶ διδούσης Ἥρας μὲν τὴν τῆς Ἀσίας ἀρχὴν, τὸ δ' ἐν πολέμοις Ἀθηνᾶς κράτος, Ἀφροδίτης δὲ τὸν τῆς Ἑλένης γάμον, καὶ φαύλοις μὲν ἀνθρώποις γενέσθαι ἄν ποτε νομίσας οὐκ ἐλάττω βασιλείαν, Ἑλένης δ' οὐδένα τῶν ἐπιγιγνομένων ἀξιωθῆναι, προείλετο τὸν ταύτης γάμον.

18. Γενομένης δὲ τῆς ὑμνουμένης ἐκείνης στρατείας κατὰ τῶν Τρώων καὶ τῆς Εὐρώπης τότε πρῶτον κατὰ

laudare pro dignitate possit? Verum enim vero cum multis adeo ei rei laudatoribus opus sit, ut vel sic suam vix dignitatem consequatur, non absurdum fuerit etiam nos conari aliquid de ea dicere, licet post Philonem verba sint facienda. Adeo vero augustissima et maxime divina rerum est, ut... prætermitto enim quibus modis pulchros dii honoraverint.

16. Verum superioribus temporibus nata Jove Helena tantæ apud omnes homines admirationi fuit, ut intra maturæ ætatis tempus constitutam, negotii alicujus causa agens in Peloponneso Theseus, ita ad conspectum formæ illius exarserit, ut in regno firmissimo et gloria non vulgari, tamen non vivendum sibi putaret, hac si carendum esset; felicitate autem præterire se universos, si hæc sibi uxor contingeret. Quæ quum animo agitaret, nec spem haberet illius a patre impetrandæ (neque enim elocaturum esse quæ justam ætatem nondum attigisset), contemto illius imperio ac neglecto, parvi faciens quicquid in Peloponneso formidandum erat, assumto rapinæ adjutore Pirithoo, vi a patre abductam Aphidnam Atticæ oppidum asportavit: tantamque illi habuit hujus auxilii nomine gratiam, ut ita eum reliquo tempore amaverit, exemplum posteris uti esset Thesei et Pirithoi amicitia. Quum autem ille cogeretur ad inferos descendere, ad nuptias ambiendas Liberæ Cereris, postquam multa hortatus non potuit illi persuadere ut ab eo se conatu abstineret; illum comitatus est, hanc decentem ab illo gratiam initurus, ut vitæ pro illo periculum subiret.

17. Reversam vero Argos, rursus peregre absente Theseo, quum jam matura esset nuptiis, licet haberent pulchras et generosas mulieres, quas e Græcia sibi ducerent, reges Græciæ; at illi convenientes hanc sibi expetebant, contemtis tanquam deterioribus reliquis omnibus. Quum autem viderent de ipsa certatum iri, metuentes ne bellum Græciæ exoriretur illis inter se depugnantibus, communi suffragio jusjurandum dedere ejusmodi, se adjutores fore ei qui ipsa dignus esset habitus, neque permissuros si quis injuriam vellet facere, quum nempe putaret unusquisque sibi se hoc parare auxilium. Ac privata quidem illa uniuscujusque sententia fefellit omnes præter Menelaum: communem autem illam rebus statim experti sunt. Quum enim non ita multo post lis inter deas de forma exorta esset, arbitrium permittunt Paridi Priami filio. Hic corporibus dearum et forma victus, munerumque esse coactus arbiter, offerente Junone imperium Asiæ, bellicam victoriam Pallade, Venere autem Helenæ nuptias; etiam vilibus hominibus contingere interdum putans non minus imperium, Helena autem potiri posse posterorum neminem, hujus nuptias præoptavit.

18. Quum autem decantata illa contra Trojam expeditio fieret, et Europa tunc primum veniret contra Asiam,

τῆς Ἀσίας ἐλθούσης, ἔχοντες οἵ τε Τρῶες ἀποδόντες τὴν Ἑλένην ἀδεῶς οἰκεῖν τὴν αὐτῶν, οἵ θ' Ἕλληνες ταύτην αὐτοὺς ἐάσαντες ἔχειν ἀπαλλάττεσθαι τῶν ἐκ πολέμου καὶ στρατείας δυσχερῶν, οἱ δ' οὐκ ἠβουλήθησαν ἀμφότεροι, οὐκ ἄν ποτε νομίσαντες εὑρεῖν ἀφορμὴν καλλίω πολέμου, περὶ ἧς ἀποθανοῦνται. Καὶ θεοὶ δὲ τοὺς αὑτῶν παῖδας σαφῶς εἰδότες ἀπολουμένους ἐν τῷ πολέμῳ οὐκ ἀπέτρεψαν μᾶλλον, ἀλλ' ἐνήγαγον εἰς τοῦτο οὐκ ἐλάττω δόξαν αὐτοῖς οἰόμενοι φέρειν τοῦ θεῶν παῖδας γενέσθαι τὸ μαχομένους ὑπὲρ Ἑλένης ἀποθανεῖν. Καὶ τί λέγω τοὺς αὐτῶν παῖδας; αὐτοὶ πρὸς αὑτοὺς μείζω καὶ δεινότερον ἐνεστήσαντο τοῦ πρὸς Γίγαντας αὐτοῖς γενομένου πολέμου· ἐν ἐκείνῳ μὲν γὰρ μετ' ἀλλήλων, ἐνταῦθα δὲ ἐμάχοντο πρὸς ἀλλήλους. Οὗ τί γένοιτ' ἂν ἐναργέστερον δεῖγμα, ὅσῳ τῶν ἀνθρωπίνων ἁπάντων ὑπερέχει τὸ κάλλος παρ' ἀθανάτοις κριταῖς; Ὅταν γὰρ ὑπὲρ μὲν τῶν ἄλλων οὐδενὸς ἁπάντων οὐδαμοῦ τὸ παράπαν φαίνωνται διενεχθέντες, ὑπὲρ δὲ κάλλους οὐ μόνον τοὺς υἱοὺς ἐπιδεδωκότες, ἀλλ' ἤδη καὶ ἀλλήλοις ἐναντία πεπολεμηκότες, ἔνιοι δὲ καὶ τρωθέντες, πῶς οὐχ ἁπάσαις ψήφοις προτιμῶσιν ἁπάντων τὸ κάλλος;

liceretque Trojanis reddita Helena sine metu suam incolere patriam, Græcis vero hac illis permissa, difficultatibus belli atque expeditionis liberari: neutri tamen voluere, qui putarent nunquam se belli causam, pro qua morerentur, habituros pulchriorem: ipsique dii suos filios, quos aperte scirent in illo bello perituros, non potius prohibuere, sed eo induxerunt, non minori ipsis gloriæ futurum arbitrati, pugnando mori pro Helena, quam quod deorum filii essent. Et quid dico filios suos? ipsi inter se majus et terribilius iniere bellum eo, quod adversus Gigantas ab illis gestum est: etenim in illo conjuncti pugnabant, hic vero contra se invicem. Quo majus quodnam esse potest documentum, quantum humanis rebus omnibus præstet immortalium deorum judiciis pulchritudo? Quando enim de aliarum in universum rerum nulla unquam omnino dissedisse illos constat, pro pulchritudine autem non filios tantum suos dedidisse, sed jam contra se invicem pugnasse, quosdam etiam vulneratos esse: quomodo non sententiis omnibus pulchritudinem præponunt rebus omnibus?

19. Ἀλλ' ἵνα μὴ δόξωμεν ἀπορίᾳ τῶν περὶ κάλλους λόγων περὶ ταῦτα διατρίβειν ἀεί, ἐφ' ἕτερον βούλομαι μεταβῆναι οὐδαμῶς ἔλαττον ὄν, ὥστε δεῖξαι τὴν τοῦ κάλλους ἀξίαν, τῶν πρότερον εἰρημένων, τὴν Ἀρκάδος Ἱπποδάμειαν Οἰνομάου, ὅσους τοῦ ταύτης κάλλους ἁλόντας μᾶλλον αἱρουμένους ἀπέφηνεν ἀποθνήσκειν ἢ ταύτης διῳκισμένους τὸν ἥλιον προσορᾶν. Ὡς γὰρ ἐλάβετο τῆς ἡλικίας ἡ παῖς καὶ τὰς ἄλλας ὁ πατὴρ οὐκ ὀλίγῳ τῷ μέσῳ παρενεγκοῦσαν ἑώρα, τῆς μὲν ὥρας αὐτῆς ἁλοὺς — τοσοῦτον γὰρ αὐτῇ περιῆν, ὥστε καὶ τὸν γεγεννηκόθ' ὑπηγάγετο παρὰ φύσιν — καὶ διὰ τοῦτ' ἀξιῶν αὐτὴν ἔχειν παρ' ἑαυτῷ, βούλεσθαι δ' ἐκδιδόναι πλαττόμενος αὐτὴν τῷ ταύτης ἀξίῳ, τὰς παρ' ἀνθρώπων φεύγων αἰτίας, μηχανήν τινα μηχανᾶται τῆς ἐπιθυμίας ἀδικωτέραν καὶ ἣν ᾤετο ῥᾳδίως ὅπερ ἐβούλετο καταστήσειν· ὑπὸ γὰρ ἅρματι, ὡς οἷόν τε μάλιστα ἦν, εἰς τάχος ὑπὸ τῆς τέχνης ἐξειργασμένῳ τοὺς ἐν Ἀρκαδίᾳ ζεύξας ἐν τῷ τότε ταχίστους ἵππους ἡμιλλᾶτο πρὸς τοὺς μνηστῆρας τῆς κόρης ἆθλον τῆς νίκης παρελθοῦσιν αὐτοῖς αὐτὴν προτιθεὶς ἢ στέρεσθαι τῆς κεφαλῆς ἡττηθέντας. Καὶ ἠξίου δ' αὐτὴν αὐτοῖς συναναβαίνειν τὸ ἅρμα, ὅπως ἀποσχολούμενοι περὶ ταύτην ἀμελοῖεν τῆς ἱππικῆς. Οἱ δ', ἀποτυχόντος τοῦ πρώτως ἁψαμένου τοῦ δρόμου καὶ τῆς κόρης ἐκπεσόντος μετὰ τοῦ ζῆν, τὸ μὲν ἀποκνῆσαι πρὸς τὸν ἀγῶνα ἢ μεταθεῖναί τι τῶν βεβουλευμένων μειρακιῶδες εἶναι ὑπολαβόντες, τὴν δ' ὠμότητα μισήσαντες Οἰνομάου ἄλλος ἄλλον ἔφθανεν ἀποθνήσκων ὥσπερ δεδοικὼς μὴ τοῦ τεθνάναι περὶ τῆς κόρης ἁμάρτῃ. Καὶ προῆλθέ γε μέχρι τρισκαίδεκα νέων ὁ φόνος· θεοὶ δ' ἐκεῖνον τῆς πονηρίας μισήσαντες ταυτησὶ τούς τε τεθνεῶτας ἅμα καὶ τὴν κόρην ἐλεοῦντες, τοὺς μὲν ὅτι κτήματος ἀπε-

19. Ne vero videamur inopia eorum, quæ de ipsa pulchritudine dici possunt, circa ista semper morari, ad aliud volo transire nullo modo inferius ad demonstrandam pulchritudinis dignitatem his quæ prius dicta sunt, ad Hippodamiam Arcadis Œnomai filiam, quot juvenes illa ostenderit ipsius forma captos mori præoptare quam ab ipsa disclusos hanc lucem intueri! Quum enim maturitatem attigisset puella, videretque illam pater non mediocri intervallo ceteras post se relinquere, forma illius captus (cujus nimirum tantam illa vim haberet, ipsum ut parentem præter naturam subigeret), eamque ob causam secum illam habere cupiens, fingens interim, suspicionum vitandarum causa, elocare se ipsam velle ei qui dignus ipsa esset, commentum comminiscitur ipsa cupiditate injustius, quo putabat facile sibi quod vellet confecturum. Curru enim quanta maxima arte poterat ad celeritatem elaborato, equos quum junxisset qui tum erant in Arcadia velocissimos, certabat cum procis puellæ, prætereuntibus se proposito præmio ipsa puella, devictis pœna capitis: postulabatque ipsam currum cum illis conscendere, ut in illa occupati et defixi, equestris rei curam omitterent. Illi, quum fortuna adversa usus fuisset qui primus cursum ingressus fuerat, et virgine una cum vita excidisset, detrectare certamen, aut mutare consilium puerile arbitrati, crudelitatemque Œnomai exosi, alius alium morte prævenerunt, quasi metuentes ne morte pro puella exciderent. Ac progressa est cædes ad adolescentes tredecim. Dii autem pravitatem hanc istius exosi, mortuosque simul et virginem miserati, illos, qui tali possessione privati essent;

στέρηνται τοιούτου, τὴν κόρην δ' ὅτι τῆς ὥρας οὐ κατὰ καιρὸν ἀπολαύοι, κηδόμενοί τε τοῦ νέου, ὅστις ἔμελλε — Πέλοψ δ' ἦν οὗτος — ἀγωνιεῖσθαι, ἅρμα τε χαρίζονται τούτῳ κάλλιον τέχνης πεποιημένον ἵππους τε ἀθανάτους, δι' ὧν ἔμελλε τῆς κόρης κύριος εἶναι, καὶ γέγονέ γε τὸν κηδεστὴν ἐπὶ τέρμασι τῆς νίκης ἀπεκτονώς.

20. Οὕτω τὸ τοῦ κάλλους χρῆμα ἀνθρώποις τε θεῖον εἶναι δοκεῖ καὶ τιμώμενον ὑπὸ πάντων καὶ θεοῖς ἐσπούδασται πολλαχόσε. Διὸ δὴ καὶ ἡμῖν οὐκ ἂν ἔχοι τις μέμφεσθαι δικαίως προὔργου λογισαμένοις τὸ ταῦτα περὶ κάλλους διεξελθεῖν. Οὕτω μὲν δὴ καὶ Ἀρίστιππος διῆλθε τὸν λόγον.

21. ΕΡΜ. Σὺ δὲ λοιπὸς εἶ, Χαρίδημε. Ὅπως δ' ὥσπερ κορωνίδα τῶν τοῦ κάλλους καλῶν ἐπιθήσῃ τὸν λόγον.

ΧΑΡ. Μηδαμῶς, ὦ πρὸς θεῶν, περαιτέρω προελθεῖν με βιάσῃ· ἱκανὰ γὰρ δηλῶσαι τὴν συνουσίαν καὶ τὰ νῦν εἰρημένα, ἄλλως τ' οὐδ' ὅσαπερ εἶπον ἀπομνημονεύοντα. Ῥᾷον γὰρ ἄν τις μνημονεύοι τῶν ἑτέροις εἰρημένων ἢ τῶν αὐτῷ.

ΕΡΜ. Ταῦτα μὲν δή ἐστιν, ὧν ἐξ ἀρχῆς ἐπεθυμοῦμεν ἐπιτυχεῖν· οὐ γὰρ δὴ τοσοῦτον ἡμῖν τῶν λόγων ἐκείνων ὅσον ἐμέλησε τῶν σῶν ἀκοῦσαι. Ὥστ', ἢν τούτων ἀποστερήσῃς, κἀκεῖνα μάτην ἔσῃ πεπονηκώς. Ἀλλὰ πρὸς Ἑρμοῦ τὸν ἅπαντα λόγον, ὥσπερ ὑπέστης ἐξ ἀρχῆς, ἀπόδος.

ΧΑΡ. Βέλτιον μὲν ἦν τούτοις ἀπαλλάττειν με τῶν δυσχερῶν ἀγαπῶντα· ἐπεὶ δ' οὕτω προθυμῇ καὶ τῶν ἡμετέρων ἀκοῦσαι λόγων, καὶ τοῦτ' ὑπηρετεῖν ἀνάγκη. Ὧδε τοίνυν καὶ αὐτὸς ἐποιησάμην τὸν λόγον·

22. Εἰ μὲν πρῶτος αὐτὸς ἦρχον περὶ τοῦ κάλλους λέγειν, προοιμίων ἂν ἐδεόμην συχνῶν, ἐπεὶ δ' ἐπὶ πολλοῖς ἔρχομαι τοῖς πρότερον εἰρηκόσιν ἐρῶν, οὐδὲν ἀπεικὸς τοῖς ἐκείνων κεχρημένον ὡς προοιμίοις ἐπιφέρειν ἑξῆς τὸν λόγον, ἄλλως τ' οὐδ' ἑτέρωσε τῶν λόγων γιγνομένων, ἀλλ' ἐνταῦθα καὶ τῆς αὐτῆς ἡμέρας, ὥστ' ἐνεῖναι καὶ τοὺς παρόντας λαθεῖν, ὡς ἄρ' οὐχ ἕκαστος ἰδίᾳ λογοποιοῦσιν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ἕκαστος ἐπὶ μέρους διεξέρχονται λόγον. Ἑτέρῳ μὲν οὖν ἤρκει γ' ἂν εἰς εὐφημίαν ἅπερ ὑμῶν ἕκαστος ἔτυχεν εἰπὼν περὶ τοῦ κάλλους ἰδίᾳ, τούτῳ δὲ τοσοῦτον περίεστιν, ὥστε καὶ τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἔξω τῶν νῦν εἰρημένων οὐ δεῖν ἐπαίνων τῶν εἰς αὐτό· πλεῖστα γὰρ πολλαχόθεν, αὐτὰ πρῶτα δεῖν λέγειν ἕκαστα, δόξαν παρίστησιν, ὥσπερ ἀνθέων εὐτυχοῦντι λειμῶνι, ἀεὶ τῶν φαινομένων ἄρτι προσαγομένων τοὺς δρεπομένους. Ἐγὼ δ' ἐκ πάντων ἐκλέξας ὅσα μοι δοκῶ μὴ βέλτιον εἶναι παραλιπεῖν, λέξω διὰ βραχέων, ὅπως τῷ τε κάλλει τὰ γιγνόμενα ἀποδώσω ὑμῖν τε τὸ μακρολογεῖν παραλιπὼν δράσω κεχαρισμένα.

23. Τοῖς μὲν οὖν ἢ δι' ἀνδρείαν ἢ καθ' ἑτέραν τινὰ τῶν ἀρετῶν ἡμῶν προέχειν δοκοῦσιν, ἢν μὴ τῷ καθ'

hanc, quod forma illa atque ætate non ut decebat frueretur, cura adolescentis suscepta, qui erat decertaturus (hic Pelops fuit) et currum illi donant pulchrius ab arte elaboratum, equosque immortales, quorum opera futurum erat ut virgine potiretur. Ac potitus est, interfecto in metis victoriæ socero.

20. Adeo pulchritudo divina res hominibus videtur et honoratur ab omnibus, et diis est multis modis expetita. Propterea neque nobis est quod quis jure succenseat, qui operæ pretium putaverimus ista de pulchritudine enarrare.» Sic et Aristippus orationem suam absolvit.

21. HERM. Tu vero superes, Charideme: atque jam velut coronidem eorum, quæ in pulchritudine pulchra sunt, imponas tuam orationem.

CHAR. Ne, per ego te deos rogo, ultra progredi me coge: satis enim fuerint ad declarandam disputationem etiam quæ modo dicta sunt, qui præsertim non quæcumque dixi depromere ex memoria possim. Quippe facilius aliquis retineat dicta ab aliis, quam sua.

HERM. Quin hæc ipsa sunt quorum ab initio cupiebamus fieri compotes: neque enim tantum illas audire orationes curabamus, quam tuam. Itaque hac si nos privaveris, scito etiam in illis frustra te elaborasse. Verum per Mercurium, universam orationem, quemadmodum ab initio promiseras, nobis redde.

CHAR. Melius fuerat te istis contentum difficultatem mihi remittere. Quandoquidem vero ita cupidus es meæ audiendæ orationis, ea etiam in re tibi obsequi necesse est. Hunc in modum ergo ipse quoque verba feci:

22. « Si primus ego de pulchritudine dicere inciperem, multis opus haberem exordiis; quando autem post plures, qui ante me dixerunt, oraturus venio, haud absurdum fuerit illorum me orationibus pro exordiis usum, ipsam statim meam orationem adjungere: quum præsertim non alias habitæ sint illæ orationes, sed hic et eodem die, ut possit etiam præsentibus fucus fieri, quasi non suam sibi quisque orationem habeat, sed unam eandemque pro parte quisque sua exsequatur. Atque alii rei satis essent ad colligendam famam quæ unusquique vestrûm singulatim pro pulchritudine dixit: huic vero tantum superest, ut etiam his qui post futuri sunt, præter ea quæ jam sunt dicta, non defuturæ sint ejusdem laudes. Plurima enim pluribus ex locis, atque omnia ejusmodi, ut prima dici mereantur, gloriam ei parant, velut felici florum prato, semper his qui jam conspiciuntur, decerpentes allicientibus. Ego vero deligens ex omnibus quæcumque non recte omitti putabo, paucis dicam, ut et pulchritudini justa tribuam, et vobis, omissa longiori oratione, gratificer.

23. Igitur qui vel fortitudine, vel quacumque virtute alia præcellere nobis videntur, illis, nisi per quotidiana benefi-

ν ποιεῖν εὖ ἀναγκάζωσιν ἡμᾶς εὖ αὐτοῖς διακεῖ-
βασκαίνομεν μᾶλλον, ἐξ ὧν ἂν οὐ καλῶς αὐτοῖς
ράγματα πραττόμενα σχοίη· καλοὺς δ' οὐ μόνον
ονοῦμεν τῆς ὥρας, ἀλλ' εὐθύς τε ἰδόντες ἁλισκό-
ὑπεραγαπῶμέν τε οὐδ' ἀποκνοῦμεν ὥσπερ κρείτ-
, ὅσον ἂν ἡμῖν ἐξῇ, δουλεύοντες αὐτοῖς. Ἥδιον
ν ὑπακούσαι τις ὥρας εὐτυχηκότι ἢ προστάξειε
ιούτῳ, καὶ πλείω χάριν ἂν εἰδείη τῷ πολλὰ προσ-
ντι μᾶλλον ἢ τῷ μηδ' ὁτιοῦν ἐπαγγέλλοντι.
. Καὶ τῶν μὲν ἄλλων ἀγαθῶν, ὧν ἂν ἐνδεεῖς ὦμεν,
ραιτέρω σπουδάζομεν τοῦ τυχεῖν, κάλλους δ' ἡμῖν
ς οὐδεπώποτε γέγονε κόρος, ἀλλ' ἐάν τε τὸν Ἀγλα-
τὸν εἰς Ἴλιόν ποτε συναναβάντα τοῖς Ἀχαιοῖς,
' Ὑάκινθον τὸν καλὸν ἢ τὸν Λακεδαιμόνιον Νάρ-
ν κάλλει νικῶμεν, οὐκ ἀρκεῖν ἡμῖν δοκοῦμεν, ἀλλὰ
καμεν μὴ λάθωμεν τοῖς ἐπιγιγνομένοις ἂν καταλι-
ες ὑπερβολήν.
. Σχεδὸν δ' ὡς εἰπεῖν πάντων τῶν ἐν ἀνθρώποις
μάτων ὥσπερ κοινὸν παράδειγμα τὸ κάλλος ἐστὶ,
ὔτε στρατηγοῖς εἰς κάλλος ἠμέληται τὰ στρατεύ-
συντάττειν οὔτε ῥήτορσι τοὺς λόγους συντιθέναι
μὴν γραφεῦσι τὰς εἰκόνας γεγραφέναι. Ἀλλὰ τί
α λέγω, ὧν τὸ κάλλος τέλος ἐστίν; ὧν γὰρ εἰς χρείαν
εν ἀναγκαίως, οὐκ ἐλλείπομεν οὐδὲν σπουδῆς εἰς
ἔξεστι κάλλιστα κατασκευάζειν· τῷ τε γὰρ Μενέ-
οὐ τοσοῦτον ἐμέλησε τῆς χρείας τῶν οἴκων, ἢ ὅσον
εἰσερχομένους ἐκπλήττειν, καὶ διὰ τοῦθ' οὕτω πο-
λεστάτους ἅμα κατεσκεύασε καὶ καλλίστους, καὶ
γνώμης οὐχ ἥμαρτεν· ὁ γὰρ Ὀδυσσέως οὕτως ἀγα-
αι λέγεται τούτους, κατὰ πύστιν τοῦ πατρὸς εἰς
ν ἀφιγμένος, ὥστ' εἰπεῖν Πεισιστράτῳ τῷ Νεστο-
,

Ζηνός που τοιήδε γ' Ὀλυμπίου ἔνδοθεν αὐλή.

ός θ' ὁ τοῦ μειρακίου πατὴρ οὐκ ἄλλου του χάριν
οπαρῄους ἦγε τὰς ναῦς συστρατευόμενος τοῖς Ἑλ-
ν ἐπὶ Τροίαν ἢ ὅπως τοὺς ὁρῶντας ἐκπλήττειν ἔχῃ.
σχεδὸν εἴ τις ἑκάστην ἐξετάζειν βούλεται τῶν τε-
ν, εὑρήσει πάσας ἐς τὸ κάλλος ὁρώσας καὶ τούτου
χάνειν τοῦ παντὸς τιθεμένας.
6. Τοσοῦτον δὲ τὸ κάλλος τῶν ἄλλων ἁπάντων
ρέχειν δοκεῖ, ὥστε τῶν μὲν ἢ δικαιοσύνης ἢ σοφίας
νδρείας μετεχόντων πολλά τις ἂν εὕροι τιμώμενα
λον, τῶν δὲ ταύτης τῆς ἰδέας κεκοινωνηκότων βέλ-
ἐστιν εὑρεῖν οὐδὲν, ὥσπερ δὴ καὶ τῶν μὴ μετεσχη-
ων ἀτιμότερον οὐδέν· μόνους γοῦν τοὺς μὴ καλοὺς
άζομεν αἰσχροὺς, ὡς οὐδὲν ὂν, εἴ τί τις ἔχων τύχοι
ονέκτημα τῶν ἄλλων κάλλους ἐστερημένος.
27. Τοὺς μὲν οὖν ἢ δημοκρατουμένοις τὰ κοινὰ
κοῦντας ἢ τυράννοις ὑποτεταγμένους τοὺς μὲν δημα-
ούς, τοὺς δὲ κόλακας καλοῦμεν, μόνους δὲ τοὺς ὑπὸ
τῃ τῇ δυνάμει γενομένους θαυμάζομέν τε φιλοπό-
ς τε καὶ φιλοκάλους ὀνομάζομεν καὶ κοινοὺς νομίζο-
εὐεργέτας τοὺς τῶν καλῶν ἐπιμελητάς. Ὅτε τοίνυν

cia nos, ut bene erga illos affecti simus, veluti cogant, potius invidemus, unde non bene illis res successerit: pulchris vero non tantum non invidemus formam, sed ad primum conspectum capimur, supra modum illos amamus, neque fatigamur illis tanquam diis quibusdam, quantum nobis licuerit, serviendo. Ergo jucundius aliquis paruerit formæ felicis homini, quam non tali imperaverit, et gratiam habuerit majorem injungenti multa, quam nihil quicquam præcipienti.

24. Et reliqua bona, quorum indigemus, non ultra appetimus, quum sumus consecuti; pulchritudinis autem nulla unquam est satietas: verum si et illum Aglaiæ filium, qui cum Achivis venit contra Ilium, si Hyacinthum illum pulchrum, aut Lacedæmonium Narcissum vincamus pulchritudine, non putamus satis esse, sed metuimus ne ignari a posteris forte superemur.

25. Fere omnibus autem, ut ita dicam, rebus humanis commune quasi, ad quod componantur, exemplum pulchritudo est: et neque imperatores non curant ad pulchritudinem struere aciem; neque oratores componere orationem; neque pictores imagines suas pinxisse. Sed quid hæc dico, quorum pulchritudo finis est? vel in his quorum ad usum necessitate quadam venimus, studii nihil intermittimus, quo ea, quam potest, paremus pulcherrima. Neque enim Menelaus tam curabat usum ædium, quam ut ingredientes admiratione percelleret; atque ea causa et sumtuosissimas simul paravit et pulcherrimas: neque aberravit ab suo consilio; Ulyssis enim filius ita illas admiratus esse dicitur, requirendi patris causa ad ipsum quum pervenisset, ut Pisistrato diceret Nestoris filio,

Talis nempe fuat Jovis aula introrsus Olympi.

Ipse autem pater adolescentuli non alia causa splendentes minio naves Græcorum expeditionem juvans adversus Trojam duxit, quam ut haberet quo videntes percelleret. Et artes fere singulas si examinare aliquis velit, inveniet ad pulchritudinem collineare omnes, et in illa consequenda ponere omnia.

26. Tantum vero eminere in reliquis omnibus pulchritudo [*moralis*, *honestas*] videtur, ut multa observare liceat iis quæ vel justitiam vel sapientiam vel fortitudinem sibi adjunctam habent, honoratiora; his vero, quæ hujus qualitatis partem habent, melius invenire nihil est; quemadmodum nimirum istis, qui nihil ejus habent, nihil contemtius. Quippe solos, qui pulchri [*honesti*] non sunt, turpes vocamus; quasi nihil sit, si quis aliquam ceterarum prærogativarum habeat, pulchritudine [*honestate*] idem privatus.

27. Atque illos, qui vel in populari imperio rem publicam administrant, vel tyrannis subjecti sunt, demagogos illos, hos adulatores vocamus: solos qui sub hac pulchri [*honesti*] potestate sunt, admiramur, laborisque et pulchritudinis [*honestatis*] amantes vocamus, et communes benefactores habemus illos, qui pulchrorum [*honestorum*] curam susci-

οὕτω μὲν σεμνὸν τὸ κάλλος ἐστὶν, οὕτω δὲ τοῖς πᾶσιν ἐν εὐχῆς μέρει τυχεῖν κέρδος τε νομίζουσι τὸ τούτῳ τι διακονῆσαι δυνηθῆναι, πῶς ἡμᾶς εἰκότως οὐκ ἄν τις ἐμέμψατο, εἰ τοσοῦτον ἔχοντες κέρδος κερδαίνειν ἔπειθ' ἑκοντὶ προϊέμεθα, μηδ' αὐτὸ τοῦτο αἰσθέσθαι δυνηθέντες, ὅτι ζημιούμεθα;

28. Τοσοῦτον μὲν δὴ κἀγὼ τὸν λόγον ἐποιησάμην, πολλὰ τῶν ἐνόντων μοι περὶ κάλλους εἰπεῖν ἀφελὼν, ἐπειδὴ τὴν συνουσίαν ἐπὶ πολὺ παρατεινομένην ἑώρων.

ΕΡΜ. Εὐδαίμονές γε, οἱ τοιαύτης ἀπολελαύκατε τῆς συνουσίας. Σχεδὸν δ' ἤδη κἀγὼ οὐδὲν ἔλαττον ὑμῶν ἔσχηκα διὰ σέ.

LXXIX.*

* ΝΕΡΩΝ Η ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΟΡΥΧΗΣ ΤΟΥ ΙΣΘΜΟΥ.

1. ΜΕΝΕΚΡΑΤΗΣ. Ἡ ὀρυχὴ τοῦ Ἰσθμοῦ, καὶ σοὶ, Μουσώνιε, διὰ χειρὸς, ὥς φασι, γεγονυῖα, τῷ τυράννῳ νοῦν εἶχεν Ἕλληνα;

ΜΟΥΣΩΝΙΟΣ. Ἴσθι, ὦ Μενέκρατες, καὶ βελτίω ἐντεθυμῆσθαι Νέρωνα· τὰς γὰρ περιβολὰς τῆς Πελοποννήσου τὰς ὑπὲρ Μαλέαν ξυνῄρει τοῖς θαλαττουμένοις εἴκοσι σταδίων τοῦ Ἰσθμοῦ ῥήγματι. Τοῦτο δ' ἂν καὶ τὰς ἐμπορίας ὤνησε καὶ τὰς ἐπὶ θαλάττῃ πόλεις καὶ τὰς ἐν τῇ μεσογείᾳ· καὶ γὰρ δὴ κἀκείναις ἀποχρῶν ὁ οἴκοι καρπὸς, ἢν τὰ ἐπιθαλάττια εὖ πράττῃ.

ΜΕΝ. Ταῦτα δὴ διέξελθε, Μουσώνιε, βουλομένοις ἡμῖν ἀκροάσασθαι πᾶσιν, εἰ μή τι σπουδάσαι διανοῇ ἕτερον.

ΜΟΥΣ. Δίειμι βουλομένοις· οὐ γὰρ οἶδ' ὅ τι χαριζοίμην ἂν μᾶλλον τοῖς γε ἀφιγμένοις ἐς ἀηδὲς οὕτω φροντιστήριον ἐπὶ τῷ σπουδάζειν.

2. Νέρωνα τοίνυν ἐς Ἀχαΐαν ᾠδαὶ ἦγον καὶ τὸ σφόδρα αὑτὸν πεπεικέναι μηδ' ἂν τὰς Μούσας ἀναβάλλεσθαι ἥδιον. Ἐβούλετο δὲ καὶ τὰ Ὀλύμπια, τὸν γυμνικώτατον τῶν ἀγώνων, στεφανοῦσθαι ᾄδων· τὰ γὰρ Πύθια, τούτων μὲν ἑαυτῷ μετεῖναι μᾶλλον ἢ τῷ Ἀπόλλωνι· μηδὲ γὰρ ἂν μηδ' ἐκεῖνον ἐναντίαν αὐτῷ κιθάραν τε καὶ ᾠδὴν θέσθαι. Ὁ δὲ Ἰσθμὸς οὐ τῶν ἄποθεν αὐτῷ βεβουλευμένων, ἀλλ' ἐντυχὼν τῇ φύσει τοῦ τόπου μεγαλουργίας ἠράσθη, τόν τε βασιλέα τῶν ἐπὶ τὴν Τροίαν ποτὲ Ἀχαιῶν ἐνθυμηθεὶς, ὡς τὴν Εὔβοιαν τῆς Βοιωτίας ἀπέτεμεν Εὐρίπῳ τῷ περὶ τὴν Χαλκίδα, ἔτι γε μὴν καὶ τὸν Δαρεῖον, ὡς ὁ Βόσπορος ἐγεφυρώθη αὐτῷ ἐπὶ τοὺς Σκύθας· τὰ δὲ Ξέρξου καὶ πρὸ τούτων ἴσως ἐνενόησε, μέγιστα τῶν μεγαλουργιῶν ὄντα, καὶ πρὸς τούτοις ὡς τῷ δι' ὀλίγου ἀλλήλοις ἐπιμῖξαι πάντας εἴσοιτο τὴν Ἑλλάδα λαμπρῶς ἑστιᾶσθαι τοῖς ἔξωθεν· αἱ γὰρ τύραννοι φύσεις μεθύουσι μὲν, διψῶσί δέ πῃ καὶ ἀκοῦσαι τοιοῦτο φθέγμα.

3. Προελθὼν δὲ τῆς σκηνῆς ὕμνον μὲν Ἀμφιτρίτης

piunt. Quando igitur adeo augustum quiddam est pulchritudo, adeoque in parte votorum est omnibus illam consequi, ut in lucro ponant, illi si qua servire possint; quomodo non merito nos vituperaverit aliquis, si tantum quum liceat lucrum facere, ultro deinde illud abjiciamus, ac ne hoc ipsum quidem sentire queamus, damnum nos facere? »

28. Tantum et ego verborum feci, multis quæ in promtu mihi erat de pulchritudine dicere, abscissis, quoniam longius extrahi colloquium animadverti.

HERM. Felices vos quidem, qui tali colloquio fruiti sitis. Sed tuo beneficio fere non deteriori ego quoque conditione fui.

LXXIX.

* NERO SIVE DE ISTHMO PERFODIENDO.

1. MENECRATES. Isthmus perfodiendus, quod opus tibi quoque, Musoni, præ manu, ut aiunt, fuit, tyranno Græcine res consilii erat?

MUSONIUS. Scito, Menecrates, etiam meliora in animo habuisse Neronem: circuitus enim illos Peloponnesi supra Maleam navigantibus compendifaciebat, perrumpendis viginti stadiis Isthmi. Hoc vero et commerciis utile fuisset, et maritimis urbibus pariter atque mediterraneis: nam his quoque fructus domestici sufficiant, si res maritima bene habeat.

MEN. Hæc ergo, Musoni, enarra nobis audire cupientibus universis, nisi quid aliud serium agere cogitas.

MUS. Narrabo sic volentibus: neque enim scio in quo potius gratum facere vobis possim, qui studendi causa insuave adeo auditorium ingressi sitis.

2. Neronem igitur in Achaiam egerunt carmina, et quod firmiter sibi persuaserat nec Musas canere suavius. Volebat autem etiam Olympia, certaminum omnium maxime gymnicum, ob cantum coronari: quantum enim ad Pythia, hæc magis ad se pertinere quam ad Apollinem, qui ne ipse quidem citharam cantumque opponere sibi audeat. Verum Isthmus non inter ea quæ e longinquo cogitaverat, sed quum in naturam loci incidisset, magnificentiæ quodam amore correptus, et regem illum Achivorum quondam ad Trojam profectorum cogitans, ut is Eubœam a Bœotia absciderit illo circa Chalcida Euripo; atque insuper Darium, ut Bosporo pons contra Scythas ab illo impositus sit; Xerxis autem opera forte ante hæc ipsa cogitavit, magnificorum operum maxima: ad hæc videri sibi poterat, se permiscendis tam parvo intervallo omnibus, splendido Græciam munere et velut epulis excipere. Ingenia enim tyrannorum, ebria illa quidem, tamen interdum etiam ejusmodi auditionem sitiunt.

3. Progressus autem de tentorio, hymnum canebat Am-

τε καὶ Ποσειδῶνος ᾖσε καὶ ᾆσμα οὐ μέγα Μελικέρτῃ τε καὶ Λευκοθέᾳ. Ὀρέξαντος δ' αὐτῷ χρυσῆν δίκελλαν τοῦ τὴν Ἑλλάδα ἐπιτροπεύσαντος ἐπὶ τὴν ὀρυχὴν ᾖξε κροτούμενός τε καὶ ᾀδόμενος, καὶ καθικόμενος τῆς γῆς τρὶς, οἶμαι, τοῖς τε τὴν ὀρυχὴν πεπιστευμένοις παρακελευσάμενος ξυντόνως ἅπτεσθαι τοῦ ἔργου ἀνῄει εἰς τὴν Κόρινθον τὰ Ἡρακλέους δοκῶν ὑπερϐεϐλῆσθαι πάντα. Οἱ μὲν δὴ ἐκ τοῦ δεσμωτηρίου τὰ πετρώδη τε καὶ δύσεργα ἐξεπόνουν, ἡ στρατιὰ δὲ τὰ γεώδη τε καὶ ἐπίπεδα.

4. Ἑϐδόμην δέ που καὶ πέμπτην ἡμέραν προσεζευγμένων ἡμῶν τῷ Ἰσθμῷ κατέϐη τις ἐκ Κορίνθου λόγος οὔπω σαφὴς ὡς δὴ τοῦ Νέρωνος μετεγνωκότος τὴν τομήν. Ἔφασαν δὲ τοὺς Αἰγυπτίους γεωμετροῦντας τῆς ἑκατέρας θαλάττης τὰς φύσεις οὐκ ἰσοπέδοις αὐταῖς συντυχεῖν, ἀλλ' ὑψηλοτέραν ἡγουμένους τὴν ἐκ τοῦ Λεχαίου περὶ τῇ Αἰγίνῃ δεδοικέναι· πελάγους γὰρ τοσούτου νήσῳ ἐπιχυθέντος κἂν ὑποϐρύχιον ἀπενεχθῆναι τὴν Αἴγιναν. Νέρωνα δὲ τῆς μὲν τοῦ Ἰσθμοῦ τομῆς οὐδ' ἂν Θαλῆς μετέστησεν ὁ σοφώτατός τε καὶ φυσικώτατος· τοῦ γὰρ τεμεῖν αὐτὸν ἤρα μᾶλλον ἢ τοῦ δημοσίᾳ ᾄδειν.

5. Ἡ δὲ τῶν Ἑσπερίων ἐθνῶν κίνησις καὶ ὀξύτατος ὡς τῶν ἐκείνης νῦν ἁπτόμενος, ὄνομα δὲ αὐτῷ Βίνδαξ, ἀπήγαγεν Ἑλλάδος τε καὶ Ἰσθμοῦ Νέρωνα ψυχρῶς γεωμετρήσαντα· τὰς γὰρ θαλάττας ἰσογαίους τε καὶ ἰσοπέδους οἶδα. Φασὶ δ' αὐτῷ καὶ τὰ ἐπὶ τῆς Ῥώμης ὀλισθάνειν ἤδη καὶ ὑποδιδόναι. Τουτὶ καὶ αὐτοὶ χθὲς ἠκούσατε τοῦ προσπταίσαντος χιλιάρχου.

6. MEN. Ἡ φωνὴ δὲ, Μουσώνιε, δι' ἣν μουσομανεῖ καὶ τῶν Ὀλυμπιάδων τε καὶ Πυθιάδων ἐρᾷ, πῶς ἔχει τῷ τυράννῳ; τῶν γὰρ Λήμνῳ προσπλεόντων οἱ μὲν ἐθαύμαζον, οἱ δὲ κατεγέλων.

ΜΟΥΣ. Ἀλλ' ἐκεῖνός γε, ὦ Μενέκρατες, οὔτε θαυμασίως ἔχει τοῦ φθέγματος οὔτ' αὖ γελοίως· ἡ γὰρ φύσις αὐτὸν ἀμέμπτως τε καὶ μέσως ἥρμοκε. Φθέγγεται δὲ κοῖλον μὲν φύσει καὶ βαρὺ, ἐγκειμένης αὐτῷ τῆς φάρυγγος· μέλη δ' οὕτω κατεσκευασμένης βομϐεῖ πως. Οἱ δέ γε τόνοι τῶν φθόγγων ἐπιλεαίνουσι τοῦτον, ἐπεὶ μὴ θαρρεῖ αὐτῷ, χρωμάτων δὲ φιλανθρωπίᾳ καὶ μελοποιίᾳ εὐαγώγῳ μὲν δὴ καὶ κιθαρῳδίᾳ εὐσταλεῖ καὶ τῷ οὗ καιρὸς βαδίσαι καὶ στῆναι καὶ μεταστῆναι καὶ τὸ νεῦμα ἐξομοιῶσαι τοῖς μέλεσιν, αἰσχύνην ἔχοντος μόνου τοῦ βασιλέα δοκεῖν ἀκριϐοῦν ταῦτα.

7. Εἰ δὲ μιμοῖτο τοὺς κρείττονας, φεῦ γέλωτος, ὡς πολὺς τῶν θεωμένων ἐκπίπτει, καίτοι μυρίων φόϐων ἐπηρτημένων, εἴ τις ἐπ' αὐτῷ γελῶν εἴη· νεύει μὲν γὰρ τοῦ μετρίου πλέον ξυνάγων τὸ πνεῦμα, ἐπ' ἄκρων δ' ἵσταται τῶν ποδῶν ἀνακλώμενος ὥσπερ οἱ ἐπὶ τοῦ τροχοῦ. Φύσει δ' ἐρυθρὸς ὢν ἐρεύθει μᾶλλον, ἐμπιπραμένου αὐτῷ τοῦ προσώπου· τὸ δὲ πνεῦμα ὀλίγον καὶ οὐκ ἀποχρῶν που δή.

8. MEN. Οἱ δ' ἐν ἀγῶνι πρὸς αὐτὸν πῶς ὑφίενται, ὦ Μουσώνιε; τέχνῃ γάρ που χαρίζονται.

phitrites ac Neptuni, et carmen non magnum Melicertæ et Leucotheæ. Quum vero rastellum illi aureum porrexisset præses Græciæ, ad fossam se propere contulit inter plausus atque cantus, humoque ter, puto, percussa, hortatusque eos quibus cura fossæ permissa erat, ut studiose opus illud aggrederentur, Corinthum rediit, omnes a se Herculis superatos labores existimans. Atque ergastulorum vincti saxosa et difficilia elaborabant, terrena autem ac plana exercitus.

4. Sed per septimanam fere et quinque dies quum Isthmo nos velut affixi hæsissemus, ingruit aliquis e Corintho nondum tamen certus rumor de mutato a Nerone abscindendi consilio. Dicebant autem Ægyptios, dimenso utriusque maris fastigio, non ejusdem illa libramenti deprehendisse, sed altius arbitrari illud quod ex Lechæo sinu allabitur, atque Æginæ proinde metuere, ne tanto mari ad insulam illam appellente, plane submersa Ægina auferatur. Verum Neronem quidem a secando Isthmo neque Thales ille sapientissimus et consultissimus naturæ demovisset : magis enim secare illum jam cupiebat, quam ipsum publice canere.

5. At occidentis populorum motus et acerrimus ille vir, qui rempublicam ibi jam capessivit, nomen ei Vindex, a Græcia et Isthmo abduxit Neronem frigida quædam de geometria causantem : maria enim pari undique fastigio librata novi. Aiunt autem illi etiam ipsas Romæ suburbanas regiones jam labare et cedere. Hoc ipsi quoque heri audistis e tribuno, qui huc appulit.

6. MEN. Sed vox, o Musoni, propter quam ita furiose musicus est et Olympiadum Pythiadumque amore flagrat, quomodo habet tyranno? eorum enim qui Lemnum appulerunt admirabantur quidam, alii deridebant.

MUS. Verum iste, Menecrates, neque admirabilis est quantum ad vocem, neque ridiculus : natura enim illum sine reprehensione et mediocriter instruxit. Cavum autem quiddam et grave per naturam sonat, depresso ad interiora gutture : ex quo ita parato cantica quodammodo bombum edunt. Interim toni vocum musicarum mitigant illum, quum non sibi confidat, sed colorum musicorum humanitati et modulationi flexibili sane, et bene composito ad citharam cantui, et quod ubi tempus est ingreditur, et stat, et transfert se, et quod nutum accommodat cantibus : qua in re illud solum turpitudinem habet, quod imperator videtur studiose ac subtiliter ista tractare.

7. Quoties vero imitatur superos, vah risum! quam multus excidit spectatoribus, licet sexcenti terrores impendeant, si quis illum derideat. Nutat enim supra modum collecto spiritu, summis pedum digitis insistit, retrorsum inflexus, ut qui rotæ alligati sunt : quumque natura sit rubicundus, tum magis etiam incensa illi facie rubescit : spiritus autem illi exilis, neque usquam sane sufficiens.

8. MEN. Qui vero contra illum certant, quomodo se submittunt, Musoni? nempe arti hoc forte gratificantur.

LXXX.

ΤΡΑΓΩΔΟΠΟΔΑΓΡΑ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ, ΧΟΡΟΣ, ΠΟΔΑΓΡΑ, ΑΓΓΕΛΟΣ, ΙΑΤΡΟΙ ΚΑΙ ΒΑΣΑΝΟΙ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ.

Ὦ στυγνὸν οὔνομ', ὦ θεοῖς στυγούμενον,
Ποδάγρα, πολυστένακτε, Κωκυτοῦ τέκνον,
ἣν Ταρτάρου κευθμῶσιν ἐν βαθυσκίοις,
Μέγαιρ' Ἐρινὺς γαστρὸς ἐξεγείνατο,
μαζοῖσί τ' ἐξέθρεψε, καὶ πικρῷ βρέφει
εἰς χεῖλος ἐστάλαξεν Ἀλληκτὼ γάλα,
τίς τὴν δυσώνυμόν σε δαιμόνων ἄρα
εἰς φῶς ἀνῆκεν; ἦλθες ἀνθρώποις βλάβος.
Εἰ γὰρ τεθνῶσιν ἀμπλακημάτων τίσις
βροτοῖς ὀπηδεῖ, τῶν ἔδρασαν ἐν φάει,
οὐ Τάνταλον ποτοῖσιν, οὐδ' Ἰξίονα
τροχῷ στροβητὸν, οὐδὲ Σίσυφον πέτρῳ
ἔδει κολάζειν ἐν δόμοισι Πλουτέως,
ἁπλῶς δὲ πάντας τοὺς κακῶς δεδρακότας
τοῖς σοῖς προσάπτειν ἀρθροκηδέσιν πόνοις·
ὥς μου τὸ λυπρὸν καὶ ταλαίπωρον δέμας,
χειρῶν ἀπ' ἄκρων εἰς ἄκρας ποδῶν βάσεις,
ἰχῶρι φαύλῳ καὶ πικρῷ χυμῷ χολῆς
πνεύματι βιαίῳ τόδε διασφίγγον πόρους
ἔστηκε καὶ μεμυκὸς ἐπιτείνει πόνους.
Σπλάγχνων δ' ἀπ' αὐτῶν διάπυρον τρέχει κακὸν,
δίναισι φλογμῶν σάρκα πυρπολούμενον,
ὁποῖα κρατὴρ μεστὸς Αἰτναίου πυρὸς,
ἢ Σικελὸς αὐλὼν ἁλιπόρου διασφάγος,
ὅπου δυσεξέλικτα κυματούμενος
σήραγξι πετρῶν σκολιὸς εἰλεῖται κλύδων.
Ὦ δυστέκμαρτον πᾶσιν ἀνθρώποις τέλος,
ὡς εἰς μάτην σε πάντες ἀμφιθάλπομεν,
ἐλπίδι ματαίᾳ μωρὰ βουκολούμενοι.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀνὰ Δίνδυμον Κυβήβης
Φρύγες ἔνθουν ὀλολυγὴν
ἁπαλῷ τελοῦσιν Ἄττει,
καὶ πρὸς μέλος κεραύλου
Φρυγίου κατ' ὄρεα Τμώλου,
κῶμον βοῶσι Λυδοί.
Παραπλῆγες δ' ἀμφὶ ῥόπτροις
κελαδοῦσι Κρητὶ ῥυθμῷ
νόμον εὐὰν Κορύβαντες.
Κλάζει δὲ βριθὺ σάλπιγξ
Ἄρει κρέκουσα θούρῳ
πολεμηίαν ἀϋτήν.

LXXX.

TRAGODOPODAGRA.

PODAGRICUS, CHORUS, PODAGRA, NUNCIUS, MEDICI, TORTORES.

PODAGRICUS.

Heu triste nomen, invisum nomen diis,
Podagra lacrimosa, Cocyti genus,
quam Tartari recessibus in abditis
Megæra Erinnys utero fudit suo,
et ubere aluit, et amaræ parvulæ
stillavit in labella Alecto lac *malum*.
Quis ergo te, male ominatam dæmonum
emisit in lucem, labem mortalibus?
Si namque pœna peccatorum mortuos
homines manet, quæ vivi perpetrant:
non unda Tantalum *fugiente*, aut Ixionem
rota torquendum erat, neque saxo Sisyphum
punire oportuit domo in Plutonia,
omnes ad unum sed maleficii reos
tuis aptare membrifragis cruciatibus:
ut aridum atque ærumnabile corpus meum
manibus a summis ad pedum vestigia
sanie mala atque amaro succo felleo
violento spiritu clausis meatibus
constitit! ut clausum dolores exacuit!
Quin viscera per ipsa ignitum currit malum
vorticibus flammarum carnem populans meam,
qualis crater Ætnæis plenus ignibus,
Siculusve canalis fossæ ponto perviæ,
ubi inexplicabilibus modis exæstuans
cava per petrarum tortus fluctus volvitur.
Heu finis (*curatio mali*) nullius conjecturæ patens!
ut frustra omnes tibi fomenta apponimus,
spe vana stultis lactati misere modis!

CHORUS.

Per Dindymum Cybebes
sacrum Phryges ululatum
molli frequentant Atti:
et ad cantum ceraulæ
Phrygii per ardua Tmoli
comum Lydi celebrant.
Insani circum clavis
numeris Creticis modulantur
nomon Evan Corybantes.
Clangit pleno tuba ore
Marti sonans Gradivo
bellisonum fragorem.

* De interpretatione mea hoc solum prædico, me non præstare bonos versus, sed qui singuli singulis Lucianicis respondeant, et sententiam eorum, quantum potuit a nobis fieri, exprimant. In choris præsertim et metrum et sententiam singulorum versuum assequi nobis datum non fuit. Sed neque diu torquere ingenium tanti putabamus. Claudicare igitur in podagra versus quam sententiam malebamus. Gesnerus.

Ἡμεῖς δὲ σοὶ, Ποδάγρα,
πρώταις ἔαρος ἐν ὥραις
μύσται τελοῦμεν οἴκτους,
ὅτε πᾶς χλοητόκοισι
ποίαις τέθηλε λειμὼν,
Ζεφύρου δὲ δένδρα πνοιαῖς
ἁπαλοῖς κομᾷ πετήλοις,
ἁ δύσγαμος κατ' οἴκους
μερόπων θροεῖ χελιδὼν,
καὶ νυκτέροις καθ' ὕλαν
τὸν Ἴτυν στένει δακρύουσ'
Ἀτθὶς γόοις ἀηδών.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ.

Ὤμοι πόνων ἀρωγὸν, ὦ τρίτου ποδὸς
μοῖραν λελογχὸς βάκτρον, ἐξέρειδέ μου
βάσιν τρέμουσαν καὶ κατίθυνον τρίβον,
ἴχνος βέβαιον ὡς ἐπιστήσω πέδῳ.
Ἔγειρε, τλῆμον, γυῖα δεμνίων ἄπο
καὶ λίπε μελάθρων τὴν ὑπώροφον στέγην.
Σκέδασον δ' ἀπ' ὄσσων νύχιον ἀέρος βάθος
μολὼν θύραζε καὶ πρὸς ἡλίου φάος
ἀθόλωτον αὔραν πνεύματος φαιδροῦ σπάσον.
Δέκατον γὰρ ἤδη τοῦτο πρὸς πέμπτῳ φάει,
ἐξ οὗ ζόφῳ σύγκλειστος ἡλίου δίχα
εὐναῖς ἐν ἀστρώτοισι τείρομαι δέμας.
Ψυχὴ μὲν οὖν μοι καὶ προθυμία πάρα,
βάσεις ἀμείβειν ἐπὶ θύρας ὡρμημένῳ,
δέμας δὲ νωθρὸν οὐχ ὑπηρετεῖ πόθοις.
Ὅμως δ' ἐπείγου, θυμὲ, γιγνώσκων ὅτι
πτωχὸς ποδαγρῶν, περιπατεῖν μὲν ἂν θέλῃ
καὶ μὴ δύνηται, τοῦτον ἐν νεκροῖς τίθει.
Ἀλλ' εἶα.
Τίνες γὰρ οἵδε βάκτρα νωμῶντες χεροῖν,
χάρηνα φύλλοις ἀκτέας καταστεφεῖς;
τίνι δαιμόνων ἄγουσι κωμαστὴν χορόν;
μῶν, Φοῖβε Παιὰν, σὸν γεραίρουσιν σέβας;
ἀλλ' οὐ στέφονται Δελφίδος φύλλῳ δάφνης.
Ἦ μή τις ὕμνος Βακχίῳ κωμάζεται;
ἀλλ' οὐκ ἔπεστι κισσίνη σφραγὶς κόμαις.
Τίνες ποθ' ἡμῖν, ὦ ξένοι, βεβήκατε;
Αὐδᾶτε καὶ πρόεσθε νημερτῆ λόγον.
Τίς δ' ἐστιν, ἣν ὑμνεῖτε, λέξατ', ὦ φίλοι.

ΧΟΡΟΣ.

Σὺ δ' ὢν τίς ἡμᾶς καὶ τίνων προσεννέπεις;
ὡς γάρ σε βάκτρον καὶ βάσις μηνύετον,
μύστην ὁρῶμεν τῆς ἀνικήτου θεᾶς.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ.

Εἷς εἰμι κἀγὼ τῆς θεᾶς ἐπάξιος;

ΧΟΡΟΣ.

Τὰν μὲν Κυπρίαν Ἀφροδίταν
σταγόνων προπεσοῦσαν ἀπ' αἰθέρος,
ἀνεθρέψατο κόσμιον ἁρμογὰν
ἁλίοις ἐνὶ κύμασι Νηρεύς.
Τὰν δ' Ὠκεανοῦ παρὰ παγαῖς

At nos tibi, Podagra,
primas veris per horas
agimus mystæ querelas,
quando omne graminosis
effloruit pratum herbis,
Zephyrique a flatibus arbor
molli folio frondescit:
ac per domos male conjux
nostras hirundo stridit,
nocturnaque per silvam
Ityn lacrimis frequentat
Atthis lugens aedon.

PODAGRICUS.

Adjutor o laborum, o tertii pedis
vicem sortite, scipio, mihi fulcias
gradum trementem, semitamque dirigas,
vestigium tenax ut infigam solo.
Hem membra suscita, miser, de stragulis
latebrasque linque, nigri tecta culminis.
Oculis deterge nocturnam aeris caliginem,
foras egressus ad blandum solis jubar
intemeratam auram spiritus læti trahe.
Nam decima hæc supra quintam lux, *ni fallor*, est,
ex quo tenebris conclusus et Phœbo carens,
cubilibus non stratis corpus macero.
Animus mihi quidem et voluntas præsto adest
conanti gressus alternare ad januas:
sed corpus ignavum haud servit cupidini.
Tamen urge animum, probe qui noveris,
podager mendicus ambulare si velit,
nec possit, esse eum ponendum in mortuis.
Verum eia!
Etenim qui sunt isti baculis fulti manum,
sambuci frondibus revincti tempora?
cuinam deorum agunt comissantem chorum?
num, Phœbe Pæan, numen hi colunt tuum?
sed non cinguntur lauri folio Delphicæ.
Hymnusne bacchantum comissatum venit?
at non inest insigne hederaceum comis.
Qui tandem nobis accessistis hospites?
Profamini, et veracem vocem emittite.
Quænam est, quam canitis, amici, dicite.

CHORUS.

Tu vero quis quorumve, qui nos alloqueris?
Ut enim te baculus atque incessus indicant,
mystam videmus insuperabilis deæ.

PODAGRICUS.

Egone et ipse dignus unus sum dea?

CHORUS.

Cypriam Venerem
guttis delapsam ab ætheris
enutriit compage decentem
marinos inter fluctus Nereus.
Oceani ad fontes

Ζανὸς παράκοιτιν Ὀλυμπίου,
λευκώλενον, εὐρέσι κόλποις
Ἥραν ἐτιθήνατο Τηθύς.
Κορυφαῖσι δὲ κρατὸς ἐν ἀφθίτου
ἐλόχευσε κόρας ἄτρομον φυὰν
Κρονίδας, μέγ' ἄριστος Ὀλυμπίων,
τὰν ἐγρεκύδοιμον Ἀθάναν.
Τὰν δ' ἁμετέραν θεὸν ὀλβίαν
ὁ γέρων λιπαραῖσιν ἐν ἀγκάλαις
πρώταν ἐλόχευσεν Ὀφίων.
Ὅτ' ἐπαύσατο μὲν σκότιον χάος,
ἀνέτειλέ τε λαμπέτις ἀὼς,
καὶ παμφαὲς ἀελίου σέλας,
τότε καὶ Ποδάγρας ἐφάνη κράτος.
Ὅτε γὰρ λαγόνων σε τεκοῦσα
Μοῖρα Κλωθὼ τότ' ἔλουσεν,
ἐγέλασσεν ἅπαν σέλας οὐρανοῦ,
μέγα δ' ἔκτυπεν εὔδιος αἰθὴρ,
τὰν δ' εὐγλαγέτοις ἐνὶ μαζοῖς
εὔολβος ἐθρέψατο Πλούτων.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ.

Τίσιν δὲ τελεταῖς ὀργιάζει προσπόλους;

ΧΟΡΟΣ.

Οὐχ αἷμα λάβρον προχέομεν ἀποτομαῖς σιδάρου,
οὐ τριχὸς ἀφέτου λυγίζεται στροφαῖσιν αὐχὴν,
οὐδὲ πολυκρότοις ἀστραγάλοις πέπληγε νῶτα,
οὐδ' ὠμὰ λακιστὰ κρέα σιτούμεθα ταύρων·
ὅτε δὲ πτελέας ἔαρι βρύει τὸ λεπτὸν ἄνθος,
καὶ πολυκέλαδος κόσσυφος ἐπὶ κλάδοισιν ᾄδει,
τότε διὰ μελέων ὀξὺ βέλος πέπηγε μύσταις,
ἀφανὲς, κρύφιον, δεδυκὸς ὑπὸ μυχοῖσι γυίων,
πόδα, γόνυ, κοτύλην, ἀστραγάλους, ἰσχία, μηρούς,
χεῖρας, ὠμοπλάτας, βραχίονας, κόρωνα, καρποὺς,
ἔσθει, νέμεται, φλέγει, κρατεῖ, πυροῖ, μαλάσσει,
μέχρις ἂν ἡ θεὸς τὸν πόνον ἀποφυγεῖν κελεύσῃ.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ.

Εἷς ἆρα κἀγὼ τῶν κατωργιασμένων
ἔλαθον ὑπάρχων; τοιγὰρ ἧκε πρευμενὴς
δαίμων φανεῖσα, σὺν δ' ἐγὼ μύσταις ὁμοῦ
ὕμνων κατάρξω, τὸ ποδαγρῶν ᾄδων μέλος.

ΧΟΡΟΣ.

Σῖγα μὲν αἰθὴρ νήνεμος ἔστω,
καὶ πᾶς ποδαγρῶν εὐφημείτω.
Ἴδε, πρὸς θυμέλας ἡ κλινοχαρὴς
βαίνει δαίμων, σκίπωνι βάσιν
στηριζομένη· χαίροις μακάρων
πολὺ πραοτάτη, καὶ σοῖς προπόλοις
ἵλαος ἔλθοις, ὄμματι φαιδρῷ,
δοίης δὲ πόνοις λύσιν ὠκεῖαν
ταῖσδ' εἰαριναῖσιν ἐν ὥραις.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Τίς τὴν ἀνίκητόν με δεσπότιν πόνων
οὐκ οἶδε Ποδάγραν τῶν ἐπὶ χθονὸς βροτῶν;
ἣν οὔτε λιβάνων ἀτμὶς ἐξιλάσκεται,

Jovis uxorem Olympii
illam ulnis candidis, lato sinu,
Junonem lactavit Tethys.
De vertice capitis alterni
peperit virginis imperterritam naturam
Saturnius, supremus cœlitum,
excitatricem belli Minervam.
Nostram vero deam beatam
senex in mollibus ulnis
primam generavit Ophion.
Quum desineret tenebrosum Chaos,
orereturque fulgida Aurora,
et lucidum Solis jubar,
tunc Podagræ vis apparuit.
Quum enim ilibus te enixa
Parca Clotho deinde abluit,
risit omne jubar cœli,
valdeque insonuit serenus æther:
eam vero de lactescentibus uberibus
dives nutrivit Pluto.

PODAGRICUS.

Quibus at suos sacris socios inaugurat?

CHORUS.

Non sanguinem impetuosum affundimus de acie ferri:
non crinis liberi nodis implectitur cervix:
nec sonantibus terga talis concrepant:
neque crudis, laceris taurorum carnibus vescimur:
sed quando ulmi vere tener flos abundat,
et arguta cantat in ramis merula,
tunc per membra acutum telum hæret mystis,
obscurum, latens, subiens recessus artuum,
pedem, genu, acetabulum, talos, coxendices, femora,
manus, scapulas, brachia, rostra, carpos
adedit, depascitur, urit, tenet, inflammat, coquit,
donec dea facessere dolorem jusserit.

PODAGRICUS.

Unum ergo initiatorum ego memet quoque
esse ignorabam. Igitur venito propitia
dea apparens: tuis ego cum mystis simul
hymnos incipiam, podagrorum carmen canens.

CHORUS.

Taceto cœlum, et tranquillum esto,
omnis podager linguis faveto.
En ad altaria lecto gaudens
vadit diva, scipione gradum
sibi fulciens. Salve divûm
mitissima tu, famulisque tuis
placida adesto lumine blando;
tribuasque dolori finem celerem
his temporibus vernis.

PODAGRA.

Quis insuperabilem dolorum me dominam
Podagram non novit in terra mortalium?
quam nec vapor thuris placare acrem potest,

οὔτε χυθὲν αἷμα βωμίοις παρ' ἐμπύροις,
οὐ ναὸς ὄλβου περικρεμὴς ἀγάλμασιν,
ἣν οὔτε Παιὰν φαρμάκοις νικᾶν σθένει,
πάντων ἰατρὸς τῶν ἐν οὐρανῷ θεῶν,
οὐ παῖς ὁ Φοίβου πολυμαθὴς Ἀσκληπιός.
Ἐξ οὗ γὰρ ἐφύη πρῶτον ἀνθρώποις γένος,
τολμῶσι πάντες τοὐμὸν ἐκβαλεῖν σθένος,
κυκῶντες ἀεὶ φαρμάκων τεχνήματα.
Ἄλλος γὰρ ἄλλην ἐπ' ἐμὲ πειράζει τέχνην·
τρίβουσιν ἀρνόγλωσσα καὶ σέλινά μοι
καὶ φύλλα θριδάκων καὶ νομαίαν ἀνδράχνην,
ἄλλοι δὲ πράσιον, οἱ δὲ ποταμογείτονα,
ἄλλοι κνίδας τρίβουσιν, ἄλλοι σύμφυτον,
ἄλλοι φακοὺς φέρουσι τοὺς ἐκ τελμάτων,
σταφυλῖνον ἑφθὸν, οἱ δὲ φύλλα Περσικῶν,
ὑοσκύαμον, μήκωνα, βολβοὺς, σίδια,
ψύλλιον, λίβανον, ῥίζαν ἐλλεβόρου, νίτρον,
τῆλιν μετ' οἴνου, γυρίνην, κολλάμφακον,
κυπαρισσίνην κηκῖδα, γῦριν κριθίνην,
κράμβης ἀπέφθου φύλλα, γύψον ἐκ γάρου,
σπυράθους ὀρείας αἰγὸς, ἀνθρώπου κόπρον,
ἄλευρα κυάμων, ἄνθος Ἀσίου λίθου.
Ἕψουσι φρύνους, μυγαλᾶς, σαύρας, γαλᾶς,
βατράχους, ὑαίνας, τραγελάφους, ἀλώπεκας.
Ποῖον μέταλλον οὐ πεπείραται βροτοῖς;
τίς οὐχὶ χυμός; ποῖον οὐ δένδρου δάκρυ;
ζώων ἁπάντων ὀστὰ, νεῦρα, δέρματα,
στέαρ, αἷμα, μυελὸς, οὖρον, ἀπόπατος, γάλα.
Πίνουσιν οἱ μὲν τὸ διὰ τεσσάρων ἄκος,
οἱ δὲ τὸ δι' ὀκτὼ, τὸ δὲ δι' ἑπτὰ πλείονες.
Ἄλλος δὲ πίνων τὴν ἱερὰν καθαίρεται·
ἄλλος ἐπαοιδαῖς ἐπιθετῶν ἐμπαίζεται,
Ἰουδαῖος ἕτερον μωρὸν ἐξᾴδει λαβών.
Ὁ δὲ θεραπείαν ἔλαβε παρὰ τῆς κοιράνου.
Ἐγὼ δὲ τούτοις πᾶσιν οἰμώζειν λέγω,
καὶ τοῖς ποιοῦσι ταῦτα καὶ πειρῶσί με
εἴωθ' ἀπαντᾶν μᾶλλον ὀργιλωτέρα.
Τοῖσι δὲ φρονοῦσι μηδὲν ἀντίξουν ἐμοὶ
ἤπιον ἔχω νοῦν εὐμενής τε γίγνομαι.
Ὁ γὰρ μεταλαβὼν τῶν ἐμῶν μυστηρίων
πρῶτον μὲν εὐθὺς εὐστομεῖν διδάσκεται,
τέρπων ἅπαντας εὐτραπέλους λέγων λόγους·
πᾶσιν δ' ὁρᾶται μετὰ γέλωτος, καὶ κρότου,
ὅτ' ἐπὶ τὰ λουτρὰ φερόμενος βαστάζεται.
Ἄτη γὰρ, ἣν Ὅμηρος εἶπεν, εἰμ' ἐγὼ,
βαίνουσ' ἐπ' ἀνδρῶν κρᾶτα καὶ βάσεις ποδῶν
ἁπαλὰς ἔχουσα, παρὰ δὲ τοῖς πολλοῖς βροτῶν
Ποδάγρα καλοῦμαι, γιγνομένη ποδῶν ἄγρα.
Ἀλλ' εἶα μύσται πάντες ὀργίων ἐμῶν,
γεραίρεθ' ὕμνοις τὴν ἀνίκητον θεάν.

ΧΟΡΟΣ.

Ἀδαμάντινον ἦθος ἔχουσα κόρα,
πουλυσθενὲς, ὀβριμόθυμε θεὰ,
κλύε σῶν ἱερῶν μερόπων ἐνοπάς.

nec affusus focis ardentibus cruor,
non ædes signa divitum suspensa habens:
quam nec Pæan medicamentis superare valet,
cunctorum cœlitum medicus deûm licet:
non filius Phœbi peritus Æsculapius.
Etenim qua primum ætate hominum genus exstiti
meam volunt omnes ejicere potentiam,
miscentes semper pharmacorum artificia.
Alius enim aliam contra me tentat viam:
terunt plantaginem, atque apia mihi *terunt*,
et folia lactucarum, et portulacam feram:
hi marrubium, sed aquaticam hi plantaginem,
alii urticas, alii consolidam conterunt:
alii lentes ferunt natas paludibus,
pastinacam coctam, folia isti Persici,
hyoscyamum, papaver, bulbos, malicorium,
pulicariam, thus, radicem hellebori, nitrum,
siliquam cum vino, ranæ sperma, collamphacon,
cupressi pilam, pollinem hordeaceum,
crambæ decoctæ folia, garum e liquamine,
globulos capræ montanæ, hominis stercus, *terunt*,
farinam fabarum, lapidis florem Asii.
Coquunt rubetas, mustelas, lacertas et catos,
ranas, hyænas, hircocervos et vulpeculas.
Metallum quod non tentatum est mortalibus?
quis non succus? quæ non est lacrima arboris?
animalium omnium ossa, nervi, coria,
pingue, cruor, stercus, medulla, urina, lac.
Bibunt alii quatuor de rebus pharmacum,
sed octuplex alii, septemplex plurimi.
Alius sacro epoto purgatur pharmaco;
carminibus alius impostorum luditur,
Judæus nactus stultum excantat alterum.
Alius medicinam cepit implorans heram.
Ego vero dico plorare his omnibus,
facientibusque talia et me tentantibus
consuevi tanto occurrere iracundior.
Sed qui nihil sapiunt mihi contrarium,
animam gero mitem et fio placabilis.
Mysteriorum namque factus particeps
primo statim linguæ moderari instituitur,
omnes oblectans, et lepidos dicens jocos,
ab omnibus cum risu et plausu cernitur,
dum defertur gestatione ad balneas.
Aten etenim quam dixit Homerus, ipsa sum:
per capita iens virûm, pedum vestigia
habens tenera: verum vulgo mortalium
Podagra vocor, quasi pedum captura sim.
Verum eia mystæ cuncti nostrorum orgiûm,
honorate hymnis insuperabilem deam.

CHORUS.

Adamantina pectora habens puera,
fortis, graviterque animosa dea,
audi sanctorum tibi voces hominum.

Μέγα σὸν κράτος, ὀλϐιόφρον Ποδάγρα·
τὰν καὶ Διὸς ὠκὺ πέφρικε βέλος,
τρομέει δέ σε κύμαθ' ἁλὸς βαθέης,
τρομέει βασιλεὺς ἐνέρων Ἀΐδας,
ἐπιδεσμοχαρὲς, κατακλινοϐατὲς,
κωλυσιδρόμα, βασαναστραγάλα,
σφυροπρησιπύρα, μογισαψεδάφα,
δοιδυκοφόϐα, γονυκαυσαγρύπνα,
περικονδυλοπωροφίλα,
γονυκαμψεπίκυρτε Ποδάγρα.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Δέσποινα, καιρίῳ γὰρ ἤντησας ποδὶ,
ἄκου', ἔπος γὰρ οὐκ ἐτώσιον φέρω.
Ἀλλ' ἔστι πρᾶξις τῶν λόγων συνέμπορος.
Ἐγὼ γὰρ, ὡς ἔταξας, ἠρέμῳ ποδὶ
πόλεις ἰχνεύων πάντας ἠρεύνων δόμους,
μαθεῖν ποθῶν εἴ τις σὸν οὐ τιμᾷ κράτος·
καὶ τῶν μὲν ἄλλων εἶδον ἥσυχον φρένα,
νικωμένων, ἄνασσα, σαῖν βίᾳ χεροῖν.
Δύω δὲ τώδε φῶτε τολμηρῷ θράσει
ἐφραζέτην λαοῖσι καὶ κατωμνύτην
ὡς οὐκ ἔτ' ἐστὶ σὸν κράτος σεϐάσμιον,
ἀλλ' ἔκϐολον βροτῶν σε θήσουσιν βίου.
Διόπερ κραταιῷ συνοχμάσας δεσμῷ πόδα
πεμπταῖος ἥκω, στάδια διανύσας δύο.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Ὡς κραιπνὸς ἔπτης, ἀγγέλων ὤκιστέ μοι.
Τίνος δὲ καὶ γῆς ὅρια δυσϐάτου λιπὼν
ἥκεις; σαφῶς μήνυσον, ὡς εἰδῶ τάχος.

ΑΓΓΕΛΟΣ.

Πρῶτον μὲν ἔλιπον πέντε βασμῶν κλίμακα,
ξύλων τρέμουσαν διαλύτοισιν ἁρμογαῖς,
ὅθεν με δέχεται κορδυϐαλλῶδες πέδον,
σκληροῖσι ταρσοῖς ἀντερεῖδον κρούμασιν.
Ὅπερ διανύσας ἴχνεσιν ἀλγεινοῖς ἐγὼ
ἐστρωμένην χάλιξιν εἰσέϐην ὁδὸν
καὶ δυσπάτητον ὀξέσιν κέντροις λίθων.
Μεθ' ἣν ὀλίσθῳ περιπεσὼν λείας ὁδοῦ
ἔσπευδον εἰς τὸ πρόσθε, διάλυτος δέ μου
ἔσυρεν ὀπίσω πηλὸς ἀσθενῆ σφυρὰ,
δι' ἧς περῶντι νότιος ἐκ μελῶν ἱδρὼς
ἔρρει, βάσιν σαθρὰν ἀνειλυσπωμένῳ.
Ὅθεν με δέχεται πᾶν δέμας κεκμηκότα
πλατεῖα μὲν κέλευθος, ἀλλ' οὐκ ἀσφαλής.
Τὰ μὲν γὰρ ἔνθεν, τὰ δέ μ' ἐκεῖθ' ὀχήματα
ἤπειγεν, ἠνάγκαζεν, ἔσπερχεν τρέχειν.
Ἐγὼ δὲ νωθρὸν ἐλαφρὰ κουφίζων πόδα
δόχμιος ἔϐαινον εἰς ὁδοῦ πέζαν στενὴν,
ἕως ἀπήνη παραδράμῃ τροχήλατος.
Μύστης γὰρ ὢν σὸς ταχὺ τρέχειν οὐκ ἔσθενον.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Οὐκ εἰς μάτην, βέλτιστε, πρᾶξις ἥδε σοι
ὀρθῶς πέπρακται, τῇ δὲ σῇ προθυμίᾳ
ἴσαισι τιμαῖς ἀντισηκώσω χάριν.

Tua magna vis est, opum amans Podagra,
quam tela Jovis quoque torta timent :
tremuntque te fluctus profundi maris,
tremitque tyrannus Pluto inferûm ;
gaudens ligamentis, lectos obiens,
cursum prohibes, talos crucias,
malleolos uris, vix tangis humum :
pistilli timens, genu urens pernox,
callum articulis inducere amans,
genua inflectens incurva Podagra.

NUNCIUS.

Domina, opportuno enim venis obviam pede,
audi; sermonem namque non vanum affero.
Sed res æquo passu cum verbis ambulat.
Ego nimirum, uti jusseras, placido pede,
urbes vestigans, omnes scrutabar domos,
videre volens, si quis tuam vim negligat :
et reliquorum tranquilla vidi pectora,
superatorum, regina, tui vi roboris.
Verum duo viri isti, freti audacia,
populis dicebant, addito perjurio,
non esse vim tuam venerabilem amplius,
hominum de vita te facturos exsulem.
Astrictis ergo fortiter vinclis pedum
quinto venio die duûm stadiûm via.

PODAGRA.

Agilis volasti, nunciorum mi celerrime.
Cujus sed terræ linquens fines asperos
venis? dilucide indica, quo mox sciam.

NUNCIUS.

Primo reliqui quinorum scalas graduum,
trabium trementes luxatis compagibus :
hinc accepit me fustibus stratum solum,
pulsu talis renitens *ægris* aspero.
Quod emensus dolentibus vestigiis
stratam silicibus intravi viam,
stimulisque lapidum acutis incalcabilem.
Post in labem delapsus lubricæ viæ,
nitebar antrorsus, solutum sed mihi
talos retro trahebat infirmos lutum :
hac transeunti sudor membris humidus
fluit, per incessum soluto putridum.
Toto fatigatum me corpore excipit
satis lata illa, sed non tuta nimis via.
Hæc hinc, at illinc ista nam vehicula
Urgentque, coguntque, imperantque currere.
Ego vero tardos levans cito pedes
obliquus arctam semitam viæ peto,
dum plaustrum prætereat suis actum rotis.
Mystes enim tuus nequibam currere.

PODAGRA.

Non frustra, amice noster, illa res tibi
bene administrata est. Verum studio tuo
dignis honoribus rependam gratiam.

Ἔστω δέ σοι δώρημα θυμῆρες τόδε,
ἑξῆς τριετίας πειράσῃ κούφων πόνων.
Ὑμεῖς δὲ μιαροὶ καὶ θεοῖς ἐχθίστατοι,
τίνες ποτ᾽ ὄντες καὶ τίνων πεφυκότες,
τολμᾶτε Ποδάγρας ἀνθαμιλλᾶσθαι κράτει,
τῆς οὐδ᾽ ὁ Κρονίδας οἶδε νικῆσαι βίαν;
Λέγετ᾽, ὦ κάκιστοι, καὶ γὰρ ἡρώων ἐγὼ
ἐδάμασα πλείστους, ὡς γ᾽ ἐπίστανται σοφοί.
Πρίαμος Ποδάρκης ποδαγρὸς ὢν ἐκλήζετο·
ἔθανε δ᾽ Ἀχιλλεὺς ποδαγρὸς ὢν ὁ Πηλέως·
ὁ Βελλεροφόντης ποδαγρὸς ὢν ἐκαρτέρει·
Θηβῶν δυνάστης Οἰδίπους ποδαγρὸς ἦν·
ἐκ τῶν Πελοπιδῶν ποδαγρὸς ἦν ὁ Πλεισθένης·
Ποίαντος υἱὸς ποδαγρὸς ὢν ἦρχε στόλου·
ἄλλος Ποδάρκης Θεσσαλῶν ἦν ἡγεμών,
ὅς, ἐπείπερ ἔπεσε Πρωτεσίλαος ἐν μάχῃ,
ὅμως ποδαγρὸς ὢν καὶ πονῶν ἦρχε στόλου·
Ἰθάκης ἄνακτα Λαρτιάδην Ὀδυσσέα
ἐγὼ κατέπεφνον, οὐκ ἄκανθα τρυγόνος.
Ὡς οὔτι χαιρήσοντες, ὦ δυσδαίμονες,
ἴσην πάθησθε κόλασιν οἷς δεδράκατε.

ΙΑΤΡΟΙ.

Σύροι μέν ἐσμεν, ἐκ Δαμασκοῦ τῷ γένει,
λιμῷ δὲ πολλῷ καὶ πενίᾳ κρατούμενοι
γῆν καὶ θάλασσαν ἐφέπομεν πλανώμενοι.
Ἔχομεν δὲ χρῖσμα πατροδώρητον τόδε,
ἐν ᾧ παρηγοροῦμεν ἀλγούντων πόνους.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Τί δὴ τὸ χρῖσμα καὶ τίς ἡ σκευή; φράσον.

ΙΑΤΡΟΣ.

Μύστης με σιγᾶν ὅρκος οὐκ ἐᾷ φράσαι
καὶ λοισθία θνήσκοντος ἐντολὴ πατρός,
ὃς ἔταξε κεύθειν φαρμάκου μέγα σθένος
ὃ καὶ σὲ παύειν οἶδεν ἠγριωμένην.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Εἶτ᾽, ὦ κατάρατοι καὶ κακῶς ὀλούμενοι,
ἔστιν τις ἐν γῇ φαρμάκου δρᾶσις τόση,
ὃ χρισθὲν οἶδε τὴν ἐμὴν παῦσαι βίαν;
Ἀλλ᾽ εἶα, τήνδε σύμβασιν συνθώμεθα,
καὶ πειράσωμεν εἴτε φαρμάκου σθένος
ὑπέρτερον πέφυκεν εἴτ᾽ ἐμαὶ φλόγες.
Δεῦτ᾽, ὦ σκυθρωπαί, πάντοθεν ποτώμεναι
βάσανοι, πάρεδροι τῶν ἐμῶν βακχευμάτων,
πελάζετ᾽ ἆσσον. Καὶ σὺ μὲν ποδῶν ἄκρους
φλέγμαινε ταρσοὺς δακτύλων ποδῶν ἄχρι,
σὺ δὲ σφυροῖς ἔμβαινε, σὺ δὲ μηρῶν ἄπο
ἐς γόνατα λεῖβε πικρὸν ἰχώρων βάθος,
ὑμεῖς δὲ χειρῶν δακτύλους λυγίζετε.

ΠΟΝΟΙ.

Ἴδ᾽, ὡς ἔταξας πάντα σοι δεδράκαμεν,
κεῖνται βοῶντες οἱ ταλαίπωροι μέγα,
ἅπαντα γυῖα προσβολῇ στρεβλούμενοι.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Φέρετ᾽, ὦ ξένοι, μάθωμεν ἀτρεκέστερον,

Istuc animo placens habe munus tibi :
abhinc triennio leves dolores senties.
At vos impuri, vos dis invisissimi,
quinam? quibus nati parentibus,
audetis obniti Podagræ viribus
cujus vicisse vim nescit Saturnius?
Quin dicitis, exsecrabiles! Heroum namque ego
subegi plurimos : docti vates sciunt.
Priamus Podarces dictus a vitio pedum.
Periit pede captus Achilles Peleo satus.
Bellerophontes pedum dolores pertulit.
Thebanus Œdipus captus pedibus fuit.
Pelopidas inter Plisthenes podagricus.
Podager classem duxit Pœantis filius.
Alius Podarces Thessalorum dux erat,
qui, quum cecidisset Protesilaus prælio,
pede captus et laborans classi præfuit.
Ithacæ tyrannum Ulyssem Lartium
peremi ego, non *marini* spina turturis.
Nihil ergo gavisuri, infelicissimi,
æquam subite pœnam vestris actibus.

MEDICI.

Syri sumus, Damasco ducimus genus
fame subacti, multa victi inopia,
terram pererramus totam vagi, et mare :
habemus hoc unguentum acceptum a patribus,
solamur hoc pœnas dolentium *pedes*.

PODAGRA.

Quod istud est unguentum? quæ paratio?

MEDICUS.

Jurata fides tacere, non loqui sinit
et ultimum morientis præceptum patris
qui jussit occultare nos vim pharmaci,
quod sævientem te quoque scit compescere.

PODAGRA.

Ergo, exsecrabiles, maleque perditi
superest in orbe tanta pharmaci potentia,
quod possit inunctum vim meam compescere?
Sed eia paciscamur pactum ejusmodi,
tentemus, utrum pharmaci potentia
natura sit valentior, an meæ faces.
Huc, o severæ, huc convolantes undique
pœnæ, comites meorum bacchanalium,
propius venite. Tu quidem pedum extimas
soleas adurito digitos ad usque pedum.
Tu malleolos invade. Tuque a femoribus
ad genua stilla amaram in intima saniem.
Sed vos manuum digitos, *agite,* constringite.

PŒNÆ.

Eu omnia, ut jussisti, tibi peregimus.
Jacent, voces edunt miseri miserabiles,
per membra torti cuncta nostro ab impetu.

PODAGRA.

Agite, hospites, discamus jam verissime,

εἰ χρισθὲν ὑμᾶς φάρμακον τόδ' ὠφελεῖ.
Εἰ γὰρ σαφῶς τόδ' ἐστιν ἀντίξουν ἐμοὶ,
λιποῦσα γαῖαν εἰς μυχοὺς εἶμι χθονὸς,
ἄϊστος, ἀφανὴς, πύματα Ταρτάρου βάθη.

ΙΑΤΡΟΣ.

Ἰδοὺ, κέχρισται, κοὐ χαλᾷ φλογμὸς πόνων.

ΠΟΔΑΓΡΟΣ.

Οἴμοι, παπαῖ γε, τείρομαι, διόλλυμαι,
ἅπαν πέπαρμαι γυῖον ἀσκόπῳ κακῷ·
οὐ Ζεὺς κεραυνοῦ τοῖον αἰωρεῖ βέλος,
οὐδεὶς θαλάσσης τοῖα μαίνεται κλύδων,
οὐδὲ στροβητὴ λαίλαπος τόση βία.
Μὴ κάρχαρον πορθεῖ με δῆγμα Κερβέρου;
μή τίς μ' ἐχίδνης ἰὸς ἀμφιβόσκεται,
ἢ διαβρεχὴς ἰχῶρι Κενταύρου πέπλος;
Ἐλέαιρ', ἄνασσα, φάρμακον γὰρ οὔτ' ἐμὸν
οὔτ' ἄλλο δύναται σὸν ἀναχαιτίσαι δρόμον,
ψήφοις δὲ πάσαις πᾶν ἔθνος νικᾷς βροτῶν.

ΠΟΔΑΓΡΑ.

Παύσασθε, βάσανοι, καὶ πόνους μειώσατε
τῶν μετανοούντων εἰς ἐμὴν ἔριν μολεῖν·
γιγνωσκέτω δὲ πᾶς τις ὡς μόνη θεῶν
ἄτεγκτος οὖσα φαρμάκοις οὐ πείθομαι.

ΧΟΡΟΣ.

Οὔτε Διὸς βρονταῖς Σαλμωνέος ἤρισε βία,
ἀλλ' ἔθανε ψολόεντι δαμεῖσα θεοῦ φρένα βέλει.
Οὐκ ἐρίσας ἐχάρη Φοίβῳ Σάτυρος Μαρσύας,
ἀλλὰ λιγὺ ψαίρει κείνου περὶ δέρμ' ἁ πίτυς.
Πένθος ἀείμνηστον δι' ἔριν τοκὰς ἔσχε Νιόβη,
ἀλλ' ἔτι μυρομένη προχέει πολὺ δάκρυ Σιπύλῳ.
Μαιονία δ' Ἀράχνη Τριτωνίδος ἦλθεν ἐς ἔριν·
ἀλλ' ὀλέσασα τύπον καὶ νῦν ἔτι νήματα πλέκει·
οὐ γὰρ ἴσον μακάρων ὀργαῖς θράσος ἐστὶ μερόπων,
ὡς Διὸς, ὡς Λητοῦς, ὡς Παλλάδος, ὡς Πυθίου.
Ἤπιον, ὦ πάνδημε, φέροις ἄλγημα Ποδάγρα,
κοῦφον, ἐλαφρὸν, ἄδριμυ, βραχυβλαβὲς, εὐώδυνον,
εὔφορον, εὔληκτον, ὀλιγοδρανὲς, εὐπερίπατον.
Πολλαὶ μορφαὶ τῶν ἀτυχούντων,
μελέται δὲ πόνων καὶ τὸ σύνηθες
τοὺς ποδαγρῶντας παραμυθείσθω.
Ὅθεν εὐθύμως, ὦ σύγκληροι,
λήσεσθε πόνων,
εἰ τὰ δοκηθέντ' οὐκ ἐτελέσθη,
τοῖς δ' ἀδοκήτοις πόρον εὗρε θεός.
Πᾶς δ' ἀνεχέσθω τῶν πασχόντων
ἐμπαιζόμενος καὶ σκωπτόμενος.
Τοῖον γὰρ ἔφυ τόδε πρᾶγμα.

---

inunctum vos vestrum juvetne pharmacum.
Nam si liquido illud est mihi contrarium,
terra relicta abeo telluris in sinus,
ignota, invisa, profunda 'n ima Tartari.

MEDICUS.

En est inunctum : nec pœnæ minuit faces.

PODAGRICUS.

Hei, hei! Papæ! *perii*, consumor, occidi!
cæco per omnia membra fixus sum malo.
Fulminis haud tale telum vibrat Jupiter,
maris nec ullus tantundem fluctus furit :
nec torta tanta est turbinis vehementia.
Asperne me populatur morsus Cerberi?
num viperæ venenum me depascitur?
saniene Centauri madet mihi pallium?
Miserere, diva! pharmacum nam nec meum,
nec ullum, inhibere tuum cursum potest,
punctisque cunctis omne hominum superas genus.

PODAGRA.

Cessate, Pœnæ, et his dolores minuite,
quos contendisse rixa mecum pœnitet.
Cognoscat unusquisque, me solam deûm
non deliniri pharmacis, non obsequi.

CHORUS.

Nec Jovis Salmonei contendit vis tonitrui,
sed periit fumante dei cor fixa jaculo.
Nec rixa gaudet Phœbi Satyrus Marsyas,
sed cutis ad pinum suspensa arguta resonat.
Luctum habet æternum ob lites fœcunda Niobe,
lamentatur adhuc, lacrimas funditque Sipylo.
Mæonis ausa Arachne contendere Tritonidi,
perdidit at formam, sua nunc quoque stamina plicat :
impar est iris superorum audacia hominum,
ut Jovis, ut Latonæ, ut Palladis, ut Pythii.
Mitem ferto crucem, popularis diva, Podagra,
atque levemque brevemque; acrique dolore careat :
pauca nocens cesset, tolerabilis, ireque sinat.
Multæ formæ infortunatorum :
meditatio pœnæ et consuetudo
podagros miseros consolentur.
Unde alacriter, o consortes,
deponetis
dolores, si sperata non peragantur,
insperatisque det esse deus.
Sufferat unusquisque ægrorum
illudi se et derideri.
Hæc est natura negotii.

τείνει δὲ νεῦρον οἷα τοξότης ἀνὴρ
βέλος προπέμπων καὶ στένειν βιάζεται,
τὸ τῶν πονούντων ἔσχατον στοιχεῖ χρόνῳ.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Ἔπαιρε σαυτὸν, ὦ τέκνον, καὶ κούφισον,
μή πως με πίπτων καταβάλης σὺ χωλὸς ὤν.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Ἰδοὺ, κρατῶ σε δίχα βάρους καὶ πείθομαι,
καὶ τὸν πονοῦντα πόδα τιθῶ καὶ καρτερῶ.
Νεωτέρῳ γὰρ αἶσχος ἐν παισὶν ἀεὶ,
ὑπηρέτης ἀδύνατος γογγύζων γέρων.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Μὴ μὴ σὺ ταῦτα, μωρὲ, μή με κερτόμει,
μή μ' ὡς νέον κόμπαζε, τοῦτ' εἰδὼς ὅτι
ἐν ταῖς ἀνάγκαις πᾶς γέρων ἐστὶν νέος.
Πείθου λέγοντι· τὸ πέρας ἂν ὑποσπάσω,
ἔστην ὁ πρέσϐυς, σὺ δ' ὁ νέος πίπτεις χαμαί.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Σὺ δ' ἂν σφαλῇς, πέπτωκας ἄπονος ὢν γέρων.
Προθυμία γὰρ ἐν γέρουσι παρέπεται,
πρᾶξις δὲ τούτοις οὐκέτ' ἐστὶν εὔτονος.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Τί μοι σοφίζῃ κοὐ λέγεις οἵῳ τρόπῳ
πόνος προῆλθε σοῦ ποδὸς κοίλην βάσιν;

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Δρόμοισιν ἀσκῶν, κοῦφον ὡς τιθῶ πόδα,
τρέχων ἔτιλα, καὶ συνηνέχθην πόνῳ.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Πάλιν τρέχ', ὥς τις εἶπεν, ἢ καθήμενος,
πώγωνα τίλλε κουριῶν ὑπ' ὠλέναις.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Οὐκοῦν παλαίων ὡς θέλων παρεμϐολὴν
βαλεῖν ἐπλήγην. Τοῦτο δὴ πίστευέ μοι.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Ποῖος στρατιώτης γέγονας, ἵνα παρεμϐολὴν
βαλὼν σὺ πληγῇς; περικυκλεῖς ψευδῆ λέγων.
Τὸν αὐτὸν ἡμεῖς εἴχομεν λόγον ποτὲ,
μηδενὶ λέγοντες τὴν ἀλήθειαν φίλων.
Νῦν δ' εἰσορᾷς ἅπαντας ἐξ. . . . .
Ὁ πόνος δ' ἑλίξας ἐμμελῶς διαστρέφει.

ΙΑΤΡΟΣ.

Ποῖ ποῖ καθεύρω κλεινὸν Ὠκύπουν, φίλοι,
τὸν πόδα πονοῦντα καὶ βάσιν παρειμένον;
Ἰατρὸς ὢν γὰρ ἔκλυον ὑπὸ φίλου τινὸς
πάσχοντα δεινὰ τοῦτον ἀστάτῳ πάθει.
Ἀλλ' αὐτὸς οὗτος ἐγγὺς ὀμμάτων ἐμῶν
κεῖται κατ' εὐνῆς ὕπτιος βεϐλημένος.
Ἀσπάζομαί σε πρὸς θεῶν, καὶ σὸν πάθος
τί τοῦτο λέξον, Ὠκύπου, τάχ' ὡς μάθω·
εἰ γὰρ μάθοιμι, τυχὸν ἴσως ἰάσομαι
τὸ δεινὸν ἄλγος, τοῦ πάθους τὴν συμφοράν.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Ὁρᾷς με, Σωτὴρ, καὶ πάλιν Σωτήριχε,
σάλπιγγος αὐτῆς ὄνομ' ἔχων Σωτήριχε,

---

nervumque tendit, vir sagittator velut
telum emissurus, et subigit me plangere:
quæ sunt dolentum extrema, accedunt tempore.

EDUCATOR.

Ipsum te sustine, mi fili, et alleva,
ne qua, dum claudicas, cadens me proruas.

OCYPUS.

En teneo te sine pondere, et tibi obsequor,
laborantemque pedem pono, et sustento me.
Nam juniori turpe, æquales inter, est
minister invalidus, querulus semper senex.

EDUCATOR.

Ne, ne quid horum, stulte! aufer convicia.
Ne gloriare ætate: at illud noveris,
Necessitatibus juvenis quisque est senex.
Audi monentem. Denique, si me subtraham,
stabo senex ego, juvenis jacebis humi.

OCYPUS.

Tu si cadas, dolore carens, senex cades.
Etenim voluntas promta senes sequitur viros;
nervis sed illorum caret omnis actio.

EDUCATOR.

Quid argutare, nec dicis mihi, quomodo
dolor intrarit soleam pedis cavam tui?

OCYPUS.

Dum cursu exerceor, levem ut ponam pedem
currens contraxi, et in dolores incidi.

EDUCATOR.

Iterum curre, ut non nemo dixit, aut sedens
barbam tu vellas, ille sub alis hispidus.

OCYPUS.

Luctatus ergo, dum volo inserto pede
ferire, sum percussus: illud crede mi.

EDUCATOR.

Qualis fuisti athleta, ut inserto pede
feriens ferireris? Vagus es mendaciis.
Eosdem nos quondam sermones habuimus,
amicorum dicentes vera nemini.
Nunc vero cunctos vides . . . .
Verum volutans ad numeros torquet dolor.

MEDICUS.

Ubi nobilem invenio, sodales, Ocypum
laborantem pede, et solutis gressibus?
Etenim medico mihi sodalis rettulit,
hunc dira morbo non constante perpeti.
Quin ipse nostros ante oculos in proximo
jacet, supinus abjectus in lectulo.
Jubeo salvere per deos te. Sed mali
quid illud? Ocypu, dic ocius ut sciam.
Si scire contingat, forsan curavero
dirum dolorem, et illud, quidquid est, mali.

OCYPUS.

Vides me, Soter, et rursus Soteriche,
cognominis Salpingis, o Soteriche:

δεινὸς πόνος με τοῦ ποδὸς δάκνει κακῶς,
δειλὸν δὲ βῆμα κοὐχ ἁπλοῦν τιθῶ ποδί.

ΙΑΤΡΟΣ.

Πόθεν; τί παθών; μήνυσον, ἢ ποίῳ τρόπῳ;
μαθὼν ἀκριβῶς γὰρ ἰατρὸς ἀσφαλῶς
κρείττων πρόσεισι, σφάλλεται δὲ μὴ μαθών.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Δρόμον ποτ' ἀσκῶν καὶ τέχνην γυμναστικὴν
ἰσχνῶς ἐπλήγην ὑπὸ φίλων ὁμηλίκων.

ΙΑΤΡΟΣ.

Πῶς οὖν ἐπ' αὐτῆς οὐ πάρεστι φλεγμονὴ
τόπου κατ' αὐτοῦ κοὐκ ἔχεις τιν' ἐμβροχήν;

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Οὐ γὰρ στέγω τὰ δεσμὰ τῶν ἐρίων,
εὐμορφίαν ἄχρηστον εἰς πολλοὺς καλήν.

ΙΑΤΡΟΣ.

Τί οὖν δοκεῖ σοι; κατακνίσω σου τὸν πόδα;
ἢν γὰρ παράσχῃς, τοῦτο γιγνώσκειν σε χρή,
ὡς ταῖς τομαῖσι πλεῖστον αἷμά σου κενῶ.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Ποίησον εἴ τι καινὸν ἐξευρεῖν ἔχεις,
ἵν' εὐθὺ δεινὸν ἐκ ποδῶν παύσῃς πόνον.

ΙΑΤΡΟΣ.

Ἰδού, σιδηρόχαλκον ἐπιφέρω τομήν,
ὀξεῖαν, αἱμόδιψον, ἡμιστρόγγυλον.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Ἔα, ἔα.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Σῶτερ, τί ποιεῖς; μὴ τύχοις σωτηρίας.
Τολμᾷς σιδηρόσπαρτον ἐπιβαλεῖν πόνον;
μηδὲν κατειδὼς προσφέρεις κακὸν ποσί.
Ψευδεῖς γὰρ ἔκλυες ὧν ἀκήκοας λόγων·
οὐ γὰρ πάλαισιν ἢ δρόμοισιν, ὡς λέγει,
ἀσκῶν ἐπλήγη. Τοῦτο γοῦν ἄκουέ μου.
Ἦλθεν μὲν οὖν τὸ πρῶτον ὑγιὴς ἐν δόμοις,
φαγὼν δὲ πολλὰ καὶ πιὼν ὁ δυστυχὴς
κλίνης ὕπερθε καταπεσὼν ὑπνοῖ μόνος·
ἔπειτα νυκτὸς διυπνίσας ἐκραύγασεν,
ὡς δαίμονι πληγείς, πάντας ὡς φόβον λαβεῖν·
ἔλεξε δ', Οἴμοι, πόθεν ἔχω κακὴν τύχην;
δαίμων τάχα κρατῶν τις ἐξωθεῖ ποδός.
Πρὸς ταῦτα νυκτὸς ἀνακαθήμενος μόνος
ὁποῖα κῆρυξ ἐξεθρήνει τὸν πόδα.
Ἐπεὶ δ' ἀλέκτωρ ἡμέραν ἐσάλπισεν,
οὗτος προσῆλθε, χεῖρα θεὶς ἐμοὶ πικράν,
θρηνῶν, πυρέσσων,** ἐπ' ἐμοὶ βα**
Ἃ πρὶν δέ σοι κατεῖπε, πάντ' ἐψεύσατο,
τὰ δεινὰ κρύπτων τῆς νόσου μυστήρια.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Γέρων μὲν ἀεὶ τοῖς λόγοις ὁπλίζεται,
καυχώμενος τὰ πάντα, μηδὲ ἓν σθένων.
Ὁ γὰρ πονῶν τι καὶ φίλοις ψευδῆ λέγων,
πεινῶντ' ἔοικε μαστίχην μασωμένῳ.

dirus dolor pedis me mordet pessime,
timidum pede, non simplex, pono vestigium.

MEDICUS.

Unde? ecquid passus? indica, vel quomodo?
nam vera si medico per omnia dixeris,
salubrior venit: non doctus labitur.

OCYPUS.

Cursum meditatus et quandam artem gymnicam,
ab amicis graviter vapulavi æqualibus.

MEDICUS.

Cur non adest ergo gravis inflammatio
ipso in loco, nec humidum fomentum habes?

OCYPUS.

Nec enim fero facile lanarum vincula,
inutile ornamentum, quod multis placet.

MEDICUS.

Quid ergo tibi placet? scariphabo pedem?
nam si mihi præbeas, illud bene noveris,
secando exhausturum multum me sanguinis.

OCYPUS.

Fac ergo, si quid invenire novi potes,
quo mox dolores diros e pede exigas.

MEDICUS.

En jam parata ferri et æris sectio,
sitiens cruoris, acuta, et semiteres.

OCYPUS.

Omitte, omitte!

EDUCATOR.

Soter, quid occipis? Sic te fugiat salus!
Audes quæsitas ferro pœnas addere?
Ignarus omnium, malum admoves pedi.
Mendacia tibi dicta, quæque dicta sunt.
Nec enim luctamve seu cursum, quod indicat,
exercens ictus est: at hoc mi credito:
probe quidem valens primo venit domum,
bene tum saturatus, affatim potus, miser
in lectulo jacens somnum solus capit;
tum nocte somno excussus exclamat cito
divinitus velut ictus: et cuncti timent:
dixitque, Væ mihi! unde tanta vis malis?
deusne quis pedem tenens extra *rapit?*
Ad hæc, quam longa est, nocte solus residens
velut præconis voce deplorat pedem.
Quum vix diem tuba gallus signaverat,
ad me venit, tristem manum mihi injicit
plorans, febriensque, meque nixus ambulans.
Sed quæ modo dicebat finxit omnia,
dum dira morbi dissimulat mysteria.

OCYPUS.

Verbis quidem semper senex armatus est,
et gloriatur, quum possit nihil, omnia.
Morbo laborans, mentiens sodalibus,
famelico similis mandenti masticheo.

ΙΑΤΡΟΣ.

Πλανᾷς ἅπαντας, ἄλλα δ' ἐξ ἄλλων λέγεις,
λέγων πονεῖν μὲν, ὃ δὲ πονεῖς οὔπω λέγεις.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Πῶς οὖν φράσω σοι τοῦ πάθους τὴν συμφοράν;
πάσχων γὰρ οὐδὲν οἶδα, πλὴν πονῶ μόνον.

ΙΑΤΡΟΣ.

Ὅταν ἀφορμῆς δίχα πονῇ τις τὸν πόδα,
πλάσσει τὸ λοιπὸν οὓς θέλει κενοὺς λόγους,
εἰδὼς τὸ δεινὸν ᾧ συνέζευκται κακῷ
καὶ νῦν μὲν ἀκμὴν εἷς * * *
ἐπὰν δὲ καὶ τὸν ἕτερον ἀλγήσῃς πόδα,
στένων δακρύσεις, ἓν δέ σοι φράσαι θέλω·
τοῦτ' ἐστ' ἐκεῖνο, Κἂν θέλῃς, κἂν μὴ θέλῃς.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Τί δ' ἐστ' ἐκεῖνό γ', εἰπὲ, καὶ τί κλῄζεται;

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Ἔχει μὲν ὄνομα συμφορᾶς γέμον διπλῆς.

ΩΚΥΠΟΥΣ..

Οἴμοι. Τί τοῦτο; λέξον, ὦ, δέομαι, γέρον.

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Ἐκ τοῦ τόπου μὲν οὗ πονεῖς ἀρχὴν ἔχει.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Ποδὸς μὲν ἀρχὴν ὄνομ' ἔχει, καθὼς λέγεις;

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Τούτῳ σὺ πρόσθες ἐπὶ τέλει δεινὴν ἄγραν.

ΟΚΥΠΟΥΣ.

Καὶ πῶς με τὸν δύστηνον ἔτι * * *;

ΤΡΟΦΕΥΣ.

Δεινή περ οὖσα, φείδεται γὰρ οὐδενός.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Σωτὴρ, τί λέγεις; τί δέ με * * *;

ΙΑΤΡΟΣ.

Ἄφες με μικρὸν, ἠλόγημαι σοῦ χάριν.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Τί δ' ἐστὶ δεινὸν, ἢ τί συμβέβηκέ μοι;

ΙΑΤΡΟΣ.

Εἰς δεινὸν ἦλθες πόνον ἀχώριστον ποδός.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Οὐκοῦν με δεῖ πρόχωλον ἐξαντλεῖν βίον;

ΙΑΤΡΟΣ.

Χωλὸς μὲν ἂν ᾖς, οὐδέν ἐστι, μὴ φοβοῦ.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Τί δ' ἐστὶ χεῖρον; * * * *

ΙΑΤΡΟΣ.

Ἀμφοῖν ποδοῖν σε συμποδισθῆναι μένει.

ΩΚΥΠΟΥΣ.

Οἴμοι. Πόθεν μοι καινὸς εἰσῆλθεν πόνος
ποδὸς δι' ἄλλου, καί με συμπάσχει κακῶς;
Ἦ πῶς ὅλος πέπηγα, μεταβῆναι θέλων;
δειλαίνομαι δὲ πολλὰ μεταστῆσαι πόδα,
νήπιος, ὁποῖα βρέφος ἄφνω φοβούμενος.
Ἀλλ' ἄντομαί σε πρὸς θεῶν, Σωτήριχε,
εἴπερ τέχνη σή τι δύναται, μηδὲν φθονῶν

MEDICUS.

Imponis omnibus diversa adeo loquens:
ægrotus esse dicis, quo labores, nondum ais.

OCYPUS.

Et quomodo rationes explicem mali?
Male quum sit, nil scio, nisi hoc, male esse mi.

MEDICUS.

Occasionem præter si cui pes dolet,
is quælibet tum vana comminiscitur,
haud inscius diri, cui junctus est, mali.
Et nunc modo unus est * * *
At quum pedem dein dolebis alterum,
gemes cum lacrimis. Unum edico tibi:
hoc illud est ipsum, Seu nolis, seu velis.

OCYPUS.

Quid illud ipsum? dic, quo nomine cluit?

EDUCATOR.

Habet malo repletum nomen duplici.

OCYPUS.

Eheu! Quid istuc? dic, o obsecro, senex.

EDUCATOR.

Ex quo doles loco, caput habet nominis.

OCYPUS.

Ut dicis, a pede principium nomen trahit?

EDUCATOR.

Huic tu dirum Agræ nomen in fine adjice.

OCYPUS.

Et qui miserum sat insuper *ludos facis?*

EDUCATOR.

Est sane dira, namque parcit nemini.

OCYPUS.

Soter, quid ais? quid me...

MEDICUS.

Sine me parum: tua peregrinor gratia.

OCYPUS.

Quid est igitur mali? aut mihi quid accidit?

MEDICUS.

Pedis es nactus dolorem dirum, inseparabilem.

OCYPUS.

Sic ergo claudicanti est exantlandum malum?

MEDICUS.

Modo claudus esses! Hoc nihil: hunc aufer metum.

OCYPUS.

Quid ergo pejus?...

MEDICUS.

Superest utroque te pede impedirier.

OCYPUS.

Heu, heu mihi! novus unde morbus ingruit
pedem per alterum, qui me vexat male?
Quam fixus hæreo, discedere quum velim!
metuoque valde, pes quum transferendus est,
incautus, ut puer subito perterritus.
Sed obsecro te per deos, Soteriche.
ars si potest quidquam tua, ne mihi invidens

3.

(*Anthol. Palat.* 10, 26.)

Εἰς αὐτάρκειαν.

Ὡς τεθνηξόμενος τῶν σῶν ἀγαθῶν ἀπόλαυε,
ὡς δὲ βιωσόμενος φείδεο σῶν κτεάνων.
Ἐστὶ δ' ἀνὴρ σοφὸς οὗτος, ὃς ἄμφω ταῦτα νοήσας
φειδοῖ καὶ δαπάνῃ μέτρον ἐφηρμόσατο.

3.

In sufficientiam.

Mors quasi sit vicina tibi, sic utere rebus:
et quasi mors longe sit tibi, parce tuis.
Ille vir est sapiens, hæc qui duo cogitat, et sic
sumens et retinens servat utrimque modum.

4.

(*Anth. Pal.* 10, 31.)

Εἰς τὸν ἀνθρώπινον βίον.

Θνητὰ τὰ τῶν θνητῶν, καὶ πάντα παρέρχεται ἡμᾶς·
ἢν δὲ μή, ἀλλ' ἡμεῖς αὐτὰ παρερχόμεθα.

4.

In vitam humanam.

Omnia mortali mortalia: prætereunt res,
aut homo: res vita prætereunte fugit.

5.

(*Anth. Pal.* 10, 28.)

Εἰς μικρὸν βίον.

Τοῖσι μὲν εὖ πράττουσιν ἅπας ὁ βίος βραχύς ἐστι·
τοῖς δὲ κακῶς μία νὺξ ἄπλετός ἐστι χρόνος.

5.

In breve ævum.

Quantum vita patet, brevis est felicibus: una
nox miseris ingens temporis est spatium.

6.

(*Anth. Pal.* 10, 29.)

Εἰς ἔρωτα.

Οὐχ ὁ ἔρως ἀδικεῖ μερόπων γένος, ἀλλ' ἀκολάστοις
ψυχαῖς ἀνθρώπων ἔσθ' ὁ ἔρως πρόφασις.

6.

In amorem.

Non Veneris puer est, lædit qui corda, sed illum
præscribit vitiis mens male sana suis.

7.

(*Anth. Pal.* 9, 120.)

Εἰς ἀχαρίστους.

Φαῦλος ἀνὴρ πίθος ἐστὶ τετρημένος, εἰς ὃν ἁπάσας
ἀντλῶν τὰς χάριτας εἰς κενὸν ἐξέχεας.

7.

In ingratos.

Pertusus cadus est homo non probus: omnis in illum
quæ collata fuit gratia, vana perit.

8.

(*Anth. Pal.* 10, 27.)

Εἰς θεούς.

Ἀνθρώπους μὲν ἴσως λήσεις ἄτοπόν τι ποιήσας·
οὐ λήσεις δὲ θεούς, οὐδὲ λογιζόμενος.

8.

In deos.

Turpe aliquid faciens homines fortasse latebis:
sed fallunt nec quæ mente putata, deos.

9.

(*Anth. Pal.* 10, 36.)

Εἰς κόλακας.

Οὐδὲν ἐν ἀνθρώποισι φύσις χαλεπώτερον εὗρεν
ἀνθρώπου καθαρὰν ψευδομένου φιλίην· [πῶντες
οὐ γὰρ ἔθ' ὡς ἐχθρὸν προφυλασσόμεθ', ἀλλ' ἀγα-
ὡς φίλον, ἐν τούτῳ πλείονα βλαπτόμεθα.

9.

In adulatores.

Rebus in humanis nihil est crudelius illo,
qui sub persona fallit amicitiæ.
Nam quia securi nos non ut ab hoste tuemur,
bis nocet, atque habitam vertit in arma fidem.

10.

(*Anth. Pal.* 10, 42.)

Εἰς μυστήριον.

Ἀρρήτων ἐπέων γλώσσῃ σφραγὶς ἐπικείσθω·
κρείσσων γὰρ μύθων ἢ κτεάνων φυλακή.

10.

In mysterium.

His quæ dicta nocent linguam tibi pone sigillum:
plus voces, minus est res retinere suas.

11.

(*Anth. Pal.* 10, 41.)

Εἰς πλοῦτον.

Πλοῦτος ὁ τῆς ψυχῆς πλοῦτος μόνος ἐστὶν ἀληθής,

11.

In divitias.

Divitias animi solas hoc nomine dignas

πάλλα δ' ἔχει λύπην πλείονα τῶν κτεάνων.
Τὸν δὲ πολυκτέανον καὶ πλούσιόν ἐστι δίκαιον
κλήζειν, ὃς χρῆσθαι τοῖς ἀγαθοῖς δύναται.
Εἰ δέ τις ἐν ψήφοις κατατήκεται, ἄλλον ἐπ' ἄλλῳ
σωρεύειν αἰεὶ πλοῦτον ἐπειγόμενος,
οὗτος ὁποῖα μέλισσα πολυτρήτοις ἐνὶ σίμβλοις
μοχθήσει, ἑτέρων δρεπτομένων τὸ μέλι.

esse puta : luctus cetera plena bona.
Ille mihi demum locuples divesque vocetur
qui superûm norit commoditate frui.
At qui perpetuo numerando pallet in ære,
atque alias aliis semper acervat opes,
talis erit, quales per cerea castra laborant,
sic ut non ipsæ melle fruantur, apes.

12.

(*Anth. Pal.* 10, 35.)

Εἰς εὐτυχεῖς.

Εὖ πράττων φίλος εἶ θνητοῖς, φίλος εἶ μακάρεσσι,
καί σευ ῥηϊδίως ἔκλυον εὐξαμένου·
ἢν πταίσῃς γ', οὐδεὶς ἔτι σοι φίλος, ἀλλ' ἅμα πάντα
ἐχθρά, τύχης ῥιπαῖς συμμεταβαλλόμενα.

12.

In felices.

Donec eris felix, homines tibi semper amicos,
et precibus faciles experiere deos :
si secus acciderit, jam nullus amicus, et hostes
undique : fortunæ motus et ista trahit.

13.

(*Anth. Pal.* 10, 37.)

Εἰς φρόνησιν.

Ἡ βραδύπους βουλὴ μέγ' ἀμείνων· ἡ δὲ ταχεῖα
αἰὲν ἐφελκομένην τὴν μετάνοιαν ἔχει.

13.

In prudentiam.

Consilium melius, tarde quod sumitur : illud
quod properat, post se pœnituisse trahit.

14.

(*Anth. Pal.* 11, 431.)

Εἰς βορόν.

Εἰ ταχὺς ἐς τὸ φαγεῖν καὶ πρὸς δρόμον ἀμβλὺς ὑπάρχεις,
τοῖς ποσί σου τρῶγε, καὶ τρέχε τῷ στόματι.

14

In edacem.

Manducare celer quum sis, et currere tardus,
manduca pedibus, curre sed ore tuo.

15.

(*Anth. Pal.* 11, 428.)

Εἰς ἀδύνατον.

Εἰς τί μάτην νίπτεις δέμας Ἰνδικόν; ἴσχεο τέχνης,
οὐ δύνασαι δνοφερὴν νύκτα καθηλιάσαι.

15.

In impossibile.

Quid lavis Æthiopem? perituro parce labori;
noctis enim tenebras irradiare nequis.

16.

(*Anth. Pal.* 11, 400.)

Εἰς γραμματικούς.

Ἵλαθι Γραμματικὴ φυσίζοε, ἵλαθι λιμοῦ
φάρμακον εὑρομένη « μῆνιν, ἄειδε θεά. »
Νηὸν ἐχρῆν καὶ σοὶ περικαλλέα δωμήσασθαι,
καὶ βωμὸν θυέων μήποτε δευόμενον.
Καὶ γάρ σου μεσταὶ μὲν ὁδοί, μεστὴ δὲ θάλασσα,
καὶ λιμένες, πάντων δέκτρια Γραμματική.

16.

In grammaticos.

Grammatica o salve, donatrix Musa salutis :
« Iram, diva, refer; » hæc medicina famis
Et tibi debuerunt poni fulgentia templa,
araque perpetuo thuris honore calens.
Nam fora plena tui, plenæ sunt æquoris undæ,
et portus, altrix optima Grammatica.

17.

(*Anth. Pal.* 11, 427.)

Εἰς δυσώδεις.

Δαίμονα πολλὰ λαλῶν ὀζόστομος ἐξορκιστὴς
ἐξέβαλ', οὐχ ὅρκων, ἀλλὰ κόπρων δυνάμει.

17.

In fœtidos.

Exorcista olidus fugitat dum dæmona, verbis
ejicit haud illum, sed feritate gulæ.

18.

(*Anth. Pal.* 11, 274.)

Εἰπέ μοι εἰρομένῳ, Κυλλήνιε, πῶς κατέδυνε
Λολλιανοῦ ψυχὴ δῶμα τὸ Φερσεφόνης;
Θαῦμα μέν, εἰ σιγῶσα· τυχὸν δέ τι καὶ σὲ διδάσκειν
ἤθελε· φεῦ, κείνου καὶ νέκυν ἀντιάσαι.

18.

Dic mihi quærenti, Maja sate, ductus ad orcum
Lollianus tecum quomodo fecit iter?
Mirum si tacuit : quin te quid, credo, docere
gestiit; o comitem post quoque fata malum!

19.

(*Anth. Pal.* 7, 308.)

Εἰς βρέφη.

Παῖδά με πενταέτηρον, ἀκηδέα θυμὸν ἔχοντα,
νηλειὴς Ἀΐδης ἥρπασε, Καλλίμαχον.
Ἀλλά με μὴ κλαίοις· καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον
παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

19.

In infantes.

Me puerum nullis oneratum pectora curis
quinquennem rapuit mors fera Callimachum.
Ne me flete tamen: fluxit mihi tempore parvo
vita; sed et vitæ sunt mala parva meæ.

20.

(*Anth. Plan.* 4, 163.)

Εἰς ἄγαλμα Ἀφροδίτης τῆς ἐν Κνίδῳ.

Τὴν Παφίην γυμνὴν οὐδεὶς ἴδεν· εἰ δέ τις εἶδεν,
οὗτος ὁ τὴν γυμνὴν στησάμενος Παφίην.

20.

In statuam Veneris quæ est in Cnido.

Nulli nuda Venus visa est, puto: si tamen ulli,
visa viro nudam qui dedit hanc Venerem.

21.

(*Anth. Plan.* 4, 164.)

Εἰς τὸ αὐτό.

Σοὶ μορφῆς ἀνέθηκα τεῆς περικαλλὲς ἄγαλμα,
Κύπρι, τεῆς μορφῆς φέρτερον οὐδὲν ἔχων.

21.

In eandem.

Alma Venus, tibi sacro tuam sub imagine formam:
pulchrius hac potui nil tibi, diva, dare.

22.

(*Anth. Plan.* 4, 238.)

Εἰς ἕτερον Πρίαπον.

Εἰς τὸ κενόν με τέθεικε, νόμου χάριν, ὧδε Πρίηπον
Εὐτυχίδης, ξηρῶν κληματίδων φύλακα· [ἐπέλθῃ,
καὶ περιβέβλημαι κρημνὸν βαθύν. Ὃς δ' ἂν
οὐδὲν ἔχοι κλέψαι πλὴν ἐμὲ τὸν φύλακα.

22.

In alium Priapum.

Arida me posuit propter sarmenta Priapum,
Ut mori morem sic gerat Eutychides.
Ambior et fossa; si quis tamen adveniat fur,
nil sit, custodem me nisi, quod rapiat.

23.

(*Anth. Pal.* 6, 164.)

Ἀπὸ ναυηγῶν.

Γλαύκῳ καὶ Νηρεῖ καὶ Ἰνοῖ καὶ Μελικέρτῃ,
καὶ βυθίῳ Κρονίδῃ καὶ Σαμόθρῃξι θεοῖς,
σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος ὧδε κέκαρμαι
τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς· ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

23.

A naufragis.

Glauce, tibi, et Nereu, Matutæque et Melicertæ,
Saturnoque, Sami Threïciaque deis,
sospes ab insano Lucillius æquore, crines
tondeor hic: aliud quippe ego nil habeo.

24.

(*Anth. Pal.* 11, 429.)

Ἐν πᾶσιν μεθύουσιν Ἀκίνδυνος ἤθελε νήφειν,
τοὔνεκα καὶ μεθύειν αὐτὸς ἔδοξε μόνος.

24.

Sobrius in potis dum quærit Acindynus esse,
solus ab his potus cur habeatur, habet.

25.

(*Anth. Pal.* 11, 432.)

Ἔσβεσε τὸν λύχνον μῶρος, ψυλλῶν ὑπὸ πολλῶν
δακνόμενος, λέξας· Οὐκ ἔτι με βλέπετε.

25.

Lumen ut exstinxit vexatus pulice multo
morio, Jam me non invenietis, ait.

26.

(*Anth. Pal.* 11, 434.)

Ἢν ἐσίδῃς κεφαλὴν μαδαρὰν καὶ στέρνα καὶ ὤμους,
μηδὲν ἐρωτήσῃς, μῶρον ὁρᾷς φαλακρόν.

26.

Si caput absque pilis, humerosque et pectora cernas,
dicere ne dubites, Calvus hic et fatuus.

27.

(*Anth. Pal.* 11, 408.)

Τὴν κεφαλὴν βάπτεις, γῆρας δὲ σὸν οὔποτε βάψεις,

27.

Tinge comas, si vis: tingi negat ipsa senectus;

οὐδὲ παρειάων ἐκτανύσεις ῥυτίδας.
Μὴ τοίνυν τὸ πρόσωπον ἅπαν ψιμύθῳ κατάπλαττε,
ὥστε προσωπεῖον, κοὐχὶ πρόσωπον ἔχειν.
Οὐδὲν γὰρ πλέον ἐστί. Τί μαίνεαι; οὔποτε φῦκος
καὶ ψίμυθος τεύξει τὴν Ἑκάβην Ἑλένην.

nec dabitur rugas explicuisse genis.
Parce, precor, vetulum cerussa pingere vultum:
personam videor cernere, non faciem.
Stulta, labor totus perit hic tibi: fucus et omne
hoc genus ex Hecuba non facient Helenam.

28.

(*Anth. Pal.* 11, 404.)

Οὐδέποτ' εἰς πορθμεῖον ὁ κηλήτης Διόφαντος
ἐμβαίνει μέλλων εἰς τὸ πέραν ἀπίναι.
Τῆς κήλης δ' ἐπάνωθι τὰ φορτία πάντα τεθεικὼς,
καὶ τὸν ὄνον, διαπλεῖ σινδόν' ἐπαράμενος.
Ὥστε μάτην Τρίτωνες ἐν ὕδασι δόξαν ἔχουσιν,
εἰ καὶ κηλήτης ταὐτὸ ποιεῖν δύναται.

28.

Navi nil opus est Diophanto, ut transeat amnem:
implet enim turgens hernia navis opus.
Huic nam sarcinulas ipsumque imponit asellum,
et sinuosa levans lintea transit aquas.
Frustra se jactant igitur Tritones in undis,
quum Diophas magno ramice præstet idem.

29.

(*Anth. Pal.* 11, 405.)

Ὁ γρυπὸς Νίκων ὀσφραίνεται οἴνου ἄριστα,
οὐ δύναται δ' εἰπεῖν οἷος ἂν ᾖ ταχέως.
Ἐν τρισὶν ὥραις γὰρ θεριναῖς μόλις αἰσθάνετ' αὐτὸς,
ὡς ἂν ἔχων πηχῶν ῥῖνα διακοσίων.
Ὦ μεγάλου μυκτῆρος, ὅτ' ἂν ποταμὸν διαβαίνῃ,
θηρεύει τούτῳ πολλάκις ἰχθύδια.

29.

Olfacit egregie nasatus pocula Nicon,
sed cito sit vinum dicere quale nequit.
Nam tribus æstivis vix ipse id percipit horis,
bis centum quoniam nasus it in cubitos.
Egregius nasus, qui si quem forte per amnem
ducat iter, pisces non semel ipse capit.

30.

(*Anth. Pal.* 11, 433.)

Ζωγράφε, τὰς μορφὰς κλέπτεις μόνον· οὐ δύνασαι δὲ
φωνὴν συλῆσαι χρώματι πειθομένην.

30.

Surripis, o pictor, formam: at vox sola recusat
artificis dextram victa colore sequi.

31.

(*Anth. Pal.* 11, 435.)

Θαυμάζειν μοι ἔπεισιν, ὅπως Βύτος ἐστὶ σοφιστὴς,
μήτε λόγον κοινὸν μήτε λογισμὸν ἔχων.

31.

Miramur rhetor qui factus sit Bytus, is quem
communis sensus deficit et ratio.

32.

(*Anth. Pal.* 11, 436.)

Θᾶττον ἔην λευκοὺς κόρακας πτηνάς τε χελώνας
εὑρεῖν ἢ δόκιμον ῥήτορα Καππαδόκην.

32.

Albus erit corvus prius, et testudo volabit,
quam doctum videas rhetora Cappadocem.

33.

(*Anth. Pal.* 11, 430.)

Εἰ τὸ τρέφειν πώγωνα δοκεῖ σοφίαν περιποιεῖν,
καὶ τράγος εὐπώγων εὔστολός ἐστι Πλάτων.

33.

Si promissa potest sapientem reddere barba,
barbatus poterit jam caper esse Plato.

34.

(*Anth. Pal.* 11, 410.)

Τοῦ πωγωνοφόρου Κυνικοῦ, τοῦ βακτροπροσαίτου,
εἴδομεν ἐν δείπνῳ τὴν μεγάλην σοφίαν.
Θέρμων μὲν γὰρ πρῶτον ἀπέσχετο καὶ ῥαφανίδων,
μὴ δεῖν δουλεύειν γαστρὶ λέγων ἀρετήν.
Εὖτε δ' ἐν ὀφθαλμοῖσιν ἴδεν χιονώδεα βόλβαν
στρυφνὴν, ἣ πινυτὸν ἤδη ἔκλεπτε νόον·
ᾔτησεν παρὰ προσδοκίαν, καὶ ἔτρωγεν ἀληθῶς,
κοὐδὲν ἔφη βόλβαν τὴν ἀρετὴν ἀδικεῖν.

34.

Mendici quæ sit Cynici sapientia (barba
quid facit aut baculus!) cœna videre dedit.
Caulibus abstinuit primo tenuique lupino:
nam virtus ventri non famulatur, ait.
At postquam vulvam vidit niveamque bonamque,
en animi vires abstulit illa cati.
Nam necopinato petiit, vereque comedit,
virtuti vulvam posse nocere negans.

35.

(*Anth. Pal.* 11, 403.)

Εἰς ποδάγραν.

Μισόπτωχε θεὰ, μούνη πλούτου δαμάτειρα,
ἡ τὸ καλῶς ζῆσαι πάντοτ' ἐπισταμένη.
Εἰ δὲ καὶ ἀλλοτρίοις ἐπιιζομένη ποσὶ χαίρεις,
ὁπλοφορεῖν τ' οἶδας, καὶ μύρα σοι μέλεται·
τέρπει καὶ στέφανός σε καὶ Αὐσονίου πόμα Βάκχου.
Ταῦτα παρὰ πτωχοῖς γίγνεται οὐδέποτε.
Τοὔνεκά νυν φεύγεις πενίης τὸν χάλκεον οὐδὸν,
τέρπῃ δ' εἰς πλούτου πρὸς πόδας ἐρχομένη.

36.

(*Anth. Pal.* 6, 17.)

Αἱ τρισσαί τοι ταῦτα τὰ παίγνια θῆκαν ἑταῖραι,
Κύπρι μάκαιρ', ἄλλης ἄλλη ἀπ' ἐργασίης.
Ὧν ἀπὸ μὲν πυγῆς Εὐφρὼ τάδε· ταῦτα δὲ Κλειὼ,
ὡς θέμις· ἡ τριτάτη δ' Ἀτθὶς ἀπ' οὐρανίων.
Ἀνθ' ὧν τῇ μὲν πέμπε τὰ παιδικὰ, δεσπότι, κέρδη·
τῇ δὲ τὰ θηλείης· τῇ δὲ τὰ μηδετέρης.

37.

(*Anth. Pal.* 11, 402.)

Μηδείς μοι ταύτην, Ἐρασίστρατε, τὴν σπατάλην
ποιήσειε θεῶν, ἧ σὺ κατασπαταλᾷς, [σου
ἔσθων ἐκτραπέλως στομάχων κακὰ, χείρονα λιμοῦ,
οἷα φάγοιεν ἐμῶν ἀντιδίκων τεκνία.
Πεινάσαιμι γὰρ αὖθις ἔτι πλέον ἢ πρὶν, ἐκείνης
εἰ χορτασθείην τῆς παρά σοι σπατάλης.

38.

(*Anth. Pal.* 11, 401.)

Ἰητήρ τις ἐμοὶ τὸν ἑὸν φίλον υἱὸν ἔπεμψεν,
ὥστε μαθεῖν παρ' ἐμοὶ ταῦτα τὰ γραμματικά.
Ὡς δὲ τὸ « Μῆνιν ἄειδε » καὶ « ἄλγεα μυρί' ἔθηκεν »
ἔγνω, καὶ τὸ τρίτον τοῖσδ' ἀκόλουθον ἔπος,
« πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν, »
οὐκέτι μιν πέμπει πρός με μαθησόμενον.
Ἀλλά μ' ἰδὼν ὁ πατὴρ, Σοὶ μὲν χάρις, εἶπεν, ἑταῖρε·
αὐτὰρ ὁ παῖς παρ' ἐμοὶ ταῦτα μαθεῖν δύναται.
Καὶ γὰρ ἐγὼ πολλὰς ψυχὰς Ἄϊδι προϊάπτω,
καὶ πρὸς τοῦτ' οὐδὲν γραμματικοῦ δέομαι.

39.

(*Anth. Pal.* 11, 397.)

Πολλὰς μυριάδας ψηφίζων Ἀρτεμίδωρος
καὶ μηδὲν δαπανῶν, ζῇ βίον ἡμιόνων,
πολλάκις αἳ χρυσοῦ τιμαλφέα φόρτον ἔχουσαι
πολλὸν ὑπὲρ νώτου, χόρτον ἔδουσι μόνον.

40.

(*Anth. Plan.* 154 : Λ., οἱ δὲ Ἀρχίου.)

Εἰς ἄγαλμα Ἠχοῦς.

Ἠχὼ πετρήεσσαν ὁρᾷς, φίλε, Πανὸς ἑταίρην,

35.

In podagram.

Mendicos fugiens, domitrix dea divitiarum,
exemplum vitæ quæ potes esse bonæ.
Alterius pedibus nam quamquam incedere gaudes,
sunt unguenta tuis crinibus, arma manu :
serta nec, Ausonii nec defit copia Bacchi,
mendici præbet qualia nulla domus.
Unde et egestatis furiosum limen abhorres,
ad dominique venis in lare dite pedes.

36.

Tres tibi miserunt hæc, maxima Cypris, amicæ
ludicra, diversam quodque notans operam.
Dedicat hæc ab clune Euphro; illa altera Clio
inde ubi fas; Atthis tertia ab ætheriis.
Quis contra mittas, primæ puerilia lucra;
feminea Clio, tertia neutra ferat.

37.

Delicias a me faciant, Erasistrate, longe
illas dico tuas, quæso rogoque deos;
namque horrenda voras stomachi mala, quod fame pejus.
has cupiam nostris hostibus esse dapes.
Quin optem tolerare famem quæ maxima, dum ne
cogar deliciis me satiare tuis.

38.

Natus erat medico carus, qui mittitur ad me
totum grammaticæ discat ut artis opus.
« Iram musa refer, » jam noverat, atque « dolores
mille dedit; » sed et hoc quod solet inde sequi,
« Multasque illustres animas demisit ad Orcum : »
mittere discipulum desiit ille mihi,
meque videns genitor, Tibi gratia, dixit, amice, est,
discere sed de me filius ista potest.
Multæ quippe animæ per me mittuntur ad Orcum;
grammaticum nec ob id quæro magisterium.

39.

Artemidorus habet decies quod computet, et nil
erogat : haud aliter vivere mula solet
bajula, quæ multo quum sudet pressa sub auro,
tam pretiosa gerens pondera, gramen edit.

40.

In imaginem Echûs.

Saxa colens Echo datur hic tibi, Panos amica,

ἀντίτυπον φθογγὴν ἔμπαλιν ᾀδομένην,
παντοίων στομάτων λάλον εἰκόνα, ποιμέσιν ἡδὺ
παίγνιον. Ὅσσα λέγεις, ταῦτα κλύων ἄπιθι.

41.

(*Anth. Pal.* 11, 396.)

Πολλάκις οἶνον ἔπεμψας [ἐμοί], καὶ πολλάκις ἔγνων
σοὶ χάριν, ἡδυπότῳ νέκταρι τερπόμενος·
νῦν δ' εἴπερ με φιλεῖς, μὴ πέμψῃς· οὐ δέομαι γὰρ
οἴνου τοιούτου, μηκέτ' ἔχων θρίδακας.

42.

(*Anth. Pal.* 11, 212.)

* * * * * *

ἀλλὰ σύ μοι προφέρεις τέκνιον ἀλλότριον,
τὴν προτομὴν αὐτῷ περιθεὶς κυνός· ὥστε με χάμνειν
πῶς μοι Ζωπυρίων ἐξ Ἑκάβης γέγονεν.
Καὶ πέρας ἐξ δραχμῶν Ἐρασίστρατος ὁ κρεοπώλης
ἐκ τῶν Ἰσικίων υἱὸν Ἄνουβιν ἔχω.

illa repercussos docta referre sonos,
gaudia pastorum, cujuslibet oris imago.
Audito quantum voce sonabis, abi.

41.

Sæpe merum mihi misisti, gratesque peregi
sparsus nectarei pectora rore meri :
at mihi ne mittas posthac, rogo. Quo mihi acetum?
lactucis et qui caulibus abstineam.

42.

[Pollicitus fili te facturum simulacrum,]
en mihi tu puerum fers alienigenum,
indutum facie tetri canis : ut male vexer,
qui mihi sit genitus Zopyrio ex Hecuba.
Denique sex drachmis Erasistratus in laniena
stans ex Isiciis filium Anubin emo.

INDEX

NOMINUM ET RERUM.

B.

C.

D.

F.

G.

H.

I.

J.

K.

L.

O.

S.

T.

V.

X.

Z.

SUPPLEMENTUM INDICIS.